UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Legatvs Apostolicvs, Sev Concionvm, De Iohannis Baptistae, Magni, Adversus Incestum reliquaq́ue peccata Herodis, Libertate, Notae

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1612

urn:nbn:de:hbz:466:1-56132

Visual Library



Th. 3308.

H. I
18.

H
290

# LEGATVS APOSTOLICVS, SEV CONCIONVM, DE IOHANNIS BAPTISTAE, MAGNI, ADVERSVS INCEſtum reliquaque peccata Herodis, libertate, NOTAE,

Liber Collegij Societ: Jesu Paderb:

*AVTHORE F. PHILIPPO BOSkhiero Cæſarimontano, Franciſcano Obſ. Prou. Flandriæ.*

AD PHILIPPVM III. HISPANIARVM REGEM POTENTISSIMVM, LVDOVICI XIII. GALLIAE REGIS Socerum.

2. Cor. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur; tanquàm Deo exhortante per nos.*

COLONIAE,
Apud Ioannem Crithium, ſub Signo Galli,
ANNO M. D. CXII.

# PHILIPPO III.
# HISPANIARVM
## REGI CATHOLICO, POTENTISSIMO, ET INVICTISSIMO.

*F. PHILIPPVS BOSKHIERVS Cæſarimontanus, Franciſcanus Obſeruant.*

INarsit iamdiu animo meo (Potentissime Rex, idem Et Clementissime) cupido quædam vehemẽs, etiam ad Sereniſſimam Maieſtatem Tuam, aliquam ſtudiorum meorum, & Obſeruantiæ erga ipſam meæ, teſſeram deſtinandi; totuſque ſæpè illo geſtij deſiderio. Deſtinato enim iam ab annis circiter ſe-

*Orator Terræ Sanctæ, liber ab Autore editus ad Paulum V. 1606.*

ptem meo, ad PAVLVM V. PONT. OPT. MAX. Oratore Terræ-ſanctæ,& hoc anno ad LVDOVICVM XIII. Gallorum Regem Chriſtianiſſimum, Eccleſiæ Primogenitum, nunc Generum tuum chariſſimum (quod fœlix fauſtumque ſit) aliquot in Prodigi Euangelici parabolã voluminibus; ſubpudebat me, nondùm quidquam ad tuam Catholicam Maieſtatem à me eſſe miſſum, homine in ditionibus tuis nato, alito, erudito, & fortaſsè nõ alibi morituro, & prætereà adhuc, ſub humaniſſimo Sereniſſimorũ Archi-Ducum Iſabellæ Infantæ & Alberti Auſtriacorum dominatu, in Belgio vitam agenti. Turpe enim mihi, ac præter officium eſſe videbatur, Dominum ipſum, agelli ſui fructibus adhùc carere, quibus externi iam vberrimè fruerentur. Itaque geſtij iam frequenter, illi ſeu tentationi, ſeu rectè rationis dictamini parêre; ſed neſcio quis ſemper genius (bonuſne is an malus, ignoro: imò bonus, magis opinor) mihi obuius ſtetit, ſtitit gradum, manum tenuit, & quaſi intentato minaciter gladio (vt quondam Angelus Domini aſinæ Balaami) iterumque

*Num. 22.*

iterum-

iterumq; aduerſatus eſt, ne facerem, obiectis nùnc his nùnc illis tricis impedietibus iàm iā expeditiſſimè curſurietem. Nùnc enim adeundam rurſus aiebat Italiam, & PAVLVM V. iterum coràm adloquendū, ne Oratoris Terræ ſanctæ conatibus deeſsē; nùnc hùc, nùnc illùc antè proficiſcendum; nùnc rudis vulgi famam & voces ambiguas, de nimia fortaſſe mea ad Potentes ſcribendi adeundique fiducia, & quodam quaſi ambitu, eſſe reformidandas; nùnc Excelſitatem Maieſtatis Tuæ, totius pœnè mundi noſtri atque Antipodum dominatricis, cogitandam; ſed & Hiſpanæ Gentis genium ingeniumque obiectabat, quaſi faſtiditura meum priuati hominis, ignoti, pauperis Franciſcani & virorum nouiſſimi, honorarium, qualecunque obtuliſſem. Et præterea animo repræſentabat conſilium illud vetus Equitis Romani familiaris mei,

*Viue tibi, & longè nomina magna fuge.*

*Viue tibi, quantūq; potes, prælustria vita;* Ouid. li. 3. Triſt. eleg. 4.

*Sæuum prælustri fulmen ab arce venit:*

Accidere enim ſæpè Potentum ſectatoribus, quod muſcis lumen vnguentum ve circumuolitantibus: nec non
*Orat. ad C. Cæſarem de Rep. ordinandâ, inter opera Salluſtij.*
inculcabat illud illius, qui ad C. Cæſarem de Rep. ordinanda ſcripſit; *difficile atq. aſperum factu, conſilium dare Regi aut Imperatori, poſtremò cuiquam mortali, cuius opes in excelſo ſunt: quippè cùm & illis Conſultorum copiæ adſint, neque de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatiſque prudens ſit:* & ſexcenta talia, quibus effecit, vt aſina me vectans, iamq;
*Num.* 22.
benè currens *auerterit ſe de itinere, & ierit per agrum*, vt illa Balaami ad Angeli minas; id eſt, ità me deterruit, atq; à talibus auſis reuocauit, vt vela iàm expanſa contraherem, nexa pedibus talaria deponerem, & iactâ anchorâ, è portu, in quo adhuc tutus ſtabam, non ſoluerem. ſed quid hoc? Ecce, vt ille genius, qui Balaamo terq; quaterque obſtiterat aſinam eius tantâ vi auerterat, idem tādem eidem Prophetæ parêre parato, ac ſic obedienter lo-
*Ibid.*
quuto, *Nunc ſi diſplicet tibi vt vadam, reuertar*, permiſit, ac tantum nō iuſſit, progredi quò deſtinârat, dicens: *Vade*
*Ibid.*
*cum iſtis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris:* Ecce inquam & me nūc tan-

tandem intùs vrget idem genius, vel eadem tentatio, ſed acrior, ſed vi ſolito maiore, ſed penè inſuperabilis, vt ad PHILIPPVM III. Hiſp. Regem potentiſſimum ex Muſęolo paupere etiã aliquid deſtinem, quidquid id ſit tandem, dum ſit ſalutare. Sic enim genium illum intùs loquentem audire videor Philippe; iam confecto ſemel itinere Romano, ibique * *abſolutis honorificè negotÿs*, iamq; ab alijs profectionibus curiſq; vacuus, ecquid ſatius cogites, quàm de Rege tuo PHILIPPO III. ſcriptis tuis honorando? Non te pudeat, cum iam LVDOVICVM XIII. Gallorum Regẽ PHILIPPI III. iàm Generum, munere literario nõ omninò indecoro honoraris; PHILIPPVM ipſum Socerum & velut alterum LVDOVICI Patrem indonatum ſinere? Non rubeat tibi vultus, cũ Regem Chriſtianiſſimum, tibi externum donâris abundè pro tuâ ſorte, nihil de Rege Catholico, Principe tuo ac Domino, penè Gentili tuo & Belgâ, etiam donãdo cogitare? Siccine *Omnia Naturæ præpoſtera legibus ibunt?* Et de imperiti vulgi famâ, & vanâ audaciæ notâ, quid ſolicitus es modicæ fidei?

**Verba ſunt R. mi Patris F. Ioan. Hereræ Hiſp. Cõmiſſarij Curiæ Rom. in literis Boſkhieri Obedientialibus.*

*Ouid lib. 1. Triſt. eleg. 7.*

fidei? An neſcis, vulgus ſtultiſſimam eſſe belluam, iudicij omnis boni expertem? atque idcircò cenſuram eius omnem, vt catelli latratus contem- *Horat.l.1. Epiſt. 1.* nendam? Neſcis, belluam eſſe multorum capitum? fruſtraque ſperari, aut affectari, vndequaque illi ſatisfacere? Neſcis, Fabium illum Romanum indè effectum eſſe Maximum, quòd, bello aduerſus Hannibalem gerẽdo, vulgi famam & dicteria ſaluti publicę sẽper poſthabuerit?

*Ennius apud Cic. li.1. Off.*

*Non ponebat enim rumores ante ſalutem,*
*Ergò poſtq́, magisq́, viri nũc gloria creuit.*

Aut tibi vſquam lectum non eſt, ex Pictoribus illis priſcis vnum quempiam, cùm vellet omnia, ex populi dictamine, in tabula emendare, monſtrum pinxiſſe; cùm verò ex arte & ductu ſuo pingere, miraculum pulchritudinis edidiſſe?

*Odi profanum vulgus, & arceo.* Neque ſatis eſt idoneus Euangelij, imò ne Philoſophiæ quidem diſcipulus, qui ſtultum pudorem nõ poſſit contemnere.

*AElianus lib.8. var. hiſt.ca.15.* Et quorſum, tantoperè Catholici Regis reformidare Maieſtatem? Ergone credis, PHILIPPVM III. Hiſp. Regem

gem ſub Chriſto altiora ſapere, quàm ſaperet olim Philippus Macedo Alexandri Magni Pater, ſub idolis ſuis? Philippum illum Macedonem iuſſiſſe, ſoli ſibi quotidiè, poſt Athenienſes in Cheronea victos, manè à puerulo occini, *Homo es Philippe*; PHILIPPVM III. Chriſtianum non iubere? Ergone, hominem illum quoque eſſe, vel tu ipſe oblitus es? Neſcis, Diuum Antonium illum Magnum, ſtupentibus aliquandò Monachis, honorificas ad ipſum literas à Conſtantino Magno datas eſſe, ità ipſos interrogaſſe, *quid adeò magnum, Regem ad hominem ſcribere?* hominem ſcilicet, ad hominem? Formidoloſiorne Maieſtas Laici Regis, quamlibet latè dominantis, Maieſtate Regis ſacrorum, Vice-Chriſti, & Pontificis Romani, quem *conſtituit Dominus ſuper* omnes *Gentes*, *& ſuper regna* omnia, tàm Chriſtianorum, quàm Barbarorum, tàm nunc mortuorum, quàm adhuc mortalium? Atqui auſus es, etiàm cum eſſes iunior, Oratorem tuum ad PAVLVM V. mittere, ipſum adire, in adytis ſanctioribus alloqui, & cum ipſo Ierem. 1.

*Conſilium ſummis regni de rebus habere.*

Cur igitur quinquagenarius iàm factus ſic vnum Hiſppa. Regem PHILIPPVM III. perhorreſcas, vt neque adire, neque ad eum ſcribere, non librum vnum illi conſecrare omninò audeas? An quia PHILIPPVS non modò Hiſpaniarum Rex, ſed & Hiſpanus quoque eſt, idcircò tibi acceſſu difficilior videtur? Aude verò, aude, ſcribe aliquid, & ad eum mitte,
Num. 22. imo & ad eum *vade*, (genius iàm mihi meus dexter & bonus inquit, vt Angelus ille olim Balaamo.) Non eſt (inquit) PHILIPPVS III. non eſt pro magnitudine potentiæ, magnus, doctus ſcilicet ab Auguſtæ memoriæ Patre ſuo moribundo alta non ſape-
Pſal. 130. re, *non ambulare in magnis, neque in mirabilibus ſuper ſe.* Ex PHILIPPO grandes illos ſpiritus, ſpiritus Chriſti, ſpiritus humilitatis (vt ſic loquar) exſufflauit. Adde; & Hiſpanæ Gentis hoc proprium eſſe, D. Franciſcum Legislatorem tuum ac Franciſcanos omnes impenſiſſimè amare, quaſique in delicijs habere; itaque à paupere Franciſcano munuſculum, quamlibet leuidenſe, non poſſe non gratum eſſe Hiſpanorum Regi, & ipſi Hiſpano.

Hiſpano. PHILIPPVM quoque, Magni illius CAROLI V. Romanor. Imperatoris inuictiſſimi, Belgæ & Gandenſis, Nepotem eſſe, & à CAROLO illo V. auo tertium eſſe: itaque in eum multum Carolinæ illius Clementiæ, Belgicæque humanitatis traductum eſſe; & Belgis, ex quibus ipſe oriundus, tu ortus es, non niſi beneuolentiſſimum illum eſſe poſſe; ijs verò maximè, quos Religio in Deum, Pietas in Patriam, & Fides ſua in Principem ſuum commendat. Et verò ſit PHILIPPVS III. qui non eſt, alti ſpiritus; aut non ſit PHILIPPVS, qui eſt Clementiſsimus, totus Carolinus, & Belgicus, id eſt, Optimus; cur tamen timeas irato illo vti, etiam munus offerens, quale & te Franciſcanum, & ipſum Catholicum Regem decet, quæ duo in muneribus conferendis maximè ſunt ſpectanda?

*Nàm ſi illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit;* Terent. in And. Act. 1. Scena 1.
*Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?*

inquit

inquit ille. Finge pro PHILIPPO Piſiſtratum, nec ſic tamen is tibi hac in re pertimeſcendus. Piſiſtratus enim, quamlibet profeſſus Tyrannus, cùm Thraſymedes quidam Philomelam filiã eius, cuius impari amore captus erat, in pompa ingrediẽtem accurrẽs eſſet oſculatus, ipſique fratres virginis regię eam rem ægerrimè ferrent, & nõ ferendam contumeliam exiſtimarẽt, ità tamen clementiſſimè reſpondit; Polyæn. lib. 5. *ſi amantes pœnis affecerimus, quid ijs faciemus, qui nos odio proſequuntur?* Si ergò ſic Piſiſtratus Tyrannus, de oſculo filiæ ex amore; an PHILIPPVS Rex clementiſſimus aliter cenſeat, de libro ſibi dicato, ex amore ac reuerentiâ? Aude igitur inquam (ait intùs genius ille meus) aude, ſcribe, mitte, *Vade* Num. 22. etiàm tu ad ipſum. *Sed caue, ne aliud quàm præcepero tibi loquaris* adiecit, vt ille quondam Angelus Balaamo, id eſt, da dignum PHILIPPO Rege argumentum. Audio ergò genium, & obedio libens vtrobique. Audeo, quià vrget, & iàm tandem ad te DOMINE MI REX PHILIPPE Potẽtiſſime, librum hunc meum, ſeu *Legatum Apoſtolicũ*, ſeu conciones de Baptiſtæ Magni parrhiſia,

thiſiâ, & contra Herodis ſcelera dicendi libertate, mitto, conſecro, & dedico, ſiue honorarium, ſiue iuſtum tributum hominis in tua ditione orti, & aliti; *dico ego opera* hæc *mea Regi.* *Pſal.* 44.
Accipiat ſacra Maieſtas tua, quo vultu recepturam bonus genius mihi perſuaſit, & ratio ipſa benè ſperare iuſſit. At quorſum ſacræ conciones ad Regem? Quid Regi cum libris concionabundis? Et hoc de genij eiuſdẽ cõſilio eſt, qui ſic ſuaſit, his de cauſſis. Primùm: quòd tota res libri huius mei, Cenſura quædam eſt Magni Baptiſtæ de moribus ac fide Herodis. Sunt autem ſimilia ſimilibus aggregãda. Quò igitur Cenſuræ illius tractatus aptius potuit deſtinari, quàm in Hiſpanias, vbi Cenſura & Inquiſitio Catholica maximè viget? Ad quem Regem oportunius, quàm ad PHILIPPVM III. qui ipſe Inquiſitionis Cenſuræ & fauet impẽſiſſimè, & more maiorũ paret obedientiſſimè, vt is vel idcircò Catholici nomen (ſi nõdùm ab antiquo & ab Alphonſo haberet) iàm meruiſſe adipiſci, cenſeri poſſit, *nomen* ſanè glorioſiſſimum, & *quod eſt ſuper omne nomen* merè humanum, de quo *Michael Ritius l. 2. de Regibus Hiſp.*

quo ſic Pacianus autor antiquiſſimus Epiſcopus Barcionenſis: *Chriſtianus mihi nomē eſt, Catholicus cognomen: illud me nuncupat, hoc oſtendit: illo ſignificor, hoc probor.* Deinde; quod *Philippi* Regis *Tetrarchæ Iturcæ, & Trachonidis regionis*, in Herodiade vxore per Herodem læſi iniuria hoc libro memoratur, & hinc aſperrimum Baptiſtæ cum Hero de duellum verbale, vt vxor rapta à Rege, Regi marito reddatur; & quod autori libri eſt nomen Philippi. Cui enim Philippus ſcriptor, librum de Philippo Rege Optimo, in vxore læſo, agitantem dedicet, aut ſacret congruentius, quàm PHILIPPO III. Hiſp. Regi, etiàm grauiſſimè læſo, non in vxoris quidē, ſed in Belgicæ ſuæ vxoriè dilectæ, & merito ſuo ſic ſemper diligendæ, per hæreticorum exterorū inſolentiam, raptu ac violatione? Nec tamen conciones à Baptiſta apud Regem dictas, aut meas ad populum pronuntiatas, & iàm ſcriptas, Regi dedico aut ſacro, quaſi de Rege Concionatorem effecturus, Concionum lectitatione; minimè gentium (quanquam & Salomon, Rex idemque Eccleſiaſtes fuit: ſed & Dauid ipſe, qui ſic de ſeipſo: *Ego*

*Pacianus ep. integrā de hâc re contra ſui temporis hæreticos perſcriptā.*

*Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius:* & olim Reges plerique omnes, cùm ſcilicet iidem & ſacerdotes eſſent, iuxta illud; Pſal. 2.

*Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos:)* Virgil.

ſed idcircò librum eiuſmodi argumẽti non incommodè Regi offerri potuiſſe cenſui, vt ſic Regiæ Maieſtati, ad procurationem publicorũ negotiorum, otij tantò plus accederet, dũ noctu illi licebit, in cubiculo, in lectulo, nulla tẽporis iactura templis multis adeundis facta, quot libebit concionibus intereſſe. Regibus enim, frequenter cõcionibus publicis intereſſe Maieſtas ipſa, & ſtudium rarò in publicum prodeundi, ad Maieſtatem vel conciliandam vel tuendam (maximè inter Perſas) vix permittit. Reges multorum vno die Conciones adire vel audire, vix ſinit moles multitudoque grauiſſimarũ de Repub. curarum, acceſſus multorum ad ipſos, vt ipſorum reſponſa ad multos & colloquia cum multis (maximè Regum Hiſpaniæ, tot Regnis ſcilicet coronatorum, & negotijs penè adobrutorum ) Iuſtin. hiſt.

quæ

quæ interdiu maximè ab ipſis Regibus, & cum ipſis agitantur. Sed tamen nemo in Regibus adeò Regni, Curarum, aut Perſonarum quarumcunque ſeruus eſt, cui vel noctu ſaltem vacare non liceat à curis, id eſt ſecedere, vt vel ad horulam vnam aut alteram libellum pium verſare poſſit (ſi nolit cum illo Alphonſo Aragonum Rege librorum maximo helluone, ſtudio totus immergi) & nemo in Regibus eſt, quem non hoc aliquando deceat. Ergò ego Conciones iſtas de Regum inter ſe iniurijs, ad Regem curis maximis plurimiſque occupatiſſimum, quibus Geryon ille Rex tricorpor vix benè ſufficiat, mitto dedicoq;, vt cùm libuerit, & cùm per otia noctis licuerit, & cùm decuerit ipſum animę ſuæ curare negotia, & religioſa lectione recreari, hic legere, & intereſſe cōcionibus poſſit, loco immotus, minimeq; in publicum prodiens, ac ſic ſemel vtrique prouidere, & ſaluti animæ, & Maieſtati, contemptumq; qui à familiaritate & prodeundi frequentia creari fortè poſſit, vitare, & nihilo minùs, plurium vno die Concionum beneficio vti, Librum quamdiu libebit

bit lectitando. Vt taceam, quòd Rex quilibet (abſit verbo iactãtia) hæc noſtra legẽs, ſi non faciet orationem pleniorẽ (quod fortaſſe vix tanti eſt) certè rationem faciet ditiorem, illuſtriorem, & vitam multis locis meliorem; quandoquidem opere hoc toto (licèt ſparſim) multa de Regno ac Regibus, magna tamen (vti me decet) religione ac reuerentia, tracto, ex placitis Dei & hominum verè Catholicorum, nouorum veterumque: *Omnis ſcriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.* Nec arrogãtiæ eſt, ad Magnos minimè poſtulantes, ſpontè venire, aut offerre vnde proficiãt, cùm & Philippus diaconus vnus ex ſeptem illis primitiuis ad virum Aethiopem, Eunuchum, potentem Candacis Reginæ Aethiopum, non vocatus adcurrerit, colloquia doctrinalia prior miſcuerit, demumque in rhedam Barbari introductus ipſũ in fide erudierit, ac baptizarit. Vt vt de me ſentiãt, qui hæc noſtra ad te legent (Clemẽtiſſime Rex) nouit Deus, non alium quàm amoris atq; obſeruantiæ in Principem meæ errorẽ hic

eſſe, ſi quid hic erro. Et certè genius me meus (quem ſupra dicebam) valdè deceperit, ſi quid opere hoc Regi meo dedicando forſitan pecco. Sed Clementia tua, ſpero, gratamq́ habebit hanc obſeruantiæ meæ demonſtratiunculam; Reges enim Auſtriaci, vti & Iſraelis, clementes ſunt; & Regibus ferè, quo maiores ſunt, hoc munuſcula magis placēt, etiam minima, vt quōdam Perſarum Regibus Lympha mera, raphanus magnæ molis, & nuper LVDOVICO XIII. Gallorum Regi, nūc Genero tuo chariſſimo, oblata à puerulo pauperculo coætaneo auicula, quare & illum regiè admodū locupletauit. Sed iam abſoluo & ſileo. Memini enim me ad Regem ſcribere, cum quo hominum genere, ſemper paucis breuibuſq; verbis, imò & ſyllabis, agēdum ſcio, cum pro Maieſtate, tùm pro negotiorum multitudine ac

*Pſal. 44.* mole. Igitur POTENTISSIME REX *in æternum viue: intende proſperè procede, & regna.* Datum Montibus Hannoniæ, 1612. 5. Auguſti, feſto S. Mariæ ad Niues.

Apo-

## Apographum Licentiæ Prælati.

FRater Ioannes Neyen *Ord. Minorum Reg. Obſ. Reuerendiſs. Patris Generalis Miniſtri ſuper Belgicas Prouincias, necnon Coloniæ, Argentinæ, atque Hyberniæ cum plenitudine poteſtatis Commiſſarius Generalis, Venerando admodum in Chriſto Patri* F. Philippo Boſquiero *Prouinciæ noſtræ Flandriæ Sacerdoti, Prædicatori Confeſſ. & ſacræ Theologiæ Profeſſori ſalutem in Domino.*

*Quandoquidem video paſsim magno doctorum adplauſu recepta, quæ hactenus opera ſeu Latinè, ſeu Gallicè edidiſti, imò & ipſum Pontificem ſummum* PAVLVM V. *Oratorem tuum Terræ-Sanctæ gratum habuiſſe; idcircò venerande Pater, non ſolùm tibi licentiam pergendi, & noua cudendi, aut vetera recudendi facio, ſed & paternè te hortor, imò, & ad meritum Obedientiæ præcipio, vt ſcribas atque edas quæcunq; tibi expedire videbuntur, ad gloriam Dei Opt. Max. Eccleſiæq; Chriſtianæ vtilitatem; cariq; mihi erunt quicunque tibi hac in re voluerint eſſe fautores. Vale, & ora pro me. Datum Bruxellis ſub meo chirographo, officijq; mei ſigillo, 23. Iunij, 1607.*

Frater Ioannes Neyen Commiſſ. Generalis.

Edi-

Ego F. PHILIPPVS BOSKHIERVS Ioannem Crithium Ciuem & Bibliopolam Colonienſem vnum ſolumque Liberorum meorum reformatorem, id eſt, Librorum iam editorum recuſorem, & eius, quem nunc edo de S. Ioannis Baptiſtæ aduerſus Herodis inceſtum adulterium ſentẽtiâ, Typographum, totâ, quam latè patet, Germania ſuperiore, eſſe volo; iureque Patris in liberos & Autoris in libros, ſic edico & ſancio, lex eſto. Si quis contrà auſit & faxit, libros liberoſque, eius obſtetricio prodeuntes, alioqui meos, abdico, & pro ſpurijs, nothis ac non meis iam nunc habeo. Ita eſt. Coloniæ 1612. die 8. Iunij.

*F. Philippus Boskhierus*
*Cæſarimontanus.*

# ECHO CONCIONIS PRIMAE,

## *Ad Populum Aueſnenſem Anno 1608.*

## I.
## EXORDIVM VNIVERSALE.

POST meam Hannoniæ Cæſaream, in quâ me naſci ſuperi voluerunt, neſcio in quâ vrbe hactenùs optarim ardètiùs, conciones habere toto vel aduentus vel Quadrageſimæ tempore, quam in iſta veſtra (Auditores, &c.) Aueſnis inquam, atque id multis de cauſis.

Boſkhierus libenter Aueſnis concionatus,

* j. QVOD VNO quodam modo ipſa mihi Patria eſt. Nam vt Aueſnis ortus non ſim, ſum tamen oriundus, cum meum piæ memoriæ patrem & omne auitum genus meum hinc ortum agnoſcam, & huc genus referre. Aueſno-Montenſem me aliquis iure adpellauerit. Sed *ortus noſtri partem patria vendicat* Quidni igitur perlibenter, quantillum eſt in me ingenij vrbi Aueſnenſi impenderem?

j. Quod inde oriundus,

*Cic. 1. lib. of ex Platone.*

*Ad fontes ſuos* toto impetu *flumina reuertuntur.*

Et in trium Charitum choreâ, recipit vltimę manum, quæ prior ſuam dedit, ita beneficiorum euntium ac redeuntium eſt quoddam commercium.

* ij. QVOD EA CATHOLICA VALDE. Teſtor famam

 publi-

ij. Quod fides Romana illic integra.

publicam; teſtor Patris mei pios manes! Bone Deus! quæ ego in illo viro Aueſnate vidi exempla priſcæ fidei, & morum antiquorum,

quibus — *omnis res ſtat Romana viriſque!*

*Cic.li. off. ex Ennio.*

Malo mihi in vitia (ſi quę ſunt vt sũt certè) Catholicorũ tepidorum, quã in hæreſes Eccleſiæ transfugarum eſſe certamen, & potius in parum amantes Dei, quam in non credentes & Atheos, bellum.

Nam philoſophandi, & ritè diſputandi illam ſcientiam concedens multis, quod eſt Oratoris Euangelici proprium, vehementer in vitia dicere, ſcripturæ sẽſum explicare, ex ea variè varia concipere, &c. quoniã in eo ſtudio ætatem conſumſi, ſi id mihi aſſumo, videor id meo quodam iure vendicare.

Itaque bellum, ibi futurum cum vitijs tantum.

Aueſnis autem dicturus, nullum (laus ſuperis) quod cum hæretico geram ſum bellum habiturus, vbi hæreticum vel vnum ſciri monſtri ſimile eſt; nonnullum tamen, ſed quaſi velitatorium, cum vitioſis, cùm vbicunque homines ſunt, ibi etiam vitioſos ſit reperire.

Non enim Aueſnæ magis ſine paleis ſuis, quam macilentæ auenæ, aut quoduis ſemen ſine zizanijs, quamlibet illud ipſe Dominus in agro ſuo bonum ſeminauerit. Scilicet omnibus *vrenda filix innaſcitur agris.*

Quo minus arduum aut difficile hic mihi erit bellum. Facilius enim cuique conficere eſt vnicum cum his aut illis, vel Hæreticis vel Catholicis malis, quàm geminatum, ſcilicet cum vtriſque.

Et facilior de vitioſo Catholico, quã de Hęretico victoria. Virtus enim ab homine homini perſuaderi poteſt, fidem autem à Deo oportet infundi.

iij. Quòd ibi ſperet fauentem auditorẽ.

* iij. QVOD GRATVM hîc fore ſperem omninò qualecunque ſeruitium hoc meum, ſiue quà ciuis veſter ſum, ſiue quà aduena.

Et qua ciuis.

* j. QVA CIVIS, aut certè ex ciuibus veſtris oriundus. Video enim, vos in veſtrates eſſe propenſiſſimos, & ſi quid vſquam poſſunt, vobisipſis ac veſtræ

vrbi

vrbi gratulari, quæ tales genuerit.

Hinc agnoſco, quòd tam libenter familiari colloquio vſurpetis, Aueſnates vel fuiſſe, vel eſſe, qui Montibus imprimis habiti ſint in honore, & Magiſtratus magnos geſſerint, in quibus Ludouicos, Balbos olim Regi Catholico à conſilijs, Pontanos, & cæt. numeratis.

Et hinc quoque, quod anno ſuperiore Carmelitæ illi adoleſcentiori, ſed tamen benè diſerto, qui ex hac cathedrâ ante me, poſtremo Aduentu, conciones habuit, & cuidam deinde Ordinis S. Nortberti (opinor) monacho aliquoties hinc dicenti, fauiſtis magno ſtudio, non modò quod dotibus valerent ingenij & linguæ (quibus ſanè non minimis illi pollebant) ſed etiam ac maximè, vti ſuſpicatus ſum, quòd veſtrates eſſent, id eſt, Aueſnenſes. Ita patriæ & veſtratibus benè fauetis.

Cur ego, ciuis quoque veſter, illum veſtrum in ciues fauorem deſperem?

Spero, non iactabitis (ſi fortè quid occaſione inuitante, in moribus veſtris reprehendero) odioſum illud, quod Sodomitæ olim in Lothum multo ſtomacho vomuerunt, *Ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices?* cùm me ciuem aliquo modo veſtrum ſciatis plerique omnes, qui maiores meos hîc vobiſcum vidiſtis. *Geneſ. 19.*

*ij. QVA ADVENA, & propriè Cæſarienſis, ſeu Montenſis. Oraculum Chriſti vetus eſt, *Nemo propheta acceptus in patria ſua*, obliquè indicans exteris ferè gratiorem. **Et qua peregrinus.**

Id ſi verum (vti reuera eſt:) inter externos ſi numetor, videor hoc ipſo vobis acceptior futurus.

Denique vel idcircò id ſpero, quòd ſimilia cum ſimilibus facilè conueniant, ſimilitudine quacunque ferè amicitiam generante.

Aduena ego ſum? & vos quoque.

Iacobus Leſſabæus in Anacephalæoſi vrbium Hannoniæ tit. Aueſnæ: *Aueſnas* (inquit) *condidit Seruius Ser-*

*Seruiæ, cuius ſupra meminimus, author, nomenque ab aduenis impoſuit.*

*Aduenam* igitur *non contriſtabis, quoniam & tu aliquãdo* hîc *aduena ſuiſti*, vnde & Aueſnæ nomen.

Videtis ergò Auditores, quanta ſpe erectus, huc non inuitus prodeo?

**Tracturus de Baptiſtæ aduerſis.**

Cæterum, neſcio an vnquam plus me torſerit de argumento deligendo deliberatio; vt vix hodiè tandem certi quidpiam ſtatuere potuerit animus, quamuis vel tandem ſtatuit; nempè, de Iohannis Baptiſtæ captiuitatis cauſis dicere, de actis eius in carcere, & de ferali eius nece, materia ſanè admodum Tragica, cuius ſuſceptæ cauſas mox ex me audietis.

Sed in tam nobili argumento vna deinceps me res non minùs quam pleroſque veſtrum, ſolicitat, breuitatis ſtudium ſcilicet, quam deamo vna vobiſcum, imò cum hominibus omnibus & ſuperis ipſis.

Occinunt quidam illud vulgatiſſimum, *breuis oratio cælos penetrat.*

*Plutar. in Apoph.*

Ego in omni ad vos pœnè concione agitor ijſdem curis, quibus olim Phocion, qui cum aliquando ei in concione ſedenti ſeorſim, quidam accedens propiùs dixiſſet: *Videris cogitabundus ô Phocion*; reſpondit, *Rectè coniectas; Cogito enim, ſi quid queam detrahere his quæ dicturus ſum apud Athenienſes.* Alijs conantibus copiosè dicere, Phocion multa cogere & contrahere conabatur, ſcilicet; in quo conatu nunc ego quoque.

**In gratiã Auditorũ fortunæ tenuiorũ.**

*Geneſ. 3.*

Alibi olim in amplis illis opulentiſque vrbibus mihi iuniori & ſteriliori adhuc ſtudio erat fusè dicere, ne quid horæ integræ deeſſet, cum horam illæ poſceret, at mihi nunc ſeneſcenti, & fortè a concionandi ſcribendique multa exercitatione pænè ſylueſcenti, dicturo in vrbe iſta minimè quidem ſolitaria, ſed plena artificum *in ſudore vultus ſui veſcentium pane ſuo*, vnus ac præcipuus labor incubat, detrahere, & ſermonem cogere, ne dum animus nimio pane verbi Dei ſimul ac ſemel obruitur, magis quam reficitur, corpori deſit ſuus, & ille frumentarius. Illud ad curandum quidem, ſed hoc tamen non negligendum: vita etiam iſta corporis

poris

poris ſuo pane eſt ſuſtentanda.

*Cum eſſes iunior cingebas te, & ibas quo volebas, cũ ſenueris, alius cinget te, & ducet quò tu non vis*, de me poſſim ego nunc apud meipſum dicere.

Velim profectò (Auditores) quandoquidem multi nunc ita vultis, ego planè Lacon eſſe, & Laconicus magis eſſe quam Aſiaticus & redundans; velim inquã, non tantum breuibus vti ſententijs (quales ſunt Philoſophorum) ſed & ſyllabis, & literis breuibus (ſi fieri poſſit:) velim & poſſe verbis merè monoſyllabis, adeò ſum gratificandi vrbi huic patriæ ſtudioſus.

Nec enim malè Pythagoras; *Ne multis* inquit, *verbis pauca comprehendas, ſed paucis multa*. Stob. ſer. 33.

Quanquam ſi quibuſdam iam nunc audacter dixero, *Neſcitis quid petatis*, non videar admodum peccaturus.

Nam qui breuitatem petit, petit & comitem illius indiuiduam obſcuritatem, itaque & operam vtrobiq; perire, & hic a me fruſtra dicendo, & illic ab auditore, ſteriliter audiendo. **Etſi breuitatis comes obſcuritas.**

Vt legere, & non intelligere, negligere eſt; ſic loqui & audire non intelligenter.

Horat. habet in arte quidem, *Quicquid præcipias, eſto breuis*; *Horat. in arte Poet.*

Sed idem ibidem ait, *Breuis eſſe laboro,*
*Obſcurus fio*; quaſi dicat, breuiloquium ſilentio eſſe valdè finitimum.

Videndum (Auditores) videndum mihi vobiſque, & optandum, vt orationis magnitudo ſubiectæ ſententiæ ſit æqualis; vt calceus pede non ſit aut minor aut maior.

Quædam paucis explicari non poſſunt, quædam cùm poſſint, nolunt, nec decet omninò.

*Magnæ virtutes longam orationem deſiderant*, ait Pindarus. *Pindarus in Pyth. od. 9.*

Vtque omnia breuiter dici poſſint, & cum decoro velint, tamen non omnes fortaſſe breuiter dicere Oratores poſſunt, ſed nec breuiter dicta capere Auditores. **Et pauci eius capaces.**

*Gall. au petit pied.*

An omnes poſſunt pictores res magnas exiliter pingere; aut omnium ſpectatorum oculi, tam exiliter tamque ſubtiliter picta, diſcernere?

Non omnes igitur breuitatis capaces, neque Oratores neque Auditores.

Vt manus pictorum oculique ſpectatorum ad picturam; ſic lingua Oratoris, & auris ſiue intellectio Auditoris ad orationem ſe habent.

Vtpotè ſapientes tantum, *Pindarus vbi ſup.*

*Ei qui de re magna & longa* (quales ſunt hæ noſtræ de Baptiſta) *pauca verba facere velit, ſapiens auditor optandus & quærendus eſt*, ait Pindarus.

At in hac vrbe hactenus Palladis armatæ, quàm togatæ & literatæ ſtudioſiore (vt quæ nūc primùm ſcholam latinam alicuius nominis erexit) in qua ferè tot milites quot ciues, & adſueta magis tympanorum & tubarum ſonis, quā literis, quàm rarus talis Auditor, quamuis & talis omninò non deſit?

Quorum numerus vbique maior.

Ergò cùm ſimpliciores Auditores numero alios vincant, & ſimplicioribus maximè erudiendis conciones has ſolemnes eſſe mater Eccleſia voluerit; non videtur tàm ſtudioſè breuitas adfectanda, dummodò vera prolixitas euitetur.

Sed audio: ſimpliciores illi, ijdem pauperes ſunt, quibus victus in diem manu & arte quærendus.

Beatulus tu (inquis) cui panis iam diu coctus eſt, quod vulgò monachis omnes obijciunt.

An verò tu, quiſquis hoc ais, panem incoctum crudumque ſoles comedere, aut crudo monachos veſci velis?

Sed citra iocum reſpondeamus.

Puſillum temporis, quod Pauperibus abit, audītis toto Aduentu Concionibus.

Hoc anno 1608. forſitan 24. aut 25. dies toto Aduentu numerantur, quibus conciones haberi ſolent.

Agedum ergò? fac nos horam poſcere in ſingulas conciones, pauperes illos dare, & audire, quæſo quantillum tandem toto Aduentu temporis ad victum parandum perierit? Vnus fortaſſis & alter dies artificialis, non dico perierit, ſed Deo, ſed animæ ſaluti ſempiternæ rectè conceſſus fuerit

*Simon, non potuiſti vna hora vigilare mecum?*

O! Quot

O! Quot horæ, quot dies, menſeſque peius etiam non diuitibus illis pereunt, aleis, poculis, &c.

*Quærite quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* [*Matth. 6.*]

Quâ verò fronte nunc erecta recenter ſchola, filiolos veſtros totos dies includere ludo, ibique illos ſtare vultis, qui iam ſeneſcentes vna vix hora ſtare aut ſedere nos audiendo hîc poteſtis? qua fronte liberos veſtros obiurgabitis? [Ridiculū patres imperare liberis, quod ipſi non præſtent.]

*Ideò ipſi iudices veſtri erunt.*

Quomodò cum turbis, triduo toto, Chriſtum ſuſtineatis, etiam nihil habentes quod manducetur?

Profectò, dolenter mirandum, Chriſtianos pœnè omnes optare atque ambire longam vitam, longa prādia, &c. conciones autem & Miſſas breues, & (vt illi in re ſanctiſſima nimium ludicri, vocant) venatorum.

*Fiat* (aiunt irreligioſi illi & impij) *fiat miſſa breuis, prandia longa ſatis.* O tempora! ô mores!

*Non ſunt longa, non ſunt longa* (Auditores) *quibus nihil eſt quod demere poſſis*, vt ex veteri Poëta quondam mihi Romæ reſpondebat, prolixitatem orationis trium circiter horarum coram ſe ſolo, in Palatio Pontificio habitæ, excuſanti, illuſtriſſimus Dominus, D. Petrus Pauonius, mihi à Paulo V. tum decretus Auditor. [Præpoſtera Chriſtianorū ſtudia.] [*D. Petrus Pauonius Pauli V. Secretari⁹ vir doctibus omnibus ornatiſsimus.*]

Non eſt longa Concio illa, inquam, quæ nulla ſui parte carere poſſit.

Vtinam tam morum Laconicorum, quam ſermonum eſſemus omnes adpetentes!

Sed tamen, quandoquidem, Platonis ſenſo, *modus orationis non penes dicentem, ſed penes audientem*, & plerique breuitatem ita efflagitatis; & me, & orationem ipſam cogam quàm potero maximè, ne latiùs effundar, quam optetis. Sed nunc cauſas accipite delecti huius à me argumenti.

* j. QVOD DOLEREM, tam nobile conſtantiæ Iohannis in corripiendis (etiam periculo vitæ ſuæ) potentiorum vitijs argumentum à nemine hactenùs (quod ſciam) ſatis dignè & copioſè ex profeſſo eſſe tractatum. [Cauſa delecti huius à Boſkhiero argumenti.]

Nam, etſi, quo die Eccleſia Catholica feſtum Decollationis Baptiſtæ anniuerſariè celebrat, eodem cõcio quoque ferè de eadem re habeatur, non poteſt tamen tanta res horula vna pro dignitate explicari.

*Perit memoria eorum*, quæ tam obiter dicuntur, *cum ſonitu*. Explicandum totum illud, & multis diebus ſpectandum, & de illo ſæpè audiendum, vt videamus, quã dignum ſe Deus Pater Chriſto ſuo præmiſerit præcurſorem: quam fortes viros Eccleſiæ naſcentis exordia habuerint; quàm ſui, quàm vitæ cõtemptores, pro virtute, pro Dei legibus, pro populorum ſalute: quàm nunc plerique diſtemus ab illis Hectoribus, atque idcircò & Herodes & Herodiades plures terra nunc ferat, quàm bonis libeat.

*ij. QVOD LIBERTATIS Eccleſiæ, magnam vim iam à quibus minimè oportuit, patientis, defenſandę, in hoc Euangelio multæ manifeſtæque occaſiones. Adeſte animis atque audite Sacerdotes. Res hic multæ è re veſtra, proponentur.

* iij. QVOD INVECTIVIS in varia temporis noſtri vlceroſiſſimi crimina (vt ſunt adulteria, inceſtus, raptus, iuramenta, periuria &c. bellorum æui noſtri non magis meſſes, quàm ſemina) Euangelium iſtud latam aperit viam: quo in genere ferè, D. Franciſci authoris noſtri ſub Chriſto ſuaſu nobis eſt verſandũ, *annuntiando* populis (vt ipſe in Reg. loquitur) *Vitia & virtutes, Pœnam & Gloriam, cum breuitate ſermonis.* *Reg. c. 9.*

* iiij. VT vos homines militares, à magnanimitate Iohannis Baptiſtæ diſcatis, etiam ſeruis Dei eſſe animos magnos, quales eſſe ſeruis mundi, Iohannes Aueſnenſis, quondam Dux veſter, Hannoniam noſtram fatigando, oſtendit.

*De Iohan. Aueſnenſi Iac. Leſſabæus vbi ſu.*

* v. ADDE, & me Philippum, de iniuria Philippo Herodiadis marito illata, decere maximè contra Herodem dicere, & Concionatorem tantulum, pro Concionatorum maximo; paratum ſi ſic vſus ferat, paria dicere, & eadem pati.

Quod totum Tragicum eſt.

Eſt autem tota hæc Tragædia planè illuſtris tam ratione ſublimitatis perſonarum hinc agentium, hinc patien-

patientium, quam adſpectu finis per Baptiſtæ mortem, plus quàm tragici, & luctuoſiſſimi.

Actus autem huius velut Tragœdiæ quatuor mihi erunt, explicabiturque in
1. *Gratia prima Baptiſtæ apud Herodem & Curiam.*
2. *Cauſa vinculorum ſuccedentium;*
3. *Baptiſtæ geſta in vinculis.*
4. *Baptiſtæ iniquiſſima obtruncatio.*

Hodiè ſuffecerit aliquot actores ſeu perſonas Tragœdiæ tã horrendæ, penicillo rudiore depingere, Herodem ſcilicet, Herodiadem, & Salomen tres nequitia illuſtriſſimos & pænè pares, ac deinde ſed his multò meliorem Philippum, qui in vxore iniuriam ſummam à fratre eſt paſſus, vt cras liberior ſit de Ioanne ſanctitate maximo dicendi locus, de patiente ſcilicet poſt agentes. *Aue.*

## II.

## QVATVOR ACTORVM TRAGOEDIÆ HVIVS Deſcriptio.

1. **Optimi, vt**
   1. *Chriſtus laudator Baptiſtæ noſtri apud turbas;*
   2. *Ioannes ipſe Baptiſta vim paſſus, dum vim non vi, ſed voce conatur, ab altero repellere,*
   3. *Diſcipuli duo, Legati Ioannis ad Chriſtum, anonymi, niſi alterum Andreã fratrem Petri libeat appellare.*

Actores omnis generis.

Optimi quidam.

**Quidam peſſimi.**

Actores Tragœdiæ huius varij; quidam

- 2. *Peſſimi*, vt
  - 1. *Herodes Tyrannus, adulter, &c.*
  - 2. *Herodias adultera.*
  - 3. *Salome Herodiadis ex Philippo filia, ſaltatrix & locuſta pernicioſiſsima.*
  - 4. *Satellites, qui Ioannem vinxere, & lictor, qui iugulauit.*
- 3. *Medij*, vt
  - 1. *Philippus Tetrarcha Iturea, Herodiadis maritus, placidiſſimi homo ingenij*
  - 2. *Principes, Herodis conuiuæ, ne verbulo quidem Regem à tali ſcelere auocare conati.*
  - 3. *Turbæ in deſerto, apud quas Chriſtus de Ioanne perorauit.*

**Cæteri medij.**

---

DE CHRISTO ſuperuacuum ſit dicere, vt de notiſſimo; de diſcipulis & Legatis Ioannis nunc non oportunũ, ſed potiùs actu tertio, cum de Legatione ipſa captiui Baptiſtæ agetur, de Cõuiuis, de Satellitibus, de Lictore, de Turbis, quorum nemo, ab Euangeliſtis, ne quidem nominatur, non video quid verè dici poſſit, niſi quod Satellites, quod Lictor nimium Herodi hîc obedientes fuerunt, Principes verò reliquiq; conuiuæ, nimij diſſimulatores, vt nunc non pauci.

Igitur hodiè, quos diximus, depingamus, ac Herodem quidem primum, non vt digniſſimum, ſed vt totius ſceleris anteſignanum.

**Herodes iſte qualis.**

*Herodes* ergo iſte (Auditores) vtinam ſub Iudaiſmo, non deterior illis Herodibus fuiſſet, quos in Ethniciſmo lego, etſi non omnino laudabiles, & næuo nonnullo deformes, certè non peſſimos, & huic compara-

paratos, valdè bonos, & (vt ſic dicam) ſanctulos.

Herodem enim etiam Atticum vnum lego, Athenis natum, nobilitate generis, potentia, & ſophiſtica facultate clarum, genus ex ipſo Æacidarum ſanguine deducentem Attico patre, cui diuitiarum initium dederit theſaurus prope domum repertus.

Hic Græca oratione (inquit Gellius) ferè vniuerſis grauitate, copia, & vocum elegantia longè præſtitit. *A. Gell. noct. Att. lib. 1. c. 2.*

Iſte, opinor, ille fuit, qui in quodam Hadriano etiam Sophiſta iuuene laudans & vocis & animi magnitudinem, orationem verò nondum ſatis compoſitam notans, dictionem eius *Coloßi magni fragmenta* appellauit.

*Plinius ſecundus l. 4. ep. ep. 68.* de hoc Herode videtur intellexiſſe, quum Hadriani cuiuſdam amici ſui Græcis epigrammatis & iambis benè laudatis, tandem adiecit; *Callimachum me vel Herodem, vel ſi quid his melius, tenere credebam. Quorum tamen neuter vtrumque aut abſoluit, aut attigit. Hominem Romanum tam Græcè loqui?*

Sed tamen nec hic omninò ſine crimine. Vxorem enim & ipſe ſuam occidit, quo nomine & à Bradea illius fratre, in ius vocatus eſt. *Cælius Rhod. lib. 20. antiq. lect. c. 27.*

Vita huius apud Philoſtratum.

*Herodem* alterum deindè lego Parthorum Regem. Sed idem licet M. Craſſum à Sureno præfecto ſuo captum, ab eodem interfici vel pati vel imperare iure belli potuerit, immanis tamen crudelitatis ſignum edidit, quum mortuo liquefactum aurum in os infundi à ſuis vel iuſſit vel permiſit, cum hoc crudeli ſanè ſarcaſmo atque inſultatione, *Aurum ſitiſti Craſſe, aurum bibe*, vel *auro te ſatia.*

Etſi enim Craſſus auri cupiditate, eam expeditionem ſuſcepiſſe credebatur; tamen ſatis Regi victori eſſe debuerat, (ſi modo vel vnciola illi humanitatis infuiſſet) viciſſe, occidiſſe. In mortuos ſæuire, atq; inſultare ferarum eſt, ac ne quidem omnium, ſed vrſorum, ſed luporum, & à leonum indole longè

degenerantium , quibus ſatis eſt hoſtium corpora proſtraſſe.

Ergò Herodes iſte ſplendidam victoriam nota magnæ crudelitatis infecit.

**Herodibus Ethnicis peior. & fortè ipſis quoque Iudaizantibus.**

Herodes autem hic noſter, iſtis longè omni ſcelere anteiuit, etſi proſelytus, etſi Iudaizans.

Ac neſcio an Herodibus quoque reliquis Iudaizantibus hic deterior fuerit.

Herodes enim tres omnino Scriptura commemorat, ſed eiuſmodi, vt ex tribus vna lignatis, ne vnum quidem bonum & probum conflare, vel ipſe Lyſippus poſſit, imò nec ſol ipſe vel vmbram probi vnius.

**Qui tres fuerunt.**

**Herodes tres in ſacris literis.**

1. *Aſcalonita*, Idumæus, cuius pater Antipater, mater Cypris Arabica, qui primus Iudæorum ex alienigenis ſub Romanorum Imperio Rex fuit, ordine 129. ſub quo, & à quo fœdiſſima illa Innocentium Bethlemitarum ſtrages edita, cuius & meminit Macrob. lib. 2. Saturnal. c. 4. *Zelum nuper in noſtra* Ara Coeli *quibus oportuit coloribus depinximus Decade* 1 *conc.* 4. *fol.* 79. *& ſeqq.*
2. *Antipas*, illius primi filius, Baptiſtæ noſtri parricida, de quo mox latiùs.
3. *Agrippa*, Ariſtobuli filij Herodis Aſcalonitæ filius, Antipæ noſtri nepos, Iudæus (vt teſtatur Ioſephus) & vti Ariſtobulus pater circumciſus, à Romanis conſtitutus Rex partis vnius, regni Iudæorum. *Occidit autem iſte Iacobum fratrem Ioannis gladio, videns autem quia placeret Iudæis, adpoſuit vt apprehenderet & Petrum, volens poſt Paſcha producere eum populo.* Act. 12. vbi illud notatu digniſſimum (*videns quia placeret Iudæis*) vt vel hinc videas hominem fuiſſe ſuſque deque habentem an diſpliceret Deo, dum placerent populo quas feciſſet Tragœdias. Quomodo ipſus placere

poſſet

poſſet populo, aut quid liberet populo, dumtaxat adtendebat.

Tres ęquè Reges, ſed heu!tam tribus illis orientis Regibus Chriſti adoratoribus, primiſque Eccleſię fundatoribus, vita & operibus diſpares & aduerſi, quam regione & religione diſcreti.

Tres æquè Reges, vt conſanguinei & cognomij, ſic ferè æquè ſceleroſi, & vel magnis vel Magnorum cædibus infames, famoſiores notioreſque ſceleribus, quam nominibus ſuis, qui fortè, vt Eraſiſtratus templo Dianæ inflammato, ſic innocentum hominum cædibus, famam adfectarunt, potiùs magnam, quam bonam. **Vt cognomines, ſic ferè æquè ſceleroſi.**

*Egregiam verò laudem.*

Antipas autem vnus hoc loco maximè cognoſcendus, præcipuum ſcilicet huius Tragœdiæ Euangelicæ caput.

Herodes igitur iſte Antipas, Herodis primi illius Aſcalonitæ quidem filius fuit, & hæres vt nominis, ſic ſcelerum (*mali enim corui malum ouum:*) ſed regni non item. Fuit enim non tàm Rex, quam Tetrarcha Galilææ (Regulum iure appellaris) ac tandem etiam Tetrarchiâ, & tantulo ſuo & paupere regno merito exutus, & relegatus, vt mox dicemus. **Herodes Antipas Tetrarcha dumtaxat.**

D. Auguſtinus tom. 4. lib. 2. de conſenſu Euang. c. 7. *Herodes* (iſte) *alius filius eius* (Aſcalonitæ) *non Rex, ſed Tetrarcha dictus eſt, quod nomen Græcum à parte regni quarta inditum reſonat.*

Initio enim cum regnum aliquod quadripartiebatur, & cuique parti princeps vnus præficiebatur, partium quælibet Tetrarchia vocabatur, vt non pœnitendi authores tradunt, & quiuis Princeps, Tetrarcha.

Tandem verò factum, vt etſi plures vel pauciores eſſent regni ſectiones, eodem tamen nomine, cuiuslibet ſectionis Principes, Tetrarchæ dicerentur, *vt ex Strabone lib. 2. & Plinio lib. 5. cap. 18. & 21. poteſt intelligi.*

Mortuo ſcilicet magno illo Herode lactentium lanione, *Cæſar Ba-*

*Baronius* 10. 1. *Annal. ad annum Chriſti* 31. *poſt med.* 3. *Reg.* A fratrum inter ſe de regno paterno contentione.

nione, filij eius Archelaus, Philippus, Herodes Antipas, & Liſanias de regno (vt fit) diſceptarunt. Sed Auguſtus ex Senatuſconſulto ita litem diremit: *Nec tibi, nec illi, ſed diuidatur.* Regnum ſcilicet totum in Tetrarchias diuiſit, ex quibus Iudæa cum Idumæa & Samaria, Archelao; Galilæa autem huic Herodi Antipæ; Lyſaniæ Abilena; Philippo (qui Herodiadem, ſuam ex Ariſtobulo fratre defuncto neptem, vxorem duxerat) Iturea & Trachonitis, &c. ceſſerunt.

Lucas cap. 3. ſic ait: *Tetrarcha autem Galilææ Herode; Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis; & Lyſania Abilinæ Tetrarcha*, quem Lyſaniam, quidam horum fratrem, & Herodis Aſcalonitæ etiam filium dicunt: alij verò eius duntaxat nepotem, filium ſcilicet Ptolomæi cuiuſdam ex Alexandria prędicti Herodis ſorore.

Nequitiam Herodis noſtri indicant
1. *Scriptores,*
2. *Chriſti oraculum,*
3. *Romanorum iudicium:*

De quo peſſimè Patres loquuntur.

* 1. Scriptores.

D. Chryſoſt. homil. 16. ex varijs in Matth. ſic iſtum depingit: *Herodes profanauit templum, Sacerdotium ſuſtulit, confudit ordinem, temerauit Regnum, corrupit quidquid erat Religionis, quod Legis, quod vitæ, quod morum, quod diſciplinæ perdidit & confudit.*

Nihilo meliꝰ quã de Tyranno.

*Herodes ſicarius in ciues, in nobiles latro, in ſocios populator, in domeſticos prædo, plebis interemtor; occiſor filiorũ, in extraneos homicida, in proprios parricida, inebrians terram ſanguine, in ſiti ſanguinis permanebat.*

Eraſmus Paraphraſi in Luc. c. 3. *Multa patrabat impiè tyrannicèque populum expilans, libertatem opprimens, in alijs puniens quod ipſe committeret, venales habens Magiſtratus, venale Sacerdotium, ac palàm domi habens Herodiadem.*

De tributis valdè fuiſſe ſolicitum videas vel ex eo quod cum Herodianis ex Chriſto quæſitum eſt, *Licet cenſum dare Cæſari, an non?* Etiam curioſum rerum

Matth. 22.

nouarum

nouarum, & irriſorem hominum ſeriorum fuiſſe, patet ex veſte alba, qua in paſſione Chriſtum illuſoriè indui iuſſit, poſtquam vidit à Chriſto miracula nulla coram ſe fieri, nihilque tale ab eo dici, quale iampridem cupierat & ſperarat.

Fuit verò iniurioſiſſimus in Philippum fratrem, cuius torum fœdauit, iniurioſiſſimus in Herodiadem quoque ipſam, ſuam neptem & iam fratris vxorem, cuius corpus conſtuprauit, & in Salomen ſuam dupliciter neptem ſeu proneptem, cuius famam infamē fecit, quam illam ſociam materni ſceleris, & fortè lenam adſciuit, & quis ſcit, an non etiam matris pellicem? vt cum ouo etiam gallinam conſumeret, (vt aiebat magnus ille Inferni Vicarius Henrici VIII. Anglorum Regis) deniq; quam eā domi procul à patre optimè morato vel abſtractam, vel lenocinijs abductam, habuit, & in Curia ſua luxu, ſaltationibus, peſſimis exemplis infami, & quaſi ſcelerum Vniuerſitate, aluit; quum ei potius virgandæ Thyeſtæam illam capitis Baptiſtæ poſtulationem conceſſit.

Qualem ſe in Philippum fratrem maximè demonſtrauit,

*Sanderus de ſchiſmate Anglicano.*

Monſtrum hominis, non tantum Philippicis iſtis noſtris, ſed Ciceronum quoque omnium, longè digniſſimum.

* ij. CHRISTI ORACVLVM, cum dixit Luc. 13. *Dicite vulpi illi*, Herodem iſtum intelligens.

De quo nec ipſe Chriſtus valdè bene,

Vulpeculæ enim certè paſſim malè audiunt, à calliditate, à fraudibus, à ſimulationibus diſſimulationibuſque.

Eſt enim vulpes animal mirè aſtutum, cuius aſtus, apologis Æſopi & vulgi, celebratur, latitans in cauernis, latenterque fallens & rapiens, quamque adparuerit, nunquam rectis itineribus, ſed tortuoſis anfractibus currens, nunquam manſueſcens, nulli amicum niſi coruo, ſimile ſimili ſcilicet, propter communes cum æſalone inimicitias. *Vide Ariſtot. 9. hiſt. animal. 3. Arnobium in pſ. 62.*

Cum vulpem adpellarit,

Itaque tradunt per vulpem, vafrum, callidum, ac dolis omnibus inſtructum hominem ſignificari, vndè Horatius:

*Nu-*

Quo ani mali nihil doloſius.

*Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.*

Apud Varronem inſignis adeo eſt animalis huius calliditas, vt (*Vulpinari*) indè verbum confictum fuerit ab ijs, qui aſtutè doloſeque fieri aliquid, ſignificantius exprimere voluerunt.

Vulpes, vbi quid vafrè ſciteque dictum factumve fuerit, in Æſopicis fabulis principatum tenet, vti & Dauus in Comœdijs.

Vulgo, Vulpem ſenem laqueo capi non poſſe, dictitatum.

Origenis ſenſo, à Prophetis, nec Vulpis, nec Lupi nomen vnquam ad bonum aliquod vſurpatum fuit.

Apud Claudianum, fallacium hominum animæ, vulpibus immittuntur, vel Rhadamanti ſententiâ.

Illud Pſalmi 62. *Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt*, Adamantius de ijs dici interpretatur, qui extremo iudicio, Dæmonibus malis addicentur, ſunt enim illi, vulpes illæ, quæ vineas domini corrumpunt.

*Apud Rutgerũ Velpiũ. 1580.*

Meminiſtis Seniores libelli cuiuſdam, Montibus, in ipſo ciuilium bellorum noſtrorum feruore editi, titulo *Vulpes detecta* gall. Le *Renard decouuert*, in illum Belgici belli Catilinam?

*Iudicum* 14. Meminiſtis vulpium illarum Sampſonis trecentarum, quæ ignitas faces cauda ſingulæ trahentes, Philiſtæorum Meſſes incenderunt; Magno hæreticorum ſymbolo ſcilicet.

*Cant* 2. Legiſtis *Capite nobis vulpes paruulas* (id eſt) dũ paruulæ ſunt) *quæ demoliuntur vineas*? detractorum clancularioruum dolis ſignificandis?

Prouerbia pœnè omnia à vulpe ſumpta, ipſius animantis malitiam ſonant.

Vt: *Cum vulpe vulpinandum.*

Et illud à Lyſandro ſæpè vſurpatum, *Leonis ſpolio, vulpeculæ pellem adſuendam*, id eſt, dolos ad vires adijciendos. *Plutarchus in vita Lyſandri.*

Et, *Vulpes muneribus non capitur*, De ijs, qui non facilè muneribus flectuntur. *Ex Suida in dictione* ἀλώπηξ

Et, *Vulpeculæ familiaritate vtens, vulpinam calliditatem expecta.*

*expecta*. Ex eodem ibid.

Chriſtus ergò, qui neminem nec ſolebat, nec poterat niſi merito illius ſummo infamare, cum Herodem vulpem dixit, an non quid hominis eſſet ſatis indicauit? an non verſipellem fraudulentumque hominem eſſe, & via recta relicta, tortuoſiſſimè ambulãtem inſinuauit?

Libet audire Herodis vulpinas calliditates nonnullas?

* Vvlpes certè Herodes fuit, quum Philippo fratri, hoſpitij prætextu, iuſtam vxorem eripuit.

*Culus dolos Herodes in multis repræſentauit.*

Cùm enim Herodes iſte Romam fortè fortuna euocatus, ad Philippum, ſuum, * ex genitrice tamen alia, nempè Simonis Pontificis filia natum, fratrem, ex itinere egregius ſcilicet hoſpes diuertiſſet, apud eũ pluſculos dies commoratus, hoſpitam ſuam Herodiadem fratris vxorem, Ariſtobuli communis fratris filiam, & Agrippæ maioris ſororem, cœpit (vti olim Paris Helenam Menelai) neglectis ſacris hoſpitij iuribus perditè deperire, & clam de nuptijs compellare, conſentiemtemque (ea conditione, ſi vxorem quam habebat *Aretæ filiam repudiaret) Roma reuertens, raptam ſecùm, vxorem imo adulteram futuram, abduxit. O nefarium, & fraudulentum caput! ô vulpem diris omnibus deuouendam!

* *Baron. tõ. 1. Ann. ad annum Chriſti 31. pag. 127. Egeſippus l. 2. excid. c. 12.*

* *Baron. ſic ibid. & Niceph. l. 1 c. 19. Egeſippus l. 2. de excid. Ieroſ. c. 12.*

* Vvlpes fvit, qui Ioannem vel *libenter audiebat*, vel libẽter ſe audire ſimulabat, & *audito eo multa faciebat*. qui Ioanne familiariter vtebatur, adibat, conſulebat, &c. ſperans ſic ſcelera ſua obumbrari ac velut prætexi poſſe, vt nunc nonnulli, qui pios Sacellanos, aut doctos Concionatores apud ſe alunt, ipſi impiſſimi, &c. tantum, vt quales ſunt, non habeantur, habeantur quales non ſunt, & proborum conſilio, etiàm mala ſua facere videantur.

Eraſm. paraph. in Luc. 3. *Herodes pilis camelorum quibus veſtiebatur Ioannes, zona pellicea, qua cingebatur, tenui victu, totius vitæ innocentia, auctoritate, qua valebat apud populum, ad ſuam abutebatur tyrannidem.*

* Vvlpes fvit, qui Ioannem, inceſtuoſum

eius adulteriũ grauiter, libereque accuſantem, cautè ſubmouit, & vinctum in Macherunte, *in tenebroſis, & in vmbra mortis*, veritus, ne vitæ ſuæ indignitate, & Baptiſtæ authoritate, res nouas, plebes cum Philippo offenſo, commotæ, molirentur.

*Semper* enim *præſumit ſæua perturbata Conſcientia*. Tales, *quod meruerunt, ſemper expectant.*

* VVLPES FVIT, qui *volens Ioannem occidere, timuit populum, quia ſicut Prophetam eum habebant.* Matth. 14.

Timuit, *ne fortè tumultus fieret in populo.* Rimatus eſt nocendi oportunitatem: diſtulit, non omiſit nocendi voluntatem. Exitus acta probauit.

* VVLPES FVIT, qui poſtulato à meretricula ſaltatricula capite eius, quem fortaſſis maximè perire iamdiu intus cupierat, triſtitiam in menſa ſimulauit.

Iampridem norat illud, *Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.*

* VVLPES FVIT, quoniam vt vulpes ferè canibus ſimiles, fereque ſimiliter latrant; ſic ille ſe Regem iactans, & religionem pietatemque, & mirum ad verbum Dei, ipſumque Dei interpretem Ioannem ſtudium oſtentans, non alius tamen reuera quam Tyrannus, & impius fuit.

* VVLPES FVIT. Nam vt illæ odore tetro putent, ſic ipſe peſſimis moribus, bonum alioqui regij nominis odorem, apud populos fætere fecit.

O ergò vulpem! ô vulpem! ô hominem nomine, quo à Chriſto donatus eſt, digniſſimum.

**Nominis ſui ſignificatis vndequaque reſpondens.**

Et notate, benè optimeque eidem Herodis nomen conuenire. Horodos enim, vel Herodes, idem quod *pellicius glorioſus*; vel, *pellicium glorioſum*; vel, *pellibus glorians*: Et verò quid aliud hic Herodes, quam exterius & foris Cato, intus verò & domi Nero? in oculis hominum agnus, illâ obſeruantiæ in Ioannem ſimulatione, in oculis autem Dei, Leo aut Tigris?

Rur-

Rurſus: Benè optimè Herodes, id eſt Syriacis, *ignitus draco.* Ignitus .n. totus fuit, totus arſit amore in fœminas. Carnalium, & libidine perditorum hominum perfectiſſimum exemplar.

Draco fuit, ſurditate ad verbum Dei, furore in Ioannem monitorem ſuum.

Pſal. *Furor illi ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, quæ non exaudiet vocem venefici incantantis ſapienter.* Draco fuit, cuius venenum in cauda maximè poſitum fuit. Initio enim Ioannem aut amauit, aut amare ſimulauit, Tandem cepit, vinxit, obtruncauit.

Herodiõ vel Herodius etiam meritò adpellandus, qui (teſte Hieronymo ad Suniam & Fretellam, & in Iob) miluus eſt, vel (ſecundum alios) accipitris genus, volans ad alias aues trucidandas.

Quid enim aliud Herodes iſte, quam miluus & accipiter. & merus prædo fuit, ſubditorum, Nobiliũ, conſanguineorum, opum, vxorum, vitarum &c?

Sceleribus omnino leproſum ac coopertum illum fuiſſe vel hinc videas, quod non modo de adulterio, ſed de alijs quoque malis à Ioanne correptum fuiſſe ait Euangeliſta.

*Herodes,* inquit, *cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit,* Lucæ 3. notate quæſo illud (*de omnib⁹ malis, quæ fecit Herodes.*)

Herodes iſte perfectum tyranni ſimulacrum, cui viſum licere, quidquid collibuiſſet.

Quamuis ceſura vera *peccare certè licet nemini* in leges Dei, aut Eccleſiæ, aut Patriæ, ac certè minus Regibus, quam priuatis.

* 3. ROMANORVM IVDICIVM. C. enim Tiberius Imperator Herodem iſtum tandem Tetrarchia exuit, exilioque apud Lugdunum (vt volunt quidam) vel (vt Euſebius) Viennam Galliæ vrbem, ſempiterno damnauit, ex quo plus ſatis euidetur Herodem iſtum fuiſſe ſceleſtiſſimum.

Nec Romam ipſi ſenſere, *Euſeb. l. 1. hiſt. Eccl. c. 13.*

Romani enim maximè Imperatores, non temerè quemquam præcipuè Regem exautorabant, aut regno multabant, apud quos ſanctum erat re-

Quum illum exilio damnarint,

 gium

gium nomen;quique pleriſque etiam victis regnum reddidere,& alios ſupplices defendere.

Sed iam plus ſatis de hoc hominis monſtro.

### III.

*De Herodiade, Salome, & Philippo.*

* *Herodiadem* verò qualem dicam, niſi dignum patella operculum?ex eiuſdem mali corui eodem ouo prognatam?& digniorem,quæ impij Herodis thalamo potius quam Philippi optimi nuptijs, vteretur?

Herodias cuius filia, ſecundũ quoſdam,

Ea autem quæ fuerit,& cuius filia,variorum varia eſt ſententia.

*Chriſtianus Maſſæus lib.5.Chronic.pag.95.* ait Herodiadem fuiſſe Arethæ Regis Arabiæ Petrææ filiam, Philippo primum locatam,ſed ablatam deinde & Herodi traditam.

D.Hieronymus in Matth.c.14. *Vetus* inquit,*narrat hiſtoria.Philippum Herodis maioris filium,ſub quo Dominus fugit in Ægyptum,fratrem huius Herodis, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, duxiſſe vxorem Herodiadem filiam Aretæ Regis:poſtea verò ſocerum eius, exortis quibuſdam contra generum ſimultatibus,tuliſſe filiam ſuam, & in dolorem prioris mariti,Herodis inimici eius nuptijs copulaſſe.*

*D.Anſelmus in c.14.Matth.etiam refert.*

Verùm,cum hæc vetus hiſtoria ſit incerta, ſequi malim quod Ioſephus cum alijs probatis hiſtoriographis dicit,nempe,fuiſſe hanc Herodiadem filiam Ariſtobuli filij Herodis maioris, ac ſororem Agrippæ maioris.Quod cum ita apertè & frequenter dicat Ioſephus,manifeſtum ſit, mendum eſſe in Euſebij hiſtoria Eccleſ.c.13.lib.1.cum ibi dicatur Ioſephus ſcripſiſſe,Herodiadem hanc fuiſſe filiam Aretæ Regis:ſic enim ibi legitur:*Concordi verò teſtimonio etiam Ioſephus de hoc ſcribit, nominatim etiàm de Herodiade commemorans velut de coniugo fratris Philippi viuentis violenter * abſtractæ,& ſuis ab Herode inceſtis nuptijs * ſociatæ, propria & legitima vxore repulſa. Quàm Herodiadem filiam*

Veriùs Ariſtobuli filia,ſecũdũ alios. *Ioſeph. Antiq.* 18. 9 10. * *abſtracta mel.* * *mel. ſociata.*

*liam dicit fuiſſe Aretæ Regis Arabiæ, propter quam etiam Ioanem Baptiſtam ab eo commemorat interemptum. Bellum quoque exortum inter Aretam dicit & Herodem, tanquam ob ignominiam filiæ vindicandam &c.* In quo teſtimonio præter alia, hoc etiam falſum eſt, quod Ioſephus dicitur dixiſſe, *Herodiadem filiam fuiſſe Aretæ Regis.* Non enim hoc dicit, ſed propriam illam & legitimam vxorem depulſam, fuiſſe filiam Aretæ. Quare lectio noſtra ſic reſtituenda videtur, vt deleto nomine (*Herodiadem*) poſt illud (*propria & legitima vxore repulſa*) legatur (*quam filiam dicit &c.*) Viderique poteſt Hieronymi error ex mendoſo Euſebij loco ortus, cum Euſebij hiſtoriam ſequi ſoleat perlibenter.

*Ità corrigit Ianſenius in concordia c. 22.*
*Item Heſſelius in cap. 14. Matth.*

Cardinalis Baronius, ſcriptorum ille Cæſar ſemper Auguſtus (quem Romæ videre & alloqui familiariſſimè, & eius inuitantis menſa frui potuiſſe, inter proſpera mea non vltimo loco numero, nunc autem in cœlis regnantem patronum inuoco) ſic tomo I. Annal. ad annum Chriſti pag. 128. *Errare videtur, qui dictam Herodiadem filiam fuiſſe Aretæ Regis Petreæ Arabiæ teſtatur, non tantum Ioſepho, ſed cæteris aduerſantibus, aſſerentibuſque eam... filiam fuiſſe Ariſtobuli, Herodis maioris filij.* *Maſſæum credo maximè intelligit.*

Certè, nomen ipſum Herodiadis ſatis ſpirat genus adulteræ, quaſi vel ab Herode aliquo, aut Herodio caſtello nō procul à Ieroſolymis poſito, ortę, ſi patronymicum eſt, vt Olympias Olympiadis, Arcas Arcadis, Ilias Iliadis; vel quaſi ad Herodis alicuius vſum vel abuſum pertinentis, ſi poſſeſſiuum eſt, vt Pelias Peliadis, pro ipſius Achillis Pelidæ haſta. *Vide Zonaram & Ioſephum de Herodio caſtello.*

Cæterum, quemcunque illa patrem habuerit (patrem enim forſitan expediat ignorari, ne cui ſit pudori, tale mulieris monſtrum genuiſſe, aut aluiſſe) mulier fuit nequiſſima; Dæmonum inuocatrix; incantatrix, impoſtrix criminum; corruptrix caſtitatis; ſpectaculum & ludus Dæmonum; Cæterum per omnes caſus nequiſſima.

corruptio morum honeſtorum; homicida ſancti hominis Dei; filiæ ſuæ Salomes iugulatrix; filia Belial; Ieſabel rediuiua; ſecundi Heliæ capitalis hoſtis; &, vno verbo, mater atque *vniuerſitas iniquitatis.*

**Nomine ſuo digniſſima.**

Nomine planè ſuo digniſſima, quod *formido* vel *mergens* interpretari poſſis.

Philippo marito, & Bono (vt mox dicemus) & fœcundo, & nobilitate pari cum Herode, planè indigna.

*Iſai.*

Verè *habitabat Lupa cum agno*, *& Leæna cum vitulo adcubabat*, Dalila cum Samſone, Michol cum Dauide, cum viro optimo peſſima mulierum omnium.

*Iuuenal. ſat. 6.*

*Qua tamen exarſit forma? qua capta iuuenta eſt*
*Hippia? quid vidit* in Herode ſuo iſto, *propter quod Ludia dici*
*Suſtinuit? nam Sergiolus* & Herodes ſuus, *iam radere guttur*
*Cæperat, & ſecto requiem ſperare lacerto.*
*Præterea multa in faciem deformia, ſicut*
*Adtritus galea mediiſque in naribus ingens*
*Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli:*
*Sed gladiator erat, facit hoc illos hyacinthos,*
*Hoc pueris patriæque, hoc prætulit illa ſorori.*

*Atque viro* Philippo. Omnia in Herode adultero, quam in Philippo marito viſa illi meliora, Forma, Ætas, Genus, Mores &c. etſi reuera eſſent eadem in Philippo potiora, & eſſet Herodiadi vndequaque admodum damnoſa viri mutatio, & illa thori quaſi deſultatio.

**Salome filia matre nihilo ſanctior.**

* Salome autem filia qualis fuerit, ex matre plus ſatis intelligi poteſt.

*Non* enim *poteſt arbor mala fructus bonos facere*. Mat. 7.
*Mali corui malum ouum.*

*Geneſ.*

*Ad imaginem & ſimilitudinem ſuam* non modo corporum, ſed & animorum, ferè parentes liberos vel generant, vel formant.

Ac ferè mali ſemper generant prolem vitioſiorem prou. *A nequam, nequior exit.*

Vt

*Vt caſta refert caſtæ genitricis filia mores*, ſic impudicæ impudica. *Mich. Verinus in diſtichis.*

Saltatricula ergo fuit audacula, quæ coram Rege & tot Principibus ſola in medio auſa ſaltare, congruo filiæ meretricis, & futuræ aliquando etiam meretricis tirocinio.

*Imperioſa*, quæ iuſſa à matre petere caput Baptiſtæ, ad Regem rediens non ait, Peto, rogo, ſupplico &c. aut velim, ſed (*Volo*) Regem, vt ſuum mancipium, voce Regum & Dominorum propria, adloquuta eſt.

*Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* *Iuuenal.*

*Impatiens moræ*, *Volo*, inquit, *vt protinùs des mihi in diſco caput Ioannis*; Protinus, mox, mox, ſine mora. Dixiſſet modeſtior, cum per otium Regi licebit, aut poſt conuiuium &c. *Marci 8.*

*Crudelis.* Nam cum vulnera & ſanguinem maximè fœminæ, & in eis multò magis adoleſcentulæ, perhorreſcant; ipſa auſa caput cruentum adhuc & calens Baptiſtæ adſpicere, geſtare, tractare, verſare, & forſitã Lictori obtruncanti imperterrito vultu adſtare, fortè & trementem vrgere, animare.

Nomine ſuo Salomes planè indigna, quod idem ſonat ac *Pacifica*, vel *perfecta*, aut *retribuens*. *Indigna pulcro ſuo nomine.*

Nicetas commentario ad Gregorij Naz. orationem 2. in Paſcha, *Salome*, inquit, *lingua noſtra pacem ſignificat*. Quid enim pacis, imò quid non belli, in adoleſcentula iſta fuit?

D. Chryſoſtomus vno verbo totam, quanta quanta eſt, depinxit, inquiens; *Meretrices ſuperauit virgo.*

Digna perire, vt perijt, capite per glaciem reciſo, ac tripudiante etiam poſt mortem, *vt refert Niceph. lib. 1. c. 20.* Quomodò enim aliter periret, quæ Herodiadem id eſt mergentem habuit matrem? quæ verè filiam merſit & perdidit, exemplis peſſimis, docendis choreis, & nouis colendi corporis artibus, nimia libertatis conceſſione ſiue indulgentia.

* Philippvs verò huius pater, & Herodiadis maritus, quam vtriſque diſſimilis! quam diſpar membris, familiæ huius caput! *At Philippus pater.*

Adeò facilis placidique ingenij homo hic fuit, vt cognomento Boni iure donari poſſit, ac dici Philippvs Bonvs (vt quidam olim Burgundiæ Dux Philippus, eius Ioannis filius, qui ad Monterellum occiſus eſt.

*Chronic. Burgund.*

Ioſephus enim lib. 18. antiquit. c. 6. ſic ipſum commendat; *Vir* inquit, *perpetuo modeſtus, & amator quietis & otij. Degebat enim ſēper in ſua ditione: quoties domo progrederetur, iter faciebat cum paucis ſelectis comitibus, ſubſequente ſella, in qua ſedens ſolitus eſt iura reddere; & ſi quis ex occurſu opem eius inuocaret, ſine dilatione mox ibi ſella poſita reſidens, cauſam cognoſcebat, aut ſontem damnaturus, aut abſoluturus innoxium.* O Regem totius Mundi Monarchia digniſſimum!

Pænè ſanctulus,

Philippus iſte benè Philipporum nomine digniſſimus fuit, ex quibus plurimi clariſſimi; Alij Bello, vt Philippus Macedo Alexandri Magni pater; Philippus Francorum Rex, à bellacitate Auguſtus cognominatus; Philippus Audax Burgūdię Dux; Alij Religione, vt Philippus illi qui primus ex Romm. Imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur, & Philippus II. Hiſpaniæ Rex ex Belgis oriundus, quos calumnioſè nimis totos Lutheranos vocant; Alij, morum Grauitate, vt is Philippus Imperator Gordiani ſucceſſor, quem iam tùm a primo ætatis quinquennio nullius cuiuſquam commentum ad riſum diſſoluere potuit (vt autor eſt Sex. Aurelianus; ) Alij, Simplicitate & candore, vt Philippus Apoſtolus; Alij, ſumma in Dominos fide; vt Philipp⁹ Alexandro Magno à medicinis, qui adeò Alexandro ipſi gratus perſpectuſque erat, vt, cum aliquando Parmenio literas ad Alexandrum dediſſet, quibus eum monebat, vt ab inſidijs Philippi, tanquam ab hoſte Dario corrupti, ſibi in ægritudine caueret, Alexander nihilominus exploratam habens medici fidem, poculum ab ipſo Philippo propinatum hauſerit, literaſque Parmenionis ipſius eidem deinde legendas tradiderit. Faxit Deus vt & ego optimis quibuſque eius nominis accenſeri, benè agendo, merear!

Dign⁹ qui Philippus quoque vocaretur,

Cum vt alijs optimis eiuſdem nominis.

O quam

O quam diſſimilis hic noſter Philippus Philippo illi fuit, qui fratris ſui Alphonſi X. Hiſpaniæ Regis vxorem, Chriſtianam nomine, Daciæ Regis filiam, ſibi per vim, ſpretâ religione ac Sacerdotio (erat enim Abbas & Præſul Hiſpalenſis) copulauit!

Hiſpanus enim ille fratri intulit, iſte noſter à fratre paſſus eſt in vxore luculentiſſimam iniuriam.

Quàm differunt agens & patiens iniuriam! ſed beatus magis pati, quàm agere, ſi in alterutrum incidendum eſt.

Philippus hic noſter profectò digniſſimus fuit, qui vxore, qui filiâ, qui fortunâ melioribus vteretur.

Hunc imitandum vobis cenſeo, Herodem autem cum ſua Herodiade & Salome, omninò abominandos, &c.

Denique ex Philippo diſcite coniuges, etiam ſub conſanguineorum affiniumque inuicem viſitationibus, nonnunquam latere inſidias poſſe.

## ECHO
## CONCIONIS II.

THEMA. *Herodes Tetrarcha metuebat Iohannem, ſciens eum virum, iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat.* Marci 6.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitũ; Deſcriptis heri nequiſſimis Tragædiæ noſtræ Euangelicæ actoribus, nec non Philippo ſatis laudato homine, nunc Iohannem Magnum, primamque eius felicitatem, depingamus.

Dicendum ergò hodiè mihi de magnitudine Ioannis Baptiſtæ, ex
1. *Prophetijs de illo veteribus.*
2. *Annunciatione celebri ortus ipſius*
3. *Teſtimonio Chriſti ipſius de illo.*
Aue.

I.

***Ioannes Baptiſta Magnus à Prophetijs de illo veteribus.***

Cum D. Ioannes Baptiſta (Auditores,) vt præcipuus Tragædiæ huius Euangelicæ actor, imò potius Agens

& Patiens, nunc ſit poſt Reges & Reginas illas heſternas, mihi deſcribendus, video neceſſariò illud præfandum, quod olim Salluſtius de Carthagine aiebat, ſatius ſc. eſſe nos de noſtro Baptiſta, vt illum de illa vrbe, tacere omninò, quàm pauca dicere.

Adeò tam hic, quam illa, omnem eloquentiæ vim ſuperauit. Veruntamen *vnde oritur difficultas fandi, inde adeſt ratio non tacendi:*

***Inflixio mollis verborũ***

*Sentimus nobis bonum eſſe quod vincimur.*

*Nunquàm enim materia deficit laudis, quia nunquam ſufficit materia laudatoris.*

*D. Leonis hom. 9. de Nat. Domini.*

Tantoque odioſior Herodis immanitas, qui hominem omni laude maiorem moleſtarit, vinxerit, occiderit.

Ergò pauca de infinitis hodiè decerpamus.

**Io. Baptiſtam Magnũ probant prophetiæ veteres de illo.**

Ioannem ergò magnum omninò hominem fuiſſe probo, ex Prophetijs de illo vetuſtiſſimis.

Nullum ferè ſolent venturum naſciturumve, neque Deus, neque Angeli, neque Prophetæ, adeò pridem ante ortum aduentumve prænuntiare, niſi futurum vel Virtutibus vel vitijs inſigniter Magnum.

**Quales de ſolis magnis repeciuntur.**

Mox à condito mundo, prænuntiati ſunt, ore Dei, Chriſtus & Maria? ibi; *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa* vel ipſe, vel ipſum, *conteret caput tuum.* Gen. 3.

At quis Chriſtus? & quanta Maria? ille Deus, iſta tanta, vt ſub Deo maior nequeat cogitari

Stellas cœli potiùs, quam huius illiuſque virtutes numeràris. Anti-Chriſtus prædictus iam olim naſciturus, *homo peccati, filius perditionis, &c.*

At idem quàm nequam! *in peccatis natus totus*, ex peccatis ſceleribuſque confectus erit homo peccati, filius perditionis, perditiſſimus ipſe, & periturus, & alios multos ſecum perditurus.

Sed de Ioanne iam olim ſic Iſaias c. 40. *Vox clamantis in deſerto.*

Pſalm. 28. ***Vox Domini ſuper aquas.***

***Vox Domini in virtute, Vox Domini in magnificentia;***

***Vox Domini confringentis cedros;***

***Vox***

*Vox Domini intercidentis flammam ignis;*

*Vox Domini concutientis deſertum;*

*Vox Domini præparantis ceruos*; quæ non modò de tonitribus, nubium colliſionibus, & fulminibus, veris Domini Dei vocibus, id eſt Dei ſolius operibus intelliguntur; ſed de ipſo quoque Ioanne Baptiſta, vel Baſilij cenſura.

D. Baſilius in Pſalm. 28. ad iſta verba, Vox Domini ſuper aquas; *Qualis vox* (inquit) *ſuper quas aquas? velut prophetiam accipiamus, quod dictum eſt. Meminerimus Iohannis, qui interrogatus à Iudæis, Quis es tu? quod reſponſum dabimus ijs, qui miſerunt nos? Reſpondit: Ego vox clamantis in deſerto. Igitur vox Domini eſt Iohannes, Angelus à Deo miſſus ante faciem Domini, vt pararet Domino plebem perfectam. Hæc igitur vox ſuper aquas erat ſuper Iordanem, in quo baptizabat prædicans pænitentiæ baptiſmum. Et non ſolum in Iordane, ſed etiam in Enon prope Salē, quia aquæ multæ erant illic. Igitur vox Domini ſuper aquas, Ioannes eſt ſuper Baptiſma.*

Ibid. *Vox Domini in virtute. Aufert enim debilitates populi per pænitentiæ Baptiſmum, per ipſum baptiſans in aqua ad pœnitentiam. In virtute eſt vox dicens: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum: &, facite fructus dignos pænitentia.*

Ibid. *Vox Domini confringentis cedros. Poteſt dici, quod parans Domino populum perfectum, elatas impietates, & contra cognitionem Dei exultatas confringens, ac conterens, obliqua faciebat recta. Qui enim omnem collem ac montem humiliat, hic erat qui confringebat cedros, & Domino acceſſum adæquabat per hoc, quòd ad pænitentiam inducebat altum, & elatum, & ſuperbum cor.*

Et Malachias c. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam, ante te.* Angelum quā notanter dixit! Ergò.

II.

*Baptiſta Magnus à celebri ortus ſui annunciatione.*

Deinde. Nullorum ferè, niſi Magnorum ſolet inſtans Natiuitas prænuntiari. **Et inſtantis Natiuitatis eius prænuntiatio**

Nam (vt de Chriſto taceam) an non Iſaac

ita

eius præ nunciatio

ita paulo antè prænuntiatus? *ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Iſaac,* &c. Gen. 17.

Item: *Reuertens veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua.* Gen. 18.

*Iudic.* 14. Samſonis conceptus an non ſic matri ab Angelo prænuntiatur? 1. *Reg.* 1. An non & Samuelis ab Heli Sacerdote?

An non itidem B. Virginis Mariæ, ad Ioachimum in agro ſubtriſtiorem? Sed prænuntiata eſt etiam Zachariæ Patri, noſtri Baptiſtæ inſtans natiuitas. *Vxor tua*, inquit Angelus, *Eliſabeth pariet tibi filium*. Ergò.

At vt ne dubitares Magnum illum eſſe, addidit: *Erit Magnus coram Domino*. Non vt vulgus cæterorum Magnorum, *erit Magnus*, ſed vt pauci, *coram Domino*.

In qua etiam datũ illi Magni cognomẽtum.

Magnus Iohannes, quòd eius ortus prenuntiatur; Magnus, quòd Magnus coram Opt. Max. à magni conſilij Angelo Gabriele publicatur.

Magni quidem, etiam olim & nunc quoque multi, nomen adepti, vel ob facinora multa & magna, vel ob latam potentiam, vel ob eruditionem illuſtrem &c. vt Alexander Magnus, Pompeius Magnus, Carolus Magnus, Valerius Magnus, Albertus Magnus, Mercuri-Triſmegiſtus ſeu termaximus &c. ſed illi coram hominibus; At quàm pauci *coram Domino* magni!

Sed iuſtius quam pleriſque multis.

Illi Magni iudicio terræ; Iohannes noſter, etiam Iudicio cœli Magnus fuit.

Quod hominibus altum magnumque eſt, ſæpè Deo proiectiſſimum.

Et vnde hîc fiunt aut cenſentur Magni aliqui aut Magnates, inde forſitan nihili, aut null ſunt, vel erunt, apud Deum.

D. Franciſcus noſter quā bene. *Tanti*, inquiebat, *eſt homo, quanti eſt apud Deum, nihil o pluris.*

Iſaiæ 55. *Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neque viæ veſtræ viæ meæ dicit Dominus.*

Alia Critolai libra, alia Gerdonis.
Aliud vulgi, aliud pondus Sanctuarij.
Alia hominis, alia Dei iudicia.

Mihi

*Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die*, aiebat Paulus huc ſpectans.

*Ille probatus eſt, quem Deus commendat. Deus qui iuſtificat, quis eſt, qui condemnet?* Ergò Iohannes noſter verè Magnus, qui coram Domino Magnus. Vt ad Matris-Virginis laudem multum facit, quod ei idem Gabriel, ſexto poſt menſe, ait; *Inueniſti gratiam*, non apud homines tantùm, ſed & maximè *apud Deum*, (nam apud homines apud Reges aliquos plerique inuenere, vt quondam Eſthera apud Aſſuerum ſuum:) ſic Baptiſtæ noſtro glorioſiſſimum, quòd idem Angelus fore magnum prædixerit, non in oculis hominum, non in ſuis, ſed *coram Domino*.

*Nemo* enim *ſcit an amore, an odio dignus ſit.*

An non verè *coram Domino* is magnus, de quo Dñs ipſe, & ipſo abſente, præſente aūt innumerabili turbarū circumſtantium vndique collectarum corona, pronūtiauit, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior*: Matth. 11.

Chriſto ipſo etiam ſubſcribente.

Magnus fuit, etiā quaſi Geometricis dimenſionibus.

1. *Altitudine* videndi, viuendi, & docendi. Vidit cœlum apertum, vidit Patrem in voce, Filium in carne, Spiritum S. in ſpecie columbæ. Vixit in carne præter carnem ſic, vt Angelum magis quam hominem æſtimaueris. Docuit quomodo nullus alius, etiam ex vtero. *Qui fecerit & docuerit, hic erit magnus.* Matth. 5.
2. *Profunditate* humilitatis. Nam licet in vtero ſanctificatus, tamen ait, *Non ſum dignus ſoluere corrigiā calceamenti* Chriſti. Licèt Propheta ſummus, tamen de ſe ait, *Ego vox*. Echo, & ſonus tranſiens, &c.

Et ipſa penè Geometria.

3. *Longitudine* patiētiæ, annos vigintiquinque ac fortè amplius in ſyluis degens; vnius circiter anni carceris immeriti moleſtias tolerans; ac tandem, obtruncatus ipſo iuuentutis flore, mortem.
4. *Latitudine* charitatis, omnes Publicanos, Milites, Meretrices, &c. quaſi omnibus natus, monitis, conſilijs &c. ad

Deum

Deum manuducens. Regem ipſum Herodem non modò adulterij arguens Regis cauſa, ſed & populi commiſeratione *corripiens de omnibus malis*, quæ Rex faciebat, vt populum humanius habere vellet; *omnibus omnia factus* magna charitate.

Quæ omnia ſunt contra Caluinum aientem, fuiſſe magnum non à vita, ſed à miniſterio.

Neque verò duntaxat annunciatio illa celebris fuit à re, quæ de ipſo prænuntiabatur, ſed ab eo qui prænuntiauit; Qui enim Angelus Chriſti ortum Matri, idē omninò Ioannis, Zachariæ patri prænunciauit, Gabriel ſc. Luc. 1.

Etiam Baptiſta prænuntiatus

Quid? D. Bernardi ſenſo etiā naſcituri Ioannis annunciatio, illa ipſa Chriſti, glorioſior videri poſſit. *D. Bernardus ſerm. 1. de S. Ioanne Baptiſta.*

Ioannis natiuitas prænuntiata.
- 1. *Loco ſanctiori;*
- 2. *Tempore celebriori,*
- 3. *Miraculo eminentiori.*

Loco ſanctiori,

*1. Loco Sanctiori. De Chriſto enim in thalamo & quaſi cenopæo Virginis, de Ioanne autem in templo, & quidem ea templi parte, quam ingredi nulli niſi ſummo ſacerdoti, ac ſemel dūtaxat annis ſingulis, fas erat, nempè quàm ſancta ſanctorum appellāt, prænuntiatum eſt. Vt ſanctitas B. Mariæ domum ſuam conſecraret, & incarnatio Chriſti ibidem perfecta ſacratiorem deinceps reddiderit, erat tamen locus ille templi tunc ſacratior atque auguſtior.

Tempore celebriori

*2. Tempore Celebriori Nam de Ioanne, in ſolenniſſimo Propitiationis feſto, quo & omnis populus in templum ex more confluebat, & ſolus Pontifex tunc (cui ſemel tantum id annuè licebat) in ſancta ſanctorum magno reuerentiæ adparatu intrabat.

Luc 1. *Omnis multitudo populi erat orās foris hora incēſi.*

Et Miraculo vulgatiori,

*3. Miracvlo Eminentiori. Zacharias enim de fide nuntij ſubdubitans, repentè, ad diem vſq; natiuitatis pueri, publicè obmutuiſſe viſus eſt, cauſſa nulli quam muto cognita.

Quem

Quem in ingreſſu templi loquentem, Dei laudes perſonantem, audierat populus Sacerdotem, eundem in regreſſu ſilentem, mutum, ac nihil aliud quam hiantem, aut nutu & ſignis loquentem, videbat.

Dixi autem prouidè *euidentiori.*

Infitiari enim non poſſumus, nec volumus, miraculũ maius & multiplicius, in Chriſti conceptu fuiſſe, quã in Ioannis.

Nam etſi Eliſabetha naturali ſterilitate laboraret (vnde & Angelus ad Virginem Mariam, inſinuat eam vulgò vix aliter, quam ſterilem, appellari, dicens; *Hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis:*) & deinde eſſet vterque Ioannis parens grandæuioris ætatis, quam vt prolem facilè generare poſſent (quæ duo tangit Lucas, dicens; *non erat eis filius, & quod eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis*) adeò vt ſi prolem procreare vellent, oporteret, in vtroque emortuã propè naturam velût reuiuiſcere; Tamen Virgo ſolitaria, ſine cõplexu viri, multò minùs apta ad conceptum partumque

*Etſi Chriſti fuerint maiora, & plura; Luc. 1.*

*Luc. 1.*

Ibi erat aliquid præter naturam, hîc verò etiàm cõtra naturam plurima.

D. enim Anſelmi cenſura, aliud eſt naturam aliquo vitio debilitatam ſanare, & ad opus ſuum reuocare, quod in Eliſabetha factum eſt; aliud inauditam & incognitam potentiæ virtutem naturæ conferre, quod factum eſt in Maria.

*Hic enim medicata duntaxat matris Natura; ibi noua virtus collata.*

D. Auguſt. ſerm. 21. de Sanctis, qui eſt 2. de Natiuitate Baptiſtæ; *In Eliſabeth ſterilitas vincitur; in B. Maria Conceptionis conſuetudo mutatur. Eliſabeth virum cognoſcendo filium genuit; Maria Angelo credidit, & concepit.*

Vt taceam, ſimul ac ſemel Chriſti corpus in Conceptionis inſtanti omninò perfectum fuiſſe, & innatum in vtero, & ex vtero natum, illæſo virginitatis maternæ ſigillo.

*Vide Mag. l. 3 ſent. d. 3. § a. & c.*

III.

## III.

*A teſtimonio Chriſti ipſius de illo.*

Baptiſtæ amplitudo, ex amplitudine laudatoris

Teſtimonio autem Chriſti teſtis exceptione omni maioris, Deus bone! quanta Baptiſtæ noſtri magnitudo euidetur!

*Si teſtimonium hominum*, angelorumque *accipimus, teſtimonium Dei maius eſt*. Cede Deo, & vni illi crede.

Encomiaſtæ vni *bono probari malo, quam multis malis*; Deo autem maximè, vt vt me cœlum & terra condemnet.

*Ille probatus eſt*, ait Paulus, *quem Deus commendat.*

A tempore quo laudatus eſt,

Sed Chriſtus & vir bonus, & Deus, Baptiſtam probauit, laudauit copioſiſſimè, & quidem adhuc viuentem; & abſentem; & in aduerſis, vtpote iam vinctum, homo alioqui paucorum viuentiũ & parciſſimus laudator, autorans illud vulgatiſſimum, *lauda parcè, vitupera parcius*. Et iſtud; *lauda poſt mortem.*

Ouid. lib. Metam.

——*dicique beatus*, aut Sanctus,

*Ante obitum, nemo, ſupremaque funera, debet*; non modò ob fortunæ, ſed ob liberi arbitrij noſtri inconſtantiã, quâ ſæpè accidit, de pæſenti iuſtitia hominem decidere, ac labi &c.

Laudibus vini parcè, vti aqua benedicta, reſpergendi. Ergò.

A laudum qualitate.

Sed quæ, inquis, ſunt illa tanta Baptiſtæ à Chriſto encomia?

Eliam illum cumprimis dixit, id eſt, robuſtum dominatorem, & totius concupiſcentiæ peruerſæ Regem potentiſſimum; quâ laude virtus quo ire poſſit altiùs!

Ouidius.

*Fortior eſt qui ſe, quam qui fortiſſima vincit*
*Mœnia, nec virtus altius ire poteſt*, ait quidam.

Prouer. 16.

*Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.*

Eliam dixit, id eſt, prædítum *ſpiritu & virtute Eliæ*. Luc. 1. id eſt, Eliæ ſimillimum. *Si vultis*, inquit, *recipere, ipſe eſt Elias qui venturus eſt*. Matth. 11.

Quis autem & quantus Elias fuerit, quis neſcit. Elias, Idololatriæ flagellum, Regum impiorum terror, victu veſtituque & prædicatione omni ſeueriſſimus.

Qui

*Qui vnum nôrit, ambos nouerit.* *Terent.*

Maximè autem Iohannem Chriſtus coram turbis commendauit Matth. 11. *Illis autem abeuntibus*, Ioannis ſc. legatis duobus, ait Euangeliſta, *cæpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne*;

*Et earum magna cõgerie.*

*Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?* laudans à conſtantia tàm fidei, quàm ſeueræ erga ſe diſciplinæ, quam perpetuæ adulterij in Herode reprehenſionis, &c.

*Sed quid exiſtis in deſertum videre? hominẽ mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in Domibus Regũ ſunt*, laudans à cultus aſperitate, Mundiq; & Pomparũ eius contemtu, ac fortè à prædicatione minimè blanda & molli, & ad plauſum aureſq; audientiũ compoſita, cuiuſmodi nunc perfrequens heu! in ore multorum eſt.

*Quarum cataſtrophe declaratus eſt eximius in Prophetis,*

*Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam*, laudans vel à virginitate quam coluit, quam illibatam tueri, plus multo eſt, quàm futura prædicere; vel à ſua digitali demonſtratione, quẽ ſolummodò venturum alij Prophetæ prædixiſſent; vel ab eo, quòd de hoc Propheta etiã alij Prophetæ prophetârint; vel, quòd ipſe quidem & Propheta cumprimis fuerit, & primus ex Iudæis noui teſtamenti Euangeliſta. *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem.* Vti Ianus aut Noë medius inter duos mundos, deletum & reparatum.

*Et quare,*

Cæſarius, Nazianz. frater dial. 3. *Principium & finis duorum teſtamentorum fuit Ioannes. Finis quidem Legis, Principium verò Euangelij. Hoc eſt, alterius, quàm legalis inſtitutionis & vitæ magiſter.*

Vel deniq;, ac fortè idcircò maximè, quòd nondũ natus, in vtero matris exultans, prophetârit, & quidẽ *inſtrumento materna lingua vſus*, vt ibid. loquitur Cęſari⁹.

Cæſarius ibid. *In tenebris latens, lumen in aluo ſemper V. Mariæ incarnatum non ignorauit. fulgore veluti per foramen aliquod, per os eius quæ geſtabat, amplexu & oſculo Deum geſtantis puellæ hauſto, eleuatus materna lingua exclamauit: Vnde mihi hoc, vt mater Domini mei veniat ad me?*

Matrem ſc. etiam Prophetiſſam effecit, plenitudine



ſpiri-

ſpiritus eius ad matrem vſque ipſam redundante.

*Prophetant matres ſpiritu paruulorũ*, ait Beda l. 1. in Luc. 1. c. 1 expoſ. in med.

Cæſarius dialogo 3. *Maior Prophetis eſt, quòd ipſum, de quo illi vaticinabantur, vidit in carne, illiuſque verticem tetigit, quo contremiſcunt vniuerſa, quem omnes Patriarchæ & Prophetæ per ſomnia aut ænigmata tantùm imaginati ſunt, ante vniti cum Deo hominis Verbi diuinam apparitionem, vita defuncti.* Sed cætera Chriſti audiamus. Matth. 11. *Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te*; laudat tũ ab Angelica in terris & in carne præter carnem vita (Angelos enim, vel homines cœleſtes, vel Angelos terreſtres atque incorporatos iure illos appelles, qui virginitatem ſanctè integreq; cuſtodiunt:) tùm a nobili officio Præcurſoris, & velut caſtrorum Dei-metatoris.

**Eximius in hominibus vniuerſis.**

Ibid. *Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptiſta.* Amen inquit, ſanctè iurans Ioãnem verè Magnum, Ioannem Maximum, imò (vt priſcus ille Mercurius Triſmegiſtus) Termaximum. Dixerit meritò Ioannes, *Gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri hominum.* Chriſtus vno iſto de Ioanne pronuntiato, plauſtrum impleuit veris laudibus Ioannis, deq; eo ſic (vt ita loquar) exceſſiuè dixit, vt nihil pleniùs, nihil vberiùs, nihil glorioſiùs à quoquam dici, imò ne fingi quidem poſſit, cui addere aliquid velle, ſit quodã modo derogare.

*Non ſurrexit maior*, à condito hactenùs orbe, *non eſt inuentus ſimilis illi*, quamlibet Magnos ac Sanctos multos terra protulerit.

**Si demſeris Chriſtũ & Matrẽ-Virginem**

Excipere tamen ſemper mementote, Auditores, Mariam Dei matrem-Virginem, illam mundi Phœnicem, quæ *nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem*, qua (teſte D. Anſelmo) *maior ſub Deo nequit intelligi.*

Excluditur enim illa generis maſculini dictione. (*Inter natos* enim non item *inter natos mulierum*, notanter dixit.

**(vt ex textu elicitur)**

Excipe & Chriſtum ipſum, qui certè excluditur illa voce (*mulierum*) quę corruptam ferè ſignificat; Chriſtus autem

autem de Virgine intacta natus eſt.

Maximè aũt Chriſtus ſe Ioanne maiorem expreſſit reſtrictione iſta, quã mox ſubiecit: *Qui aũt eſt minor in regno Cœlorũ, maior eſt illo.* Chriſtus.n. etſi diſpenſatione, non rei veritate, minor in Eccleſia ab externis & habit⁹ & credit⁹ eſt, minoratus ſpontè ab Angelis, & velut exinanitus; reuera tamẽ maior Ioanne fuit, & non ſolùm vulgi opinione, ſed & noſtro omnium conceptu altior.

Deniq; vterq; tàm Maria, quàm Chriſt⁹, excipi poſſunt, per vocem (*ſurrexit*) quâ ſignificatur Chriſtum cũ illud pronuntiauit, de hominibus illis duntaxat intellexiſſe, qui poſt caſum originaliſq; peccati ruinam, iterùm ſe altè exexêre, quibus omnibus & ſolis Ioannes Baptiſta, etiã initio cum illis ſimili modo lapſus in Adamo (neq;.n. originalis ille peccati expers omninò fuit) ſemel purgatus, deinceps altior emerſerit, & Sanctior vniuerſis illis lapſis & deinde erectis, vnus euaſerit.

Inter alios caput extulit, *quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.* *Virgil. bucol.*

Surgere enim nemo bene dicitur; niſi qui ante vel reciderit, vel iacuerit, vel ſederit.

Chriſtus aũt certè, & fortaſſis nec Maria Virgo, (in quã libens eo ſententiam, nõ damnans contraria) in id peccati nunquã proclinauit; vnde nec cũ ijs accẽſendi, qui ſurrexiſſe memoratur. Nõ ſurrexit, qui non cecidit.

Itaq; nec Ioannes illis maior æſtimandus.

*De Matris-Virginis ab originali præſeruatione, profuerit legere Hieronymum ab Hangeſto, in Propugnaculo ſuo Mariæ aduerſus Antimarianos, Cenſura tertia. tit. Immaculata.*

*Item R. P. F. Petrum Galatinum Ord. Minorum lib. 7. de arcanis Catholicæ verit. c. 5*

*Scripſit & iuſtum doctumque opus latinè de eadẽ re R. P. F. Ioannes à Carthagena Hiſpanus Ord. Minorum, in Conuentu S. Petri * Mont-aureì Romæ lector S. Theologiæ Apoſtolicus, amicus ibidem adeo meus; vt nonnulla mihi ex eo legere dignatus ſit. Edi velim, & à multis legi.* **al. Montorij q. d. montis aurei.*

Dubitari verò etiam poſſit an non ideò prouidenter Chriſtus verbum præteriti temporis (*ſurrexit*) vſurpârit, vt Apoſtolos & maximè Petrum Cœli clauigerum, Et fortè quoſdam ſub Euangelio diuos.

& portitorē etiam exciperet, aut alios etiam pleroſq; poſt receptum Euangelium Diuos nūc natos, aut gratia Dei naſcituros, qui Ioannē ſanctitate iam anteuerterint, aut deinceps adiutante manu Domini nihil abbreuiata anteuertent.

Certè ni hoc cauiſſet, videtur ita dicturus fuiſſe, *non ſurrexit, neque ſurget maior Ioanne.*

Niſi dicas idcircò cauiſſe ab hac loquendi de futuris formula, (*non ſurget maior Ioanne*) etſi futurorum pleniſſima præſcientia polleret, vt nos homunciones hinc quoq; reuocaret, qui ignariſſimi futurorum, & quaſi manus Domini circa futuros homines breuiata ſit, aut Deus tam profusè in maiores noſtros vim omnem donorum ſuorum ita prodegerit, vt poſteris nil maius conferre poſſit, aliquem laude cumulaturi dicimus admodùm temere. *Nunquam fuit, ſed nec erit quidem vnquàm talis* q. d. *non ſurrexit, aut ſurget maior illo.* Sub aliorum de hac dubitatione eſſe iudicium.

Cæterum, tanta Ioannis laus à Chriſto tam idoneo laudatore, cordiū ſcrutatore, minimeq; adultatore, quo virū quæſo extollit? vt poſterorū nonnullos Ioañi ſinat anteponi, certè maioribus omnibus illum anteponit. Si vni Catoni, vni iuſto Ariſtidi probari, laus ſolita eſt; & vni Roſcio placuiſſe actorem, pulchrius eſt, quā reliqui theatri totius plauſum tuliſſe; quale eſt, Ioannem ſic à Chriſto laudari?

*Cic. orat. pro Archia Poeta.* Quod Alexander olim, cum, in Sigæo, ad Achillis tumulum aſtitiſſet, exclamauit; *O fortunate adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris!* hoc ego iuſtius de Ioanne hoc noſtro dixero.

Plus enim eſt vndequaque, imò nulla ſit comparatio, vnum Ieſum Chriſtum, Deum verum de Deo vero, præconem, quam mille Homeros inueniſſe.

Quid quòd ipſe Herodes qui occidi iuſſit, *ſciuit eū iuſtum* erga homines, *& ſanctum*, apud Deum?

Videris igitur abundè, quid viri ſit Baptiſta noſter? ac deinde, quid ſentiendum, de Herodis ſcelere, qui manus ſuas tam ſancto ſanguine cruentauit, tantum Solem mundo abſtulerit? &c.

ECHO

# ECHO CONCIONIS III.

THEMA. *Herodes Tetrarcha metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum, ſanctum, & cuſtodiebat eum, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat.* Marci 6.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè iterum mihi de magnitudine Baptiſtæ, ex
1. *Impoſitione nominis diuinitus;*
2. *Gaudio in eius Natiuitate;*
3. *Genere vitæ, & alijs quibuſdam.*
AVE.

## I.

*Ioannes, Magnus, ab impoſitione nominis diuinitùs.*

Illud à multis obſeruatũ eſt (Auditores) nemini in ſacra hiſtoria nomen conſultò aut impoſitum ab initio, aut pòſt cum altero nomine diuinitus mutatũ fuiſſe, quin magnæ cuiuſpiam rei & ſingularis, quę in illo futura eſſet, præſagium fuerit. Exemplis probare, in promptu eſt, ſaltem obiter per omnes Eccleſiæ πολιτείας & conſtitutiones decurrenti.

**Nulli nomen diuinitus imponitur, aut mutatur, niſi magnæ rei præſagio;** *Andreas Maſius præfat. comment. in Ioſuam.*

Sunt autẽ Eccleſię cõſtitutiones ſex, pro dierum, quibus
1. *Sub Adamo* in paradiſo feliciter viuente;
2. *Sub Adamo* inde euecto, & miſero ad Diluuium vſque;
3. *Sub Noaco* humani generis altero parente;
4. *Sub Abrahamo* fidei Iudaicæ Patriarcha.
5. *Sub Moyſe* Legislatore;
6 *Sub Chriſto* & Euangelio.
conditus eſt mundus, munere.

* 1. & 2. Sub Adamo nunc fęliciſſimo, nunc infęliciſſimo Adam .n. quamuis non ſolo corpore, ſed & diuino animo, parte ſui præſtantiore, conſtaret; tamen ab humo Adam, hoc eſt homo, ſtatim vt conditus fuit, à Deo appellatus eſt.

**Liquet ex Adamo.**

Hoc autem nomen præſagijt, homines corpori, terreniſque cupiditatibus magis, quàm animo excolendo, cœloque adpetendo, intentos fore, heu! nimiũ verè, ac magno noſtro malo.

Quò enim mòx conditus homo magis intentus, quã in corporis curam, vorato primum letifero illo pomo, ac deinde poſteritate, parricidijs, bigamijs, & libidinibus &c. terram opplente?

Noaco, *3. SVB NOACO. Vix dum nato puerulo, auguſtiſſimum illud Noe nomẽ, id eſt quietis & conſolationis, Lamech pater inſtinctu diuino quis neſciat? impoſuit, quaſi hoc nomine filij, lætiorem mundo deinceps rerum faciem iam tum promittens.

(Sub quo quo multa hominibus ſolito meliora contigere) Et rectè ſub Noaco mitigata primum terræ malignitas, quæ maledicta & diris deuota, mira adhuc contumacia labores ſpeſque mortalium fallebat.

Poſt diluuium enim promiſitDeus itura deinceps omnia æqua alternatione, meſſem poſt ſementem, frigus poſt calorem, &c.

Noaco ipſi ac filijs benedixit.

Animalia peccato olim efferata, iterùm cicurauit; *Terror veſter*, inquit *ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, &c.* Gen. 9.

Nouum fœdus, poſito arcu in nubibus, cum ipſo, veluti iam ab Adami peccato placatior, percuſſit.

Sed & Noaco fingere atq; inuenire aratrum dedit (quorundã ſenſo) quo vnico plus agri vno die deinceps excoli potuit, quàm tota ferè hebdomada multis ligonibus.

Sed & idem vini repertor fuit.

Quanquam longiùs ſpectaſſe illud tàm lætum Noe nomen credibile eſt, nempe eius potiſſimum conſolationis ac requietis ſpẽ pijs prætendiſſe, quâ in Chriſto tanquam piaculari hoſtia, quę iratoPatri genusnoſtrũ tandem eſſet reconciliatura, recumbere atq; acquieſcere poſſent, ne amiſſæ in paradiſo fælicitatis memoria, & meliorum deſperatione, fatiſcerent.

Ac fortè; prima illa vini à Noaco inuentio, myſtici calicis inſtitutionem per Chriſtum præſignauit. Quidni? Nam & illũ aquæ in vina conuerſæ in nuptijs prætulerunt.

Abrahamo, *4 SVB ABRAHAMO, cum ſcilicet Eccleſiam magis polire geſtiret Deus, & Circumciſionis nota à

reliquis

reliquis mortalibus diſtinguere, ideoq́ue quartam politiam inſtitueret.]

Abrahamo enim tum ab Idolatris, gratis ſeuocato nomen commutauit, & tale indidit, quo parens multarum gentium futurus oſtenderetur, vir iam natus annos circiter centum, vxoriſque nonagenariæ maritus, neque tamen adhuc vllius ingenuæ prolis pater. *Gen* 17.

Præter enim Iſmaëlitas, & cæteras ex vxore Cettura gentes tanquam alienas, ex ipſo vno duodecim tribus, quaſi totidem populi, oriundæ.

*Patrem habemus Abraham*, aiebant illi Chriſti tēporibus. Deniq; etiam ſic denotauit Deus innumerabilem diuerſarum gentium ex toto orbe multitudinem, veſtigijs fidei Abrahæ inſiſtentem (qua ſcilicet fide ille nondum circumciſus, Deo crediderat) eſſe veluti in gentem nomenq; Abrahæ conceſſuram. *Rom.* 4.12.

Sic qui Iacob primum dicebatur, tandem Iſrael eſt appellatus, *Non vocaberis vltra Iacob, &c.* quo ſacramēto, nunc non dico. *Geneſis*

*5. Svb Moyse, cum ſc. viſum Deo, expedire, non modò Circumciſionis interſignio, ſed & Lege, & religionis quibuſdā ritibus, ab alijs ſuos ſecerni, quorū Ducem Moyſen creabat. Moyſe.

Moyſi initiò talis notionis nomen dari adcurauit, quòd præſagium haud obſcurum eſſet, Eccleſiæ ſuæ ex ſummis calamitatibus, & fluxa religione (quibus tùm malis in Ægypto ſub Pharaone laborabat) liberandæ.

Moſen enim vocari fecit, quaſi dicas aquis extractū, quarum natura fluxa eſt, quæq; in ſacris literis miſerias repræſentant.

*Vide Philonem lib. de vita Moſis.*

*Deuter.* 31 Conſtat quoque fuiſſe tempus, quo Ioſua, nō Ioſua, aut Ieſus, ſed Hoſeas vocaretur.

Hoſeæ ergò nomen, in Ioſue, per Moyſen inſtinctu haud dubiè diuino commutatum, quòd ſc. Dux ille populo eſſet per deſerta præiturus, ac tandem per tot diſcrimina rerum, in Latium ſuum, id eſt, in terram

Et Chriſto ipſo. promiſſionis,deducturus. Item, quod Chriſtū ipſum, Seruatorem verum vniuerſorum, proximè figuraret.

*6. Svb Christo, Quæ ætas reliquarum ſcopus fuit, & omnis temporis plenitudo.

Et in iſta quoque Mariæ præſcriptū ab Angelo nomen,quod filio nato imponeret. *Et vocabis nomen eius Ieſum* aiebat Interpres Trinitatis Gabriel. *Luc.1.*

Et ratio. Quoniam *ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Neque enim ad inſtar priorum meus iſte Ieſus,nomen vacuum aut inane portat. Non eſt in eo magni nominis vmbra, ſed veritas,* ait Bernardus. D.Bernar. *ſerm.de circumciſ.*

Magna geſturo,magnum *nomē ſuper omne nomen,* diuinitus indi oportebat.

*Philipp. 2.* Prophetæ quoque, quoties de nominibus Chriſti, nunc hoc nunc illo prædixêre? *Vocabitur nomen eius Emanuel.*

Itē; *Admirabilis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis, &c.* Iam ipſe Chriſti Legatus & Prorex Sacrorum quid? nonne & ipſe,qui Simon antè vocabatur,ab ipſoChriſto Cephas, hoc eſt, Petra aut Saxum appellatus eſt?

Quorſum? Propter Eccleſiæ in ipſo fundandæ myſterium, ait Cyprianus.

Ioannes Euangeliſta *diſcipulus* ille *quem diligebat Ieſus,* nonne etiam tonitru appellatus.

Quorſum? Quòd aliquando plenus numine, oraculum illud cœleſte, quaſi ex ipſo æterni Patris ſinu abditiſſimo, apud mortales eſſet intonaturus: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, &c.* *Ioann.1.*

Quid? Pontifices iam olim Summi in ſui inauguratione,cur quæſo nomina ſua commutant,& in iſta potius quam in alia, cum ſit optio ipſis liberrima;

Subobſcurè ſci. hàc ſignificaturum omnes ſtudium quòd ſunt in eorum imitatione, quorum nomina libentius vſurpant, poſituri.

Indicaui nuper in Epiſtola dedicatoria Philippicarum mearum data 1605. ad Paulum V. Pontificem Maximum, quem vidi, quem viſum, & familiarioribus quàm merebar colloquijs aliquoties auditum amaui

maui,quem dilexi,quod omnia illius Paulum Apoſtolum ſpirarent.Faxit Deus!vt,quæ ſcio illum in votis habere,& parturire,& citò & ſine doloribus, parere,publico bono,poſſit.

Sed quorſum inquis, tantæ ambages,de nominum vel impoſitione a Deo,vel commutatione?

**Sed Iohāni noſtro etiā nomē diuinit^us datum,**

Illorſum Auditores,vt,ſi videtis,non niſi magnis & ſignificandæ magnitudini futuræ illorum qui accipiunt,nomina ſic indi aut mutari, Baptiſtam noſtrum etiam Magnum fuiſſe,hinc intelligatis. Illi enim etiam nomen diuinitus per Angelum impoſitum eſt & valdè exactè victis tot obicibus,tot vicinis& cognatis aliter eum dicturientibus illi inditum a patre.

Nàm alioqui *vocabant eũ nomine Patris ſui Zachariã.* Angelus anticipans Zachariæ dixerat *Et vocabis nomen eius Ioannem*.Luc.1. *Luc.1.*

Mater contra vocaturos Zachariam; *Nequaquam,* inquit,*ſed vocabitur Ioannes*,agitata diuinitùs,cũ non didiciſſet à marito.Luc.1.Illa *per prophetiam didicit quod non didicerat à marito*,ait Ambroſ l.2. in Luc. *Spiritus ei Sanctus qui Angelo mandauerat reuelauit*.Ibid.

Pater ipſe quoque conſultus,ſed mutus, in pugillaribus *ſcripſit dicens: Iohannes eſt nomen eius*. Luc.1. Quaſi dicat Ambroſij verbis;*Non ei nos nomen imponimus,qui iam à Deo nomen accepit:habet vocabulum ſuum, quod agnouimus,non quod elegimus*.Idem ibid

Ibid. *Habent hoc merita Sanctorum,v. à Deo nomen accipiant.*

Ergò & Baptiſta noſter cum primis Magnus.

**Ergò & Magnus cẽſendus.**

Vide verò etiam quod nomen illi inditum! Non quodlibet,ſed Iohannis, *nomen* pænè poſt illud Ieſu, *ſuper omne nomen* virorum. *Philip.2.*

*Iohannes eſt nomen eius* ſeu Iohannam,quod nomen nobis ſonat idem,quod *gratioſus* id eſt *in quo eſt gratia: plenus gratia,* ſeu *Domini gratia;* vel *Domini donum*, ſeu *Domini miſericordia.*

**Iohannes quid ſignificet,**

F.Petrus Galatinus Franc.lib.12. de arcanis Cath. Veritatis.cap.vlt.*Iohannes*,inquit,*gratia Dei interpretatur.*

Theodorum aut Diodorum græcè appellare poſ-ſis.

Angelus Caninius lib. de locis noui teſt. c. 13. *Iohannes gratioſus & miſericors.*

Gratia Dei, inquam dictus eſt noſter Baptiſta, idque varijs de cauſis.

Ita dictus triplici de cauſa,

* j. Vel qvod eum ex matre, quæ paſſim ſterilis vocabatur, imò ex vtroque parente vieto & decrepito, præter omnium opinionem, naſci (vt illum olim Samuelem, id eſt A Deo Datum) à mera Dei gratia profectum ſit.

1. Ob miraculoſã eius natiuitatem,

* ij. Vel qvod ab eius iam tùm conceptione, Gratiæ illud iamdiu optatiſſimum tempus inceperit. Matth. 11. *Omnes prophetæ, & lex vſque ad Iohannem.*

2. Ob tẽpus gratiæ tum illuceſcens,

Cœpit enim, ſub Iohannis Baptiſtæ ortum, Deus iam olim & tamdiu grauiſſimè nobis iratus, & toruum nos hactenùs ſolitus intueri, ſereniore vultu, placatior, & quaſi ſub ridens, homines adſpicere, ſigno iam inſtantis per Chriſtum perfectæ reconciliationis.

Virgil. 1. Æneid.

Tùm quaſi *ſubridens hominum ſator atque Deorum,*
*Vultu, quo Cœlum tempeſtateſque ſerenat,*
*Oſcula libauit* nobis, & leuiter genus humanum oſculo religionis adtigit, ſuauium caſtę voluptatis mox daturus in Filij ſui nuptijs ſeu læta Incarnatione.

Vt Aurora, vel Lucifero ſtella conſpectis, mox exclamare ſolemus Dies, Dies, vel luceſcit, luceſcit; vtq; proſpecto è malo nauis, aliquo portu, aut terra firma, dicimus Terra, Terra; & vt cum videmus *ficulneam ac reliquas arbores producentes iam ex ſe fructum, ſcimus quia propè eſt æſtas*; Sic naſcente iſto Iohanne, Chriſti præcurſore & Gratiæ prænuntio, meritò Zacharias pater primum in pugillaribus ſcripſit, ac mox abrupto linguæ vinculo exclamare potuit, *Iohannes, Iohannes eſt nomen eius*, quaſi dixerit *Gratia Gratia Dei* iam inſtat, & miſericordia viſitaturi nos quamprimum ex alto.

3. Ob copiã gratiarũ quæ

* iij. Vel ab excellentia & multitudine donorum Dei quæ in ipſo verè, vti olim in Pandora fabu-

loſo illo gratiarum omnium Deorum armario, vel iam inerant, vel mox erant infuturæ. ipſi infuerunt.

Aliquid enim non modo concretiuè tale aut tale dici, ſed etiam abſtractiuè (vt ſcholæ loquuntur) excellentem & copioſam eius denotat qualitatem, ac potius eſſentiam.

Sic liberalitatem ipſam, pro valdè liberali docti vſurpant, ſcelus pro ſcelesto Comœdiographi Latiniores; nos rude vulgus ignem, pro ferro dumataxat benè candenti, aut pro corpore, quod grauiore febris feruore adfectum eſt. Eiuſmodi, totum ignem eſſe dicimus.

Iohannem ergò, id eſt *Domini gratiam*, vel *Domini donum*, non verò gratioſum dumtaxat adpellaſſe, fuit indicaſſe illum totum, quantus quantus fuit, gratiam fuiſſe, ex meris Dei gratijs & donis confectum.

Polydorum illum rectè adpellaueris, imò melius Pandoram, non omnium Deorum donum, ſed omnium perſonarum Trinitatis muneribus cumulatiſſimum.

Iohannem Baptiſtam rectè dixeris, donum Dei
1. *Patris*, quod genitus ſit ex ſterilibus, gratia eius *ex quo omnis paternitas in Cælo & in Terra*; Quomodo idem Pandora dici poſſit.
2. *Filij*, quòd ab eo Præcurſor ſuus ſit deſignatus; & dotibus huc neceſſarijs maturè imbutus.
3. *Spiritus-Sancti*, quod ab eo ante ætatem ſit ſanctificatus in vtero, illuminatus, roboratus, & quid non?

Symbolum, & velut teſſeram quandam ſuam Iohanni Perſonæ diuinæ omnes contulerunt.

Deus bone! quantum in Iohanne, & circa Iohannem, agmen gratiarum!

* j. GRATIAE DEI FVIT, quod (vt nunc dixi) ex matre ſterili, de patre vieto, ſit natus. Cuius gratiæ hic euoluuntur.

* ij GRATIAE FVIT, quod ad Mariæ iam Deiferæ aduentum, & ſalutationem, repletus eſt Spiritu ſancto, adhuc in vtero ſitus matris.

Luc. 1. *Et Spiritu-ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ*, dixerat Gabriel.

Ea

Ea autem repletio quatuor dicit:
1. *Iuſtificationem ab originali;*
2. *Confirmationem in bono, & contra futuros lapſus robur;*
3. *Accelerationem vſus rationis;*
4. *Illuminationem, & Prophetiæ donum.*

* j. IVSVIFICATIONEM id eſt noxiæ aut peccati originalis expiationem in vtero matris, qualis in Hieremia fuiſſe creditur, inſinuat.

*D. Bern. ſer. 1. de Baptiſta.*

* ij. CONFIRMATIONEM IN BONO &c. id eſt Bernardi ſenſo, Spiritus-ſancti infuſionem parem iam tũ illi, quam Apoſtoli, vix tandem die Pentecoſtes acceperunt, vt perſeuerare in bono poſſent. Natus eſt (vt ſic dicam) Chriſti Apoſtolus, & Legatus,

Quã multa dicat Iohan repletio à Spiritu S. in vetero.

pſal. *Præueniſti ſc. eum Domine in benedictionibus dulcedinis.*

pſal. *Vnxit te Deus* (ô Baptiſta) *oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*, id eſt citius ac tempeſtiuius, & forſitan plenius, quam cæteros etiam Chriſti tecum Legatos & Apoſtolos.

D. Ambroſ. l. 2. in Luc. *Præſentia Domini matris in vtero roboratur, qui infantiæ impedimenta neſciuit.*

*De quatuor ſanctificationis gradibus profit legere R.P.F. Cornelium Muſſum Epiſ. Bitont. Franciſc. ſern. de Aſſumptione B. Mariæ part. 3. initio.*

* iij. ACCELERATIONEM VSVS RATIONIS, qui dari ferè non ſolet ante vel nouennium, vel ſeptennium, vel quinquennium &c.

* iiij. ILLVMINATIONEM, & Prophetici ſpiritus collationem.

*Exultauit in vtero infans* (aiebat mater eius ad Virginem.)

Exultatio enim illa non aliud fuit, quam quædam Ioannis religioſa adſurrectio coram Deo ſuo incarnato, quem quamlibet paruulum, quamlibet abſconditè retrò poſt parietes duorum vterorum maternorũ ſtãtẽ, iſte quãlibet etiã paruulus & ſemeſtris, ex matrice in matrice omnino peruidebat (vt Stephanus poſteà, cælo aperto) videntium id eſt prophetarum maximus, quâ causâ maximè, putem à Chriſto *pluſquam pro-*

*prophetam* adpellatum.

D. Auguſtinus ſerm. 1. de Natiuit. Bapt. de Sanctis 20. *Expers lucis iam teſtis eſt Veritatis.*

D. Ambroſ lib. 2. in Luc. *Supra naturam, ſupra ætatem, in vtero ſitus matris, à menſura perfectæ cœpit ætatis plenitudinis Chriſti.*

D. Chryſoſt. homil in Luc. 1. *Nondum loquitur, & ſaltibus prophetat... nondum ei permittitur clamare, & per facta auditur: nondum ducit vitam, & Deum prædicat; nondum aſpicit Lucem, & ſolem indicat.*

Maximus Ep. Taurinenſis ſerm 1. de Nat. Ioannis. *Verè hic omnium beatiſsimus paruulorum, qui intra viſcera adhuc materna cõcluſus, adeſſe Saluatorem mundi, quia necdum ſermone poterat, prophetico gaudio reuelauit. Nullus ignorat omnem paruulum materno ab vtero prodeuntem, inter ipſa lucis exordia, mæſtis concrepare vagitibus; Solus Baptiſta Domini, vltra legem naſcentium, natiuitatem ſuam lætitiæ exultatione præuenit.*

Adorauit iam tum ille Chriſtum, in ciborio animato latentem, id eſt in vtero matris-Virginis, magno merito ſuo; vti nos nunc eundem animoſa fide, abſconditum in Auguſtiſſimi Altaris Sacramenti anguſtijs.

Vterque æquè alter ad alterum dicere tunc potuit, *Antequam exires de vulua noui te*, diuerſo tamen vterque adſpectu. Chriſtus ad Ioannem quod eum nondũ natum ſanctificabat; Iohannes ad Chriſtum, quod eum è ventre, in ventre matris pleniſſimè ſibi notum adorabat. **Deuota Scripturæ inflectio.**

O Iohannem! ô verè Gratiam Dei!

* iij. Gratiae fvit, quod nondum natus Matrem ſuam de repentè Prophetiſſam effecerit.

Beda lib. 1. in Luc. 1. c. 1. expoſit. in med. *Duplici miraculo prophetant matres ſpiritu paruulorum.*

* iiij. Gratiae fvit, quod *reformarit* patri *genitus peremptæ organa vocis*, mox vt in lucem editus eſt.

Luc. 1. *Apertum eſt ilico os Zachariæ, & loquebatur benedicens Deum.*

* v. Gratiae, quod vix octiduanus patrem ſuum

in can-

in cantico ſe alloquentem intellexerit, cum diceret; *Et tu puer Propheta Altiſsimi vocaberis, præibis enim &c.* quod Theophylactus euidenter adfirmat *in c. 1. Luc.*

*D. Bern. ſer. 1. de Ioan. Baptiſta.*

* vj. GRATIAE FVIT, & quidem non vulgaris, quod (teſte D. Bernardo) naſcens, B. Mariæ manibus primum exceptus eſt; & quis ſcit, an non etiam fortè lactatus vbere iam de cœlo pleno, etſi nondum Chriſtum ſuum peperiſſet? Lac enim emittere dicuntur vberibus quæ grauidæ ſunt, etiam ante partum.

*Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?* Cant. 8.

Tene lactentem alumnumque virginis illius fuiſſe? te Chriſti mei collectaneum? O!

* vij. GRATIAE FVIT, quod *puer creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis, vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* Luc. 1.

*Ne leui ſaltem maculare vitam*
*Famine poſſet*, vt ait Paulus Diaconus.

Gratia ea talis fuit, qualem vos in nobis agnoſcitis, qui in monaſteriorum aſyla vocati ſumus.

Tutius enim certè ſubtrahi periculis, & perire nō potuiſſe, quam inter pericula fuiſſe, & perire potuiſſe, & non periſſe.

* viij. GRATIAE FVIT, quod ex tot Prophetis vnus in ea tempora fuerit reſeruatus, quibus filium Dei videret, oſtenderet.

Luc. 10. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico autem vobis, quod multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt &c.* vti & olim, in typum huius, *omnes Reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent ſapientiam, quam dederat Deus in corde eius.*

D. Auguſtinum ferunt tria in votis habuiſſe; Primū, Dei Filium in carne vidiſſe; Alterum, D. Paulum è ſuggeſtu ſua verba reſonantem audiſſe; Tertium, vett. Romanorum triumphos ſpectaſſe. *Io. Rau. Text. in off.*

* ix. GRATIAE FVIT, illum Ioannem ex tot Prophetis

phetis vnum fuiſſe delectum, in Filij Dei *antecurſorem & præparatorem viarum Domini*, vt loquitur Tertull. L. 4. cont. Marcionem.

Pſal 31. *Paraui lucernam Christo meo.*

Malach. 3. *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te.*

Illum vnum velut Auroram diei, aut Luciferum ſoli, Chriſto anteiſſe.

Illum velut Chriſti armigerum, ſcutiferum, enſiferum, ſecurigerumque deſignatum;

Illum primum clauſiſſe legem, Euangelium aperuiſſe; fuiſſe *principiũ viarum Domini*: vltimum Prophetarum, primum Apoſtolorum &c. *Iſai.*

Illum inſtar Iani alicuius bifrontis legem & Euangelium æquè ſpectaſſe, illam a tergo, hoc à fronte.

* x Gratiae fvit, digito Filium Dei potuiſſe oſtendere, & dixiſſe pulcherrimum & auguſtiſſimum illud Hic est.

*Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

*Hic eſt, de quo dicebam vobis* O digitum, & indicem dignum, qui, ſi reliqua Baptiſtæ oſſa perirent, vnus non pereat, & altiſſimo loco ſtatuatur, vt in Alpibus, Mauriani, quo illum matrona quædam attuliſſe dicitur! Vbi ſit digitus Baptiſtæ, Vide Maſſæum lib. 8. chron.

Glorioſum, herbam illam Molij (vt ſic dicam) herbarum laudatiſſimam, contra veneficia ſumma potentiſſimam, id eſt Chriſtum ipſum, *florem illum campi, & liliũ conuallium. de radice Ieſſe*, veram arborem vitæ, quam ſolus norat, non Mercurio inuentore aut monſtratore, ſed Deo Patre reuelante, ſemimortuo mundo, vnde vitam certò reciperet, demonſtraſſe.

* xj. Gratiae fvit, Patrinum & Fideiuſſorem, ſeu patrem fuiſſe ſpiritalem tot turbarum, Ieroſolymitanorum, Iudæorum, accolarum Iordanis, quos pænè omnes baptiſauit.

Item Chriſti baptiſmum præcucurriſſe.

*Diuus Auguſtinus cap. 19. Enchiridij*, vocat Ioannis Baptiſmum, præcurſorium miniſterium.

* xij.

* xij. GRATIAE FVIT, ſanctum quoque cum cæteris Filij Dei verticem cõtigiſſe, tinxiſſe, Chriſtum quoque in filijs ſuis (vt ſic dicam) ſpiritalibus numerare poſſe.

D. Cyprianus ep. ad Iubaianum, *Per quem baptizantur cæteri, baptizauit.*

*Qui ſcelus mundi meruit lauantem*
*Tingere lymphis.*

Vndè & illi perpetuum hoc Baptiſtæ nomen.

* xiij. GRATIAE FVIT, conſtantiſſimè veritatem *in ſpiritu & virtute Eliæ*, æquè omnibus tam Regibus, vt Herodi ac Herodiadi; tam armatis auditoribus, id eſt militibus impijs, quam inermibus, plebeculæ, & meretricibus, prædicaſſe.

Fuiſſe *vocem Dei* intus *clamantis in deſerto* cordis eius, fidumque interpretem interni illius magnique Dictatoris, nihil addidiſſe, nihil detraxiſſe.

Scilicet pænè non minus, quam ante Chriſtum ipſum, *Iuſtitia ante eum ambulabat*, quam vnam ducem ſequebatur, & quotidie ſic hortantem intus audiebat; *Vſque ad mortem certa pro Iuſtitia.* Eccl. 4.

Pſal. pſal. 18. *Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.*

Gratia rariſſima, & in plurimis nunc optanda, & ſi eſſet eadem in multis, *meliore loco Reſpublica ſtaret.*

* xiiij. GRATIAE FVIT, filios Iſraël tam fœliciter potenterque docuiſſe, vt ad Deum nouo quodam ſucceſſu vix biennij fortè ſpatio turmatim conuerterentur. O quis mihi det tot annorum concionibus, vel pauculos conuertiſſe! &c.

* xv. GRATIAE FVIT, tam ſic vixiſſe, ſic dixiſſe, vt Meſſias credi potuerit, quam iam talem creditum, cũ reuera non eſſet, credi noluiſſe, & de Meſſiæ iuribus honoribusque ſpontè oblatis, nil recepiſſe, omnia recuſaſſe. *Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis.*

Cic. lib. offic. Quis alius eo caſu non Cæſarizaret, id eſt, *regnandi gratia ius* non *violaret*?

* xvj. GRATIAE FVIT, principatum martyrum Euangelicorum pro veritate occumbentium illi reſeruatum

uatum fuiſſe, primumque omnium ſub Euágelio pro Veritatis aculeis, equuleos impietatis toleraſſe (Etſi enim, ignauorum multorum opinione, ea gratia gratia non cenſetur, accenſeturque ab illis inter illa, de quibus prouerbio dicitur *Deorum dona ſæpè non dona*; à fortibus tamen inter gratias cumprimis numeratur, imò & Chriſti ipſius oraculo gratia credenda eſt.

Matth. 5. *Beati*, inquit, *qui perſequutionem patiuntur propter Iuſtitiam.*

Si enim gratia quædam ea non eſt, cur Baptiſta eam ſic ambiuit, vt non modò martyr, ſed martyrum Chriſti primus eſſe vellet, vt dicemus cum quæſtionem illam tractabimus, qua quæritur, cur Ioannes non ſe defenderit ne capi poſſet; & cur captus, nullius pro ſe apud Herodem interceſſiones ſolicitarit? Ego certè hoc ſequutus, in magnatibus meis libenter numero, aliquid aduerſi ob Veritatis liberam prædicationem pertuliſſe.)

* xvij. Gratiae fvit, & fortaſſis omnium maximè, tot gratijs nihil ſuperbiſſe, & mira modeſtia tot beatitates ſuas condiuiſſe.

Hoc omnis Virtus illuſtrior, quo modeſtior ſeu humilior. Videte quæſo, videte hominis in tanta gratiarum adfluentia modeſtiam. *Non ſum ego Chriſtus* (aiebat Legatis Ieroſolymorum:) *non Elias, non Propheta.* Non ſum tanti: non ſum, nec quantum nec quod putatis. Supra merita de me ſentitis.

Preſſus verò aliquid de ſe dicere; *Ego vox* inquit ego tenuis ſonus *clamantis in deſerto*. Ego nihil aliud, quam leuis Echo, medias vix voces reddens, vix balbutiendo quod loquitur in me Dominus, enuntians

*Ego vox*, ego Echo *clamantis in deſerto.* Nam, vt Echo ex ſe nihil eſt; ſic nec ego quicquam ſine Deo. Vt Echo loquitur verba non ſua, ſic *doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui miſit*, & præmiſit *me.*

*Vnum ſcio, quod nihil ſcio* nec facio, mihi relictus.

Ioann.1.*Non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti* Chriſti, *quem vos neſcitis.*

*Me oportet minui,* & nominis mei celebritatem defloreſcere; *illum autem creſcere*, atque ex ignoto fieri celeberrimum.

Illum ſolum decet *honor & gloria.*

Ita coronam ſuam Iohannes, inſtar ſeniorum in Apocalypſi, ad pedes Agni in faciem procumbens, deponebat.

O Iohannem! ô hominem gratioſum, & ex Gratijs meris confectum!

Non iam agnoſcitis (Auditores) noſtrum Baptiſtã, verum Polydorum fuiſſe, & ampliſſimum donorum Dei domicilium? totque donis gratijſque Dei, *præ cæteris participibus ſuis* diuinitus adfectum, vt meritò Iohannes, id eſt *gratia Dei*, quaſi totus gratia, potius, quam *gratioſus*, dici debuerit?

**Inuectiua in nominis Ioan. profanatores.**

Quò execrabiliores Chriſtiani illi ſunt, qui nunc tã contemtim nomen hoc Iohannis paſſim vſurpant, & duplicem Iohannem ore blaſphemo, & ioco nimis ſceleſto adpellant, quem cuculum, vel adulteræ maritum, ſuſpicantur

Pudeat hoc ſeculum noſtrum tam nequam eſſe, vt, araneorum inſtar, mella in venena conuertat, & nomina ſancta ſic profanet, ſic Diuos blaſphemet, ſic eorum nomina ſeruire cogat impuriſſimis hominibus, & quaſi vxorum ſuarum lenonibus ſignificandis.

Ah! tàm ſanctum, tam venerabile nomen, diuinituſque tàm magno viro inditum, tàm turpibus hominibus imponi?

Hominis adulterio inimiciſſimi, capitaliſque omnis impudicitiæ hoſtis, & pro pudicitia tuenda occiſi nomen, ad homines vxoriæ pudicitiæ vel cuſtodes negligentiores, vel (quod deterius eſt) proſtitutores aut mercatores, transferri?

*Quæ conuentio Lucis ad tenebras? Chriſti ad Belial?* Iohannis ad adulteræ maritum!

Deus

Deus bone! in quæ nos tempora reſeruaſti? O imi! Quæſo (Auditores, & in Domino filioli mei) ſi etiam ea blaſphemia, & cacoethes tales ſic appellitandi, apud vos fortè, quadam communis erroris cõtagione, inualuit; emendate, abſtinete in poſterum ab hac ſacro-ſancti nominis Iohannis profanatione, neque tamen idcirco vllum alterius cuiuſcunque Diui nomen illius vice reponite, quod nunc pleroſque in Gallijs facere audio.

Etſi non in nomine Iohannis, aut alterius cuiuſcũque Diui, non flectitur omne genu, vt in nomine Ieſu; debet tamen cum multa reuerentia vſurpari, non ad fabulas, ad iocos, eoſque turpes, ſic inflecti &c.

II.

*Iohannes Magnus à gaudio in eius Natiuitate.*

Ecquotũ deindè primus vitæ ſeu natiuitatis dies, vel eius anniuerſarius, celebrari ſolet aut debet, niſi Magnorum vel coram mundo, vel coram Domino?

*Apud Thraces læta ſunt funera, luctuoſa natalitia.*

Philippus Macedo, Alexandro nato, forſitan lætari poſſit. Reges, & ipſorum imperio ſubditæ Reſpublicæ, fortaſſis de nato ſibi hærede lætari poſſint, & id feſtis ignibus, ludis, tormẽtorũq; exploſionib⁹ teſtari.

At quæ tanta poteſt eſſe Reip. lætitia, de nato alicui priuato infante, niſi magna quædam & valdè publica bona, ex naſcentis natiuitate certò ſperentur?

Quæ cauſa celebrandi diem natalis cuiuſcunque anniuerſarium, niſi adſpectus bonorum vel magnorum, quæ idem vel naſcendo, vel viuendo, vel moriendo contulerit?

Oriente Sole publica omnium animantium lætitia eſt. Galli geſtiunt, & ſe continere non poſſint, quin cantu & alarum agitatione gaudia ſua exprimant; elephanti, quin adorent &c. *Elephantis* enim *eſt religio ſyderum, Soliſque ac Lunæ veneratio*, ait Plinius.

Sed Sol eſt qui oritur, Luminare toti Orbi vtiliſſimum æquè & iucundiſſimum, ſcilicet.

Soles ergo Reip. & Eccleſiæ eſſe oportet, quorum

Baptiſtæ magnitudinem elucere, ex gaudio de eius ortu. *De Thracibus, vide Valer. Max. li. 2. c. 6. Pompon. Melam li. 2. de ſitu Orbis c. 2.* Quod id non accidat niſi Magnis, & valdè cõmodis.

*Plin. 8. 1.* Vt Soli inter cælũ luminaria.

rum natalitia celebrentur, ſeu naſcentium ſeu iam mortuorum.

Chriſto Ieſu D. N.

Chriſti Ieſu natalis dies Cœlo, Terra, Mariq́ue eſt celebratus?

Angeli gaudia ſua de illius natiuitate, cætibus & cãtibus ſunt teſtati?

Magi ad participium lætitiæ illius, cum muneribus maximis, à ſuo Oriente adcurrerunt?

Et nunc quoque annuatim, eius diei anniuerſaria toto, quam latè patet, orbe ab Eccleſia ſolenniſſimè celebrantur?

Sed Sol erat, imò Solis conditor, qui naſcebatur, qui, ſi natus non fuiſſet, melius forſitan fuiſſet cuiuis homini, nunquam natum eſſe, & ſolem iſtum adſpexiſſe.

*Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator &c.*

Quia & ortus eſt, & vixit & occidit nobis Sol iſte Iuſtitiæ, & nunc quoque annuè primi ortus eius dies celebratur.

Et Matri-Virgini.

Vnius quoque Virginis anniuerſarium Natiuitatis diem Catholici omnes celebramus, ſed cuius? Mariæ illius, cuius ortus, partuſque ipſo viſibilis huius Solis ortu mundo longè vtilior fuit; *cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias*, vt canit Catholica, cuius venter templum Dei fuit, anima Archiuum Apoſtolorum, & noſtrorum Patrum Bibliotheca.

Sed Iohannis huius quoque Natiuitas celebris & læta admodum fuit.

Luc. 1. *Et audierunt vicini & cognati Eliſabeth, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei.*

Ibid. *Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quis putas puer iſte erit?*

Pſal.

*Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium; à facie* etiam huius ſerui *Domini mota eſt terra.* Parietes pænè ipſi domorum, & muri vrbium, & cedri Libani congratulari geſtiebant.

Nec fuit ea lætitia leuitatis.

Ange-

Angelus ipſe iamdiu ante prædixerat dicam? an potiùs imperarat? *Multi* inquit *in natiuitate eius gaudebunt.* Luc. 1.

Baptiſtæ Natiuitatem etiã Barbari celebrant

*In Natiuitate*, inquam, tàm ipſa, quam eius anniuerſario. Feſtum enim eius anniuerſarium tota Eccleſia celebrat; noſtri Montenſes etiam feſtos ignes tunc excitant.

Quid? etiam Iudæi, Saraceni, Mahometani, Maurique cum ipſis Chriſtianis æquè celebrant.

D. Auguſtinus ſer. 20. de ſanctis, qui eſt 1. de Nat. Baptiſtæ. *Poſt illum ſacroſanctum Domini Natalis diem, nullius hominis natiuitatem legimus celebrari, niſi ſolius Iohannis Baptiſtæ. In alijs Sanctis & electis Dei nominis illū diem coli, quo illos, poſt conſummationem laborum, & deuictum triumphatumque mundum, in perpetuas æternitates præſens hæc vita parturijt: In alijs conſummata vltimi diei merita celebrantur; in hoc etiam prima die, ipſe Iohannis initia conſecrantur.*

Non minùs de eo adhuc *accincto*, quam de *diſcincto* Eccleſia gloriatur.

III.

*Magnus Iohannes à genere vitæ, & alijs quibuſdam.*

Magnitudo iterū Baptiſtæ collecta,

Deniquæ Ioannem magnum prædicant
- 1. *Genus vitæ;*
- 2. *Dignitas Legati Dei;*
- 3. *Legatio ad illum honorificentiſſima;*
- 4. *Herodis in illum obſeruantia;*
- 5. *Herodiadis odium.*

* j. GENVS VITAE. Si enim verè dictum; *Sed Probitas Magnos, ingeniumque facit;* 1. A genere vitæ.

Si non facit nec nobilem nec Magnum, atrium plenum fumoſis imaginibus, ſed ipſa Virtus; *Ouid. 1. de Ponto eleg 10.*

——*non, tabula iactare capaci*

*Fumoſos Equitum cum Dictatore Magiſtros*, ſed maioribus ſuis ſua virtute prælucere, quod Platones, quod omnis Sapientum ſchola ingenuè confitetur; *Iuuenal. ſat. 8.*

Quid Baptiſta hoc maius? qui tot Virtutes & ſic coluit, ſicque vitam inſtituit, vt me mei & multorum pudere poſſit, ſi dixero.

Dicendum tamen, etiam cum pudore & rubore noſtro, honore ipſius tanto maiore.

Forſitan enim ſic animabimur imitari, quod laudare delectat.

*B. Vincentius Valẽtinus ſer. de Bapt. decollatione.*

Iohannes ergò noſter ita vitam inſtituit, vt annos natus quinque, aut, vt ſummum, ſeptem (vt alij volunt) parentes quamlibet religioſos reliquerit, patriã & patrimonium omne etſi illud luculentum, contemſerit, ſeque quaſi fuga in eremum contulerit, vbi Deo tantùm & ſibi, ad annum circiter trigeſimum auſterè admodum vixit, *vſque ad diem oſtenſionis ſuæ*, id eſt, donec in publicum prodeundi præceptum diuinitùs accepiſſet.

Ità tùm, & reliquo vitæ tempore vixit, vt non tàm hominem, quam Angelum bonum (aut Iudæorum maledicorum cenſura dæmonium) referret.

Aquæ. n. potor fuit

Matth. 11. *Venit Iohannes*, aiebat Chriſtus ad turbas, *Neque manducans, neque bibens: & dicunt: Dæmonium habet.*

Luc. 1. *Vinum & ſiceram non bibet*, imò ne panem quidem comedet.

Abſtemius totus, & perpetuus aquæ potor, ita nihil augens Herodis ærarium, aut vectigal Cæſaris locupletans.

*Matth. 3. Eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſyluestre*, (nonnulli ſcribunt meliagrium, ait Elias Cretenſis.

Elias Cret. *comment. ad orat. 11. Nazianz. in Arian.*

*D. Baſilius conc. 1. de ieiunio*, ſcribit Iohannis vitam, vnicum & perpetuum fuiſſe ieiunium.

*D. Gregor. Nazianz orat. in ſancta luminaria*, non ſolum ſolitudinis alumnum illum vocat, ſed & nullius cibi hominem.

Nullius pæne cibi, *Ouid. lib. Metam.* Seminudus,

Dixiſſes ſi vidiſſes; Iohannes iſte Cameleontis inſtar *ventis nutritur & aura.*

Matth. 3. *Habebat* autem *veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos.*

Marc. 1. *Erat Iohannes veſtitus pilis cameli, & zona pelli cea*, cum Iudæis eſſet lanea, *circa lumbos eius*, id eſt cilicio etiam conſtricto tegebatur, *& locuſtas & mel ſyluestre edebat*, locuſtas inquam, ſeu animalia, ſeu plan-

plantarum ſummitates, & mel ſylueſtre, ſeu arborum deſerti folia melliti ſaporis, ſeu mel montanum, opus apum agreſtium ſummè amarum, & minimè nomine mellis dignum.

*Vide Baroniũ tõ. 1. annal. ad annum Chriſti 31. pag. 115.*

Paulinus Conſularis in carmine de Ioan. Bapt. *Veſtis erat curuis ſetis conſerta cameli;*

*Contra luxuriem molles duraret vt artus,*
*Arceretque graues, compuncto corpore ſomnos.*

D. Bernardo, Iohannes *planè neque veſtiens. Sicut enim cibus eius, cibus non erat; ſic veſtis, veſtis non erat.*

Quid diceret, ſi nunc reuiuiſceret, cum auro gẽmiſque teguntur omnia?

*Ouid. li. 1. Metam.*

Etiam *domus antra fuerunt.*

Luc. 1. *erat in deſertis in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.*

**Spelunca pro domo cõtentus,**

Ferè eam vitam viuebat Iohannes amore Dei, quã mõtanæ agreſteſque illæ tans Caucaſum gentes contemptu ſui, de quibus ſic Plutarchus;

*Sunt ibi* (inquit) *quidam duræ philoſophiæ nudato corpore adſueti, viri ſancti & ſuo iure viuentes, Deo operam dantes, Diogenem vilitate rerum ſuarum ſuperantes, nulla pera indigentes; non enim recondunt alimentum, quod ijs terra ſubindè recens ſuggerit, potum fluuij, folia ab arboribus defluentia, & herba è terra enaſcens lectum.* Plutarchus tom. 2. Moral. orat. 1. de fortuna Alexandri.

Sed & omnis Iohannis ſermo & actio quaquauerſus pœnitentiæ fuit.

**Totus pœnitentiã ſonans,**

Marci 1. *Fuit Iohannes in deſerto baptiſans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum.*

Matth. 3. ex Iſai. 40. *Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.*

Ibid. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ Cœlorũ.*

Ibid. ad Phariſęos & Sadducæos; *Facite fructum dignum Pœnitentiæ.* Chryſologus ſerm. 148. *Iohannes veſtitu, victu, loco, totus Pœnitentia formatus incedit.*

Quid? etiam adeò ſilentioſus fuit, vt Anacharſidis & Pythagoræ, non tam diſcipulum, quam Magi-

**Pauciloquus.**

ſtrum poſſis agnoſcere.

D.Ambroſ.lib.2 in Luc. *In Euangelio nihil ſuper eo legimus, niſi ortum eius & oraculum, exultationem in vtero, vocem in deſerto,* & illud exitiale autori ſuo pronuntiatum *Non licet tibi &c.* quo Herodem domi primum & in Curia, (ſeu vbiuis, priuatim tamen) deinde & publicè pro Concione territauit.

Vndequaque dux & *princeps monachorum* fuit, (vt voluit *Chryſoſt. hom. 1. in Marc.*

*Ioan. Caſsian. collat. 18. c. 6.*

*D. Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia Virginit.*

*D. Bernard. homil. de Ioanne Bapt.*)

**De quo nimis proiectè ſentiunt Sectarij noſtri tēporis.**

Nec enim ijs aſſentiendum æui noſtri Sectarijs, qui contra totius veteris nouæque Eccleſiæ conſenſum, Baptiſtam noſtrum alijs vulgaribus pueris exęquant, ſimilemque faciunt in ſchola, educatione, literis, ſtudijs, ac præceptoribus.

Non ijs, qui dicunt illum in defuncti Patris locum ſucceſſiſſe, Sacerdotiumque eius cum laude geſſiſſe, pueritiam atque adoleſcentiam ſuam in œconomia parentum, officijſque domeſticis, ad annos vſque 30. exegiſſe.

Non denique ijs, qui blaſphemant eum, non in vaſta ſolitudine, ſed in oppidis ac pagis prope Iordanē conſtitutis, nec procul a montibus, habitaſſe(

Cibum, non peregrinum & inſolentem, ſed adſuetum his cum quibus agebat, extitiſſe;

Locuſtas Iohannis paſtum, ad genus marinorum piſcium, & ſpecies cancrorum pertinere, eumque hoc prohibito in lege cibo, pro Euangelica libertate vti voluiſſe. Moſaicas etiam ceremonias reipſa & iure ipſum abrogaſſe, *quæ ex profeſſo omnia refutat R. P. Petrus Caniſius S. I. tomo 1. comment. de corruptel. Verb. Dei, qui eſt de venerando Chriſti præcurſore.*

**2. A Legatione, qua functus eſt,**

* ij. DIGNITAS LEGATI DEI. Magna ſemper dignitas Legatorum, pro ratione tamen mittentium potiùs, quam eorum, ad quos mittuntur.

Terminus à quo magis, quam terminus ad quem, magnos facit Legatos; cū non huius, ſed illius perſonam,

nam, depoſita ſua, induant, & non pro mittentis, non verò etiam pro eorum ad quos mittuntur, dignitate tractentur.

Non enim qui à ciuitatulâ ad Regem Legatus deſtinatur, ideò regiè tractatur, quòd ad Regem mittatur; ſed à Rege ad ciuitatulam deſtinatus, regiè excipitur, quòd Rege deſtinetur. **Miſſus à Deo,**

Cic. orat. contra Rullum. *Graue eſt nomen imperij* (Legatorum ſcilicet) *id etiam in leui perſona pertimeſcitur, propterea quòd veſtro, non ſuo, nomine, abutuntur.*

Quanto ſtrepitu Legatus ſeu Regis Hiſp. ſeu Galliæ excipitur! Quanto honore & religione, Pontificē Maxx. Legatis a latere, vel Nuntijs Apoſtolicis, obcurſatur! pro dignitate eorum ſcilicet, quos repræſentant.

| | |
|---|---|
| At de quâ re legatus. Materia Legationis Baptiſtæ ferè quadruplex. | 1. *De perſona Chriſti;*<br>2. *De fide in ipſum;*<br>3. *De pœnitentia;*<br>4. *De operū bonorum neceſſitate.* |

Maiore autem ſemper & pompa & religione excipiuntur Legati, quo de rebus maioribus ſunt eorum Legationes, vt de Pace, de Indutijs, de fœderibus, &c.

Sed & hoc laudabiliores Legati, quo duriorem, difficilioremque ſubeunt Prouinciam, vt ſunt, quæ ipſis illis, ad quos itur, perferunt iniucunda.

Quanti ergò Ioannes noſter æſtimandus eſt Dei Patris ad hominis Legatus, de rebus ſanè maximis, incredibilibus, ad ſalutem æternam omninò abſoluteque neceſſarijs, vt de Filij Dei Incarnatione præſenti, de Chriſto paupere illo quidem, ſed tamen omnium Redemptore? de fide in ipſum? de duris atque iniucundis, vt de dignis pœnitentiæ fructibus faciendis? **De rebus multis, maximiſque.**

Ioan. 1. *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen Ioannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.*

Malach. *Ecce ego mitto Angelum meum ante te, &c.*

Fuit ſcilicet Baptiſta Pœnitentiarius maximus, id eſt, Pœnitentiæ ſummus prædicator. Non ſentis quā-

ti ſe, & conſortes eiuſdem miniſterij, faciat Paulus dicens, *pro Chriſto legatione fungimur*? Non tu ſaltem tãti facias Iohannem?

Imò verò eſt etiam aliquid, quod Iohannem in legatione ſua faciat Prophetis alijs, adeoque Apoſtolis ipſis admirabiliorem, nempè quòd ſine miraculis vllis, ad res tantas, ad Gentem ſigna quærentem, & inter ſigna enutritam venire auſus eſt.

**Et quidẽ ſine miraculis,**

Moyſes & Aaron fratres, ad ſuos primùm, deindè ad Pharaonem, Legati Dei venerunt quidem de re graui, de libertate recuperanda, de iugo Tyranni excutiendo; Sed *poſuit Dominus in eis verba ſignorum ſuorum*, quo agerent agenda conſtantiùs.

Apoſtoli quidem etiam ad Gentes immanitate barbaras Legati Chriſti, de paradoxis Euangelij ſermones habituri, profecti ſunt; *ſed Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Marci vlt.

Iohannes autem noſter (mirabile dictu) nulla miraculorum poteſtate inſtructus, Legationem difficillimã obijt, nouos ritus induxit, Reges reprehendit, cum doctis Phariſæis & Sadducæis bella Domini geſſit, ſola ſanctitate ſeu vitæ rigore armatus, per quæ *teſtimonia* eius *credibilia facta ſunt nimis*.

*Pſal.*

Neq; verò eius duntaxat fortitudo in hac legatione docendi baptizandiq; publicè emicuit, ſed etiam mira obedientia.

**In qua legatione multum ſibi incõmodauit.**

Quàm durum putas fuit Iohanni diuturnæ ſolitudini, & plus quã Pythagorico (nempè quinquies quinquennali aut circiter) ſilentio iam adſueto, & pænè loqui deſueto, ab otio ſuo ſancto in publicum ſic abſtrahi, & ad prædicationem rerum tam iniucundarũ, populis Regibuſq; deſtinari?

Philoſophi ſanè plerique, ſi hùc à ſcholis & Muſeis ſuis auocati eſſent, noluiſſent.

Iohannem vicit iubentis auctoritas.

Iohannem vicit ratio, putantem *veri ſtudio à rebus gerendis abduci contra officium eſſe. Virtutis laudem omnem in actione conſiſtere.* Cic. 1. off.

**Amore Dei & publici boni.**

Iohannem vicit amor patriæ, & publici boni.

Iohanni

Iohanni viſum ſalutarius, in horto olera obediẽter colere, quàm cum Paulo in tertio cœlo ſpõtè verſari.

Nec vt Moyſes, dixit; *mitte quem miſſurus es.*

Nec vt Ionas, odioſam illam, de *dignis pœnitentiæ fructibus faciendis*, Legationem ſubterfugit.

O hominem legatione ſua digniſſimum!

*3. LEGATIO AD ILLVM HONORIFICENTISSIMA, quà *à loco*; Nã *ab Ieroſolymis*; matre vrbiũ, vrbe Regũ Sacerdotũq; domicilio: quà *à mittentib.* Nã *à Iudæis* & concilio Zanedrin celeberrimo; quà *à Legatis*; Nam miſſi ſunt *Sacerdotes & Leuitæ* & quidẽ *ex Phariſæis* hominibus æui illius ſanctiſſimis, cum Diaconis & Subdiaconis (vt vulgò dicitur) ad eum ventum eſt: quà *à cauſa*; Nam *Meſſiæ dignitatem*, &, qua poterant, Deitatem, Iohanni, excluſo Chriſto, tantum non *offerebant*, ſi vel ambiret, vel ſaltem admitteret. — 3. A legatione ad illum glorioſiſsima,

Ioann. 1. *Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis, Sacerdotes & Leuitas, ad Iohannem, vt interrogarent eum. Tu quis es?*

Ibid. *Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.*

Quidni? nam *Omnes habebant Iohannem, quia verè Propheta eſt.* Marci 11.

*Cogitantibus omnibus ne fortè ipſe eſſet Chriſtus.*

Matth. 14. *Herodes volens Iohannem occidere, timuit populum: quia ſicut Prophetam eum habebant.*

Siue enim iam tum odio, vel contemptu nimium in verbis ſeueri, nimiumque pauperis Chriſti, (vt quidam volunt:) ſeu vitæ in Iohanne, quàm in Chriſto, ſeuerioris, Iudæi id fecère, nunc non diſputo; multùm tamen ad Iohannis gloriam facit, eius vitam potuiſſe videri illa Chriſti perfectiorem; & cùm tunc in Iudæa tot ſectæ vigerent, tot alij nobiliores illo viuerent, tot docti religioſique homines florerent, vnum illum è tam multis viſum eſſe dignum, cui Meſſiæ dignitas, id eſt ipſa Cœli & Terræ dictatura, ſeu Monarchia, deferretur.

*4. HERODIS IN ILLVM OBSERVANTIA. — 4. Ab Regis in illũ obſeruãtia,

Marci 6. *Herodes metuebat Iohannem* (metu filiorum ac reuerentiæ ſcilicet). *ſciens*, non tantum opinans

*eum*

*eum virum iuſtum quo ad homines & ſanctum : quo ad Deum : & cuſtodiebat eum* (id eſt, vno ſenſu obſeruabat, & colebat) *& audito eo multa faciebat* (id eſt, ita aure Principis catenis aureis captiuarât Ioannes, vt ipſe Rex nunc quædam ad ſuam ipſius ſalutem, nunc alia ad Patris ac ſubditorum relaxationem pertinentia, & inprimis quædam ad Religionis diuinæ promotionem, morum publicorum reformationem, Ioannis vnius ſuaſu faceret) *& libenter eum audiebat* (ſeu blandè moneret in priuatis colloquijs, ſeu duriùs in concionib⁹ argueret *audiebat* cum magna voluptate, ſed *audiebat* tantùm, poſtquàm Herodiadis amore captus eſt. Vis maior amoris in fœminam, quam in Ioannem tunc fuit. *Poſuit* enim tandem *Iohannem in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris ſui*, ait Matth. c. 14. id eſt Herodiade id acriter ſolicitante, alioqui non facturus.

Parumne laudis, Regi ſuo quempiam placuiſſe? parumne eius obſeruantiam metumque filiorum meruiſſe?

*Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.* Si ſenſo Ambroſij, *dignitas eſt, ſeruum eſſe potentis*; quid eſt, eidem eſſe reuerendum.

*D. Ambr. comment. in 1. Timoth. 1.*

De quodam non ſine laude legitur, *Magnificauit eũ Deus in conſpectu Regum.*

Quantò laudabilius, etiam Tyranno, id eſt virtutum hoſti, qualis Herodes fuit, etiam benè agendo, ſic placere potuiſſe!

*Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat.*
*Et inimici noſtri ſunt iudices.*

*Virgil. 1. Aeneid.*

Maximum verò, & omni laude altiùs, etiam à Tyranno, & quod de multis, & ſæpè, & acerbè, & nominatim, & quidem de inconceſſis amoribus corripias (quę omnia Ioannes præſtitit) libenter audiri.

**Etiam ſæpè & acerbe correpti.**

Si enim Veritas odioſa ſceleroſis, etiam de media plebe homuncionibus, vt ſtrigilis ferè equis vlceroſis; quanto magis illis, *qui videntur regere populum*, maximè ſi libidinum arguantur?

**Efferantur enim ferè homines omnes, cum amore ardent,**

ardent, vt fere pleræque omnes.

Pauciſſimos inuenias liberè veritatem prædicantes populis Regibuſve, deinceps libenter auditos, atque ita obſeruatos vt prius, ab ipſis illis, quos notârunt, vt vt artificio maximo, ſummaque dexteritate vitia notare ſtuduerint. **Et quidē de inconceſſis amoribus.**

Chryſoſtomum illum aurei oris virum quis dicendi dexteritate æquauit? quis prudentia Senecam? attamen huic, Neronem tyrannum verbis caſtigaſſe, mortem; illi, ludos ad Eudoxiæ Imperatricis ſtatuam fieri prohibuiſſe, & Eudoxiam ipſam, de ademto Callitropæ viduæ agro, corripuiſſe, nobiliorumque hominum viuendi licentiam taxâſſe, exilium aliquoties attulit; vt non mirer diſplicere aliquandò eos, qui Andabatarum more clauſis oculis gladium ventilant.

Hunc vnum noſtrum Ioannem Herodes ſeu ſe carperet, ſeu non carperet, *libenter* tamen *audiebat, & cuſtodiebat*, obſeruabatque.

Sed Ioannes erat, id eſt, homo erat, *in quo gratia* ſeu *donum Dei* ſpeciale erat reconditum. *Fuit* hic *homo miſſus à Deo*, plenus non minus gratiæ quam veritatis, vt placerent ſemper etiam inuectiuæ eius in conſpectu Principis.

Sin ais, fortè omnia hæc Regem finxiſſe, vti aliàs iam inſinuaui;

Reſpondeo; Ita eſt, Verè aut fictè Ioannem Herodes obſeruabat. **Ad obiectiunculā reſponſio.**

Si verè, rectà obtinemus Ioannem verè virum magnum fuiſſe, ac tantum, vt Tyranno, etiam vitia eius blanda non blandè corripiens, placuerit, raro miraculo.

Si fictè; vt ſic quoque, ſed obliquè, idipſum euincimus. Obtinemus enim Iohannem, tantum fuiſſe vt etiam Tyrannus ipſi diſplicere, aut non ſatis placere formidârit, ne quid aduerſi vel à Deo, vel ab hominibus vnius Eremitæ admiratoribus ideircò illi accideret.

* 5. HERODIADIS ODIVM, plus quàm Vatinianum. **5. Ab Herodiadis o[illegible] il lam[illegible]**

Marci

Marci 6. *Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat eum occidere.* occidere (inquam) ipſamet, nam ab alijs illum occidi non ſatis iræ meretricis fuiſſet.

*Ab Herodiadis in illū odio capitali,*

Ibid. *Herodes vinxit Iohannem* quidem *in carcerem.* ſed *propter Herodiadem*, id eſt, Herodiade id vrgente.

Quo flagraret odio oſtendit crudelis adultera, quæ in omnem occaſionem perdendi Iohannis ſemper fuit intenta; Et maximè *cum dies opportunus accidiſſet*, natalis Herodis, vt ait Marc. c. 6.

Oſtendit, quum conſulenti [illegible] filiæ, quid peteret, conſuluit non aliud petere, [illegible]m caput Iohannis, cum quidlibet aliud, etiam di[illegible]ium regni Herodiani, poſſet.

Caput Baptiſtæ, pænè regno æſtimauit.

Credo, non modò non adipiſci medium regnum, ſed regnum integrum iam adeptum perdere, quàm Iohannem cum capite diutiùs ſtare maluiſſet, tam capitaliter oderat Lupa illa ſeruum Dei.

Oſtendit, quam non ſatis habuit, præciſum eſſe Baptiſtæ caput, ſed filiam in diſco conuiuio importare permiſit.

Oſtendit, quum illatum in menſam caput ſanctum cultello lancinauit, nihilo mitior vel Longino qui lãcea mortui Chriſti latus aperuit; vel Fuluia M. Antonij vxore, quæ caput obtruncati Ciceronis primum maledictis diriſque eſt exſecrata, deinceps impoſitam gremio conſpuit, acriuſque tandem deſpiciens, linguam illi faucibus extraxit, aciculaque plerumque confixit.

Hinc Quintianus in Cleopoli, *Fuluia linguam.*

Locus ſæuitiæ; menſa; tempus, conuiuij & quidem feſtiuiſſimi; cauſa, vocula vna.

*Vide Ioan. Adelphum annotat ad ſequentiā decollationem Bapt.*

Oſtendit, cùm caput eodem tumulo cum corpore componi inuidit, reſurrectionis alicuius ſubitæ formidine, ſed in parietem palatij Herodis Ieroſolymis cautè infodit, infoſſum ſæpè viſitauit, ne fortè reuiuiſceret, aliquando etiam magna cum voluptate ei ſic

ferè.

ferè inſultauit. Itane? Tu conatus es ab Herodis me complexu auellere? At ego cum vita tibi caput à corpore reuelli, digno militiæ tuæ ſtipendio; Itaque & diuino nutu inſufflante in faciem eius capite Iohannis ſpiraculum non vitæ ſed mortis; protinus ſceleſta ſceleſtiſſimam animam euomere, atque Inferno, quo iamdiu digna erat reddere coacta eſt, ſi D. Vincentio Valentino credimus.

*D.Vincentius Valent.ſerm. de decolla. Baptiſtæ.*

Certè, *aiunt caput ſanctum primo ſepultum fuiſſe Hieroſolymis, iuxta palatium Herodis*, ait Chriſt. Maſſæus l. 8. chronicorum, hiſtoricus non malus.

*Conſentit & Iohann. Adelphus annotationibus in ſequentiam quam vocant Decollationis Baptiſtæ; ibique hortatur videre de ea re tractatum egregium VVilhelmi Caoerſim Vicecancellarij vrbis Rhodiæ, Latinum, & à ſe Germanum factum. Velim vidiſſe.*

Odium ex his adulteræ in Iohannem vides.

Itaque & hinc quoque magnus cenſendus eſt.

**Ad obiectiunculā reſponſio.**

Quid audio? inquis. Etiamne tu ab odio Reginæ adulteræ illum laudabis, quem contra paulò antè ab Regis æquè adulteri in illum obſeruantia & amore, laudauiſti?

Omninò. Nam vt vituperari à malis, laudari eſt, ſic & odio haberi.

Cicero quoties gloriatur nullum fuiſſe improbum, & Reipublicæ hoſtem, qui non & mox Ciceronem patriæ patrem, pro hoſte & hoſtem habuerit?

Vt autem Herodes, qui Baptiſtam noſtrum amauit, quem Herodias oderat, æquè adulter fuerit, hoc tñ Herodiade melior fuit, quòd ipſe improbus, Virtutes, quas in ſe non amabat, amaret in alijs, & ſaluti propior, quàm illa, fuit, quòd libenter monitorem audiebat, & *multa audito eo faciebat*, facturus etiam fortaſſis adulterio inceſto finem, niſi Herodias illũ philtris ſuis dementaret.

Itaque ab illius amore, aliqua laus Iohannis, vt ab Herodiadis odio capitali, trahi poteſt.

Denique

Denique, etſi vituperari à malis, laudari ſit, non tamen idcircò laudari ab ijſdem malis, vituperari eſt, aut minùs laudari. Nam virtus vtplurimum etiam ex improbis etiam veram laudem vel per vim extorquet.

Sed præſtat Ioannis Magni laudes Patrum cenſuris terminare.

Summula laudum Baptiſtæ ex Patrib.

D. Chryſoſt. homil. 16. ex varijs in Matth. *Ioannes ſchola Virtutum; Magiſter vitæ; Sanctitatis forma; norma Iuſtitiæ; Virginitatis ſpeculum; Pudicitiæ titulus; Caſtitatis exemplum; Pœnitentiæ via; Peccatorum venia; Fidei diſciplina. Iohannes maior homine, par Angelis; Legis ſumma; Apoſtolorum vox; Silentium Prophetarum; Lucerna mundi; Præcurſor Iudicis; Chriſti metator; Domini teſtis; totius* medius Trinitatis.*

*al. nuntius.

Mercurium Triſmegiſtum Euangelicum illum auſim appellare.

D. Auguſt. ſerm. 21. de ſanctis, vel ſer. 2. de Natiuit. Bapt. *Præcellit cæteros, eminet vniuerſis, antecellit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, & quiſquis de muliere natus eſt, inferior eſt Ioanne.*

Idem in Pſal. 27. *Nihil maius extitit in genere humano, quàm Ioannes Baptiſta.*

Ibidem. *Si quæris excellentiam hominis, Iohannes Baptiſta eſt.*

*Cyrillus homil.* 15 autor eſt, eum ad ſummam humanæ iuſtitiæ & virtutis perfectionem, perueniſſe.

Ioannes perfectione Gigas fuit, cæteri Pigmæi tantùm.

Vt Atlanti cœlum humeris ferenti, & iam ſub ſuo pondere fatiſcenti, Hercules dignus venit ſucceſſor; ſic Ioannes Chriſto mundi peccata ſublaturo, præcurſor digniſſimus præmiſſus eſt.

Autor imperf. op. homil. 27. in Matth. *Ioannes ſpecie homo, gratia Angelus; quia nihil carnis erat in eo, niſi ſolus aſpectus; corpore tenebatur in carcere, anima in cœlo.*

Orig. to. 5. in Ioannē. Origenis error reiectus.

Quid? Origenes auſus dicere, Ioannem iſtum non hominem natura fuiſſe, ſed ex Angelis cœleſtibus vnum, qui miſſus eſt, vt aſſumpto corpore teſtimoniū de Chriſto perhiberet.

At

At non Angelus certè fuit natura, ſed gratia & officio; nihilo tamē Angelis minor, ac fortaſſis etiam aliquātomaior.

Dicis cauſa; Etſi veſtis aurea, ſit Linea aut Lanea prætioſior; poſſit tamen Lanea tanto artificio, totque gemmarum appendicibus nobilitari, vt Laneam aureæ ſit inſtitor quiuis prælaturus.

Vt Lyſippi nobilis quondam ſtatuarij ſtatua illa marmorea Alexandrum referens, viſa pretioſior, quā aurea illa altera; ideoque pretium marmoreæ dederit Alexander talenta viginti, aureæ duo duntaxat, quòd aurea, etſi materiæ nobilitate marmoream vincens, vinceretur tamen à marmorea artis plenitudine, vt in quam omnem artis atque ingenij vim ſtatuarius effudiſſet (vt refert Plinius:) ſic Angelus natura quidem nobilior Ioanne; Ioannes autem Angelo, amplitudine gratiarum.

Quærit ergò quiſpiam, quis & quantus Iohannes Baptiſta?

Verbulo reſponderim, eſſe omne quod nō ſit Deus-Homo, vt mater eius.

Minus aliquid eſt Chriſto & Maria; maius aliquid altiuſque cæteris vniuerſis.

D. Bernardus & Gerſonius, Doctores Catholiciſſimi, adſerere audent, Baptiſtam iſtum vnum ſolumque, in Cœlo vnam conſtituere Hierarchiam, nemini illi latus, neque dextrum neque ſiniſtrum, claudere.

An non igitur Iohannes Magnus? an non hic Tragediæ noſtræ actor, ante omnes illuſtris?

Quo ergo illuſtrior, hoc ſceleratior perſequutor.

## ECHO
## CONCIONIS IV.

THEMA. *Herodes Tetrarcha metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat. Marci 6.*

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum:

Dicendum hodiè mihi
1. *De notis, quibus Electi à Reprobis ſecernuntur;*
2. *Herodem nonnullas Electorum notas habuiſſe;*
3. *Herodiadem contra nullas omninò: & Baptiſtam fælicem fuiſſe Concionatorem.* AVE

I.

*De notis, quibus Electi à Reprobis ſecernuntur.*

Vero verius quidem eſt (Auditores) nullam omninò rerum claſſem, quæ ſunt, vel arte fiunt, vel moribus ſiue hominum ſiue Angelorum conſtant, reperiri, inquam non, vel falſa cum veris, vel imaginaria cum ipſiſſimis, vel mala cum bonis, aut diuinitùs congeſta ſint, aut irrepſerint, vt falli in procliui ſit cuicumq;.

Falſa veris, & mala bonis permixta ſunt.

Ariſtoteles ipſe cenſuit, contingere nonnunquã, vt quædã falſa, veris probabiliora ſint; hoc eſt, nonnulla mendacia probari veriſimiliꝰ, quã quæ ſunt veriſſima.

Liquet, vel ex auguſtiſſimo Altaris Sacramento, in quo facilius eſt hæreticis probare, non ineſſe nec hîc corpus Chriſti ſub ſpecie panis, nec ibi ſanguinem verum ipſiſſimumque ſub ſpecie vini, quam nobis Catholicis ineſſe, vti vel veriſſimè ineſt, vel Deus fuerit (quod abſit) quouis Cretenſi, & Partho mendacior.

Militant enim pro hæreticorum negatiua mendaciſſima omnes ſenſus corporis noſtri, tota pænè natura, & omnium Philoſophorum ſchola, *vt in errorem* etiam *induci* pænè *poſſint electi*, & fortiſſimi.

Pro nobis tantum ſimplex verbum ipſius Veritatis, id eſt Dei, ex quo *omnis armatura fortium.*

Ergò nil mirum, homines falli non infrequenter. An non in metallis quoque eſt aurum verum, eſt etiam falſum? An non & veræ, falſæq; diuitiæ? In artificialibus an non, numus verus, & alius adulterinus, & ſubæratus?

An non Logici & Philoſophi veri, etiã & Sophiſtæ? In Angelis, an non quidam boni, quidam Mali, Boni gratia, Mali ſponte ſua?

Cur

Cur enim memorat ſcriptura quaſdam *immiſſiones per Angelos malos*? Et; *Inuaſit Spiritus Domini malus Saul*?

Et fortè huc quoque ſpectat iſtud; *Probate Spiritus, ſi ex Deo ſunt.*

In Prophetis, an non quidam Veri, quidam Pſeudoprophetæ?

Matth. 7. *Attendite à falſis Prophetis*, ait Chriſtus.

Elias eiuſmodi quadringentos trucidauit.

An non Boni, Maliq; Paſtores? Cur enim dicitur, *Ego ſum paſtor bonus*: Et, *Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, &c.*

Cur, *væ paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos*? *Ioann. 10.*

In Apoſtolis, an non veri quidam, quidam Pſeudoapoſtoli ſunt & falſi fratres, à quibus grande periculum, quorum fallaciam, & perfidiam in epiſtolis D. Paulus non ſemel accuſat?

In miraculis, an non quædam vera, quædam falſa, & quædam, quæ potius mirabilia appellemus, vt illa Magorum Ægypti coram Moſe & Pharaone?

In moralibus, an non vera falſaq; Iuſtitia, Pœnitẽtia, Nobilitas, &c.

In cœtibus hominum, an non Eccleſia quædam vera Catholica, alia falſa, & potiꝰ Sathanę Synagoga?

In Catholica, an non quidã Electi, quidã Reprobi?

In hominibus, an non quidã potius hominũ ſimię, quam homines, vt valdè improbi, qui nihil hominis præter vngues & vultũ habent? Nã homines propriè intùs ſumus, & ſecũdum animũ, Baſilij Magni ſenſo.

In corporum affectionibus, an non medici etiã ſanitatem veram falſamq; deſcribunt, imò & famem ſitimq; veram & falſam?

Quid? in claſſe quoq; Diuinitatis (etſi reuera nõ eſt hîc claſſis dicenda, cum non ſit, niſi vnus Deus Trinitas) an non eſt vnus verus Deus, multi etiam falsò appellati & crediti, vt Iupiter, & Cybele, falſi Deorum parentes, & alij pænè innumerabiles? *D. Baſil. hom. 10. in hexa. in illud. faciamus hom. ad imag.*

Ita quidem res habet.

At Dei tamen beneficio magno factum eſt, vt vera à falſis, bona à malis, aliqua diſcerni poſſint.

Dari tamẽ vnde alia ab aliis diſcernantur

Deus imprimis verus ille, à falſis, Omnipotentia, Miraculiſque diſcernitur.

Magiſter lib. 1. ſent. diſt. 3. §. B. *Potuerunt* homines *cognoſcere, ſiue cognouerunt, vltra omnem creaturam eſſe, illum, qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere vel deſtruere poteſt. Accedat quæcunque vis creatura, & faciat tale cælum & terram, & dicam quia Deus eſt. Sed quia nulla creatura talia facere valet, conſtat ſemper omnem creaturã eſſe illum qui ea fecit, ac per hoc illum eſſe Deum.*

Idem ibid. §. E. *Ex perpetuitate creaturarum, intelligitur Conditor Aeternus; ex magnitudine creaturarum, Omnipotens: ex ordinatione & diſpoſitione, Sapiens; ex gubernatione, Bonus.*

Angeli Boni Maliq; ferè probantur, quòd Bonus cum apparet, initio terret, malus adulatur; Bonus abiens ſolatur; Malus contriſtat, &c.

Prophetæ falſi à veris, ex fructu & meſſe diſcernuntur.

Matth. 7. *A fructibus eorum cognoſcetis eos*, id eſt, à moribus, vel quibus ipſi viuunt, vel ad quos alios trahũt, prædicatione libertatis, aut potiùs omnium ſcelerũ licentiæ.

Veras olim vxores, & maritas fidas, ab infidis, aquę amariſſimæ Legis Moſaicæ, diſcernebant.

Aurum ignis, Lydius lapis, & aurifex probatur.

Sanitatem veram à falſa, ferè vrina, & venæ pulſus &c. Domum firmam, aut nauim validam vel infirmã, probant, flumina, venti, ſcopuli, &c.

Miracula vera probantur.
1. *Vtilitas,*
2. *Neceſſitas;*
3. *Naturæ ſupergreſſio.*

Eccleſia vera etiam ſuas notas habet, quibus ab arrogante ſynagoga Sathanæ ſecernatur, vt quòd vna ſit, quòd ſancta, quòd Catholica, quòd Apoſtolica, &c. de quibus Cardinalis Bellarminus fusè in Controuerſijs, & Franciſcus Bozzius omnium fuſiſſimè, in opere quod de notis Eccleſiæ inſcripſit.

Improbos quoq; præſcitos & deſperatæ ſalutis homines,

mines, ab Electis, tam eos qui in Eccleſia, quàm qui in vet. ſynagoga (in vtraque enim improbi cum Electis, vt boni & mali piſces in ſagena Euangelica; vt in domo Abrahæ Iſmahel & Iſaacus; permixti ſunt) per ſigna etiam libera ab vtriſq; edita, ſatis apparenter poteſt Eccleſia diſcernere.

Quidni? cum aquilis ſit datum veram ſobolem ab adulterina diſcernere?

*Dicuntur enim pulli aquilarum à parẽtibus ſic probari, patris ſc. vngue ſuſpendi, & radijs Solis opponi: qui firmè cõtemplatus fuerit, filius agnoſcitur: ſi acie palpitauerit, tamquam adulterinus ab vngue dimittitur,* ait Auguſt.

**Notatu dignũ de aquilis.** *D. Aug. tract. 36. in Ioann. poſt med.*

Etſi Bonauenturę ſenſo *ſecundũ ordinatiſſimam diſpoſitionem hoc factum eſt. vt nulli reueletur, an ſit prædeſtinatus, niſi ſit à Deo confirmatus in bono, vt non poſsit eleuari per ſuperbiam, vel torpere per negligentiam;* tamen quædam a Doctoribus ſigna adſignantur, quibus probabiliter & certitudine quadam morali, vel benè ſperet vel deſperet Eccleſia de his aut illis, & ipſi de ſeipſis.

*D. Bonauent. in ſumma ſuæ Theologiæ Trigoſiana part. 1. q. 18 art. 4. ad 1.*

D. Bernard. ſer. 8. Paſchæ. *Non ſine conſolationis teſtimonijs, Deus electos ſuos reliquit.*

S. Thom. ponit 3. Electorũ ſigna.
- 1. *Teſtimonium noſtræ conſcientiæ;*
- 2. *Verbum Dei audire, & retinere;*
- 3. *Internum guſtum diuinæ ſapientiæ.*

Reproborum ergò iſta erunt,
- 1. *Cordis duritia,*
- 2. *Audiendi verbi Dei negligentia, & auditi velox obliuio;*
- 3. *Stupor & faſtidium rerum diuinarum.*

**Quibus notis Electi à Reprobis diſcerni poſsint.** *S. Thom. opuſculo 60. de humanit. Chriſti.*

Patres varij varia ſigna dant Electorum.
- 1. *Humilitatem;* Grdg.
- 2 *Deſiderium cæleſtium;* Gregor.
- 3. *Patientiam in aduerſis;* Cyp.
- 4. *Viuere vt pauci;* Hieron.
- 5. *Dolere de peccatis,* Ambr.

Reproborum ergò iſta erunt.
- 1. *Superbia* Greg.
- 2. *Amor terrenorũ;* Gr.
- 3. *Impatientia;* Cyp.
- 4. *Viuere vt multi* Hieron.
- 5. *Nil pœnitere; Ambr.*

Alij quidam iſta adſignāt,
1. *Diligere inimicos;*
2. *Velle mori pro ſalute proximi;*
3. *Pati fortiter aduerſa;*
4. *Paratum eſſe omnibus renuntiare, & ſequi Chriſtum;*
5. *Syncerè Deum timere.*

Omnes in genere ſuo optimè.

Sed nos ex his, alijſq; quibuſdam adpenſis, Iudicem ſignorum, quibus Electi a Reprobis diſtinguantur, pleniorem iam iam ordinabimus.

Ergò ſignorum Electionis quędam ſunt, reſpectu
1. *Dei;*
2. *Diuinorum;*
3. *Suiipſius;*
4. *Proximi.*

Reſpectu Dei duo ſigna Electionis.

*1. *Dei reſpectu,* ſigna Electioniserant,
1. *Deum ſyncerè timere;*
2. *Paratum eſſe omnibus renuntiare, & Chriſtum ſequi.*

*j. DEVM SYNCERE TIMERE; Qui enim *Deum timet, nihil negligit* eorum, quæ facienda ſunt, vt dicitur Eccleſ. 7.

Pſalmiſta ſæpè clamitat *beatos*, id eſt beatitudini proximos, atque idoneos, *qui timent Dominum.*

Pſal. *Benedixit omnibus qui timent Dominum, puſillis cum maioribus.*

Certè, ſi qui vitat malum, & facit bonum abſolute iuſtus eſt, & iuſtus omnis ſaluabitur.

Si *timor Domini expellit peccatum*, vt ſapiens ait;

Si *qui timet Deum, faciet bona;*

Conſequitur, ſyncere timentem Deum, optimè de ſe ſperare poſſe.

*ij. PARATVM ESSE omnibus renunciare, &c.

Luc. 14. *Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Matth. 19. *Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cū ſederit filius hominis &c. ſedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

Quoniam verò non eſt id abſolutè neceſſariū fieri, ſed ſatis eſt animo paratū ad id eſſe, cum Chriſti glo-

ria

ria id flagitaret; ideò & alibi dictum, ***Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnum cœlorũ,*** vbi pauperes ſpiritu vocantur diuitiarum vel habitarum vel habendarum ſolo animo, tamen toto, contemtores. *Matth. 5.*

Non tam quid agas, quã quid velis, aut agere paratus ſis, ſpectat bonus Dominus.

*2. *Diuinorum* reſpectu, ſigna Electionis ſunt
1. *Dei verbum libenter audire, legere;*
2. *Eorumdem meminiſſe, & exequi;*
3. *Cœleſtia deſiderare;*
4. *Guſtare diuinam ſapientiam;*
5. *Sæpè recordari Paſſionis Chriſti.*

**Reſpectu rerum diuinarum quinque;**

*j. Dei Verbum libenter audire, legere &c. **1. Audire verbum Dei;**
Iohann. 8. *Omnis qui ex Deo eſt, verba Dei audit.*
*Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.*

Beatiores pænè a Chriſto prædicantur, qui audiunt verbum Dei, quam mater ipſa quæ ſe Verbũ peperit.

Beatior Maria, quòd mente conceperit Verbũ ſubſtantiale & perſonale Dei, item Verbũ Verbi, ſeu verbum verbis conſtans, & mente geſſerit; quàm quòd ventre illud ipſum hauſerit, fouerit, genuerit.

Vt eſurire, & auidè comedere, ſignum vitæ corporalis vulgò vocãt; ſic dixerim vitæ ſpiritalis & æternæ magnum indicium, affectare ſuauiſſimum illum paſtum animorũ, libẽterq; audire verbũ Dei, & diſcere.

Suſtinere triduo docẽtem Ieſum, nec habere quod manduces, vt quondam turba illa;

Sedere ad pedes Chriſti, ibiq. cum Magdalena audire verbũ Dei, nec ab ore loquẽtis pendentem poſſe auelli, non ob miniſteria domeſtica, non ob murmur ſororis; non pænè ob fuſtuarium, (vti nec ſic Diogenes ab Antiſthene abigi aliquandò potuit:) ego Electionis indicium valde apparens eſſe ſentio.

* ij. *Eorundem meminiſſe, & exequi.* Vt cum non regerit cibos datos vis retẽtiua, ſignũ benè affecti corporis eſt; ſic memoria verbi Dei firma, bonæ mentis ſignũ. Magna laude dicitur, quod B. Virgo *conſeruabat omnia verba hæc* Paſtorũ &c. *conferẽs in corde ſuo*, velut gazophylaciũ, & quãdã rationalẽ & viuã bibliothecã. **2. Eorumdem meminiſſe,**

Pſal. *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*

*Beati* (inquit Chriſtus) *qui audiunt verbum Dei*, non ſimpliciter, ſed *qui*, & *audiunt & cuſtodiunt illud.*

Luc. 8. *Terra bona* vocatur, *qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patiētia.*

Et verò, Quorſum comedere, quod comeſtū, mox euomas, incoctum atq; indigeſtum?

Vt deſperatiſſimam valetudinem corporum hoc deſignat; ſic obliuio illa, etiam animorum.

D. Gregor. homil. 15. in Euangel. *Cibus mentis eſt ſermo Dei; & quaſi acceptus cibus ſtomacho languente reijcitur quando auditus ſermo, in ventre memoriæ non tenetur: ſed quiſquis alimenta nō retinet, huius profectò vita deſperatur.*

Luc. 8. *Qui ſecus viam, hi ſunt qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant.*

Ibidem. *Volucres cæli comederunt illud.*

Iudicum 6. Vt *cum ſeuiſſet Iſrael, aſcendebat Madian & Amalech: ſicut erant in herbis, cuncta vaſtabat*; ſic Dæmon, principium boni, verbum Dei.

Vt *legere & non intelligere*, ſic audire, legere, & audita lectave non ruminare, quaſi *negligere eſt*.

Animal quod non ruminat, à ſacrificijs Dei repellitur.

*Hic comparabitur conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo*. qui mox obliuiſcitur *qualis fuerit.*

Vel pictori abutēti otio & colorib⁹, qui lymphatis duntaxat picturis quidlibet in tabella magno ſtudio pingit, quod mox ſpongia detergat.

Nec verò memoriam ignauam volo, quæ meminerit quidem, ſed hoc tantum; volo enim & ſtrenuam atq; efficacem, quæ faciat aut fieri vrgeat, quod meminit faciendum.

**Et quidē cū effectu.** *Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea.*

Contra reprobatur, & largè vapulat ſeruus, qui ſciuit Domini voluntatem, & non fecit.

**Ioann.** D. Greg. *Aeterni mortis iudicium formidate fratres, verbum vitæ audientes in ventre memoriæ non retinere.*

* iij. Coelestia desiderare; 3 Cæleſtia optare.

D.Gregor.lib.8.moral.c.41 *Electorum animæ ad cæleſtia eriguntur, reproborum verò ad terrena.*

Vt, quod ferrum mox ad magnetem aduolat, cognationem quandam alterius cum altero ſignificat;

Et, quod naphta bituminis quoddam genus citiſſimè ad viſum ignem inflammatur; ſignum eſt igneæ cuiuſdam in ipſo naturæ; ſic cœleſtis cuiuſdam originis, & iuris in ciuitate Dei & beatorũ habendi quoddam indicium eſt, ſæpè cœlum ſuſpirare, & dicere illud pſal. *Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum: quando veniam, & apparebo? &c.* *Pſal. 41.*

*Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te Deus.* *Ibid.*

*Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

*D. Auguſtinus in Manuali* hoc inter electum & reprobum putat eſſe diſcriminis, quod electus, in quo amor eſt, ſemper cogitat quando ad Deum perueniat, quando mundum relinquat, carnis corruptionem euadat.

* iiij. Gestare divinam sapientiam, quod eſt quaſi quædam diuinæ beatitudinis prælibatio. 4. Guſtare diuinam Sapiẽtiã.

*Guſtate* (inquit ille) *& videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. D. Thomas opuſcul. 60. de humanit. Chriſti,* hoc ponit inter ſigna electorum. *Pſal.*

Qui enim guſtat ſitit iterum, & illò ſemper contendit, vbi pleno ſe proluat ore.

*Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ,* inquit ille ſemper ſecum. Talibus autem promiſit Deus ſatietatem. Matth. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

Qui autem non guſtat, & ignorat *quam ſuauis eſt Dominus*; quomodò ſitiat? *Ignoti enim nulla cupido.*

Quomodò non ſitiens currat ad fontem?

Quomodò non ſitienti propinet Deus?

Spiritales deliciæ quo minus habentur minuſque guſtantur, hoc magis faſtidiuntur; cum verò habentur copioſius & ſuauius prægustantur, hoc arden-

tius adpetuntur.

**5. Paſſionē Chriſti ſępè commemorare. Threu.**

* v. Saepe recordari Paſſionis Chriſti, & quidem cum gratitudine.

*Tum*, quia id meritum habet obedientiæ; vult enim Deus hominem *adtendere & videre, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor eius*; vult nos *recordari paupertatis & tranſgreſſionis* terminorum amoris, in illo opere, *ſuæ*.

Huc enim maximè inituit Euchariſtiam iugem *ſui commemorationem*.

*Tùm*, quia cauſam tanti doloris ſciens peccata ſua, illa perhorreſcit, & vitat.

*Tùm*, quia ſciens ſuſceptum tantum dolorum, vt erutus homo de poteſtate tenebrarum, tranſiret in Cęlum ad libertatem filiorum Dei, non gratus eſſe non poteſt; gratus autem de beneficio præterito, nouum etiam tacitus a Deo extorquet, Gratiam pro gratia, ac denique gloriam per gratiam.

Et verò qui fiat, vt qui ſic amat medicinam, partem fructus eius non capiat?

**Reſpectu autē ſui, ſeptem:**

* 3. Svi ipsivs reſpectu, ſigna Electionis ſunt,

1. *Sæpè in ſe deſcendere;*
2. *Humiliter de ſe ſentire;*
3. *Libenter reprehendi;*
4. *Culpam fateri, & dolere;*
5. *Emendare vitam;*
6. *Aduerſa ferre patienter;*
7. *Viuere vt pauci.*

**Conſciētiam ſæpè diſcutere.**

* j. Saepe in se descendere, id eſt ſeipſum noſcere, vitam anteactam, coram conſcientiæ tribunali, crebrò diſcutere &c.

Vt authoris & Pictoris boni eſt argumentum, crebra librorum tabellarumue ſeu retractatio ſeu recognitio; & boni fabri, operum ad limam & incudem reuocatio; ſic viri boni indicium, crebra morum ſuorum diſcuſſio.

Prodeſt enim id, tā ad humilem de ſe opinionē cōcipiendam, quam ad vitæ correctionem ineundam.

Mulier nunquam è facie maculam eluet, quæ ſpeculum non conſulit, aut vicinam, aut ſaltem argenteum fontem.

Prodeſt

Prodeſt quoque ad gratiarum actionem. Nemo enim gratias Deo, de ijs bonis aut donis facilè eſt acturus, quæ ſibi neſcit fuiſſe collata. Agnoſcet? mox dicet; *Magnificat anima mea Dominum, Quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Item; *gratias tibi ago, quia non ſum ſicut plerique hominum, raptores, adulteri* &c. *Gratia Dei ſum id quod ſum.*

Ergò dum in ſe deſcendens mala ſua videt, ipſum ſe horret & deijcit; dum verò bona & pulcra, & illa, & illorum autorem Deum laudat, & de continuando gratiæ ſuæ beneficio ſolicitat.

Tam humili, tam grato, tam ſupplici, tam cupido meliorum, quid neget, qui eſt ſummè Bonus?

Reprobus verò, qui corrigat, quæ nunquam luſtrauit, nec exegit ad regulam? in cuius manu nunquam, nec amuſſes, nec perpendicula viſuntur?

Seneca ep.11.l.1. *Niſi ad regulam, praua non corriges.*

Niſi præcognitas ad ſpeculum, aut placidi maris littus, aut argentei fontis marginem, faciei maculas non deterſeris.

Ergò *quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* *Pſal.*

* ij. HVMILITER DE SE SENTIRE. 2. Submiſſe de ſe ſentire;

D. Gregor. lib. 34. moral. *Euidentiſsimum ſignum Reproborum eſt, Superbia; Electorum verò, Humilitas.*

*Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.*

Illud. *Qui ſe humiliat, exaltabitur*, quoties Chriſti ore repetitum!

Similis ſimili gaudet, ſcilicet humilis Chriſtus, humilibus Chriſtianis.

*Nō habitabit in medio dom⁹ meæ qui facit ſuperbiā*, inquit. *Pſal.*

Similia ſimilibus adgregantur; Superbi Satanæ addicendi, quum ſit *Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.*

*Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.*

* iij. LIBENTER REPREHENDI, nec gaudere blandis adulationibus. 3. Libenter corripi

Pſal. *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

* iiij. CVLPAM FATERI, & dolere. 4. Fateri

D. Am-

**culpam dolēter;**

*D. Ambroſius in Apolog. de Dauide cap.9.* ait ſignum E-lectorum eſſe, malè de ſe ſentire, dolere de peccatis, vulnus ſuum agnoſcere. vbi Electum ſapienti comparat, Reprobum inſipienti, qui ſuis erroribus delectatur.

Quis corrigat, quod adhuc delectat?

D.Greg.lib. 2.Regiſtri c.10. ad interrogata Auguſtini; *Bonarum mentium eſt, ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt.*

Sic Iob.9. *Etiam ſi habuero quidpiam iuſtum, non reſpondebo ei, ſed vt meum Iudicem deprecabor.*

Et certè ſæpè ibi & culpa eſt, vti ſenſo noſtro virtus ſumma eſt.

Iſai 84. *Quaſi pannus menſtruatæ, vniuerſæ Iuſtitiæ noſtræ.*

Iob.9. *Si lotus fuero quaſi aquis niuium, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me.*

Iob.. *Et in Angelis ſuis reperit prauitatem.*

Prou.14. *Eſt via quæ videtur homini iuſta, & nouiſſima eius deducunt ad interitum.*

**D. Gregor. vltimo moral. in fine.** *Bona noſtra non ſunt pura bona*, ait Gregor.

**Pſal.** Itaque ſic Dauid de ſe; *Obmutui, & ſilui à bonis.*

**Pſal.** Idem optabat procul à ſe eſſe eam pronitatem, quá ab Adamo omnes hauſimus, qua nimium faciles ſumus *ad excuſandas excuſationes in peccatis*, imò ſæpè addimus mendacia culpæ, peccati auctarium.

**Geneſ.3.** Adamus in mulierem culpam regeſſit, pæneque in Deum ipſum tranſtulit, dicens ad ſui excuſationem, *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi &c.* quaſi dixiſſet, ſi mihi nullam mulierem creaſſes, aut adiunxiſſes, non fueram peccaturus; q d. *Culpa mea eſt, quamuis hæc quoque culpa tua eſt.*

**Ouid. in Epp. Heroid.**

**Gen.4.** Cainus in hoc genere omnium nequiſſimus, atque ideò haud dubiè reprobatiſſimus; qui rogatus, vbi eſſet Abel frater, vt culpam faſſus, veniam mereretur, cuſtodem ſe fratris ſui pernegauit. *Numquid*, inquit, *cuſtos fratris mei ſum ego?*

**5. Corrigere ſe;** * v. EMENDARE VITAM; notiſſimum.

**6. Aduerſa fortiter ferre;** * vj. ADVERSA FERRE PATIENTER.

Cyprianus ſerm.3. de bono Patientiæ; *Neque enim aliud*

*lud magis Iniuſtos & Iuſtos diſcernit, quam, quod in aduerſis Iniuſtus per impatientiam conqueritur, & blaſphemat; Patientia autem Iuſtos probat.*

* vij. VIVERE VT PAVCI, quoniam vt plurimi latiore via ambulant, & vitam viuunt laxiorem. 7. Viuere quomodo pauci,

*D. Hieronymus in ep. quæ incipit, Vetus ſcripturæ celebrata ſententia &c* dicit ſignum prædeſtinationis eſſe, viuere vt pauci, & tales eſſe Electos, quia *multi ſunt vocati, pauci verò Electi.*

*Anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ambulant per eam &c.*

* 4. PROXIMI reſpectu ſigna Electionis ſunt Reſpectu vero proximi ſex.
1. *Detractionibus abſtinere;*
2. *Miſereri afflictorum;*
3. *Ignoſcere peccantibus in nos;*
4. *Diligere inimicos;*
5. *Amare Bonos;*
6. *Velle mori, pro ſalute proximi.*

* j. DETRACTIONIBVS ABSTINERE, quandoquidem ea via & dura, & paucorum eſt. 1. Nemini detrahere;

pſal. *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras, vt non loquatur os meum opera hominum.*

pſal. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c? Innocens manibus & mundo corde &c.* Denique & qui *opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.*

* ij. MISERERE ADFLICTORVM, vel Chriſti ipſius oraculo. 2. Miſereri miſerorum;

Matth. 5. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

*Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.*

2. Cor. 9. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

3. *Reg.* 6. Salomon portas templi, in quo holocauſta Dominus Deus acceptabat, de lignis oliuarum eſſe voluit, vt parabolicè cœlum patere operibus miſericordiæ oſtenderet.

Prouerb. 21. *Qui ſequitur Miſericordiam & Iuſtitiam, inueniet vitam & gloriam. D. Hieronymus* alicubi ait, nõ meminiſſe vſquam ſibi lectum, mala morte periſſe, qui charitatis operibus vacauiſſet.

3.Facilem eſſe ad ignoſcendum delictis in nos; *iij. IGNOSCERE PECCANTIBVS IN NOS.

*Dimittite, & dimittetur vobis.*

Iuxta noſtram mentem, ſententia Dei flectitur atque mutatur.

Iudices nos noſtri ipſos conſtituit Deus, quantum & quoties nobis vellemus ignoſci.

Si multum & multoties dimittimus, & multum & multoties ille dimittet.

Præcedit hic quoque ſententia hominis, ſententiam Dei.

Nõ aliter de nobis Deus iudicabit, quam vt noſtro viſum fuerit arbitrio; ſi miſericorditer alijs ignoſcimus, & ipſe nobis; ſi inclementer agimus, & ipſe.

*iiij. DILIGERE INIMICOS, quod altero illo altius eſt atque diuinius.

4. Diligere inimicos; 1. Ioan. 3. *In hoc manifeſti ſunt filij Dei à filijs Diaboli, ſi diligimus fratres.*

Multis enim ignoſcere multi poſſunt, pauci poſt veniam eoſdem diligere, benè precari, benè facere. Stephanos tam paucos habet terra, quã Cœlũ Soles.

Ergò ſi ignoſcenti tantum, miſericordia promittitur, quantò magis, eum, qui læſit, diligenti?

5. Amare bonos; *v. AMARE BONOS. Facilis enim tranſitus ad ea eſt, quæ amantur.

Magnus ad ſcientiam Virtutemque eſt gradus, eas dilexiſſe. Multum profecit cui Cicero placuit.

6 Velle mori pro ſalute proximi. *vj. VELLE MORI PRO SALVTE PROXIMI.

*Exod.* 33. Moſis inſtar, qui dixit; *Aut dimitte noxam populo tuo, aut dele me de libro vitæ.*

Rom. 9. Paulus imitatus; *Optabam*, inquit, *ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.*

Creditur enim ille nil non pro ſua ſalute facturus, qui mortem velit pati, etiam pro aliena.

Andreas à Vega legetur vtiliter l. 12. de Iuſtificatione impij in Conciliũ Tridentinũ cap. 12. vſq; ad 20. vbi ponit octo beatitudines eſſe maxima ſigna noſtræ Prædeſtinationis. His ergò imprimis Electi à Reprobis ſecernuntur; Reprobi, cõtrarijs.

## II.

### *Herodem nonnullas Electorum notas habuiſſe.*

Hæc ideò dixi (Auditores) vt de quorum potiùs numero, Electorumne, an Reprobotum, Herodes initio fuerit, facilius cenſeremus.

Ecquorum ergò in claſſem putatis illum à me redigendum, quamdiu Baptiſtam non occidit?

*Herodes ex quorũ claſſe initio fuerit, ſatis dubium,*

Ego illum, qualis qualis fuit, adulter, inceſtuoſus, raptor, Tyrannus &c. tam multa Electorum ſigna video habuiſſe, vt ferè non auſim cenſere. Sperare hinc benè de ſe, hinc deſperare ille me cogit

Vt enim *nemo ex omni parte beatus*; & (vt vulgus noſtras loquitur) cuique grano ſua palea, & ſiliqua; ſic ferè nemo tam deſperatè improbus, vt non aliqua etiam ſui parte bonus videri poſſit.

Et viperis & ſcorpionibus etiam ſua vis ineſt, ad medicamenta.

Herodes noſter, etſi (vt ſupra oſtendimus) peſſimus fuit; tamen inter tam multa mala, aliqua præ ſe tulit bona, & eiuſmodi, vt ea velim vos imitari.

*Cum habuerit aliquot Electorum notas.*

*D. Marcus cap.* 6. quaſi panægyricum Herodis diceret, magnas multaſque illius virtutes paucis comprehendit, quaſi certiſſimas prædeſtinationis eius notas. *Herodes* inquit *metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum; & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.*

Quatuor enim enumerat ipſe:
1. *Timorem reuerentiæ ad Iohannem, ab opinione Sanctitatis;*
2. *Patrocinium Innocentis;*
3. *Libentiam audiendi verbi Dei;*
4. *Emendationem indè non exiguam.*

* j Timorem reverentiae &c. ibi; *metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum.* Iuſtum, inquam, ad proximos; Sanctum, apud Deum.

*1. Timorẽ reuerẽtiæ in Ioann.*

Sanctos & Probos viros, & ſancta omnia reuereri, an non à bona mente eſt? Quintum locum in quarta claſſe, huic notæ iam adſignabamus.

An non à ſenſu numinis ac diuinitatis vel afflantis, vel inhabitantis eſt, bonos reuereri?

Quot-

*Ouid. in Triſt.*

*Quotque aderant Vates rebar adeſſe Deos,* ait ille Optimè ſi de Dei interpretibus, & ſanctis intellexiſſet.

Alexander Magnus laudabitur, qui Iaddum ſummum Ieroſolymorum ſacerdotem cum reliquo Dei clero, ſacris veſtitum obuiam procedentem, de equo delapſus adorauerit. & Attila cognomento flagellum Dei, qui B. Leonem exaudierit; nō etiam Herodes qui Iohannem ſit reueritus ob ſanctitatem?

*Plinius in Panegyrico Traian.*

*Qui terror valuiſſet efficere, quod reuerentia tui efficit* ô Iohannes, non apud Traianum, ſed apud Tyrannum?

*Iob 29.* quaſi magnum quid de ſe Rege, & tùm beato, & ſubditis recitat; *Videbant me iuuenes, & abſcondebantur,* id eſt, ne hiſcere quidem me præſente audebant: *& ſenes adſurgentes ſtabant: Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuper ponebant ori ſuo. Vocem ſuam cohibebant Duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. Auris audiens* (quæ faciebam) *beatificabat me, & oculus videns, teſtimonium reddebat mihi. Eo quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor.*

At quanto maius & diuiti & Regi ſuo, & Tyranno, Eremitam pannoſum, & ſecūdum carnem ſubditum, & ſine vlla potentia, terrori eſſe potuiſſe?

Regem ſubdito terrori eſſe, vſitatum, at ſubditum, Regi, quam nouum!

Herodes certè hic prædicandus, qui ſic timuerit religioſum Eremitam, ſic ſanctum Concionatorem coluerit.

Nondum deploratum, aut conclamatum de illo eſt, qui, etſi adhuc impius & parum religioſus, pietatem tamen in alijs reueretur.

Sed ea eſt vis Sanctorum, ſeu locorum ſeu Hominum, vt omnes tàm impij quam pij vix aliter poſſint, quàm vtroſque venerari.

**Sanctitas locorum hominūque quā potens.**

Natura hanc nobis religionem inſeuit. Geneſ. 38. *Terribilis eſt* ſiue reuerendus, *locus iſte. Verè non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta Cæli,* aiebat pius ille viator Iacob, de loco, in quo illi dumtaxat viſus è ſcalis Deus, cum Angelis adminiſtris.

Qui

Quis Dominus, aut quis hoſtis adeò barbarus, qui ſeruos aut victos ad templa, ad aras, ad ſimulacra confugientes læſerit?

Inimici *vſque ad aras*, vt amici. Neutri aras volunt violare.

Blondus Flauius lib. 1. decad. 1. hiſt. *Halaricus Rex* ingreſſus Romam *edictum Viſigothis propoſuit, vt fugientes in ſacra loca, præſertim* Petri *&* Pauli *baſilicas, illæſos ſeruarent.*

Vt fluctus maris æſtuantis, littore; ſic iræ hoſtium, templis, ariſque terminantur.

Paucos reperias, qui occidant *Vel in ara.*

Habent hoc etiam inſignes virtute viri, vt hoſtibus etiam ſint terrori.

Act. 6. *Intuentes Stephanum omnes qui ſedebant in Concilio viderunt faciem eius, tamquam faciem Angeli.*

1. Reg. 18 *Timuit Saul Dauid, eo quod Dominus eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet.*

Plinius Sec. ep. 56. lib. 3. *C. Cæſar deſcribit, eos, quibus obuius fuerit Cato, quum caput ebrij retexiſſent, erubuiſſe. Deindè adijcit; Putares non ab illis Catonem ſed illos à Catone deprehenſos. Potuitne plus autoritatis tribui Catoni, quam ſi ebrius quoque tam venerabilis erat?*

Themiſtocli Ariſtidis cognomento Iuſti tam erat Iuſtitia formidabilis, vt exilium illi decennale procurarit, credo, ne Iuſti præſentiam perpetuò timere cogeretur.

Quam glorioſum, quemquam adeò Sanctum Iuſtumque eſſe & credi, vt vel Herodes, & improbiſſimus quiſque, non pænè magis auſit coram eo, quam coram incarnato quodam, vt ſic dicam, Deo peccare!

Nec deſperandus quiſquam, non etiam Herodes ipſe, quem turpe quid alioqui auſurum reuocet vel Ioannis vel boni viri cuiuſcunque reuerentia.

Herodes fortaſſis, ſatis in cæteris Epicuræus, etiã cum Iohannem timuit, Epicuri conſilium eſt ſequutus, quod & Seneca ipſe commendat.

Iohannem forſitan ille elegerat, quẽ præſentẽ timeret, &, vt ſemper timeret, ſemper præſentem, & fa-

cta ſua inſpectantem, imaginaretur.

> Imò ſola imaginatio Sancti viri, quaſi præſentis.

Senec. ep. 11. lib. 1. *Accipe vtilem & ſalutarem clauſulā, quam te adfigere animo volo: Aliquis vir bonus nobis eligē-dus eſt, ac ſemper ante oculos habendus: vt ſic tanquam illo ſpectante viuamus, & omnia, tamquam illo vidente, facia-mus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit, cuſtodem nobis & pædagogum dedit. Nec immeritò. Magna pars peccatorū tolli-tur, ſi peccaturis teſtis aßiſtat. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cuius autoritate etiā ſecretū ſuum ſanctius faciat.*

Ibid. *O fœlicem, qui ſic aliquē vereri poteſt, vt ad memoriā quoque eius ſe componat, atque ordinet! Qui ſic aliquē vereri poteſt, cito erit verendus..... Opus eſt, inquam, aliquo ad quē mores noſtri ſe ipſi erigāt; niſi ad regulam, praua nō corriges.*

Idem ep. 6. lib. 3. *Sic fac omnia (ait Epicurus) tanquā ſpe-ctet aliquis. Prodeſt ſine dubio, cuſtodem ſibi impoſuiſſe: & habere quē reſpicias, quē intereſſe cogitationibus tuis iudices.*

Idem ep. 6. lib. 14 *Occurſus mehercule ipſe Sapientium iu-uat, & eſt aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias.*

Herodes ergò ſi hoc ſpectauit, ſi Ioannem ſanctum & iuſtum vice Pædagogi habuit, & filialiter timuit, an non potiùs in Electorum, quam Reproborum, videtur redigendus? Quis neget?

> Baptiſtā Herodes non tantum credidit Sanctum, ſed & ſciuit.

Notatu autem valdè dignum eſt, tùm ad laudem Iohannis, tùm ad ſcelus Herodis poſtea Iohannē ob-truncantis amplificandū, quod dicitur Herodes ſci-ſſe, id eſt, certò cognouiſſe, Iohannem virum iuſtum & ſanctum fuiſſe.

*Herodes* (ait Marc. 6. *metuebat eum, ſciens eum virum iuſtum* erga proximos, *& ſanctum* erga Deum.

*Sciens*, inquit, non audiens, aut putans *ſanctum*.

Sciebat, & per cauſam, & multis iam argumentis cognouerat, eū talē eſſe; vt quē repletū Spiritu S. ad-hùc ex vtero matris ſuæ, publica fama audierat, & ex fructib⁹ effectibuſq; videbat; cuius victū, cultū, habi-taculū, omnia horrida, oculis manuq; tangebat; qui honores à Legatis Ieroſolymorū delatos cōtemſiſſe certiſſimè intellexerat &c. Vno verbo, Iohā. Herodes tā intùs & in cute norat, vt ſāctū eſſe nō dubitaret, hoc ſceleſtior, q poſteà, ad ſaltatriculæ preculā, tam notæ ſāctitatis virū iuſſerit trucidari.

Quam

Quàm multi Iohanne fœliciores! quàm multi contra infœliciores! vtrique tamen cenſura mundi duntaxat;nam apud Deum longè aliter, cuius *nimis profundæ ſunt cogitationes.*

Quare Baptiſta multi fæliciores, multi etiã infælíciores, mundi cenſura;

Multi enim audiuntur, ac putantur iuſti & boni, qui vel ſciuntur tales, nec reuera ſunt. Et hos fælicio-res Iohanne Baptiſta mundus adpellet, vtpotè gratis honoratos.

Plinius lib.3. ep.64. *Nam quoto cuique eadem honeſtatis cura ſecreto, quæ palam? Multi famam, pauci conſcientiam verentur.*

Idem lib.3.ep.55.*Nàm ex omnibus, qui nunc ſe Philoſophos vocant, vix vnum aut alterum inuenies tanta ſynceritate, tanta veritate: (mitto qua patientia corporis, hyemes iuxta & æſtates ferat) vt nullis laboribus cedat, vt nihil in cibo, in potu; voluptatibus tribuat: vt oculos animumque contineat.*

Hypocrytæ ſcilicet

2. Timoth.3.*Voluptatum amatores, magis quàm Dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.*

*Simulant Curios & Bacchanalia viuunt.*

Et hi ſpiritus ſunt & phantaſma: Sanctitatis autem *carnem & oſſa non habent.*

An non hi, cenſura mundi, Iohanne fæliciores videri poſſint? Iohannes enim certè non ſine vera pugna eum vitijs veroque labore, & Virtutem, & famam eſt adeptus eſt; iſti autem gratis, & per ludicra & leuem hypocriſin, non virtutem ipſam, ſed eius opinionem & hinc gloriam ſunt conſequuti.

Sine puluere & certamine, æquè cum Iohanne, ac fortè ſplendidius, hic coronantur.

Sed veniet Dominus aliquando, qui *manifeſtabit cõſilia cordium*, & reuelabit cuiuſque, coram gentibus omnibus, turpitudinem, & larua ſua quemque exuet.

Multi contra etiam ſunt & Sancti & iuſti coram Domino, qui neque ſciuntur neque putantur, qui palam non malè, ſed clam multò ſe meliùs ac ſeuerius gerunt, & ſanctitatem ſuam, ne oſtentare videantur, abſcondunt.

Et verè probi, ſed obſcuri,

Nec modò non ſciuntur quidam, nec creduntur *ſancti & iuſti*, ſed peſſimi ſæpè iactantur.

Et qui detractionibus denigrantur;

Quidam famam Sanctitatis habent, quam non merentur; quidam merentur, quam non habent; quidam & habent & merentur; vt Iohannes hic noſter.

Speciem quandam rerum hominumque nunc ſpectat fama, non ſolidam veritatem.

Magis optandũ eſſe bonum, quã videri tantũ;

Tamen, ſi optio mihi offeratur, eſſe nec videri, quã videri falsò, & non eſſe, *ſanctus & iuſtus* mauelim profectò.

Quamquam vel falsò videri eos, qui pari cum Baptiſta officio funguntur, Auditoribus ſaltem valdè prodeſt, vtpote ſic Euangelium facilius recepturis.

Videri tamen dũtaxat, nõ inutile, ſed quib'.

Herodi ergò Iohannes ſanctus & iuſtus non falsò creditus; & benè auditus, & magno in honore habitus eſt, exemplo ſanè optimo, & noſtris quibuſdam Chriſtianis cauſa verecundiæ, qui ſic homines ſacros & ſanctos, Concionatores Dei reuerentur, vt nihil omnino, aut certè leuiſſimè ab ipſis offenſi, magno ſtomacho adhuc virgas ipſis paratas clament, pugiones etiam adtingant, (virgaturi & ferituri ipſi fortaſſis, niſi alias ipſi virgas & gladios Catholicorũ Principum formidarent:) deijci eos, atque exautorari, per cuniculos curent, & quid non?

O Herodianos! imò Herode iſto, Duce alioqui ſuo, deteriores!

Herodes igitur (Auditores) hoc adſpectu reuerentiæ in virum ſanctum, an non ſpem magnam prædeſtinationis ſuæ tum faciebat?

2. Patrociniũ Innocentis.

* ij. *Patrocinium Innocentis*, etiam aduerſus inſidias cariſſimæ Herodiadis, quæ inſidiabatur ei; ibi *Et cuſtodiebat eum.*

Erat ipſe Rex cuſtos corporis pannoſi Eremitæ, nõ minus ferè, quam Angelus illi à Deo, vt omnibus nobis, ad cuſtodiam deputatus.

Nam quaſi in ſtatione & in armis ſtetit, vel ipſe, vel per ſuos, pro Ioanne, contra inſidias mulierculæ: cõmeatu, ſeu (quod vulgò aiunt) ſaluo conductu, fide publi-

publica; & additis fortè cuſtodibus aliquot è ſuis, præmuniuit.

*Angelis ſuis*, & militibus ſuis *mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* *Pſal. 90.*

Credibile, nunquam Concionatorem ſuum adeò charum (quamdiu ſiccus & ſobrius eſſet) occiſurum fuiſſe, niſi in epulo natalis ſui inebriatus tam vino quam amore, rationem ac mentem exuiſſet.

Herodes initio, etſi admodum mulieroſus, diu tamen extra effęminatorum illorum numerum ſtetit, qui omnia, & præſcripto vxorum aut meretricum ſuarum, dicunt, decernunt, faciunt; nihil nec contra, nec præter.

Edicta ſcilicet publica illi condunt, ex domeſticis fœminarum placitis edictiſque.

Quamlibet ſæpè & ardenter inculcaret Herodias, Iohanni capitaliter inſidians, *Pone crucem ſeruo*, & mẽdico illi Eremitæ, pacis noſtræ & domeſticæ & publicę turbatori: ille tamen ita occurrebat *Iuuenal. ſat. 6.*

*meruit quo crimine ſeruus*
*Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi;*
*Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.* *Idem ibid.*

*O demens! ita ſeruus homo eſt?* ita duo illi amantes de Iohannis capite delitigabant, illa poſcebat, ille negabat, & quamuis Herodias clamoſiſſimè replicaret,

*nil fecerit, eſto,* *Ibid.*
*Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas*, non tamen *Imperat (illa) viro*, id eſt non obtinet, ſcipſo hic melior Herodes, tanto magis Iohannem ſtudet tueri. *al. ergò pro (illa.)*

Vicit amor amicitiæ & virtutis, amorem voluptatis.

Vtinam miſer nunquam natalem ſuum, neque vino, neque tripudio celebraſſet! nunquam mulier Barbara neque de Rege victo & conſentiente, neque de Iohanne cæſo triumphaſſet; nunquam caput Sancti viri pro triumpho, in diſco, in menſam inferre potuiſſet.

Cæteros pudeat, ſi qui conſilio vxoris vel meretricu- *In effœminatos.*

triculæ, quaſi oraculo cogente, cuiquam nocent; ſi qui nil benè, nil malè cuiquã facere norunt, niſi quod Herodias ſua velit, aut dictat.

Herodes tibi hic imitandus, quiſquis *nil vnquam*
*inuita donabis coniuge, vendes;*
*Hac obſtante, nihil; nihil hæc, ſi nolit, emetur*
*Hæc dabit affectus; ille excludetur amicus*
*Iàm ſenior, cuius barbam tua ianua vidit.*

**Iuuenal. ſat. 6.**

Herodes ergò vt talis, an nõ meritò videatur de claſſe Electorum? Secundam enim notam habuit Electorũ, quam quarta claſſe ponebamus.

Miſertus eſt afflictorum.

Si quis autem huic ſenſui refragabitur, dicens hanc cuſtodiendi vocem (*& cuſtodiebat Iohannem*) non præſidium aut patrocinium regium ſignificare, ſed potiùs longam Baptiſtæ in carcere detentionem, & Herodis in ferenda in eũ mortis ſententia tarditatem; non admodum repugnabo.

**Secundus eiuſdem loci ſenſus.**

Tùm quia Euangeliſta iſtam Herodis in Iohanne cuſtodiendo, contra ſuæ Herodiadis inſidias, diligentiam, narrat poſt commemoratam eiuſdem captiuitatem, & vinculorum iniectionem, quem ordinẽ nos ideò hic non ſequimur, ſed iſtam Herodis diligentiã vinculis præponimus, quod arbitrati ſimus, dictũ primò de vinculis ab Euangeliſta per anticipationem; quoniam obſeruantia tanta Herodis in Iohannem, videtur potius fuiſſe antè quam eum in vincula detrudi præcepiſſet.

**Ratiunculæ ordinis ab Autore mutati.**

Quam enim habet veriſimilitudinem, quod eum, poſt publicam adulterij ſui reprehenſionem; poſt miſſos, ad comprehendendum illum, ſatellites; poſt coniectionem eius in arcta vincula, deinceps reuerenter habuerit? quod tuitus ſit deindè contra Herodiadem inſidiantem, & ſi qui erant alij? quod libenter eum audierit, auditoque eo multa fecerit? Ante omnia illa verò, ita Herodem erga Iohannem ſe geſſiſſe, multò veriſimilius; quòd ferè, quamdiu vlcera nondùm tangunt, aut ſtrumam premunt Curiæ Concionatores, tamdiu à Magnis mirè obſeruantur; mòx verò vt

in adul-

in adulteria Herodis, *& omnia mala quæ fecit*, occaſionem in inuitantem ſequuti, inuehuntur; mirum affectuum mutationem experiuntur, pro vrbanitatibus illis primis, contumelias; pro præſidio, inſidias &c.

Nec eſt inſolens Euangeliſtis, quædam anticipare, & quædam differre, & præſens in tempus omittere.

Sed & Herodiadis inſidias, quas Marcus poſt captum Iohannem memorat, putauimus præponendas, & in hoc opere prius tractandas, quod eæ mihi viſæ potior cauſa capti Iohannis (quod ipſum idem Marcus antè ſatis inſinuat, cum dicit; *vinxit Herodes Iohannem propter Herodiadem &c.*)

Deindè, & quid erat opus inſidijs, poſt captum iam miſellum cuius vitæ mortiſque ius in manu erat meretriculæ? quæ per parentheſim obiter dixerim, in gratiam Concordiæ & ordinis quem hic ſequor.

Tùm, quia poterit iſte alius ſenſus, ad primum illum metum reuerentiæ referri, de quo nunc iam dixi.

Cùr enim cùm obſtinatia huic ſenſui rebellem?

Nàm certè Eraſmus ait, *καὶ συνετήρει, id eſt conſeruabat, vel magis obſeruabat Id quod indicant ea quæ mox ſubſequuntur*: Idemque in Paraphraſi Marci, & in verſione noui teſtamenti, habet (*obſeruabat eum*) vti & Caſtalion, & alius quidam interpres anonymus; imò & ipſe quoque Vatablus in textu, annotat. verò 12. addit (*vel verebatur*) magno omnes conſenſu.

*Eraſmus annotat. ad Marc. c. 6.*

Ergò ſi hæc cuſtodia, eſt obſeruantia vel reuerentia; in priori proximæ tabellæ ſeu diuiſionis membro, ſubſtituendum ſit, pro timore reuerentiæ qui ibi eſt, timor quidam alius vel ſeruilis vel initialis, de ſanctitate Iohannis conceptus, qua plurimum in Herodem poterat, ſeu apud Deum, impetrando, ſi vellet in caput eius bella, fulmina, peſtes, fames &c. vt quondã Helias, Regi & regijs fautoribus imponẽ-

**Herodes cur Baptiſtam ſeruiliter timere potuerit.**

Pſal. dis: (*Voluntatem enim timentium ſe faciet Deus.* Et olim Pharaonem Herodes egregiè à Moyſe flagellatum meminerat:

Iohannes enim aliquis, & vir bonus, vt *Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus,*
*Auertit morbos, metuenda pericula pellit:*

Horat. l. 2. ep. 1. *Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum*; ſic omnia aduerſa in Tyrannos, è cœlo, cum placet, ciet:) ſeu apud homines ac plebem, quam ciere & armare, vno verbulo, aut digiti elatione, aut pedis in terram impulſu, in Herodem, facilius Iohannes, quam Pompeius ſuos in Cæſarem potuiſſet, vir ſcilicet omnibus chariſſimus, & pœnè Meſſias creditus, ſi quid in ipſum Herodes indignius moliretur.

Qua qua cauſa, tamen potuit Herodi grauis metus a Iohanne incubuiſſe, miraculo ſanè nouo, vt & Eremita, & inops, & captiuus, & Regē & Tyrannum non timeret, captiuum verò ſuum & vinctum, ipſe qui ceperat, & tenebat, formidaret.

Ita ſcilicet ſemper res habet, vt *qui terret, idem & trepidet.* Seneca. *Metus in autorem redit.*

Sen. Trag. Nec tam terribilis columbæ accipiter, aut agno lupus, quam Impio Iuſtus.

Vt draco quamlibet compeditus, etiam eſt ſpiris & adflatu ſolo formidabilis; & Leo cauea clauſus, magiſtrum non rarò inſolentem ipſe caſtigat; ſic iuſti etſi vincti, tyrannos ſuos ſæpè, diuinis auxilijs.

Eraſm. in paraph. in Marc. 6. *Ea vis eſt veræ Virtutis, vt etiam Regibus ſit formidabilis.*

Plin. Sec. lib. 3. ep. ep. 53. *Fides in præſentia eos, quibus reſiſtit, offendit, deinde ab illis ipſis ſuſpicitur laudaturque.*

Quamlibet tamen ſeruiliter Herodes Iohannem timuerit, nihilominus etiam hàc videtur notam Electionis ſuæ aliquam præmonſtrare, quoniam & timor ille quoq; ad meliora diſponit, vti Deo dante dicemus, ad illud; *timuit populum.*

* 3. ***Libentiam audiendi verbi Dei***, ex Iohannis ore ſaltem; ibi: *Et libenter eum audiebat*. Marci 6.

3. Libentiam audiendi verbi Dei.

Item illud (*Et audito eo multa faciebat*) ſæpiùs auditũ ab Herode Iohannem inſinuat.

Multa enim, ex præſcripto Concionatoris ſui, facere non poterat, niſi Concionatore & multoties, & de multis, audito.

Nec diceretur, ob vnam ab illo auditam Iohannis concionem, *libenter eum audiebat*, ſed ſic potiùs; *Et libenter eum audierat*. Ea enim phraſis *libenter eum audiebat*, ſonat audiendi frequentationem, & nondum finitam audiendi cupiditatem.

Item illud, *Cum corriperetur Herodes à Ioanne, de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes*, idem probat. *Luc.* 3.

Nam illa omnia inſinuant, multas eius conciones ab illo auditas. Non poterat in Regis adulterium, & in omnia eius mala (quàm multa ſupra commemorauimus, & ijs plura) iuſta Iohannis inuectiua, vna concione terminari.

Singula ſingulas conciones, imò ſingula plures, exigebant.

Nõ .n. per catalogũ dũtaxat enumerãdo, vitia Regis Iohannes caſtigáſſe credendus eſt, ſed rationibus etiam & copioſè egiſſe, vt non ſolum indicaret mala, ſed etiam efficaciter diſſuaderet.

Nec ſolum in Herode libentiam audiẽdi verbi Dei, ſed longam quoque patientiam noto.

Quæ euidetur ex eius patientia ad tot correptiones.

Non enim mox primis concionibus repræhenſum fuiſſe Regem credibile eſt; ſed potiùs, primis illis, ad alios, non ad illum priuatim, pertinentibus orationibus, (quas cum cæteris & ipſe audiebat) tentatam, captatamque eius beneuolentiam. Deinde, redeuntem illum a concione aliquandò, à Iohanne ſolum admonitum, vel abſtractum ab alijs in ipſa ſolitudine, vel in Curiæ ſuæ intimis penetralibus; vt fuſiùs dicemus ſuo loco, cum de arte corripiendorum Magnatum (Deo adiutore) tractabimus.

Tandem iterumque iterumq;, ſed incorrectum ſem-

per atq; inemendatum reuertentem, ita publicè correptum eſſe: *Non licet tibi, &c.* idque ab Iohanne illi, longa haud dubiè oratione probatum. Publicus tamen ille rubor, nondum potuit Herodem ab audiendo Iohanne reuocare, ita ſc. ſtudium verbi Dei, animũ eius præmunierat patientia.

Euidetur. Nam, poſtea *de* reliquis *omnibus malis, quæ fecit*, correptus fuiſſe narratur. Ea autem multis concionibus etiam indigebant.

Non igitur prima illa vehementiore quam vellet, in ſe concione Rex offenſus eſt, non ſecunda, non tertia, non multis ſequentibus, quæ ſemper in peccata eius, in tyrannidem, in homicidia, in concuſſionis, in tributa quàm malè collecta, tam malè in Herodiadis feræque, & aliarum fortè meretricum, & ludionum &c. ſumptus ſuperfluos luxumq; diſſipata &c. inuehebantur; ac fortè nullis, vt vel Iohannem includeret, vel audire nollet amplius, niſi Herodias coegiſſet.

Deus bonè! quanta in Herode, etiam Tyranno, audiẽdi verbi Dei, quod toties tam grauiter contra peccata eius detonabat, patientia!

Vbi mihi illi delicatuli & prurientes auribus, qui ſi vno ſe verbulo, etiam ſæpè detorto & perperam intellecto (& verò quid tum, ſi recta aliquando petantur?) notatos putent, aut ipſi æternum à Concionatore abeunt, aut à ſe illum abigunt?

2. Timo. 4. *A veritate auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

Nec credituri, & ſi ſanctè iuretur, deinceps nõ auditores niſi placentia.

Ouidius. *Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putant.*

Quo magis Herodem hactenus cogor in claſſem Electorum pænè reponere.

| | | |
|---|---|---|
| Herodes ſanè hìc (Auditores) prædicatur fuiſſe, | 1. | *Sapientia admodum ſtudioſus;* |
| | 2. | *Prudens;* |
| | 3. | *Dignus magnis progreſſibus.* |

Herodes

*j. *Sapientiæ admodum ſtudioſus*, qui & tam libenter, & tam ſæpè, tam bonum virum audire geſtierit atque audierit.

iſte Sapientiæ ſtudioſus.

*Audiens ſapiens ſapientior erit.*

Eccl. 3. *Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam.*

Prou. 18. *Auris ſapientium quærit doctrinam.*

Philoſophorum quiſpiam (Solon opinor) iam in lecto moribundus, audiens amicos non procul in eodem cubiculo colloquentes, aures corpuſque arrexit, ne nihil diſcendo moreretur.

Herodes Iohannem *libenter audiebat.* id eſt, Herodi Iohannes nunquam, neque nimis ſæpè, neque nimis prolixè, neque nimis ſimpliciter aut populariter, neque nimis ſeuerè, neque nimis acerbè viſus concionari. *libenter eum audiebat.*

Quem nũquam Iohannes dicendo delaſſarit.

Nunquam Herodi nimis prolixus Iohannes, etſi in deſerto, etſi ſub dio, etſi fortè horas quinque, vel etiam ſeptem diceret, vt (teſte Plinio) veteres illi Romm. Oratores.

*Plin. ſect. li. 2. ep. 35. & libr. 4. ep. 81.*

Opportunè, importunè argueret, increparet populos, meretrices, milites, politiam, ipſum deniq; Regem & Reginam; Herodes tamen ſemper *eum libenter audiebat.*

Quæcunq; ille,

Non tam diſerta & placentia, quam fortia & ſalutaria, Iohanne audire adfectabat.

Siue ſtans è ſuggeſtu in eremo ad populum; ſiue ex hemicyclo ſedens in mẽſa regia fortè ad conuiuas; ſiue in cubiculo regio, ſiue in area, ſiue in horto ambulans, ad Regem Iohannes ſermonem verteret, ſemper *eum libenter audiebat.*

Vel vbicunque,

Non ſolum, quoties Iohannes conciones indicebat, Rex auditurus cum plebe, magna auiditate, rheda aut carpento vectus, aduolabat; ſed etiam, vt ſæpius indiceret, precabatur; à concione, ad colloquia priuata, vel in eremi abdita ſeducebat, vel in ſuam Curiam, in carpentum ſecum, tractum, reducebat; ſæpius Curiam ſeque inuiſeret, in-

uita-

uitabat, hęc fortè aut ſimilia adijciens; *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! ſuper mel ori meo.* Pſal.

*Sonet vox tua* ſæpiùs *in auribus meis!* Cant.

*Auditui meo dabis gaudium & lætitiam*, quoties verbum Dei intuleris; ita *eum libenter audiebat.*

Quoad poſſet & liceret, a Iohannis latere nunquá diſcedebat; totus ab vnius illius Eremitæ ore Tyrannus, hîc minimè tyrannizans, aure vtraq; vinctus, pédebat, multaq;, ab eo prudenter diſputata, multa etiam breuiter & commodè dicta memoriæ mandabat, fierique ſtudebat eius prudentia non ſolum doctior, ſed etiam ac maximè ( quod rei eſt caput ) melior.

Non ſcholæ, ſed vitæ diſcebat.

Seneca ep. 6. lib. 14. *Nulla* enim *res magis animos honeſta induit, dubioſque & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuerſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, adſpici frequenter.*

Delphines (quos quidam gręcè Symones dici ſcribunt, quaſi dicas auditores, quòd auditione melodiæ mirè delectentur) non tam ſymphonia nautarum delectantur, aut Arionis cythara recreantur; ſed neq; ſtulti nautæ, aut Vlyſſis ſocij, olim ſic Sirenum cãtibus capti, vt Herodes Concionibus colloquioque vnius Baptiſtæ.

Ita Iohannem Herodes, vt nunc laudabiliter vel Franciſcanum illum Portugallum, vel Cotonẽ Henricus IV. Galliæ Rex audiebat.

**De quibuſcunq; &quomodocunq; diceret,**

Grauiter &baſſè (vt loquuntur Muſici) Inferni tormenta proponens velut mugiebat Iohannes? Sic *eum* Herodes *libenter audiebat*

Acutè, neſcio quid de Paradiſi gaudijs mitilabat? Et ſic quoq; Herodes *eum libenter audiebat.*

Molliter promiſſa Dei benè viuentibus perſonabat? Herodes etiam *libenter eum audiebat.*

*Autor Elegia de*

Durius minas Omnipotentis Dei in improbos bubulabat, vt *ferali carmine bubo.*

*Humano generi triſtia fata ferens*? *Libenter* quoque & ſic

ſic, & de his *eum audiebat.*

*Philomela inter opera Ouidij.*

Potiùs Iohannes dicendo, docēdo, quàm Herodes audiendo diſcendove delaſſabatur.

Oris illius aurei torrens auri color, aures regias nunquàm ſatis impleuerat.

Herodis aures, ore Iohannis ſemper capaciores. Itaque ſenſo meo Herodes non admodum tunc *longè erat à regno Deo.*

*Omnis enim qui ex Deo eſt, verba Dei audit*, vt paulò ante docebamus.

*Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*
*Si modò culturæ patientem adcommodet aurem*; Horat. lib.1.ep.ep.1.

*Valer. Max. l.9.c.9.* Polemo adoleſcens Athenienſis perditiſſimus, cum aliquandò benè ebrius in ſcholá Xenocratis tum forte docentis, quaſi in otij diuerſorium, introiſſet, & Philoſophus mox ſtudio à re extra rem, in rem è re adoleſcentis futuram digreſſus, ebrietatem vehementer vituperâſſet, ſobrietatemq; æquè dilaudâſſet; derepentè mutatus, ad frugem bonam reuerſus eſt. *Vnius orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone, maximus Philoſophus euaſit*, inquit Valerius.

*Quæ res multū ad vitæ mutationem valet.*

Quidni æquè, ac multo magis, eadē cōtingat *mutatio dexteræ Excelſi*. ſi quis quamlibet peccator Ioannem, & Verbi Dei interpretes, libenter cum Herode audiat?

Vt nec infirmi adhuc cibos & pharmaca admittētis; ſic nec peccatoris adhuc verbum Dei libenter audientis videtur ſalus deſperanda.

De illius verò ſalute conclamatum eſt, cuius aures verbo Dei occluduntur.

Quis ſperet, ægrum illum ſaluum eſſe poſſe, etiamſi vel ſalus ipſa adſtet lecto doloris eius, pulſum tangat, vrinam ſpectet, decernat quid vtile quid non, ipſa ſcribat quid pharmacopæus miſceat, qui, nō modo quæ iam pridem ſumpſit, per anticam poſticamq; alimenta omnia egerit, ſed nulla etiam noua, nō oua, non vel ex ouillæ etiam decoctione & iuſculo ſorbiti-

uncu-

unculam, non ipſa deniq; pharmaca admittit?

Cic. libr. de Amicit. *Cuius aures clauſæ veritati ſunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda.*

Herodes ergò tam auidus, tamque continuus Iohannis auditor, minimè adhuc deſperandus. *Libenter eum audiebat.*

**Vter hic admirabilior, Iohanneſne an Herodes.**

In hoc autem Herodis tam libenter Iohannem audiendi ſtudio, vtrum prius mirer ignoro, Iohanneme a dicendi gratia, qua ſic Tyranno placere, etiam ſeuerus & frequens criminum eius reprehenſor, potuerit; an Herodem ipſum, qui inter tot mala hoc ſaltem boni habuerit, vt verbum Dei, & rigidum eius præconem, & ſui ſeueriſſimum & aſſiduum reprehenſorem Cenſoremque, nihilominus libenter audierit.

**In delicatos Auditores.**

Herodem prædeſtinationi propinquiorem quis nó putet, aulicis plerique noſtris, qui ſe totos iocis ludiſque potiùs dedunt, & *ad fabulas* potiùs, vt neſcio quam ſtultam mundi philoſophiam audiendam, *reuertuntur*, quam ad verbum Dei?

*Cic. orat. pro Archia Poet. & Valer. Max. lib. 8. c. 13. Horat. l. 2. ep. 1.*

Themiſtoclem ſcilicet multi repręſentant, *quem dixiſſe aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſimè audiret? eius, à quo ſua virtus optimè prædicaretur.*

*Equitis quoque iam migrauit ab aure voluptas*
*Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana,* ait Horat.

Et ſint fortè, qui malint ſtrepitum patinarum benè vnctarum, quam Philoſophi aut Concionatoris beni vocem audire.

*O curuæ in terras animæ, & cæleſtium inanes!*

Itane homines nunc eſſe *prurientes auribus*, vt *coaceruare* & audire malint *Magiſtros* blandos & titillantes, & *loquentes placentia*, quam ſeueros? imò ſeueriores tantillo, vel inauditos deſerere? etiam abigere?

*Luc. 8.*

Siccine *ortæ ſpinæ* monitionum aculeatarum *ſuffocant ſemen* verbi Dei?

Herodes noſter nonne meliùs, qui Iohannem Limam & cotem rubiginum ſuarum aſperrimam, tam ***libenter audiebat***, priſcos Reges bonos imitatus?

libenter

Ferunt enim certè priſcos Reges, imò & nonnullos ex Tyrannis, ſolitos ex Philoſophis quempiam ad ſe in Curiam ſuam accire, cuius ſermone, quaſi Lima & cote mordaciore, vitam ſuam ac politiam regni totã perpolirent.

Laudabilis priſcorum principum conſuetudo.

Alexander certè ſecum habuit Ariſtotelem, Darius Plotinum, Auguſtus Piſtum, Pompeius Plautum, Titus Plinium, Adrianus Secundum, Traianus Plutarchum, Antonius Apollonium, Theodoſius Claudium, Seuerus Fabacum, ait noſter Gueuarra, quem etiam a conſilijs habuit Carolus V. nunquam intermorituræ memoriæ Imperator.

*Hic vtor fide aliena nempè R.P.F. Antonij Gueuarræ præmio ſpeciali horologij ſui ad Carol.V.*

Regum olim filij Philoſophos vt patres colebant, parentumque inſtar benè dicendi viuendique magiſtros venerabantur.

Epaminondas Thebanorum Princeps Lyſide & magiſtro & conſiliario vtebatur. *Aemyl. Prob.*

Achilles Phænice, magiſtro & laborum comite, vt vult Homerus; vt verò Ælianus, Chirone vtebatur, *metuens virgæ tam grandis Achilles.*

Sic Dionyſius Platone, ſic Cyrus Xenophonte, Darius Heraclito.

Alexander ipſe exacta pueritia, quinquenniũ ſub Ariſtotele Doctore ſubcreuit, authore Iuſtino.

Cæſar Ariſtonis ianuam, Pompeius Cratippi frequentãrunt.

Carolus V. Imper. opt. Ludouicum Viuem carum habuit. Non enim iſti imperare & regnare, ſed rectè imperare, cupiebant.

*ij. *Prudens* etiã Herodes, qui Doctorem à Doctore tam ſcite diſcreuerit.

Prudens etiam Herodes noſter, qui Doctorem à Doctore diſcreuerit,

Non *libenter* quemlibet *audiebat*, , ſed *eum*, ſed Iohannem, & hoc duplici nomine tum Eloquentiæ, tũ Sanctitatis.

* *Eloquentiæ*; In labijs enim Iohannis haud dubiè ipſa Suadela, vt velut perſuaſionis Dea, reſidebat, legationi tantæ planè neceſſaria.

Itaq; fiebat, vt quaſi *fauum diſtillans labia* eius eſſent, *mel & lac ſub lingua eius* apparerent. *Cant.*

Ferunt

* *Sanctitatis* quoque; *ſciens eum virum iuſtum & ſanctum, metuebat, cuſtodiebat* &c. ait Mat. c. 6. *Et libenter eum audiebat.*

Pſal. *Ipſe enim erat lucerna ardens & lucens.*

*Ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.*

Maximi enim fit ſemper etiam ab improbiſſimis integritas ſuadentis. Itaque rectè vtrumq; a Concionatore ambitur, & eloquentiæ laude, & ſanctitatis opinione apud ſuos valere, vt hac velut eſca ineſcatos piſces rationales Deo piſcari poſſit. *Primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri*, ait Ambr.

Populi tumultuantes, *pietate grauem ac meritis ſi fortè virum quem*

*Conſpexêre; ſilent, arrectiſque auribus adſtant:*

Virg. 1. Aeneid. *Ille regit dictis animos & pectora mulcet*

Ille ibi vrat, illic ſecet, gratior tandem eſt futurus, illis blandiloquentiæ affectatoribus, & *puluilli* adpoſitoribus *ſub omni cubito manus*, qui iuſtificant impium, *qui dicunt pax pax, & non eſt pax*

Refert .n. multum eccuius ſis auditor. Et verò intereſt multùm, ecquorum, Stoicorumne aut Platonicorum, an Epicureorum omnia ad voluptatem trahentium, aſſiduus auditor fias.

Vtraq; enim, & quæ peſſima, & quæ optima Magiſtris ipſis inſunt, æquè auditoribus ſenſim quidem, ſed penè indelebiliter adfricantur.

Quam multi eluendis coloribus, ſub Magiſtris vitioſis, tincti ſunt! quam multi ſtudioſe, ſtudioſius dediſcenda, didicerint!

Quintilian. lib. 1. inſt. c. 1 *Leonides Alexandri Pædagogus, vt à Babylonio Diogene traditur, quibuſdam eum vitijs imbuit, quæ robuſtum quoque, & iam maximum Regem ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta.*

*Plinius Sec. lib. 2. ep. 47* Rectè quandam ſibi charã fœminam, de filij inſtitutione ſic hortatur; *Iam circumſpiciendus Rhetor Latinus, cuius ſcholæ ſeueritas, pudor imprimis, caſtitas conſtet.*

Ibid. *In hoc lubrico ætatis, non præceptor modo, ſed cuſtos etiam rectorque quærendus eſt.*

Quòd ſunt corporibus ianitores, hoc animis aures

noſtra

noſtræ. Ergò vt illi hoſpitem hoſtem arcent, amicum admittunt; ſic aures non niſi ſanos Doctores admittant, peſtilentes exludant, & dicant; *Cantica lyræ tuæ non audiam.* *Amos.5.*

Quod os erga cibos corporis, hoc aures præſtent erga cibos mentis.

Ioh. 12. *Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis ſaporem?*

Ergò ſicut os nõ niſi cibos ſalubres, & corpori profuturos admittit; ſic nec aures vllius diſciplinam admittant, quam non ſciant ſalutarem; ſaltē a Iohanne & viro, qui vel ſciatur, vel putetur, a multis, iuſtus & ſanctus, aut (vt minimum) non corruptus, proficiſci.

Græculos ita explodat, *Aufer à me tumultum carminum tuorum, cantica lyræ tuæ non audiam* Amos 5.

Ad ſcurras *ſæpi aures tuas ſpinis*, aut cera cum Vlyſſe obtura, aut cauda cum aſpide, *vt non exaudias vocem venefici incantãtis ſapienter* imò inſipienter; *& noli audire verbum nequam.* Eccl. 28.

An nondum videmus, quod quidam *Oratores noui, adoleſcentuli*; & faſtum toto geſtu, & pompam ibique ſpirantes, (ex quo audiri cœperunt) *labeſactârunt Rempublicam*, vt Cicero loquitur? quòd ſimulationes, diſſimulationes, Politicorumque omnes artes inuexerũt, & ipſas Diaboli pompas in Baptiſmo abiuratas, pænè reuexerunt?

Herodes ergò prudens, qui cum delectu Concionatores audiuit, Ioannem inprimis, *ſciens eum virũ iuſtum & ſanctũ*, magno rurſus Prædeſtinationis ſuæ argumento.

* iij *Dignus magnis progreſsibus.* Nam non vltimus ad progreſſum, in quacunque diſciplina, eſt gradus, Magiſtros colere, reuereri, ac libenter audire. **Herodes dignus magnis progreſsibus.**

Quintilianus l. 2. inſtit. Orat. *Diſcipulos id vnũ interim moneo, vt Præceptores ſuos non minus quàm ipſa ſtudia ament: & parentes eſſe non quidem corporum, ſed mentium credant. Multum hæc pietas confert ſtudio Nam ita & libenter audient, & dictis credent, & eſſe ſimiles concupiſcẽt: in ipſos denique cœtus ſcholarum læti & alacres conuenient.*

*Emendati non iraſcentur; laudati gaudebunt. vt ſint chariſſi*
*mi, ſtudio merebuntur. Nam vt illorum officium eſt docere,*
*ſic horum præbere ſe dociles. alioqui neutrum ſine altero pro*
*ficiet. Et ſicut hominis ortus ex vtroq; gignentium conferiu*
*& fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fouerit ſi*
*tus: ita eloquentia coaleſcere nequit, niſi ſociata tradent*
*accipientiſque concordia.* Deinde quia dictum eſt, *Quæ*
*te & inuenietis; pulſate & aperietur vobis.* Et; *Beati qui*
*ſuriunt, & ſitiunt Iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* E
gone fruſtra putemus Herodem, etiam hinc, hacte
inter prædeſtinatos conſcribendum?

**Emendationem Herodis non paruã**

* 4. *Emendationem Herodis* indè non exiguam; i
*Et audito eo multa faciebat.* Marc. 6. *In auditu auris o*
*diuit mihi.* Pſal.

Non paucula de multis, ſed multa omninò fac
bat, vtinam & omnia! Nam *qui offenderit* vel *in vno, f*
*ctus eſt omnium reus.* Iac. 1.

Quorſum 99. Thebarum portas claudere, ſi pot
hoſtis intrare, centeſima bipatente?

Quorſum quaſſatę nauis hunc & iſtum hiatum
ſarcire, ſi perire poteſt vnius negligentia?

Herodes tamen ex peſſimis verbi Dei auditorib
qui *audito Iohanne multa faciebat.*

Rom. 2. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deu*
*ſed factores legis iuſtificabuntur.*

Iacob. 1. *Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, &*
*permanſerit in ea, nō auditor obliuioſus factus, ſed factor o*
*ris, hic beatus in facto ſuo erit.*

Luc. *Beati qui audiunt verbum* Dei, *& cuſtodiunt illu*

**In ignanos Auditores.**

Quam multis noſter Herodes ſanctior! Ecce I
*audito vno Iohanne multa faciebat*, multa in ſe corrig
bat &c. ex noſtris pleriq;, auditis iam tot ex omni C
dine Concionatoribus, Paſtoribus, nihilo tamen
cti meliores, an non & fortè deteriores?

Nullis neq; concionibus, neq; monitionibus q
dam, non magis quam equi refractarij calcaribus, a
aſini clitellarij tunſionibus, incitantur.

Scholę multi iã, nõ vitæ, diſcere proh dolor! vidēt
Et fortè nec ſcholæ quoq;, ſed voluptati, vt qui

tas & muſicorũ voces audiunt, non vt cantare etiã diſcant, ſed vt tranſeuntibus ſonis aures animoſq; duntaxat paſcant; vel vt quidam, qui tympanorũ ac tubarum ſonis delectantur quidem, ſed non ad pugnam.

Templa & Conciones haberi iã dicas, pro quibuſdã honeſtis otij diuerſorijs, vel eloquentiæ gymnaſijs.

Stulti profectò illi omnes, & ſimiles ſpeculorũ perpetuis inſpectoribus, numquam tamen renuntiatas bona fide à ſpeculo non mendace maculas, de facie ſpongia detergentibus.

Iacob. 1. *Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.*

Quorſum mulier conſulat ſpeculum, ſi non eſt vel crines, quos indecenter ſparſos ſpeculum renuntiat, collectura aut diſcriminatura, vel faciem atratã multa lotione mundatura?

Quorſum quiſquam vel legat vel audiat verbum Dei, ſi ad eius normam non eſt diſtorta directurus, id eſt nihilo indè melior reuerſurus?

Clamoribus tot noſtris, & Patrum noſtrorum, ex hoc alioq; ſuggeſtu editis, quis ſua priuatus, quis Reipub. vitia Magiſtratus emendauit?

Nobis illiſq; hactenùs fauces tantum raucuerunt, vobis aures occalluerunt; vitia verò nihil, aut perparum, elanguerunt.

Quid verò de reliquis ſentiam, qui ab audito Ioã. etiam abeunt deteriores? quibus Chriſtus in verbo per nos ſuo non in reſurrectionem eſt, ſed in ruinam? quibus veritas non *odor vitæ in vitam*, ſed *odor mortis in mortem*: qui etiam fiunt quauis curatione ſemper ægriores? &, vt equi recalcitrones, quo plus calcaribus vrgentur, huc plus retrocedunt?

*Seruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis*, quis neſcit?

2. Pet. 2. *Melius erat illis non cognoſcere viam Iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.*

Herodes noſter id vidit, qui *audito Ioanne* tàm *mul-*
*ta faciebat.*

Herodes fortaſsè ita ex dictamine Iohannis, *mul-*
in regno *faciebat*, vt Reges Perſarum, ex Magorum,
eſt, Sapientum ſuorum præſcripto: Nam Plinius a
*Magiam, in Oriente, Regum Regibus imperâſſe*; vel, vt R
ges Æthiopiæ & Ægypti, ex Sacerdotum & Sapien
conſilio, ad tempora vſq; Ptolomæi ſecundi.

Vti Herodium ferunt, quo die Aquilam auium r
ginam clamantem inaudierit, eodem non prædari,
ne egredi quidem; ſic arbitror nec Herodem auſ
male agere, neq; in Deum, neq; in homines, quo
que die rationalis huius aquilę, id eſt Iohannis
ſtri, clangorem in concione aut colloquio inaudi

Quapropter quis non hactenus illum in prędeſ
natorum numero putat recenſendum?

*Non aberat* profectò *longè* Herodes, rebus ita ſ
tibus, *à regno Dei.*

## III.

Herodias Herodi valde diſſimilis.

*Herodiadem contra nullas omnino: Baptiſtã fuiſſe f*
*Concionatorem; & cur.*

Vide autem morum diſparitatem, in duobus i
matrimonij, imò adulterij iugum trahentibus.

Erat Herodes Iohannis obſeruantiſſimus; H
dias contra *inſidiabatur ei, & volebat eum occi*
non tantum à quocunq; illum occidi contẽta; ex
rabat diem opportunum, nacta, filiæ præcepit n
liud petere, quam ſacrum exoſiſſimi Baptiſtæ ca
quæ omnia Deo benè iuuante ſuo loco ſigillati
ſequentibus exponemus.

Et quidem illa tantò nequior, quòd Iohannes
Herodiadem recta verbis petebat, ſed Herodẽ
quòd pænè illam excuſabat, dicens; *non licet tibi*
*re eam*: inſinuans ferè non ab Herodiade Hero
ſed ab Herode Herodiadem, alioqui ad virum
rediturам, teneri; Herodiadem non aliud quã p

Quid ſi Iohannes recta quoq; ipſam vti Hero
impetiſſet?

Nec verò etiam lego, illam ex ore Iohannis durum illud (NON LICET TIBI &c.) audiſſe, ſed potiùs relatu vel Herodis, vel paraſiti alicuius didiciſſe; non enim indicat textus illam ad concionem Iohannis vel vnam acceſſiſſe, etſi ſatis opinabile, ab Herode carpente deductam.

Ita fœmina viro crudelior in Baptiſtam fuit. Tyranno Tyrannior, ipſoque Nerone Neronior.

Quomodo illam miſereri adflictorum credã, quæ ipſam carceris afflictionem Baptiſtę conciliârit? *tenuit enim Iohannem Herodes propter Herodiadem*, id eſt vno ſenſu, illa ſolicitante, & inſtante, pacẽ alioqui nullã domi cum illa, nec noctu, nec interdiu, habiturus.

Profectò mihi Herodias videtur vndequaq; à claſſe prædeſtinatorum longè alienior, quàm Herodes, cũ in Herode multa Electorum ſigna iam viderimus; in Herodiade nulla hactenus, quantumlibet veſtigando poſſim reperire.

**Alienior à numero prædeſtinatorum, quàm ipſe Herodes.**

Deſperatiſſimę certè valetudinis argumentum eſt, cum æger non modò à medicina qualicunq;, ſed etiã à medico ſic abhorret, vt extinctum velit; cum medicum phrenetici inſtar, quà poteſt, mordet.

Sed de Herodiade, & eius inſidijs in poſterum paulò latiùs.

Cæterùm Baptiſta noſter, hactenùs Concionator fuit fœliciſſimus.

**Baptiſta fælix Cõcionator,**

Auditiorem .n. habuit inprimis magnũ, ipſum Regem, adtentum, beneuolum, atq; idcircò docilem.

Si *excitat auditor ſtudium*, nõ modò multus, ſed illuſtris;

**Ouid.**

Si *exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat*; ecce Ioannes vtitur & Rege, & ſedulo, nec ſolum patienti, ſed & libenti Auditore. Audit, Regius Concionator, Regis auricularius, Regis rector, & (pænè dixi) Regis incantator, ita Regem auribus captum diuinis ſuis concionib⁹, & vita diuiniore tenebat. Vt cæteris Auditoribus caruiſſet, poterat Rex illi eſſe multorum inſtar.

***Horat. l. 2 ep. 1***

**Propter Auditorẽ illuſtrem & beneuolentem,**

Antimachus Clarius poëta, cum conuocatis auditoribus, legeret eis magnum illud, quod nouiſtis, volumen

lumen ſuum, & eum legentem omnes præter Platonē reliquiſſent, *legam*, inquit, *nihilominus. Plato enim mihi vnus inſtar eſt omnium.* M. Tullius in Bruto.

Epicurus, cū vni ex conſortibus ſtudiorū ſuorū ſcriberet; *Hæc*, inquit, *Ego non multis, ſed tibi: ſatis enim dignum alter alteri theatrum ſumus.* ſent. l. 1. ep. 7.

Vt ad Ioannem audiendū non Publicani, non meretrices, non milites, non omnis Galilæa & Ieroſolyma confluxiſſent, erat cur hoc Auditore & Rege, & tā beneuolo, & in tā multis obediente content⁹ eſſe poſſet.

Magnū eſt iuxta vetus ꝓuerb. *Athletā tacuiſſe Hercu*

*Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.*

Vno vtor Auditore? ſed Rege, ſed Magdalena &c. quo vel ſolos capere, abundè prædæ eſt.

Trahere poterat ad Ioannem ea fama, quòd tam li*benter eum audiebat*, populos vndequaque omnes, eti ſanctitate & doctrina non traxiſſet.

Nam *Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

*Quod Regi Placuit, lex eſt*, perfrequenter.

Dionyſius Tyrannus cum libris, factus eſt Platoni Auditor? nemo non Aulicorum comitatur.

Quanto putatis intùs gaudio exultabat ſpiritus Ioannis, non tantū quia Rex *libenter eum audiebat, & ſeruabat*, ſed etiā, & maximè quidem, quòd Rex *ibat virtute in virtutem*; quòd *audito eo multa faciebat!*

In Auditores incorrectos, Hæc ſperata meſſis, Auditores, mirè nos alit agricolas ſpiritales, & valdiùs oblectat laborantes, cum non iam tantum ſperatur, ſed quaſi manu tenetur, in horreo Domini conſtituitur. *Hæc ſpes me conſolata*

Pſal. *eſt in humilitate mea.*

Auditores plerumq; multos, & noſtri obſeruantes & libentes habemus quidem, ſed hoc tantū: facto vbi ſunt? Numerari non poſſunt nō prę multitudine, ſed paucitate. *Non eſt forſitan vſq; ad vnum: Nonne decem mundati ſunt, & nouē vbi ſunt: Non eſt inuētus qui rediret & daret gloriam Deo* vitæ conuerſione *niſi hic alienigena.*

Pſal. 68. Nulline noſtrū aliquādo dicere eſt, *Laboraui clamans,*

Rom. 10. *raucæ factæ ſunt fauces meæ:* Et; *Tota die expādi manus me-*

& Iſa. 65. *as ad populum non credentē, & contradicentem mihi;* &

eſt qui velit reuerti? *narrare* videmur aſello
*Fabellam ſurdo*, & Æthiopes vano conatu lauare. *Horat. li. 2. ep. 1.*
*Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum.* *Ierem. 13.*

*Audito eo multa faciebat* Herodes. At, proh pudor! quis tot coętaneis, tot maiorib⁹ noſtris, & me toties è ſuggeſtu audiris, vel tantillum fecit? vel latum vnguem promouit? vel filum vnum de pompis luxuq́; veſtium &c. depoſuit, vnde nos miſelli agricolæ, & hominum piſcatores, tenuiter, quaſi de capto piſciculo & exigua ſaltem præda, lætari poſſimus?

Quid luxui publico propter nos ademtum? quid conuiuijs? quid vaſtis illis & immanibus poculis, veris noſtri homicidis, & valetudinis humanæ tyrannis, quæ nunc paſſim tota pænè Europa Septentrionali, tam ſpecioſo, quam falſo Valetudinum nomine in orbem omnibus æquè, at nimia iniquitate, epotanda circumferri ſolent, detractum? an non fortaſſis & aliquid additum?

An illis ſubrogata ſimulacri mortis (vt quondam apud Ægyptios) in orbem geſtatio?

An æquè auditur Chriſtus dicens, *Bibite ex eo omnes*, vt biberius neſcio quis potorum Imperator, dum æquos omnes hauſtus ex eadem patera imperitat?

An de veſte, vel aureum filũ, vel ſerica fimbriola digitu duntaxat vnum lata, detracta aut reſciſſa eſt?

An adoleſcentuli iſti comtuli, & nunc pænè inſtar monachorum tõſi & coronati, aut viri Turcicos muſtaces in barbis adfectantes, tantillũ ad veterem tondendi ritum adhuc redierunt? an potiùs de nouis rurſus tondendi artibus cogitârunt.

An adoleſcentulæ (pænè dixi meretriculæ) de radiis illis, imò dentibus capitum ſuorum, capitalibus ſanè, & canũ, aprorum, leonumq́; rictu formidoloſioribus; aut de cæruleis ſeu amethyſtinis lactucarũ, velaminum, dextrariolorum &c. tincturis, imò animarũ infecturis, & veris catulientiũ notis quidquã remiſerũt? Imò an matronæ ipſæ, quib⁹ non iã his artib⁹ maritus quærendus eſt, ni ſecundum velint, & tertium?

An his & illis ex illo erectorum dentium ordine, vel vnus caſu cecidit, vel ſponte erutus eſt?

*Ex S. Dionyſio Alexādrino apud Euſeb. l. 6. hiſt. Eccl. c. 34. ſecūdum verſionē Ruffini c. 31.*

Quomodò cum Apollonia virgine Alexandrina ſub Decio Imp. ſibi viuos oris dentes contundi, euelliq; pro Chriſto patiantur, quæ inſenſiles illos velaminū tantùm ſuorum, in gratiam tot animarum illorum morſu rabientium tandemq́ue Deo morientium, diſſuere nolunt, neq; deponere?

*Dentes earum arma & ſagittæ.*

Cornutæ illæ, & radioſæ facies, non Moyſi, non Solis, aut Lunæ, ſed Lenæ, non *ex conſortio ſermonis Dei*, ſed ex conſilio Diaboli, animis noſtris infeſtiores, quā taurorum iratiſſimorum cornua noſtris corporibus.

Quid de Reip. peruerſo regimine, quiſquis eam gerit, remiſit?

Quid de inſolentia, & concuſſionibus, & rebellionibus miles?

Quid de regij ærarij explicatione Quæſtores, Pagadores &c remiſerunt?

*Horat.*

Æquè, poſt tot clamores & indè noſtros dolores iliacos, *Iliacos intra muros peccatur, & extra.*

*Curauimus Babylonem, & non eſt curata.*

*In nomine Domini* ex corporibus hominum *dæmonia eijcimus*, vitia ex animis vix poſſumus.

Vt libenter nos quoque aliquando, per gratiam Dei, audiant multi; vbi eſt tamen etiam Herodes aliquis, qui non dico multa cum Herode iſto, ſed vel quid vnum & tantillum, auditis nobis fecerit? tantillum in vita correxerit?

O labores noſtros vanos, fruſtraq́ue ſuſceptos! Nō terram nos miſeri ſæpè, ſed arenam, ſed ſaxa videmur incolere.

Non *in terram bonam*, ſed ſuper petram, ſed in arenam ſemina ſpargere videmur, ita ſteriles ſæpè ſunt, & operum infœcundi, nunc Auditores noſtri.

Quis mihi det? imò, da tu mihi hoc, ô bone Ieſu (quoniam *neque qui plantat, neq; qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus:*) da, inquā, vt erubeſcens nūc aliquis, ſe ab Herode & Rege & Tyranno præcedi

in reg-

in regno Dei, ſecum dicat; *Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam* aliquid fructus, & vitæ correctioris,

*Vexatus toties rauci Theſeide Codri*, id eſt. toties hoc aut iſto Patre auribus meis verbum Dei detonante, atque inculcante? Venio nunc, iam iam facio, iam iam me emendo.

O me terque quaterque beatum, cum vel de veſtrum vno hoc audiero, aut videro!

## ECHO
## CONCIONIS V.

THEMA. *Cum autem corripiretur Herodes ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit.* Luc. 3.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum; Diximus iã de Baptiſtæ gratia prima apud Herodem & Curiam, ac ſic primum quaſi Tragędiæ huius noſtræ Euangelicæ actum, vti propoſueramus, abſoluimus; Itaque ad ſecundum, qui eſt de mutatis eius rebus, & cauſa vinculorum, nunc progrediemur.

Dicendum ergò hodiè mihi
- 1. *Officium Concionatorum periculoſum eſſe; & an in Potentes quoque ius dicendi habeant;*
- 2. *Quomodò corripiendi Potentes;*
- 3. *Quomodò & vbi Herodem Iohannes corripuerit.* AVE.

### I.

*Officium Concionatorum periculoſum eſſe; & an in Potentes quoque ius dicendi habeant.*

Antigonum Regem ferunt, cum ei regium diadema offerretur, diu multumque illud, antè quàm capiti imponeret, conſideraſſe, ac tandem in ſimilem vocem erupiſſe: *O pretioſum pannum! Si quis tamen penitiùs paulò te noſſet, nunquam, ne de terra quidem, te iacentem eſſet ſublaturus &c.* Optimè id quidem, & meritiſſimè.

A concionandi officio deterrere poſſunt tria,

Sed ſenſo meo, de officio præcurſorum ac prædicatorum verbi Dei idem vel pari, vel æquiori iure ſit dicendum.

Eſt enim etiam magnum quid, & regium pro Chriſto ad populos, ad Reges legatione fungi (vt loquitur Paulus) ſed ſub illo ſplendore, ſubſunt multa, quæ ſi eſſent manifeſta, fortiſſimos quoſque a munere illo deterrerent.

Qui noſſet, quam ſit hoc officij { 1. *Laborioſum*; 2. *Odioſum*; 3. *Periculoſum*; } nũquam adfectaret, imò vix etiam coactus ſubiret.

*Omnis qui viderit te, reſilet à te.*

**1. Labor improbus omnia diſcendi;** * 1. *Laborioſum*. Nam illi vni pænè omnia ſcienda ſunt, Bona, Mala, vt de omnibus aptè dicere poſſit. *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete*, ad ipſos maximè videtur pertinere.

Difficile vnum, tacentibus omnibus, loqui, ac ſæpè coram Magiſtris, ipſo qui loquitur, longè eruditioribus.

Oporteat illum linguas pœnè omnes perdidiciſſe, vt D. Hieronymus;

Theologum eſſe, vt D. Auguſtinus, vt D. Tho. &c.

Caſuiſtam eſſe (vt vocant) nõ minùs quã Nauarrus, aut Ioannes Benedictus &c.

Eloquentem, vt Cicero, vt Demoſthenes;

Prudentem ac ſapientem, vt Salomon, vt Cato;

Audacem, vt Leo, vt Elias, vt Baptiſta, ad odia illa omnia flocci pendenda, quæ, vt vmbræ corpus, ferè conſequuntur Veritatem;

Sobrium, perpetuò ſtudijs incubantem, & ſæpè noctem vertentem in diem.

Cic. Orat. pro M. Cœlio. *Scitote, Iudices eas cupiditates, quæ obijciuntur Cœlio, atque hæc ſtudia (eloquentiæ) de quibus diſputo, non facilè in homine eſſe poſſe. Fieri enim non poteſt, vt animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, ſæpè nimia copia, inopia etiam nonnũquam impeditus, hoc quicquid eſt, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando poſſit ſuſtinere.* Et paulò poſt. *Omittendæ ſunt omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, ſermo etiam pænè omnium familiarium deferendus.*

**2. Odium Veritatis;** * 2. *Odioſum*. Eccui enim Terentianum illud eſt

incog-

Incognitum; *Hoc tempore* (non in illo tempore, ſed ſẽper *hoc tempore*; quamdiu enim ſtabit Mundus, tamdiu ſic erit) *obſequium amicos, Veritas odium parit?* Vti *regium eſt*, ſic noſtrũ, *benè agere* & dicere, *& malè audire*, &pati.

Lact. l. 4. Inſtit. c. 26. *Veritas acerba eſt, inuiſa omnibus, qui Virtutis expertes vitã ſuã mortiferis voluptatib⁹ dedũt.*

D. Hieron in illud ad Galat. 4. Inimicus vobis factus ſum veritatem dicens; *Hæc eſt*, id eſt, *conditio Veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ perſequantur.*

D. Ambroſ. gloſſ. in illud 1. Cor. 9. Vos nobiles; *Liberè, & ſine adulatione, Veritatem prædicantes, & geſta prauæ vitæ arguentes, gratiam non habent apud homines*, habent tamen plurimam apud Deum, qua vna Bonos omnes oportet contentos eſſe.

Cynocephaleæ, herbæ illi pœnè diuinæ, poſſit aliquis veritatem comparare, de qua herba ſic Plinius;

Plin. l. 30. c. 2. *Adoleſcentibus nobis viſus Appion Grãmaticus prodidit Cynocephaleam herbam diuinã, quæ in Aegypto vocatur Oſyrites, quæ habet vim contra omnia venena: ſed, ſi ea erueretur, ſtatim eum, qui eruiſſet, mori.*

Ita enim Veritas, res quædam contra omnia vitiorum venena, optima eſt, ſed quid? ſi eruitur, ferè perdit eruentem.

Optimum etiam *conſilium* ſæpè eſt *conſultori peßimum.*

* *3. Periculoſum.* Inter ſacrum & ſaxum, & in anguſtijs ſummis dicturi verſamur, vel hominibus vel Deo diſplicendi. **3. Periculũ anceps.**

*Si enim hoc egero, mors mihi eſt; ſin autem, non effugiam manus veſtras.*

Pænè ex laqueo dicimus, vt olim qui nouas leges aut conſilia proponebant. Si bona proferebant, & Reip. ſalutaria, ſalui abibant; ſi non ſalutaria, laqueo, quo induti erant, conſtricto, mox ſuffocabantur.

Dicimus vera, libertate qua debemus? homines offendimus; diſſimulamus, & timidè conniuemus? Deũ ipſum. *Væ mihi, quia tacui. Imperia ſoluit, qui tacet, iuſſus loqui.* *Senec. Trag.*

*Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruum non eſſem.*

pſal.

pſal 52. *Deus diſsipabit oſſa eorum qui hominibus placent; confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.*

Erit anima noſtra, pro anima illius, qui, conniuẽtia noſtra, perierit. O duram prouinciam, & ſortem miſeram Concionatorum! In Ezechiele, Speculatoris, qui, viſo hoſte irruente, nõ inſonuerit buccina, vel negligentia, vel malitia ſic vindicanda dicitur, vt ſanguis occiſorum ſit de manu eius repetendus.

**Potiſſimæ Concionatoris Virtutes quæ?** *Matth. 22.*

Neceſſarium itaque eſt Concionatorem (ſi tamen gratiæ Dei ambitioſus eſt) talem eſſe, qualem Phariſæi Chriſtum ipſum, coram Chriſto, olim depinxerũt. *Magiſter* (inquiunt, etſi fraudulenter, tamen verè) *ſcimus quia verax es*, hoc primum, id eſt, mentiri non ſoles, nec priuatim nec publicè, non in conſilijs dandis, non in concionibus: *& viam Dei in veritate doces*, hoc alterũ; id eſt, *es integer vitæ ſceleriſque purus*, & ſolius ſtudioſus Veritatis; *& non eſt tibi cura de aliquo*, hoc tertium, id eſt, nec quidquam, nec quemquam reformidas; *non enim reſpicis perſonam hominum*, hoc quartum & Concionatorem perficiens, id eſt, nullo diſcrimine nobilis, ignobilis; diues, & pauper; Crœſus & Irus, vera ex te audiunt. *Sicut populus, ſic ſacerdos.*

*Horat.*

*Virgil. 1. Æneid.*

*Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur.*

Concionatorem ſimilem eſſe oporteat Areopagitis, quos in tenebris ſolitos iudicare, videor alicubi legiſſe, ne ſi vultus iudicandorum internoſcerent, amore forſitan aut odio, ſpe aut metu, a legum ęquitate deflecterent.

Oculis clauſis, ſi non corporis vt quidam, certè animi, & diſcretionis perſonarum, decet concionari, & iubere Solem *oriri ſuper bonos & malos*, ſuper potentes, & infirmos &c.

*De Publicanis diximus tomo. 1. noſtræ Academiæ peccatorũ.*

Iohannis noſtri inſtar, qui non modò plebeculæ, & militum gregariorum peccata notauit, ſed & Phariſæorum, & Publicanorum hominum Ordinis apud Romanos honeſtiſſimi; neque dumtaxat triobolariũ meretricularum, ſed etiam Reginæ Herodiadis, ſed Herodis Regis quo que adulterium reprehendit, dicens, *Non licet tibi habere &c.*

De

De D. Antonio noſtro, illo ſcilicet Paduano; canimus; *Loquens magnis, paruulis, veritatis iaculis æquè feriebat.* [*In off. noct. de D. Ant. Paduano.*]

Nec tales magis odio habendi, quam apes propter aculeos; imò verò potiùs, propter mel ceramque, fouendi, diligendi.

An medici, propter cauteria, & amara pharmaca perſequendi? aut non potius, propter conualeſcentiã per amara redditam, honorandi?

Qui eiuſmodi ſunt, ſunt ſanè in genere ſuo optimi, vtpote finem, propter quem Eccleſiaſtæ creati ſunt, vt plurimum conſequentes. [**Concionatores aculeati, optimi,**]

Vt canum & moloſſorum ille eſt optimus, qui maximè & latrat & mordet, tam diuites quam mendicos, quos æquè Domini ſui amicos ignorat; & pectinum, qui maximè pungit; & ignium, qui plus calefacit; ſic Concionatorum, qui vehementiſſimè, liberrimè maxima vitia reprehendit.

Corripit enim & corrigit, quiſquis hac incedit via.

Et quæſo, cur *Sal terræ* nos adpellarit Chriſtus, niſi vt ſalutariter vlceroſos adureremus, & acrimonia quadã, vitia hominũ terrę adfixorũ reprehẽderemus? *ad nihilum valet vltra ſal infatuatum, niſi vt mittatur foras.* [**Vide D. Hieron. in c. 9. Matth.**]

Cur *Grano ſinapis* regnum Dei, id eſt doctrinam Euangelicam compararit; niſi vt mordacitate cõgrua, naſo vitioſos ſuſpenderemus, & pœnitentiæ lachrymas, ſinapis inſtar, eliceremus?

Sit tantum vſus moderatus liberæ correptionis, vt in cibis, ſalis & ſinapis: abſit aut mare ſalis, aut ſtatua ſalis, in quam Lothi vxor conuerſa eſt.

Catapotia tamen & medica pocula, hoc fèrè aiunt ſalubriora, quò amariora.

Ciceronis ſenſo ep. ad Octauianum, *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.*

Maximus Tyrius ſer. 4. *Medicus ille humaniſsimus iudicatur, qui maximè ſit immitis.*

D. Auguſtinus ad Marcellum; *Magis amat obiurgator ſanans, quam amator diſsimulans.*

Quæ

Quæ verò eſt ſalis infatuati vel gratia, vel fructus? plus nocet dum prodeſſe falsò videtur. Nam putredini carnes, quas non ritè ſalit, obijcit, cui alioqui, vel matura earum conſumptione, vel ſalis mordacioris perfricatione, poſſet obcurri, niſi ſale illo inſulſo falleremur.

Senec. trag. *Delicta* etiam Concionator *qui non*, mordet & *vetat, cum poſsit, iubet*.

Sed ſemper odioſi. Cæterum, ita proh dolor! accidit. Quo ſalitur meliùs, id eſt, quo accuratius vitia corripiuntur, hoc plurium odia incurruntur. Etiam *hoc tempore Veritas odiū parit*; etiam nunc quæ expectatur *vt faciat vuas, facit labruſcas*.

Iſai.

His ergò honoris officijque noſtri oneribus ritè perpenſis, multi olim & magni oblatum refugerunt.

Itaque multi munus illud refugerūt. Moyſes, cùm ad ſuos, & ad Pharaonem, à Deo mitteretur, qua non tergiuerſatione eſt vſus? *mitte* (ait) *quē miſſurus es*. Linguæ impedimentum cauſatus eſt &c. mitteret Deus vel Meſſiam iampridem promiſſum, vel quemlibet alium.

Hieremias *a a a, quia puer ego ſum*, inquiebat.

Ionas fugit in Tharſis, in Niniuem iuſſus ire.

Quòd Epiſcopatus plerique veteres ita reſpuerunt, credo etiam propter cōcionandi onus laborioſiſſimum, periculoſiſſimūq; illis adnexum, accidiſſe.

Nihilominus oportet, vt quiſquis vel adijt hoc munus, vel ad illud vocatus eſt, Baptiſtā noſtrum imitetur, qui Herodem in faciem, & coram, & nominatim adulterij reprehendit, & malorum cæterorū quę fecit, vt inquit Euangeliſta. *Cū corriperetur Herodes ab illo, de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit &c.*

Itane? Rex ergò ab Eremita variè correptus eſt? Omninò.

Eſſe Concionatorū etiā Reges reprehendere. Ergone etiam eſt Concionatorum (quærat aliquis) Reges & potentes rerum laicos, aliquandò etiam diſtinctè, reprehendere?

An commiſſionis ſuæ literis, & patentibus (vt vocant)

cant)vſque eò autorantur?

Reſponderim, ſi vitia publica ſunt, adfirmanter, ſeu vitia Potentum ſint Perſonæ vel priuati hominis, ſeu Officij, non eſt contra vel præter officiũ quod gerũt.

Vitia autem perſonæ ſeu priuati hic ad appello, illa in quæ etiam priuati incidunt, vt blaſphemiæ, iuramenta, adulteria, ebrietates &c.

Vitia Officij, illa quæ vt Rex, aut vt in magiſtratu poſitus, committit, vt ſunt iniuſta bella in exteros, tyrannis in ſubditos &c.

In illa Perſonæ, nobis dicendi ius eſſe nunc dico, in altera illa Officij, ſuo loco dicturus ad illud. *Et de omnib⁹ malis quæ fecit* Herodes à Iohãne corripiebatur.

Sic ergò poſſit, quod dixi confirmari,
- 1. *Ratione,*
- 2. *Scriptura;*
- 3. *Congruitate.*
- 4. *Neceßitate.*

*1. *Ratione.* Qui officio pares ſunt, poſſunt paria, in paribus, præſtare. **Probatur 1. Ratione ducta ab exemplo Baptiſtæ,**

Sed Baptiſta, cui concionandi officio pares ſumus, æquéque autorati, Herodem de adulterio, de inceſtu cũ Herodiade vxore fratris ſui, vitijs in quæ priuati etiam incidunt, potuit liberè corripere Ergò & nos.

Baptiſtam autem id iure potuiſſe, ita confirmatur. Si Baptiſta id iure non potuit, ergò Herodes iure illũ in vincula conijcere, aut quolibet alio modo multare potuit, & multando non peccauit.

Sed nemo Sapiens hactenùs Herodem abſoluit, Iohannem damnauit; ſed contra pro Iohanne contra Herodem ſtetit omnis Catholicorum ſchola. Ergò Iohannes benè, ſi Herodes malè.

Rurſus, Herodem iure à Iohanne potuiſſe reprehendi, ſic probo. In repugnãtibus, vituperatio ſiue cõdẽnatio vnius, iuſtificatio & abſolutio eſt alterius;

Sed Herodis factum, quo Baptiſtam, propter adulterij ſui cenſoriam notam, cepit, vinxit, incluſit &c. Euangeliſta vocauit peccatũ tranſcendens, & omnium, quæ fecit Herodes, eminentiſſimum *adiecit*, inquit Lucas, *& hoc ſuper omnia,* id eſt non poſt omnia or- *Luc. 3.*

dine

dine temporis, ſed *ſuper omnia*, id eſt omnibus damnabilius & prius ordine indignitatis, *& incluſit Iohannē*, id eſt, quod Iohannem ideò incluſerit, vti infra ad illud ipſum exponemus, & aſſertionis cauſas (Déo dante) reddemus.

Ergò laudat iuſtificatque Baptiſtam idem Euangeliſta, quod Herodem reprehenderit. Vndè & conſequitur idem & nos in ſimiles poſſe, eminenterque ab illis peccari, qui vetant, &, cum facimus, vindicant.

De ſimilibus enim idem iudicium.

*Cur ego ſi nequeo ignoroque Poeta ſalutor?* Cur Prophetæ, cur interpretes Dei, cur Cenſores vitiorum &c. adpellamur?

Si Baptiſta ibi benè, nos ibidem non malè, eiuſmodi autorem ſequuti.

Quæ malum! ea eſt iudiciorum peruerſitas, vt vndè ille laudatur, indè nos damnemur?

An officio Iohanni hac parte pares non ſumus? *Hebræi ſunt? & ego. Iſraelitæ ſunt? & ego. Miniſtri Chriſti ſunt? & ego.*

Iohan. 1. Iohannes *fuit homo miſſus à Deo?* & ego; ille immediatè, ego per legitimos Dei miniſtros, mediatè.

*In quo* ergò *ille audet, & ego.*

Ac licet Iohannes quædam ſpeciatim dicere iuſſus debuerit, vt quod Ieſus Mariæ filius, eſſet Chriſtus, quod eſſet agnus ille Dei deſideratus cunctis gentibus &c. de Herodis tamen adulterio, & alijs malis, ſeu priuatim, ſeu publicè reprehendendis, nondum illum legi ſpeciale mandatum habuiſſe, non magis quam nos, cum vitia horum & illorum, ſic aut ſic, reprehendimus.

Egit pro imperio quod gerebat, quo nihilo inferius eſt, hoc ipſum quod hic gerimus.

Epiſcopus, cum me ordinat, aut creat Concionatorem, ius imperiumque ſuum in vitia & vitioſos dicendi in me transfert, vt vos non Philippum audire, cum me auditis, ſed Epiſcopum ipſum veſtrum, quem repræſento, & cuius vice fungor, perſonamque ſuſti-

non

neo,exiſtimare debeatis.

*Et ſi vultis recipere,hic eſt Elias*,hic eſt Epiſcopus qui vitia veſtra reprehendit.

Nec ſolius Iohannis exemplo id euidetur,ſed aliorum quoque multorum,quos nos conſtantiæ noſtræ autores habemus. *Et aliorū,*

Moſes quoties Pharaonem arguit, *non veritus animoſitatem Regis*?Heb.11. *Exod.*

*2 Paral.6.*Azarias Sacerdos quanta fortitudine Oziæ Regi ſacrificare etiam volēti reſtitit?Vt hoc facto Spiritui ſancto placuit!

Ille idcircò inter tot veteris legis Sacerdotes, non ſine laude, ſolus ſacerdos eſt appellatus antonomaſia inſigni, quod pro Sacerdotali munere fortiter audaciæ Regis obſtitiſſet.

Cùr ſi paria pares præſtamus , non pariter Deo placeamus?

*2.Reg.*Nathanem prætereo; Nàm quod is Dauidē adulterij reprehendit,fecit mandato Dei ſingulari, & in Curia priuatim.

*3.Reg.*Sed Elias,an quoties Achabum & Ieſabelem arguit,toties nouo Dei mandato pulſatus eſt,vt faceret?Mihi certè nondum id lectum;ſed ſemel Propheta Dei,& vitiorum Cenſor,creatus,ſemper deindè liberrimè & dixit,& egit pro imperio, quoties ratione recta cenſebat ita faciendum.

*3.Reg.18.*Achab.ſibi ſub finem famis dicenti, *Tune es qui conturbas Iſrael* ? quanta conſtantia reſpondit; *Non ego turbaui Iſrael,ſed tu,& domus patris tui qui dereliquiſti mandata, & ſecuuti eſtis Baalim.*

D.Chryſoſt.an non Eudoxiam Imperatricem,quod monita nollet Callitropæ viduæ agrum reddere, ingreſſu Eccleſiæ prohibuit?

D.Ambroſ.an non Theodoſium Imp. ob cædem Theſſalonicæ nimis impotenter & iniuſtè factam, de fidelium communione depulit, templique ingreſſu prohibuit? *D.Ambr. ep.29.& 30.*

Non idem eundem reprehendit, quod Præfectus eius Ethnicus Conſtantinopoli Synagogam Iu-

dæis ædificare permiſiſſet?

Non idem eundem exire per Diaconum iuſſit,cum chori cancellos ingredi , & Sacerdotibus miſceri in templo laicus vellet?

S.Dunſtanus Archiepiſc.Cantuarienſis,an non Edgarum Angliæ Regem adulterantem publicè coercuit?

D.Thomas & ipſe Cantuarienſis Ep.an non Henricum leges ferentem aduerſas Eccleſiæ libertati, obpugnauit?

Bonauentura, non ille Seraphicus Eccleſiæ Doctor,ſed alius Patauinus,& S.Cæciliæ ſub Iohanne 22 Cardinalis, & Franciſcanus doctus , & pæne ſanctus martyr, an non Eccleſiæ quoque libertatem contra tyrannos ita tuitus eſt, vt Carranenſis princeps eum ſagitta peremerit? *Mihael.Volat lib.21.*

Aut damnandi illi vna omnes ? aut fatendum, autoratos nos eſſe,vt vitia Magnatum, æquè vt popelli, cum expedit, reprehendamus.

Nam cùr nùnc breuiata ſit manus& autoritas noſtra,maximè auctiore iam Chriſti Eccleſiæque imperio, quæ iam olim , anguſtiore adhùc illo , tanta fuit?

2.Scriptura, * 2.*Scriptura* etiàm id probat, vbi Dominus Hieremiam ſic alloquitur,cùm Prophetam illum creat; *Ecce conſtitui te hodiè ſuper gentes, & ſuper regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices & plantes,* viden' ſuper regna notanter dici?

Item ibid. *Ecce dedi te hodiè in ciuitatem munitam, &*
Hierem.1. *in columnam ferream , & in murum æreum, ſuper omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius & Sacerdotibus, & populo terræ,* ô litteras & Patentes ampliſſimæ formæ ô autoramentum illuſtre & (vt ſic dicam) latè patentem
Matth.19. commiſſionem vnius Concionatoris! Creatur Cenſor Regum, Magiſtratuum, Sacerdotum.

*In regeneratione*, id eſt inter regeneratos per Baptiſmum, *cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ* id eſt non tantum in iudicio extremo; ſed à Chriſti aſcenſione

ſione,& aucta Chriſti Eccleſia, *ſedebitis & vos, indicantes duodecim tribus Iſrael*, cenſura omnium ad vos pertinebit.

*Spiritualis omnia diiudicat, ipſe autē à nemine iudicatur.*

*Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia?*

Ephororum Magiſtratum apud Lacedomænios, iure adpellaueris Concionatores, qui de Regum ipſorum actis cognoſcebat; aut Cenſores apud Romanos, qui etiam aliquandò Conſules notabant, imò & nōnunquam magiſtratu exuebant.

* 3.*Congruitate*. Alioqui enim quid dicat plebecula de nobis, niſi vulgatum hunc verſum, *Dat veniam coruis, vexat Cenſura columbas?* **3. Congruitate.**

Et; *telæ aranearum* ſunt clamores Prophetarum: vt enim illæ muſcas non valida animalia capiunt; ſic illi in plebeculam tantum, non etiam in magnos ferūtur, inquient.

* 4.*Neceſſitate* multiplici: *Tùm* vt aliquo ſaltem Baptiſtæ metu latè patens peccandi licentia, quam Potentes habent, nemine neque ex ſubditis, neque ferè Conſiliarijs audente hiſcere, nedum dicere, *Cur ita facis?* à peccato poſſit contineri; **4. Neceſſitate multiplici;**

* *Tùm*, vt quemadmodum Sacerdotio, ſequeſtri & mediatores ſumus Dei & hominum; ita concionibus ſimus Regum & Subditorum;

* *Tùm*, ne qui alijs virtute prælucere debuerant, vertantur in tenebras denſiſſimas, ne Sol obſcuretur, ne luna fiat in ſanguinem, ſi nunquam Baptiſta illos reprehenderit;

*Si lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt; ipſæ tenebræ quantæ erunt?*

* *Tùm*, ne populus contagione ſenſim totus inficiatur, ſi Potentes in vitium, ſine vllo iugo ac freno, ruere permittantur. Potentiorum enim valdè ſequax & imitator eſt popellus in vtramque partem.

Integris populis benefaciũt, qui Reges corripiu
tùm ne vitiorum Regiorum tranſitione inficiam
tùm ne ob regum vitia puniantur. *Quidquid deliran*
*ges, plectuntur A hiui.*

Horat. * *Tùm, ne iugiter nomen Domini blaſphemetur,* d
Iſai. *principes eius inique agunt*, nec eſt vllus interceſſor,
*qui ſe opponat murum pro domo Iſrael.*

* *Tùm, vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil hab*
*malum dicerere de nobis.*

Quando verò maximè. Maximè autem tùm Baptiſtæ eſt, Herodem ſu
reprehendere, cũ quæ gerit, & publica ſunt, & recta
euidenter contra expreſſam Dei legem militant,
ſunt ad ulteria, homicidia &c.

D. Chryſ. in vita Babylæ. Itaque Babylas Præſul Antiochenus Deci
Imp. propter homicidium ingreſſu Eccleſiæ pro
buiſſe legitur.

Item; cũ in alienam eſt, id Eccleſiæ meſſem fal
laicus immittit, aut peccat in religionem.

Vt milite iam Crœſum Regem & patrem iugul
ro, filius hactenus ſemper mutus, loquutus eſt, n
deret Rex & Pater; ſic noſtrum vel tunc loqui, c
vim patitur mater Eccleſia.

Sic D. Eulogius Ediſſenus, Valente Imp. Arri
profanam falcem in iudicium ſacrorum immitt
te, rectè eius Præfectum Modeſtum rogabat? N
*quid etiam cum Imperatore Pontificem Valens agit?*
Numquid vno capite tam infulam ſacram, quam p
fanum diadema, & qua manu ſceptrum, eadem & p
dum pontificale gerere adfectat?

Et Elias Achabi idololatrias maximè exag
uit.

2 *Paral.* 6. Oziæ Regi ſacrificare paranti, Aza
Sacerdos obſtitit, & quaſi ſacrilegio pollutum, ej
re de templo non dubitauit, adeoque diuinitus la
datus eſt, vt pœnè ſolus Sacerdotis nomine dig
videri poſſet.

Ergò Catholici Eccleſiaſtæ hæc ſit ſumma glo
tio, dicere poſſe; *Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſp*
Pſal. *ctu Regum & non confundebar*; hæc præcipua ad De
prec

precatio; *Et ne auferas de ore verbum Veritatis vſquequa-que.* *ibid.*

Ego(vt de me hoc obiter dicam)ita huic ſtudeo, vt vel plagas hinc multas mihi deberi à Deo timeam, ſi hic erro; vel ab eodem multas mihi ſeruari coronas ſperem, ſi benefacio ; quoniam totus in hoc ſum. *Neſcit* tamen *homo an amore , an odio dignus ſit.*

II.

*Quomodò corripiendi potentes.*

Omninò ergò licet, & expedit Herodem corripi à Iohanne; ſed eſt modus & ars quædam corripiendi.

*Arte leues currus, arte regendus amor* & charitas noſtra. *Ouid. 1. de Arte.*

D. Auguſt. tract. 33. in Iohann. poſt init. Chriſti ergò inſtar fiat, qui *adtulit Veritatem vt Doctor ; manſuetudinem vt liberator, Iuſtitiam vt Cognitor.* **Videnda in corripiendis Potentibus tria,**

Obſeruentur hæc:
1. *Perſonæ corripiendæ genius;*
2. *Perſonæ corripientis congruitas;*
3. *Ordo quidam, vt ſic primum , & ſic deindè;*
4. *Modus quoque dicendi.*

* 1. *Perſonæ corripiendæ* genius. *Pro qualitate enim audientium, formari debet ſermo Doctorum* ait Greg. *Panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat.* **1. Vt correptor ſit idoneus,** *D. Greg. in illud Iob. 38.*

* 2. *Perſonæ corripientis congruitas;* id eſt, non id vſurpet qui dumtaxat ſit officio Concionator, ſed qui etiam gratia quadam polleat ſi non ſingulari, ſaltem ſupra Concionatorum vulgus, gratia inquam verbi, & gratia vitæ ſeuerioris. *Quid dedit Gallo intelligentiam.*

Iohannem eſſe volo, id eſt, *gratioſum* & plenum donis Dei, Cenſorem regium, & Potentum reprehēſorē.

Herodes correptus quidem eſt, ſed ab Iohanne, id eſt, ab homine miſſo à Deo, hoc primum, id eſt ab auctorato diuinitùs, ad reformanda *praua in directa, & aſpera in vias planas.*

*Ab Iohanne*, id eſt ab homine eloquente, *pleno gratiæ & veritatis.*

*Ab Iohanne*, id eſt ab homine vitæ ſaltem non illau-

datæ. Vt habeat ſcilicet *ſermonem rectum , & bene ſ*
*nantem. & placeant verba* eius *in conſpectu Principis.*

*Virgil. 1. Æneid.* *Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*

Ille demum potens eſt ſermone, qui & opere eſt t
lis , qui eſt ſui mundique cõtemptor, non quales qu
dam, quibus pudendum ſit Ieſum crucifixum, paup
rem & eſurientem, fartis prædicare corporibus, &
iuniorum doctrinam, rubentibus buccis , miniati
naribus & oribus inculcare, &, cum vagi concubi
infamia, adulteria Herodis reprehendere.

*D. Greg. in illud Iob Quis dedit gallo intelligentiam.* Gallus concionatoris ſymbolum id notat, *qui*
ait Gregorius) *cum iam edere cantus parat, priùs alar*
*cutit, & ſemetipſum feriens vigilantiorem reddit .... n*
*ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce.*

*Pſal.* Qua fronte Herodem corripias , *qui cum adul*
*portionem tuam ponebas ? qui, ſi videbas furem , curr*
*cum eo. &c.?*

2. Vt ordo ſeruetur,

* 2. *Ordo quidam* &c. vt
1. *Inquiratur*, ne falſa pro veris a ſentur;
2. *Occultè primum* monitio fiat;
3. *Publicè tandẽ*, emendatione no quuta.

Prouerb. 15. *Sermo opportunus, optimus eſt.*

Eccleſ. 20. *Ex ore fatui reprobatur parabola, quia n*
*git eam in tempore ſuo.*

Ordine & arte ſummis opus eſt, vt res alioqu
gratiſſima gratanter excipiat?

*Difficile atque aſperum factu , conſilium dare Re*
*Imperatori, poſtremæ cuiquam mortali, cuius opes in*
*ſunt.* apud Salluſt.

Plutarch lib. quod in Principe doctrina req
tur; *Difficile eſt his qui gerunt imperium conſilium dar*
*formidant enim rationem ceu principem admittere, ne p*
*tiæ bonum, quod habere videntur, impediat, ſi id adſt*
*& ſeruire cogat honeſto.*

1. Diſquirendo de rerum veritate,
* 1. *Inquiratur* ergò primùm ſedulò de rerũ ver
D Hilarius lib. in Conſtantium. *Veritatis m*
*vera tantummodò deceo proferre.*

pſal. *Rectè iudicate filij hominum.*

Eccl.19.*Eſt correptio mendax in ira contumelioſi, & eſt iudicium, quod non probatur eſſe bonum.*

Eccl.11.*Corripe iuſtè.*

Alexandrini imitandi hac in parte.

Suidas in hiſtoricis litera T. prope initium. *Alexandrini*, inquit, *olim luſtrabant animos. Certis enim diebus in curribus homines vecti, quibus hoc munus datum eſſet, totam vrbem peragrarunt, & ſtantes vbi vellent, & domo aſtantes cuiuſcunque viſum eſſet, verè de plauſtro cecinerunt: nec falſa conuitia ſed vera crimina obiecerunt. Operam enim dabant, vt adcuratè probra ciuium exquirerent, & hæc incorruptè proferrent, vt ob hoc omnes improbitatem auerſarentur.*

D. Gregor. in illud Iob. Quis dedit gallo intelligentiam. *Intelligentiam*, inquit, *gallus accipit, vt prius nocturni temporis horas diſcutiat, & tunc demum vocem excitationis emittat: quia videlicet ſanctus quiſque prædicator prius in auditoribus ſuis qualitatem vitæ conſiderat: & tūc demùm ad erudiendum congruam vocem prædicationis format.* Iob 38.

* 2.*Occultè primum* monitio fiat. Lenta ſint prima remedia. 2. Obcultè primum monēdo.

S. Antioch. hom.67. *Id quidem vt fiat oportet* (inquit loquēs de correptione proximi:) *ſed & neceſſe ſit diſcretionis actē intendere, vbi & quo loci ſit neceſſaria reprehēſio.*

D. Chryſ. lib. cont. Gentiles, ſeu de vita Babylæ; *Vocis enim libertatem vtcumque vſurpare poſſunt & ex plebeis permulti; at illa eadem decenter vti, tempore conſentaneo, congrua tū menſura, tùm prudentia adhibita, magni admodùm animi, & admirabilis fuerit.*

Cic. reſponſ. in Salluſt. *ſæpè grauius vidi offendere animos auditorum, eos, qui aliena flagitia apertè dixerunt, quam eos qui commiſerunt.*

Igitur priuatim primum Herodes moneatur.

Quod enim debetur vulgo, multo magis Regibus eſt concedendum.

Sed peccantem in nos fratrem iubet Chriſtus primùm priuatim moneri, quam coram alijs traduci.



Matth.18.

Matth 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum*; deindè vbi ſic nihil obtines, vnũ & alterum tecum adhibe, denique dic Eccleſiæ.

Noaci ſomno ſepulti pudenda non publicanda, cum à Sem & Iaphetæ poterunt operiri.

Prou. *Melior eſt reprehenſio manifeſta* [ ore ad os loquentium *quam abſ condita amicitia*.

*D.Thom. 2.2.q.33. art.7.*

Ergò ita quoque cum Potentibus procedendum videri poſſit, ex mente D. Thomæ; qui tamen ſubijcit; *Niſi vel peccata ſint publica vel ex eis paretur offenſa proximorum corporalis ; ſpiritualis: & maximè in caſu hæreſi.*

3. Publicè tandem incorrectum, *Ouid.1. Metam.*

* 3. *Publicè tandem &c. Extremis morbis extrema remedia.*

*Cuncta priùs tentanda, ſed immedicabile vulnus*
*Enſe recidendum*

Peccata Herodis publica publicè argui poſſunt, cum priuatim arguiſſe nihil profuit, maximè cum nihil periculi à ſubditorum ſeditione formidatur.

1. Timoth. 5. *Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.*

Matth. 18. *Si frater tuus non audierit*, nec te, nec duos, quos tecum ſecundò adhibueris; tandem *dic Eccleſiæ*, id eſt propriè congregationi fidelium, q. d. publica tunc peccatum eius vel apud cœtum fidelium, vel apud Iudicem legitimum, qui Eccleſiam repræſentet.

Coram, ſi fieri poſſit;

Publicè pro concione etiam, maximè præſente & audiente ſi fieri poſſit, Herode, vt à Baptiſta factum liquet ex modo loquendi in ſecunda perſona *Non licet tibi &c.*

Si autem Iohannes non poſſit Herodi coram & publicè dicere *Non licet tibi &c.* vel quoniam Herodes rarus eſt in concionibus, vel quia Iohannes non eſt proprius Herodis aut Curiæ concionator, & putat veri ſimiliter à quibus oporteat, Herodi non ſatis dici publicè & corã *Non licet tibi &c.* videtur etiã tunc poſſe publicè abſẽtis Herodis adulteria, & *omnia mala quæ fecit*, corripere, quoniam etiam ſic ſperatur Herodes etiam abſens auditurus.

*Peruenit ſermo* Ionæ *ad Regem Niniue*, etſi non corã

Rege

Rege Ionas dixiſſet, *adhuc 40. dies &c.* ſed in media vrbe.

Habent enim Reges, vti longas & multas manus, ita & aures: ad ipſos qui audierunt, audita referunt, vt etiam ſic abſentis publica correctio poſſit prodeſſe, maximè cum multi Iohannes, ille in Iudæa, alter in Galilæa, tertius in Samaria, ſimul eadem Herodis crimina inſectantur. Magna vis publici pudoris.

* 4. *Modus* quoque dicendi obſeruandus, vt ſit
- 1. *Placidus,*
- 2. *Seuerior tandem.*

**3. Et dicendi quidam modus.**

* j. *Placidus* primum. *Quid vultis*, ait Paulus, *in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* **1. Cor. 4. Placidior primum.**

Pſal. *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me.*

Pſal. *Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio*

S. Ambroſius homil. 67. *In timore autem id fiat, nec ſine indiuidua eius comite miſericordia.*

D. Bernard. ſerm. 2. de Reſurrect. Dom. *Eme à Domino moderatam correptionem, quia omninò quoddam bonũ & datum optimum eſt, & quod habeant pauci.*

D. Franciſcus c. 7. reg. *Cauere debent Miniſtri Prouinciales, ne iraſcantur & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira & conturbatio, in ſe & in alijs, impediunt charitatem.*

Cic. lib. 1. off. *Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt neceſſariæ: in quibus vtendum eſt fortaſſe & vocis cõtentione maiore, & verborum grauitate acriore. Id agendum etiam eſt, ne ea facere videamur irati: ſed vt ad vrendum & ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi raro, inuitiq; veniamus: nec vnquam niſi neceſſariò, ſi nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul abſit: cum qua nihil rectè fieri, nihil conſideratè poteſt. Magna autem parte clementi caſtigatione licet vti, grauitate tamen adiuncta, vt & ſeueritas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atque etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum*

***eſt ipſius cauſa, qui obiurgetur, ſuſcepium eſſe.***

Idem lib. de Amicitia. *Omnis hac in re habenda ratio & diligentia: primùm, vt monitio, acerbitate: deindè vt obiurgatio contumelia careat.*

Stobæus ſer. 11. *Oratio libera ex animo ingenuo, & veritatis ſtudioſo procedit. Vtêris autem ipſa citra culpam, nõ exiſtimando, ipſam eſſe reprehenſionem & conuitium in quemuis abſque delectu: ſed quorum refert; quibuſque de rebus; idque ſuo tempore; & loco; non ſine adſtantium vtilitate adloquendo.*

Et cur, Humanu animus & maximè Regum, generoſus eſt, ducique & exorari mauult, quam trahi. Preces amat, odit imperia.

Delicatis ſunt Reges tàm auribus quàm oribus. Itaque quidquid eis traditur Muſicè pænè tradendum eſt; propemodum veritas, vt antidotũ amarius, propinanda, ſaccaro primùm condienda

Seneca in procemio ſuaſoriarum. *Apud bonos etiam Principes, admonendi libertas verbis placidis temperanda eſt.*

D. Gregor. in illud Iob, quis dedit gallo intelligẽtiam; *Pro qualitate audientium, formari debet ſermo Doctorum*

Nec timidè, nec tumidè.

Ne, vt Diogenes, faſtum Platonis alio faſtu.

D Gregor. *Leuis ſibilus equos mitigat, ca[illegible]ul[illegible]s inſtigat.*

Vt popiſmis & pænè adulationibus, equorum generoſiſſimi cicurantur; & vnicornis ſinu virginis capitur; ſic potentiorum animi temperatis monitionibus.

*Fiſtula dulce canit volucrem dum decipit auceps.*

*Neſcit ineſcare homines ſannio.*

Cur enim qui gerit cum vitijs bellum, ſit ſæuior milite qui cum hominibus? aut cur immitiùs agat charitas cum amico & fratre, quàm capitale odium Ducis, cum hoſte?

Quis miles, antè quaſſare murum cępit ariete, qui præmiſſo tubicine aut tympaniſta, obſeſſos ciues ad pacificam deditionem ſolicitauerit?

cõte-

Tamerlanes ipſe, quamlibet Scytha, triplici idcircò tentorio totum triduum vtebatur. Nota eſt hiſtoria. Primo ſcilicet omnẽ clementiam deditis promittebat.

*ij. *Seuerior*, poſtquam ille placidus nihil effecit. **Tandem ſeuerior,**

Pro materiæ duritie, non vides maiore vi in incude perſonare ictus malleatorum?

Ferrum ferreis malleis procuditur; cera verò tenellæ ductiliſq; naturæ digitis informatur.

*Argue* (inquit Paulus hunc ordinem ſpectans) id eſt ratione, & leniter oſtende, in quo vel populus, vel Herodes peccet; indè, *obſecra* blandiſſimè, per vulnera Chriſti, per viſcera miſericordiæ Dei &c. vt ſe corrigant; tandem *increpa* & obiurga pertinaces.

Dominus Deus hoc ferè nobiſcum ordine; *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo & abſorbebo ſimul.* Iſai. 42.

Prouerb. 2. *ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram.*

Hac non ſucceſſit? alia adgreditur via. Ergò cum manna nihil profuit; tam virga Moyſi adhibenda.

Cùm oleo fruſtra tentatum eſt; vinum Samaritani in vulnera ſuperfundendum eſt.

D. Bernardus ſer. 44. in Cant. *Si viderit ſpiritualis medicus, illum qui vulneratus eſt, id eſt, qui peccauit, blandis aut lenibus hortamentis, quæ in eum prærogata ſunt, minimè emendatum: magis autem fortè etiam abutentem ſua manſuetudine, & patientia negligentiorem fieri, & in peccato ſuo etiam ſecurius obdormire, fruſtrato tam ſuauium oleo monitorum: oportebit ſanè mordacioribus vti medicamẽtis, & vinum compunctionis infundere, duris videlicet cum eo increpationibus atq; inuectionibus agere, & ſi cauſa requirit, & duritia tanta eſt, etiam cenſuræ Eccleſiaſticæ baculo percellere contemtorem.* Poſt vnctiones, vſtiones. Vt gallus profundioribus horis noctis, valentiores ac productiores edere cantus ſolet; cum verò matutinũ tempus inſtat, leuiores & minutiores; ita nobis tantò altiùs fortiùſq; in homines inuehendum, quo abeſſe longius à luce Virtutis videbuntur.

Et certè, quod non tangit, ferè non angit; quod non angit parum agit; nec ſatis operatur, quod vix ſentitur.

Ferè quo amariora catapotia, & quo vrentiora emplaſtra, hoc ſalubriora.

Lucret. lib. 4.
*Præterea quæcunque ſuo de corpore odorem*
*Exſpirant acrem, panaces, abſynthia tetra,*
*Abrotoniq́ue graues, & triſtia centaurea.*

Ariſt. problemat. ſect. 23. q. 41. *Humor dulcis lauare poteſt, amarus purgare, atque abſtergere.*

*Geneſ.* Vt Loth generis ſuis viſus eſt ludens loqui; ſic nos ſæpè, cum leniter in vitia ratiocinamur, abſq; duriore temperatura.

D. Cyprian. ſer. 5. de lapſis. *Aperiendum vulnus eſt & ſecandum, & putredinibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur, & clamet licèt, & conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias aget poſtmodùm cum ſenſerit ſanitatem.*

*Charlatans.
Cynicos nos, & canes vocet licèt, vocet * Ceretanos, vt vt libet; quid ad nos, dummodò canum inſtar dormientes excitemus, dum medicas quoque linguas geramus.

Sal terræ non ſumus, niſi etiam vrimus, niſi pungimus.

*Conuerſus ſum in ærumna mea* (ait peccator quidam) *dum configitur ſpina.* Pſal.

Sentiat ſe ſpina & aculeo noſtro aliquis configi, faciliùs conuertetur.

Non facilè incitaueris equum tardum aut aſellum, niſi acutè diſſimulaueris.

*Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.*

Non placebimus? At *confuſi ſunt, qui hominibus placent, quoniam Deus ſpreuit eos.*

Modò *hominibus quæro placere? an Deo?*

## III.

Herodem primum
*Quo modo, & vbi Herodem Iohannes corripuerit.*

His corripiendorum Potentum artibus præiuit Baptiſta

tiſta haud dubiè, maximus corripiendi artifex, etſi(vt ferè tales omnes) infæliciſſimus, mundi cenſura. Sed, *careat ſucceſſibus opto,* — priuatim admonitũ à Baptiſta,

*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.* — *Ouid. ep. Heroid.*

*1. *Nam certa* reprehendit. Lippis iam & tonſoribus notum erat Herodis cum Herodiade adulterium, nota reliqua eius mala; in eum *pſallebant, qui bibebant vinum.* — *Pſal.*

Pueri qui nondum ære lauantur, in compitis, in tonſtrinis, in popinis, tota vrbe opprobrioſè decantabant.

* 2. *Occultè* primùm & præſentem Herodem reprehendit.

Iſte enim enunciãdi modus, *non licet tibi habere, &c.* manifeſtè indicat a Iohanne Herodem coram nominatimque reprehenſum. Secundæ perſonæ vſus eſt ad præſentes, vel in apoſtrophis ad quaſi præſentes.

*D. Chryſoſt. homil. 16. ex varijs in Matth.* putat ſecretam fuiſſe correctionem & priuatam.

Nathan certè venit ad Dauidem in Curiam: Elias quoq; nonnunquam ad Achabum.

4. *Reg.* 1. Elias rurſus ad Ochoziam Regem, qui ipſum comprehendere tentârat, vltrò adijt, eoq; morbo, quo iam tenebatur, eò quòd de recuperanda valetudine, conſultum Deum Accaron miſiſſet, prædixit moriturum.

Sed, an id Iohannes in Herodis Curia, an verò in deſerto ſuo præſtiterit, non habent Euangeliſtæ; opiner tamen magis, & veriſimiliter ſatis, in deſerto.

* 3. *Quod* Iohannes à ciuium turmis & ciuitatibus abhorruerit, & quòd, vt ad eum turbæ, Publicani, & milites (Luc. 3.) in deſertum ſolebant confluere, ita & Herodem vel nouitatis, vel imitationis pietatis popularis, vel certè ſalutis ſtudio, vel quaſi in otij diuerſorium, deſertum aliquandò adiſſe credibile ſit, carpento cum ſua Herodiade & filia vectũ, vt Eremitam fama celeberrimum ſaltem audiret. Itaque Iohannẽ occaſione hac vſum concione finita, ad Regem iſſe reuerenter, ſeduxiſſe, ſolique dixiſſe hæc aut ſimilia; — Apparenter in deſerto, — Ex Regia curioſitate,

Crede

Crede mihi (ſereniſſime Rex) rectà is te perditum. Nã *non licet tibi habere vxorem, &c.* Quæſo te, per ſalutem tuam, dimitte illam, & redde Philippo fratri. Ni feceris, coget me officij mei ratio, aliquãdo ſeueriora, & ſeuerius in te dicere &c.

Vbi, vbi, corripuerit Herodem Iohannes; tamen conſtare poteſt ex Euangelio, ſæpiuſculè ab Herode Baptiſtam auditum. *Herodes* ait Marc. c. 6. *audito eo multa faciebat.* Quî poterat Rex multa facere Ioannis dictamine, niſi multoties & de multis illum diſſerentem audiſſet? Item; & illud; *libenter eum audiebat.* quis non intelligat de eo, qui crebrò illum ſoleret audire?

**Ex Marci phraſi,** *ij. *Quod Marcus* c. 6. loquens de captiuitate Iohannis, non ſimpliciter cum Matthæo c. 14. dicit *tenuit Iohannem, & alligauit eum, & poſuit in carcerem*, vel cũ Luca c. 3. *incluſit Iohannem in carcere*, quæ poſſint ſignificare, hominem domi, & in Curia Regis inuentu, liberiùs regiæ Maieſtati quaſi inſultantem, detentum fuiſſe, & barathro domus Regiæ incluſum; ſed, ne hoc putaremus, dixit, *miſit ac tenuit Iohannem; miſit* (inquam) quaſi ad abſentem, & ad eum, qui ſe in ſuo deſerto liberiùs monere auſus eſſet, ſatellites, qui vinctum ad ſe ex deſerto in curiam pertraherent, vndè & Eraſmus vertit Marci 6. *Herodes miſſis ſatellitibus manus iniecerat in Iohannem*, non enim mittuntur ſatellites, niſi ad abſentes.

**Ex Chriſti verbis,** *iij. *Quod Chriſtus* Iohannem variè dilaudans, ſic ait de illo? *Quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt,* quaſi inſinuans illum nunquam in Regia fuiſſe, aut eſſe commodè non potuiſſe, ob cultum corporis tam diſſimilem, & à Curiæ cultu tantoperè abhorrentem.

**Ex ſuſpicione literarum aut legationis.** *iiij. *Et quis* ſcit, an non Iohannes, cum in Curiã ex deſerto ad Herodem prodire ipſe nollet, vel literas de ea re, vel legationem, id eſt diſcipulum vnum aut alterum (vti paulo poſt ad Chriſtum.) ad Herodem deſtinarit? Agere enim id rectè dicitur quiſque, quod per legatos facit.

Quam-

Quamquam tandem, nihil nouum aut inſolens, Eremitani de deſerti ſui latebris in lucem, in vrbes, in Curias erumpere, in ſalutem Regum, populorum, rebus alioqui deſperatiſſimis.

Me certè (vt hoc poſteritas ſciat, & ſaltem mortuo benè precetur) ex monaſterij mei latebris, Romam vſq; pertraxit, ad Paulum V. ſtudium ſalutis publicæ, & maximè Belgij mei, diuturnitate ciuilium bellorũ pereuntis, miſeratio: quo fructu, partim videmus & ſciemus poſteà pleniùs. *Anno 1606. ætat. 45.*

*3 *Publicè* tandem, & coram multis, cum Regem videret inemendatum. **Tandem etiam publicè.**

Diuus Chryſoſtomus homil. in illud, Modico vino vtere, *Iohannes* (inquit) *corripuit Herodem in medio foro* (id eſt, vt ego opinor, loco publico) *& frequentia populi apertè &c. idque diſcretè, & ſingulariter, non confuſè; non enim dicebat; Iniuſtum eſt, ſi quis ducat vxorem fratris ſui; vel, quiſquis &c. abſque figura & verborum inuolucro*, deſperato ſcilicet priuatæ monitionis fructu.

Quaſi dicat Chryſoſtomus; non generatim, ſed in indiuiduo, ipſi Herodi aut adſtanti aut iuxta ſedenti pro concione, videti audientiq; aiebat, *nõ licet tibi &c.*

Neq; id ſemel, ſed fortè aliquoties inculcabat. Illud enim (*Dicebat*) mihi ſonat, quantum ſi dixiſſet, *dicere ſolebat.*

Neque de vno duntaxat inceſto adulterio ita Regem corripiebat, ſed *de omnibus* quoq; *malis quæ fecit Herodes.*

D. Bonauent. in c. 3. Luc. *Quia publicè peccabat, publicè arguebat.*

Vbi ergò mihi illi ſunt, qui in genere, & terminis (vt ipſi loquuntur) generalibus, volunt vitia etiã publica maximè potentiorum, reprehẽdi, vel ſic (opinor) dicendo, *Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt*; non ad graduum, aut dignitatum diſtinctionem deſcendendo; vel, ſi ad gradus dignitateſq; deſcenditur, nullam vnquam perſonam nominando, aut ſic deſcribẽdo, vt nominata videri poſſit.

*Subpri-*

*Subprimit Orator, quæ ruſticus edit ineptè*, inquiunt. Nam etſi rarò, eſt tamen aliquando Iohannizandum, & diſtinctè inuehendum, ſic dicendo, *Non licet tibi ô* Rex, ô Conſul, &c.

Iſaias c. 1. dicens *Omne caput languidum, & omne cor mœrens*, nonne Ordines Reipublicæ diſtinctos notabat.

Et ibid. *Principes tui infideles, ſocij furum, &c.* nonne rectores ipſos populorum taxabat euidenter?

Sed & nomen quandoque ipſum aut exprimi poſſe, aut ſignari, hoc vnum Baptiſtæ factum ſatis oſtendit.

*Nemini* enim *dici, quod omnibus dicitur*, recte aliquis dixit.

Vt in domibus nobilium, ſeruorum nullus fere oſtium eſt clauſurus, cum omnibus claudi imperatur; ſic in Eccleſia Dei, vix quiſquam vitam emendaturus, cum vitia hæc & illa nimium indiſtinctè reprehenduntur.

Omnes adeò vitia noſtra palpamus, vt de nobis dicta, ad alios pertinere velimus, & quaſi aliò remittamus, ac velut in orbem.

Ad concionem ſic plerique, vti ad aquam benedictam, confluimus, ſi quis effusè illa reſpergitur, ridemus; nos vix gutta adtingi velimus.

Caligulæ vox iſta non admodum à veritate aliena, qua dixit, *Reip. expedire, facta quæque poſteris tradi, vt improbi, famæ metu, talia declinent.*

Cur publicè corripiendorũ potentum præſentia optanda.

Notandum verò Herodem à Baptiſta non niſi præſentem eſſe correctum, primò clam, deinde palam, ne temere in abſentes nominatim debacchemur, maximè Potentes.

Si res poſcit aliquos diſtinctè notari, ſatiùs ipſis audientibus fieri.

* j. *Incorruptior* enim, id eſt, nec aucta, nec diminuta, intrat vox viua in cor ipſius delinquentis, audita & hauſta non ex ore referentis, ſed ipſius autoris, ne iraſci temerè poſſit.

* ij. *Fortior* quoque eſt, & plus habet energiæ, vel

ſenſu

ſenſo Æſchinis, qui oratione Demoſthenis Rhodi recitata vel laudata, dixit, *Quid ſi audiſſetis ipſum ſua verba reſonantem*: Vt Virgilij verſus ab ipſo prolati, planè maſculi, ab alio quouis elumbiores; ita & noſtræ cōciones. *D. Hieronym. ep. ad Paulinum de omnib. diu. hiſt. libb.*

* iij. *Minùs offendit*, propter candorem & conſtantiam reprehendentis. Nam in abſentes vibratę nominatim reprehenſiones, aliquid ſimile detractionibus habent.

*iiij. *Plus prodeſt*, propter pudorem peccati hinc maiorē.

* v. *Deinde ſæpè fit*, vt in abſentes torta, nunquam ad ipſos ne relatu quidem perueniant. *Peruenit* tamen aliquando *ſermo Ionæ ad Regem Niniue*.

Cæterum, rebus valdè deſperatis, & ſcabioſis illis rariſſimè, aut nunquam, ad conciones prodeuntibus, acceſſumq; ad ſe, etiam per literas nimis difficulter præbentibus, aut accedentes monendi cauſa, ludibrioſè & ridiculoſè excipientibus, videri poſſit, Baptiſtis plus aliquid tum licere, tolerabileſq; eſſe tunc abſentum taxationes ſale conditas, nec omninò ferè inutiles, quòd fama inuectiuarum eiuſmodi in tale vel tale ſeu Herodis, ſeu Achabi peccatū frequentiùs vibratarū, latere Herodem aut Achabum ferè non poſſint, & ſiniſtræ hinc famæ timor poſſit aliquando corrigere: Chriſtus certè de Herode abſente ait, *Dicite vulpi illi, &c.*

Iſaias: *Principes tui infideles, ſocij furum, &c.* Et, *Dominatores eius iniquè agunt, &c.* Et, *effæminati dominati ſunt eis.*

* 4. *Placidè etiam initio,*

D. Chryſoſtom. homil. 16. varijs in Matth. Iohannes Herodem (inquit) *monitis, non accuſatione pulſauit*, principiò ſcilicet, cum priuata illa lenique correptione correctum iri Regem adhuc ſperaret. *placidè primum;*

Lenitatem indicant verba Matthæi c. 14. & Marci c. 6. *Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi, &c.* Dicebat, hoc tantum; id eſt monebat, orabat mutare mē-

tem &c. epichriſta, & circumlitiones veluti quaſdam adhibebat.

Manna primum, & oleum offerebat.

Blandè, ante duram murorum quaſſationem, ad deditionem ſolicitabat.

Tandem ſeuerius.

*5. *Seueriùs* tandem, cũ vnctiones nihil profuiſſent. Lucas c. 3. dicens, *Herodes cum corriperetur ab illo de Herodiade &c.* corripiendi verbo aliquam contentionem verborum atq; acrimoniam monitionis inſinuat. Et, quis dubitet, ſummum dicendi artificem, gratia non natura nec arte factum, extremis morbis extrema adhibuiſſe remedia, & vim obſtinati in Herodiadem amoris vi ſeueriſſimæ repræhenſionis, conatum eſſe repellere?

Luc. 3.

Qui *genimina viperarum* turbas ſimpliciores, & non longe ab innocentia, circumfluentes, *vt baptiſarentur ab ipſo*, appellabat; quâ ſeueritate putatis duriſſimæ ceruicis Regem publicè adulterantem tandem, cum leuitate nil profeciſſet, excepiſſe? Iam non amplius erat vox, ſed acerrimum tonitru Iohannes in deſerto. Tonabat, fulminabat &c.

Tarditatem inuectiuæ, grauitate compenſauit.

Laconicè quidem, ſed neruoſiſſimè, *Dicebat enim,*

Marci 6.

*Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Nam,

Breuis Baptiſtæ oratio quam neruoſa & fæcunda.

*j. *Damnat* Herodem adulterij gemini; Nam appellat Herodiadem adhuc *vxorem*, non viduam, Herodis autem vxor prior tum adhuc ſuperſtes; Itaque erat coniugati cum coniugata commixtio, adulterium duplex. Q. d. Non te pudet alterius maritum, cum alterius vxore libidinari? Quid faciat cœlebs, & qui nondum matrimonij iugum induit? *Bibe aquam de ciſterna tua*; ſine ſe polluant foris, qui domi non habent, etſi & illi quoque mortis ſunt rei.

*ij. *Damnat inceſtus*, quoniam Herodes & Philippus, cuius vxor erat Herodias adultera, fratres erant; Itaq; Herodes Herodiadem affinitate adtingebat; *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Q. d. Vt adulterium vitare non poſſis, & potiùs nolis, ſaltem cum omnino aliena, non cum fratriâ leuis, miſcereris. Inceſtus enim

nim, eſt conſanguineorum & affinium, prohibito gradu, commiſtio, & adulterio eſt grauior. Non pudet Regem inceſti concubitus?

* iij. *Poligamia* quoque accuſat, dato quòd prior Herodis vxor tum etiam ſupereſſet; & conceſſo, quòd Herodias non eſſet vxor, nec Philippi fratris, nec cuiuſquam omninò, ſed Herodis tantum huius *quia duxit eam.* Q. d. Non licet tibi duas ſimul vxores habere. Tantumne otij Regi, tanta mole negotiorum pænè oppreſſo, aut tam parùm curæ eſſe res regni, vt duabus vxoribus ſeruire etiam poſſit, cui ab vnica negotij abundè eſſe poſſit?

* iiij. *Scandali* omnem occaſionem vult tolli. *Non licet*, inquit, *tibi habere eam*; non ait, non licet amare; Nam amare, aliquid obſcurum eſt, nec omnibus notum; atque, vt notum ſit, ambiguam poteſt interpretationem pati, dextram, ſiniſtram; Amari enim poteſt fratria a leuiro tam benè quàm malè;

Nec ait, *Non licet tibi adire eam*, in eius ipſius Curia, aut ab illa te adiri permittere, & venientem viciſſim in Regiam tuam admittere; Nam talia, quæ vrbanitatis ac neceſſitatis prætextibus poſſunt obumbrari, nec adeò proximum peccato habent periculum, forſitan diſſimulâſſet; ſed *non licet habere eam*, non potes alterius maritus vxorem alterius, & fratris tui, domi alere procul à marito, thalamo eodem recipere, quod peccati publica ſuſpicione, & periculo quotidiè peccandi non caret. *Non licet* omninò tibi ô Rex *habere eam. Securis ad radicem poſita eſt*, ab Iohanne.

Vt nihil fuiſſet Herodi cum Herodiade fœdi commercij, tamen illi ſuæ vxoris repudiatori alterius, & quidem fratris, & inuiti, & minimè eam dimittentis, vxorem, domi apud ſe retinere non licebat; *non*, etſi pater ipſe Herodiadem filiam, à Philippo marito, propter neſcio quam inter ipſos ortam diſſenſionem, abſtractam, illi dediſſet. *Quod enim Deus coniunxit*, non poteſt homo ſeparare, nō pater ipſe. *Propter hoc*, id eſt & ꝓpter maritū vxor, & vir propter vxorē *relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit ille vxori ſuæ, illa viro ſuo.* *Matth.*

Vt enim intactum habuiſſet, dabat tamen populo vehementem aliter ſuſpicandi opinionem. Ad virum & Dominum ſuum, fuerat remittenda. Inuito Domino, *non licet tibi habere eam alienam.*

*Væ mundo à ſcandalis.*

*Væ ei, per quem ſcandalum venit.*

Viderint ergo, qui contra canones & bonam conſuetudinem, fœminis domi cohabitant, ſacerdotes, & cœlibes ſpontanei.

*Profuerit legere D. Chryſoſt. ſer. quòd regulares fœminæ viris cohabitent; item, cont. Concubinarios.*

*Cyprianum de ſingularitate prælatorum.*

*Ioann. Boſſemium de eodem argumento.*

Mutuum enim adire & adiri, minus ſcandalizant, quàm domi mulierem habere.

**periculoſius, Herodiadẽ domi haberi, quã foris eſſe,**

Periculoſius quoq; eſt habere domi Herodiadem, quã adire illam, aut adiri ab illa, cum maiorẽ præſtet peccandi occaſionem libertatem, ac facilitatem.

Nam obiectum perpetuò præſens potentiæ, ſi non ſemper, tamen ſæpiùs fortiùſque potentiam irritabit, quam re abſens, & duntaxat cogitatione repræſentatum.

**Et cur,**

*Horat. in Arte.*

*Segnius irritant animos demiſſa per aures,*

*Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

Domi habendo, perpetuum eſt videre & videri, audire, & audiri, &c.

Singulis pænè momentis, ac ſenſibus ſingulis, vt oculis, a formæ aſpectu; auribus, à Syrenaicæ vocis aut cantus auditu; ore ab oſculis, adloquijs, &c. peccari poteſt domi habendo; adeundo, non item.

Etiam, *In præteritum luxuriantur opus.*

*Corn. Gallus aut quiuis alius inter op. propertii.*

Alius, etſi *illam abſens auditq; videtq;*, nõ tamẽ adeò frequenter, nec tam efficaciter.

Deindè, ab aditu mutuo earum, quæ domi non habentur, terrent, ſpectatores, vicini, vulgi fama, dies, Luna illuſtrior, &c.

*Virg. Æneid.*

Item abſentia fortuita illius, qui vel quæ aditur, aut fores clauſæ, aut baculus alicuius è ſeptem fratribus illis riualibus, ſiue alijs amatoribus, pro foribus

bu

bus conſtitutus, anticipationis argumento, voluntatem peccandi poſſit retardare, quod non accidit habenti domi ſuam Herodiadem.

Denique, locorum diſtantia, mora itineris poſſunt, propter magnam illam humanę voluntatis mobilitatem, nonnunquam efficere, vt malum non fiat, quod conſtitutum eſt: *Differ, habent paruæ commoda magna moræ*, aitille. *Ouid.*

Quiſquis domi Herodiadem ſuam habet, mòx vt voluit, fecit. dictum, factum.

Draco itaq; Athenienſium legiſlator optimè quoque, quum ſtatuit, *curatorem, cum pupillorum matre non habitare.*

Fuga opus eſt, victoriam peccati carnis adfectanti. Neruoſiſſimè igitur Iohannes, cum dixit, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.*

Fœlix qui eadem auſit, & ſic poſſit.

Sed Iohannes Phœnix fuit, non modò viuendi genere, ſed & dicendi. Conemur tamen quà poſſumus, imitari, ac ſequi vel a longè.

*Eſt aliquà prodire tenus, ſi non datur vltra.*

Si æquare, nedum ſuperare, non poſſumus; ſaltem veſtigijs inſiſtamus.

## ECHO CONCIONIS VI.

THEMA. *Cum autem corriperetur Herodes ab illo, de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit.* Luc. 3.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum,

Dicendũ hodiè mihi:

1. *Iohannem Bapt. fuiſſe Concionatoribus optimũ;*
2. *Vndè potuerit Iohannes, homo tam ſolitarius, omnia Regis peccata tam diſtinctè reſcire;*
3. *Quæ ſingulariter peccatis potentiorum accedunt.* AVE.

I.

*Iohannem Baptiſtam fuiſſe in Concionatoribus optimum.*

Illi optimi Concionatores cenſendi, qui finem ſuũ optimè attingũt,

Vt Cicero Latinorum Oratorum, Virgilius Poëtarũ Princeps extitére; ſic Iohannes noſter (Auditores) Cõcionatorum fuit; ſed & quotquot, pari cum illo via, proceſſerunt aut procedunt, videntur mihi in optimorum Concionatorum claſſe numerandi.

In omni enim rerum genere, illæ omninò optima putantur, quæ optimè finem, propter quem ſunt, conſequuntur.

Sed Iohannes horſum venerat, *vt pararet Domino plebem perfectam*, vt *faceret aſpera in vias planas*, & populo bearet in Cœlo & in Terra, vel potiùs beatitudini aptaret.

Et nos quoque *tendimus huc omnes*, aut huc diuinitus inſtituti ſumus.

*Aſpera* autem *in vias planas* non fiunt melius, neque compendioſius peccata de medio populorum euellitur, quam Seueritate, Acrimonia & Ordine, poſt vitæ Sanctitatẽ, quam in Iohanne ſummam fuiſſe, iã proximis retrò diebus, copioſiſſimè oſtendimus.

Quod ſit ſeueritate & acrimonia,

Iohannes aũt & acriter & ordinatè proceſſit. Ergò An non Sal illud optimum, quod maximè ſalſum & mordax, ad putredinem iam ſubortam ſiſtendam, & arcendam illam quæ poſsit ſuboriri?

Lima nonne quo mordacior, hoc melior? Rubiginem enim, quã debet, talis facilius pleniuſq; detergit.

Gladius ferreus an non aureo melior hoc adſpectu? Non enim vt diuitem faciat eum, qui illo vtitur, gladius inuentus eſt, ſed vel vt defẽdat ab hoſte, vel hoſtem offendat; vtrumq; autem melius ferreo, quam aureo conſequimur. Ergò, verè illa meliora, quæ aptiora ad ſuũ finẽ. Seueritate verò acrimoniaq; cõcionũ plures emendari, quã blanda indulgentia, quis neſciat?

Aquarum ad lotionem optimæ, quæ amariſſimæ (vti heri ex Ariſtotele docebamus) vt contra ad potionem optimæ quæ dulciſsimæ.

Iohannis autem acrimoniam videte nunc mecum. Prima vox eius de Pœnitentia, & de Pœnitentiæ d…

Do…

nis fructibus fuit. Altera de ſecuri ad radicem poſita.

Deinceps, genimina viperarũ hos & illos appellat.

Nullius qualiacũq; peccata diſsimulabat, nõ Regis adulteriũ, non reliqua eius mala: neminem intactum, ſi peccaret, relinquebat. Alta illi cum hominibus ipſis pax, bellum cum vitijs acerrimum.

Ordinem verò, quo proceſsit, quis non putet longè optimũ? A minimis, ad maximos peruenit, ſ. per gradus, ab imis ad ſumma. Cũ benè Publicanos, milites, meretrices &c. corripuiſſet, tandẽ in ipſam quaſi peccati arcẽ, ad ipſum Regem peruaſit, Herodem de Herodiade corripuit, dicens *Non licet tibi habere &c.* **Et apto ordine,**

Canem primum coram Leone verberauit, vt eſt in prou. Vt populi ita ſecum argumentarẽtur; Ita Reges flagellat Baptiſta? Ita cum illis nihil diſsimulat? ita Regibus non licent adulteria? &c. Væ igitur nobis homuncionibus.

Deinde, cum videret, quod ſæpè *miſeros facit populos peccatum*, non tantum ſuum, ſed etiam alienum, & maximè Regum (vti ex recenſione populi, per Dauidem imperata, liquet, cuius occaſione, tot hominum milia peſte triduana proſtrata ſunt) ſicq; vt eſt in prouer. *Unus peccatum ſuis dependit*, &, *patres comedunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt;*

*Quidquid delirant Reges, plectuntuntur Achiui.* **Horat.**

Cum deniq; intelligeret, de corrupto aut correcto Rege, totam populi vel ſalutẽ vel ruinam pendêre, rectè bonoq; ordine (vt compendio totam Iudæam reformaret, vt ſordidiſsimum illud Augiæ ſtabulũ perpurgaret, & viam Domino bonus præcurſor pararet) ad Regẽ Herodem, totamq; eius Curiam ſeriò increpandam, & ad regulam reuocandam, animũ cõuertit. **A plebecula, ad caput tranſitu facto,**

Ad radicem potiùs, quã ad ramos ſingulos putauit ſecurim conferendam, ſi vellet arborem illam peccati tolli, quæ ſic totam Iudæam obumbrabat.

Ad Regem, & ad Regiam, quaſi ad totius mali & ſcandalorum fontem, non ad exiguos riuulos aut plebeculam, putauit obices aggereſque omnes ſuos cõferendos.

Si cuius fluminis multicipitis varia oſtia aut varij riuuli, agrum, meſſem, paſtumque omnem ſternerét, velles autem pro viribus, inaudationem illam late graſſantem coercere; an ad riuulos ſingulos obicibus claudendos te conferres operam multam perditurus, an verò ad alueum ipſum ac fontem, vndè tota illa vi aquarum erumpit?

Hoſtem latè depopulantem vis breui ſuperari? arcem ipſam, & belli ſedem inuade. Exercitum vno gladij ictu vinci? cum Iuditha caput capitis, id eſt Holofernum pete, & obtrunca. Capita papauerum decutiens olim Tarquinius Superbus id ſignabat.

Hominem vis citò mori? caput tantum & cor pete. Regnum & regiones vis ad bonam frugem redire aut Abbatiam? Reges reforma.

Fruſtrà fecerit ſapiens per plura, quod facere poſſit per pauciora.

Regnum peccati per omnem Iudæam volebat Iohannes euerti? Vno velut ictu totum radicituſq; ſubuertebat, Regiam Herodis corruptiſſimam, & Regē ipſum machinis acrium reprehenſionum quatiendo, & dicendo, *Non licet tibi &c.* & corripiendo *de omnibus malis quæ fecit*, tam priuatim, & domi, quàm publicè, militiæ & fori.

E cuius vnius vel morbo vel ſanitate, tota Reſp. vel ægra vel ſana,

Integros & totos populos ſimul & ſemel ſanat, qui Regem vnum ſanat.

Non calicem vnum, vni ſanando propinat, ſed publicum fontem ſalutiferum facit, qui Regem bene inſtituit.

Vt maius malum eſt, publicum fontem, ex quo omnes aut bibunt, aut cibis coquendis hauriunt, quam vnius poculum inficere; ſic latiùs patens bonum eſt, Regem, quam quoſuis è plebe reformare.

Pro capitis bona aut aduerſa valetudine, reliqua membra ſe habent.

Vt vno admiſſo abſurdo, multa ſequũtur abſurda & amuſſi aut regula, ad quam omnia diriguntur, ... curua manente, nil niſi curuum faber facit; ſic ...

Reg

Rege,in ſuo errore,derelicto,multorum errorem populorum conſequi neceſſe eſt.

Fides,Moreſque quilibet,facilè popelli *ſubeunt animos*,tam *magnis autoribus*.

Benè formandi,aut reformandi Regis vnius labor, ad vnum aut paucos pertinet quidem , ſed fructus meſſiſque ad omnes redit.

Regis inſtructio publicum bonum,

Exemplo enim Regum imprimis, tam hi quam illi corriguntur,

Deindè à benè formatis Regibus,ſubditi habentur humanius.

Denique,diuinitùs ob peccata Regum non feriuntur &c.Itaque ſapienter Plato in Siciliam ad Dionyſium formandum nauigauit

*Vide Plutarch tom. 2. moral. tract. quod ſit philoſophandum cum Regibus.*

*Item Mazarinum quendam ſcriptorem Italum in pſal. 50. diſcurſu 10. & 12. cuius loca notare potui Romæ , legere autem omnino non potui.*

Vt medicus prudens oculum ſanare malit, qui pro multis videat,multoſque cuſtodiat; ſic philoſophus & Eccleſiaſtes bonus,promptior erit ad curandum animum eius , quem pro multis procurare videt , & qui debeat multis ſapere , philoſophari & iuſtitiam colere.

Hortulanus ſtudioſius radicem , quam ramos irrigat.

Peritus quoque aliquis aquæ inueniendæ & conducendæ (quod de Hercule, & multis veteribus narratur) non tam libenter in deſerti angulo , in vſum pauculorum,fontem aperire conabitur, quam fluuios perennes,ad vrbes illuſtres Romam , Florentiam, Antuerpiam,aut in arces,hortos,lucoſue regios deriuare.Vult ſcilicet, bonum ſuum eſſe ſui maximè diffuſiuum,& patere latiſſimè.

Ita & philoſophus, aut Eccleſiaſtes publici boni ſtudioſus,malit Rege vno auditore vti, quam populo alioqui multo, non ex ambitione , ſed amplioris vtilitatis cupiditate , quæ vnius illius reformationem

Itaque ei ſtudioſius vacandū Concionatorib⁹.

eſt conſequutura.

Qui Principem vel vnicum format, is ſimul ac ſemel velut publicè, & coram toto regno philoſophatur, in ampliſſima Academia; qui autem coram populi etiam grandi multitudine, is velut vnius aut paucorum puerulorum eſt pædagogus; id eſt, Regis vnius benè ſapienterque inſtituti vtilitas ad plures perueniet, quam multorum è populo æquè diligenter inſtructorum.

Igitur Baptiſta noſter Eccleſiaſtes ſanè eximius, qui omnia in aduentum Chriſti reformaturus, Regē ipſum & Curiam, quouis Augeæ ſtabulo ſordidiores, conatus eſt perpurgare, corripiens Herodem non modò adulterij cum Herodiade, ſed *de omnibus* etiam *malis* cæteris *quæ fecit*.

Ergò quo Iohannes pede & ordine, illo nos Eccleſiaſtæ etiam procedamus, audiamuſque nonnunquā, quod *Rex Syrus* aliquando *præcepit Ducibus equitatus ſui, dicens; Ne pugnetis contra minimum aut contra maximum, niſi contra ſolum Regem Iſrael* Achab.

1. Paral. 18.

Plerique tamen multi multò aliter. In plebeculam enim & creberrima & vrgentiſſima fulmina torquent; in Potentes ne gry quidem, aut dumtaxat placentia. Itaque, quo loco ſit Reſpub. & Eccleſia videmus. Sed hæc alias.

II.

*Vndè potuerit Iohannes homo tàm ſolitarius omnia Regis peccata tàm diſtinctè reſcire.*

Sed veſtram fidem! an non miramini Auditores, vndè, aut quà Baptiſta hic noſter, homo eremita, in terra deſerta, & maximè inuia, iam tot annos abditus, nulli pænè cognitus, quam ſibi & Deo, nullumque pænè cognoſcens, omnia hæc ſcire potuerit? *Cum corriperetur Herodes ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit*, ait Euangeliſta.

Luc. 3. Mirabile hominē Eremitā multa tāque diſtinctè ſciiſſe.

Vndè enim tandem ille didicerat, Herodem Regem adulterum fuiſſe?

Vndè adulteræ nomen? *Cùm corriperetur* (ait Lucas) *de Herodiade*, non de anonyma quadā & ſibi ignota.

Vndè, concubinam illam Herodis non fuiſſe liberam, ſed coniugatam? *De vxore alterius* inquit *corripiebatur Herodes*

Vndè, fuiſſe illam vxorem fratris Herodis? *Cum corriperetur de Herodiade vxore fratris. Dicebat enim; non licet tibi habere vxorem fratris tui.* *Luc. 3.* *Marc. 6.*

Vndè, fuiſſe Philippi, cum Herodi alij quoque fratres eſſent?

Vndè, cætera Regis facinora? Nàm Lucas ait, ab illo correptum Herodem non modo de adulterio, ſed, & *de omnibus malis quæ fecit.* *Luc. 3.*

Notat enim ille diſtinctiſſimè
- 1. *Adulterium;*
- 2. *Inceſtum;*
- 3. *Nomen proprium*
  - 1. *Adulteræ;*
  - 2. *Mariti eius;*
- 4. *Gradum affinitatis*, eſt inquit vxor fratris.
- 5. *Totam Regis vitam*, & eius (vt ſic vocem) legendam, plumbeam certè non aureã. Quidquid peccauit, arguit.

Vndè tandem, Eremitæ huic tàm diſtincta Regis, & rerum Curiæ maximarum cognitio?

Rimatus omnia, tandem putem, cognoſcere potuiſſe, vijs, quas nunc ponam.

Scire hæc potuit Iohannes, vel
- 1. *Spiritu Prophetiæ;*
- 2. *Viſu ipſo;*
- 3. *Confeſſione Regis publica, aut conſultatione;*
- 4. *Delatione priuata vnius boni viri, vel paucorum.*
- 5. *Publica vulgi fama.*

Scire autẽ potuit, vel 1. Spiritu Prophetiæ.

* 1. *Spiritu Prophetiæ*, quo multa docentur Prophetæ, vel iam præterita ad reprehendendum, vel alioqui futura ni obſiſteretur, ad impediendum.

*2. Reg. 12.* Nathani Prophetæ adulterium homici-

micidiumq́; Dauidis iam ſatis pridem commiſſa, nec vlli adhuc cognita, Deus reuelare debuit profectò, & reuelauit, cum illum monitorem ad Regem deſtinauit.

Nec crimina dumtaxat ipſa reuelauit, ſed & pleraſque eorum circumſtantias. Ait enim.

Ibid. *Tu enim feciſti abſconditè, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis.*

Et, *Vriam occidiſti*, & quidem, *gladio filiorum Ammon.*

4. *Reg.* 1. Elias diuinitus iuſſus eſt occurrere nuncijs Regis Ochoziæ proficiſcentibus ad Beel-zebub Deū Accaron, ſcitatum eius oracula, de Regis vel morte, vel conualeſcentia, & ſic increpare: *Numquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beel-zebub Deum Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus; De lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris.*

4. *Reg.* Eliſæus, Deo reuelante, didicit, Giezi ſeruum ſuum, à Naaman principe militiæ, ſtolas accepiſſe, quas ipſe Eliſæus, antè ſibi oblatas iam reſpuerat, vt auarum caſtigaret.

Non videns, vidit Giezi fraudulentam auaritiam.

*Iohan.* 4. Samaritana ipſa vim illam in propheta agnouit, cum (poſtquam Chriſtus & quot maritos habuiſſet, & qualem nunc haberet, & quæ hactenus ipſa geſſiſſet, ipſi coram veriſſimè enunciaſſet) ſubdidit; *Domine, vt video, Propheta es tu.*

Huc facit, quòd qui poſtea propheta dictus fuit, antè *Videns* adpellabatur (1. *Reg.*) quòd multa alijs ignota peruideant.

Iohannes igitur homo plus quàm propheta, ſpiritu prophetiæ etiam potuit iſta omnia, ad reprehendendum, peruidiſſe.

**Ouidius.** *Sæpè* etiam in ſimilibus, *eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,*

*Sedibus æthereis ſpiritus ille venit*, cum Potentum pecca-

peccata reprehendimus.

* 2. *Viſu ipſo*, vel cum Herodes ipſe ad Iohannem in deſerto concionantem audiendum, cum ipſa Herodiade non tam regni, quam regij cordis regina, & filia Salome communibus delicijs, carpento ſimul vecti ventitarent, cultu vtrimque meretricio, & planè alio, quam Regem ſeneſcentem iam, & ipſam Herodiadem iam annoſiorem (vtpote Salomes iam ſaltantis, & viro maturæ matrem) deceret, & oculis plenis adulterij (vt loquitur D. Petrus.) **2. Adſpectu,**

Ornamenta enim certè nimia, & luxus ille veſtium, ferè vbique hactenùs veriſimile impudicitiæ argumentum. **Cum videret cultum vtriuſq; meretriciũ;**

Ouidius datis legibus cultus temperati, ſubijcit,

*Cætera laſciuæ faciant concede puellæ,*

*Et ſi quis malè vir quærit habere virum*; id eſt, luxum permitte meretricibus, & ſeminaribus. ***Ouid. lib. de arte.***

Claudiam Quintam (vel vt alij, Quintiam) matronam Romanam, dubiæ famæ fuiſſe refert Liuius, nulla quidem reddita cauſa; ſed Ouidius apertè indicat, id à cultu nimio maximè illi accidiſſe. ***Liu. dec. 3. lib. 9.***

*Claudia quinta genus Clauſo referebat ab alto,*
*Nec facies impar nobilitate fuit.* ***Ouid. lib. 4. Faſt.***
*Caſta quidem, ſed non eſt credita, rumor iniquus*
*Læſerat, & falſi criminis acta rea eſt.*
*Cultus, & ornatos variè fudiſſe capillos,*
*Obfuit, ad rigidos linguaque prompta ſonos.*

*Volaterr. lib. 17. comment.* vrbanorum etiam dicit fuiſſe propter mundiorem cultum, & addit ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſam.

D. Magdalenam idcircò tantum habitam dictamque peccatricem quidam opinantur, quòd luxu veſtium fuerit nimium conſpicienda.

Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi. *Ludo*, ait, *& admiror veterem Lacedæmoniorum ciuitatem, quæ ſolis meretricibus floridas veſtes, & aurum mundum, geſtare permiſit, à probis mulieribus mũdi ſtudium auferens, quod ſolis meretricibus ſe ornare concederet.*

Non enim dumtaxat verba ipſa, & voces ſeu hominum

num ſeu brutorum, earum, quæ ſunt in anima, paſſionum vel conceptionum ſunt notæ, ſed & ipſi nutus, geſtus, actiones, & alia ſigna permulta, vndè & illud; *nutu ſigniſque loquuntur.*

*Ariſtot. 1. perierm.*

*Ouid.*

*Qualis* enim *vnuſquiſque eſt, talia loquitur & operatur,* ait Ariſt.

*Matth. 2.*

*Ex abundantia cordis os loquitur,* & geſtus & cultus erumpunt Ipſe etiam *inceſſus enunciat de homine.*

Deindè; Forſitan non modò Herodes prodibat comtus vt fæmina, Herodias ornata vt meretrix, ſed etiam oſcula inuicem publicè in rheda intemperanter miſcebant. Quidni? Solent enim huiuſmodi nullo Sacramentali vinculo coniugati, minùs pudoris publicè exhibere, quàm quos Deus legitimis nuptijs coniunxit. Publicè enim procari, ſuauiari, & cætera, neſcio quæ agere & pati, nihil illos pudet, quæ caſti coniuges vix inter thalami cortinas auſint.

**Fortè & intempeſtiua oſcula,**

Ex his autem facilè eſt cuiuis mediocriter prudenti, & emunctæ naris homini, diuinare, tam de adulteris, quam de legitimè coniugatis.

Sed Baptiſta noſter repletus Spiritu ſancto iam ex vtero matris ſuę, ex prudentiſſimis & naſutiſſimis fuit. Ergò, ex cultu vtriuſque, oculorum inuicē vibrationibus, & oſculis quæ dari inuicem coram ſe, & accipi videbat, potuit non difficulter coniectare, legitimo coniuges illos non eſſe.

**Vel cum in Curia fortè verſatus eſt,**

Vel; cùm Iohannes fortè in Curiam, ad Regem videndi illius cupidum, vel accitus, vel ſponte ſua (vt Philoſophi) docendæ regiæ familiæ cauſa, aut liberis regijs pædagogum diarium præſtiturus venit, certus non vacare maxima vtilitate, ſi optimus quisque

*Os tenerum pueri balbumq́ue Poeta figurat:*
*Torquet ab obſcænis iam nunc ſermonibus aurem:*
*Mox etiam pectus præceptis format amicis,*
*Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ;*

**Quod omnino non decet ſanctos,**

aut Regi ipſi ac Reginæ, conſilia ſalutaria, præclaraq́ue exempla daturus, & Euangelium iam

in po-

in populis pullulans, etiam in Curia diſſeminaturus, lectione atque expoſitione ſcripturarum; tum potuit audiſſe & vidiſſe, quæ poſteà tam diſtinctè reprehendit.

Quidni? An non & alius aliquis ex priſcis illis ſanctis viris, nunc huic, nunc illi Domino ſe vendebat, vt per occaſionem ſeruitij, Chriſtum totis familijs imprimeret?

Nam etſi; tàm Iohannes quàm Elias *prandebit olus patienter*, tamen & adeſſe aliquandò & *Regibus vti*, liceat, imò & deceat, non vt, Ariſtippi inſtar, ibi paraſitando vnctè & lautè viuat, bibatque, ſed vt, pro paraſito doctorem, monitoremque ſincerum ac ſeuerum præſtet.

Omnia enim cum abundè habeant Potentes, vnũ hoc ferè nõ habẽt, nempè qui ipſis verũ dicat. Ex eremo, ex monaſterio eſt ipſis in Curiam importandum. Imò eſt aliquandò neceſſarium,

Cic. lib. 1. off. *Præclarè ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolùm nati ſumus.*

Ibid. *Homines hominum cauſa eſſe genitos, vt ipſi inter ſe alius alij prodeſſe poſſent.*

Idem lib. 3. de Finibus ſub Catonis perſona. *Cùm autem ad tuendos conſeruandoſque homines, hominem natum eſſe videamus: conſentaneum eſt huic naturæ, vt Sapiens velit gerere & adminiſtrare Rempub.* id eſt, aliquid ſaltem agere, aut aliquid de ſuo remittere, Reip. bono, vt eſt, ex Eremo & ſolitudinis paradiſo, in oppidum velut carcerem prodire, ad concionandum, docendum, monendum &c.

Cic. lib. 1. off. *Veri inueſtigationis ſtudio à rebus agendis abduci, contra officium eſt.*

Quod eſt contra ſedentarios illos quietis ſuæ adſectatores, qui *Philoſophos ad Rempub. ne acceſſuros quidem putant, niſi coactos.* Cic. 1. off.

Cic. orat. pro Sext. de Epicuro. *Sapientem omnia ſua cauſa facere, Rempub. capeſſere hominem benè ſanum non oportere.*

Id enim eſt nimium ſe & ſua quærere, & philautia illa laborare. Quod nolle, eſt ni-

Id, eſt

mis phi-
lauti e[illegible]e;
*Iud.9.*

Id, eſt cum Liua, de regno lignorum tẽtata, reſpõ-
dere; *nunquid poſſum deſer[illegible]e pinguedinem meam, qua &*
*Dij vtuntur, & homines: & venire, vt inter ligna promo-*
*uear?*

V[illegible]l cum ficu; *N[illegible]mquid poſſum deſerere dulcedinem*
*meam, fructuſque ſuauiſsimos, vt ire, & inter cætera ligna*
*promouear?*

Vel cum vite; *Numquid poſſum deſerere vinum meum,*
*quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera pro-*
*moueri?*

Scilicet, ipſorum ſenſo, *Benè qui latuit, benè vixit.*
Ouid.

*Ouid. lib. triſt.*

*Nec vixit malè, qui natus morienſque fefellit.* Horat.

*Horat. l. 1. ep. ep. 17. ad Scæuā.*

*Vide Plutarch tom. 2. moral. libello, An benè dictum ſit*
*latenter eſſe viuendum.*

Id eſt fugitare laborem, ſectari vmbras & otia, cha-
ritatis totius eſſe expertem, nulloque ſenſu fratern[illegible]
ſeu boni ſeu mali tangi.

Id eſt, inſtar ſimulacri muti, in ſua quaſi baſi ſem-
per hærere.

Id eſt nimis rigidè illud Chriſti de Magdalena, in-
terpretari; *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

Audiendum nonnunquam & illud eiuſdem, *Nemo*
*accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper cande-*
*labrum, vt omnes qui in domo ſunt lumen videant.*

Baptiſta igitur noſter, fortaſſis aliquandò ex[illegible]
Eremi paradiſo egreſſus, in Curiamque ipſam Hero-
dis, charitate hinc educente & illuc introducente [illegible]-
greſſus, ibique aliquot vel horis tantum verſatus, [illegible]-
dere illic potuit Herodem cum Herodiade aliter, qu[illegible]
maritaliter, & laſciuiùs (vt tales ſolent) ſe gerentem;
videre ibi potuit & audire, quæ noluiſſet; vidit non
Curiam ſed merum lupanar, non aulam ſed caulam
arietum & hircorum, vel aram malorum & ſcelerum,
vel haram ferè dixi porcorum.

*Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt*; Herodia-
dem Herodes, in menſa, coram filia impudenter o[illegible]-
culabatur &c. Itaque oculatus aurituſque iam te[illegible]
ad[illegible]

adulterio ſimilis vitæ, probabiliter adulteros eſſe argumentatus eſt, auſuſque eſt candidè Regi dicere; *Non licet tibi habere eam.*

Ita demum ex Eremo erumpere vtile eſt.

*Theodoret. l. 4. c. 34.* Iſaacius Eremita Valenti Imp. Arriano aliquando ad bellum in Gothos proficiſcenti, eremo egreſſus obcurrit, & frænum equi tenens, *Quo pergis* (inquit) *qui contra Deum rebellaſti, & à Deo deſertus es? Hos enim Barbaros contra te excitauit, ſicut tu contra Eccleſiam Catholicam, Hæreticorum linguas acuiſti. Ceſſa ergò, & Catholicis Eccleſias redde, vel ex prælio nunquam viuus reuerteris.* Dictum factum. **Et contra ſanctiſſimorum exempla.**

*Idem lib. 4. c. 24.* Aphrates monachus, cum audiſſet...hæreſeos Arianæ peſtem in ciuitate Antiochena graſſari, relicta ſolitudine, in vrbem properauit. vbi cum in ipſum Imp. Valentem incidiſſet, interrogatus, *quid monachus in vrbe faceret*, reſpondit, ſe veniſſe, vt pro eius oraret imperio, quod quidem, quamdiu licuit iuxta monaſticum morem, in eremo fecit; at ſicut iuuencula aliqua in thalamo paternarum ædium ſedens, ſtatim vt audiret inferius eſſe aliquos, qui ignem ſummitterent, ſi prudens & prouida eſſet, hùc atque illuc concurſaret & flammam extingueret: ſic *te* (inquit) *ô Imperator, in domum Dei, quæ eſt Eccleſia, hæreſis flammam immittente, mearum partium eſſe iudico, priuatæ contemplationis ſtudijs relictis, incendium hoc, ſi poſſum, obprimere.*

Plato deſertis tantiſper Academiæ ſuæ gymnaſijs, in Siciliam ad Dionyſium nauigauit, ſperans ſe cõſecuturum, vt Dionyſius ageret omnia decretis philoſophiæ, & ijs quaſi legibus vteretur, eaque factis repræſentaret, ſed Dionyſium inuenit inſtar libri cuiuſdam, in quo quæ ſcripta ſunt, rurſus expungi ſolent, iam maculis & ſordibus refertum, neque tincturam tyrannidis dimittentem, quam temporis longinquitas impenetrabilem iam, indelebilemque reddiderat.

Si Dioni tamen Plato manſiſſet incognitus, non

fuiſſet Sicilia liberata.

Frequenter, & Sacerdotes pios, & Concionatores doctos in Curijs Regum verſari, è re eſt & Regũ & regni, ſed Concionatores fortaſsè magis. Nàm etſi Sacerdotes bona à Deo non ſibi tantum & ſuis, ſed in commune omnibus ciuibus ac Regibus maximè precantur, vndè & honorem ipſis haberi oportet, non tamen illi neque Deum neque Diuos faciunt bonorum largitores, ſed cùm tales ſint, ille natura, illi gratia, eos obſecrant; Concionatores autem ſancti, aut Philoſophi ſolide Chriſtiani, cum Regibus verſantes, iuſtiores faciunt eos, moderatiores & ad beneficentiam propenſiores. Quocirca nunquam ſatis poſſint honorari.

**3. Ex ore ipſius Regis,**

* 3. *Confeſſione Regis publica*, aut conſultatione. Notum eſt, eos, qui vndique veniebant ad Iohannem baptizandi, ſolitos fuiſſe peccata confiteri.

*Et Marc. 1.* **Qui morẽ confitẽdi peccata, ante baptiſmum Iohannis, ſequutus,**

Matth. 3. *Tùnc exibat ad eùm Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabãtur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua*; non modò generatim, ſed & ſpeciatim quædam, quæ indicabant & grauiora, & ſibi vſitatiora, vt Publicani & meretrices turpe ſuum quæſtum; milites impietates ſuas, & ruſticorum concuſſiones &c.

Certè iam olim apud Iudæos erat in vſu quædam confeſſio licèt non qualis nunc noſtra, ſed publica, cum Pontifex adducebat hircum execrabilem, & ipſe confitebatur peccata ſua, & populus cum eo, quæ in hircum omnia transferebantur.

Paulus Palatinus in hunc locum Matth. 3. *Nec mihi eſt incredibile* (inquit) *multos auditorum Iohannis peccata ſua publicè confeſſos*: Quid enim non faceret, aut non impetraret ab auditoribus ſanctitas tùm conſpicua Iohannis forſitan iàm tam id ſuadentis, vt ſic quoque pararet viam Confeſſioni paulò pòſt à Chriſto inſtituendæ?

Qualis qualis confeſſio illa tunc baptizandorum fuerit, nonnulla certè fuit, vt: grauiter ſe in Deũ peccaſſe, vitæque correctionem, & de commiſſis pœnitentiam

tentiam profitendo, vt inſinuat Heſſelius.

*Iohannis Heſſelius in c.3. Matth:*

Gregorius quoque Nazianzenus inſinuat, in primitiua Eccleſia aliquam ante baptiſmum confeſſionem præmitti ſoluiſſe.

(Qui mos etiã olim in Catholica).

Greg. Naz. orat. 40. in ſanctum baptiſma. *Ne peccatum tuum confiteri graueris, ſciens quo pacto Iohannes baptizauerit: vt per huius vitæ pudorem, futuri ſeculi pudorem ignominiamque fugias (nam hoc quoque ſempiterni illius ſupplicij pars eſt) ac perſpicuum facias; te ſeriò atque ex animo peccatum odiſſe, dum illud tamquam contumelia dignum traducis, ac velut ludibrio exponis, de eoque triumphum agis.*

In qua opinione ſe fuiſſe ſatis oſtendit Iacobus Billius, qui eam orat. latinè vertit, aut certè is, qui notas ad eam marginales fecit, cùm ad illa Gregorij verba poſuit in margine (*Confitebantur baptizandi.*)

Ne verò opinaremur; Gregorium intelligere de confeſſione implicita, id eſt, ea, qua nos peccatores ſummatim atque vniuerſim confitemur, illo ipſo facto, quo ad Baptiſmum peccati remedium accedimus; etiam Nicetas, qui Gregorium pænè paraphraſticè interpretatur, hic vſus eſt verbo expromendi, quo ſignificari videtur expreſſa oris confeſſio. *Ad hæc* (inquit) *cum exploratum habeas eos, qui à Iohanne baptizabantur; id in more poſitum habuiſſe, vt peccata ſua confiterentur, fac tu quoque peccata tua expromas &c.*

Neque tamen idcircò credendum, confeſſionem illam, ſi qua tunc ante baptiſmum fuit, fuiſſe partem Sacramenti Pœnitentiæ, aut abſolutionem, quæ noſtræ datur, obtinuiſſe, non; quoniam Baptiſmus liquidò eſt ianua Sacramentorum, nec vllum ritè cuiquam diſpenſatur ante Baptiſmi ſuſceptionem; ſed fuiſſe noſtræ confeſſioni Sacramentali ſimilem, tùm qua auricularis eſſet & ſigillata, tum qua ex contritione aut adtritione ſaltem procedere illum oportebat, tùm denique qua remiſſionem illorum quoque obtinebat, nõ per abſolutionem, ſed per lotionem, ſeu baptiſmi ſuſceptionem.

**Etiã ſua, baptizari volens, confeſſus eſt,**

Herodes ergò Iohannis tàm libens auditor, & qui *audito eo* tàm *multa faciebat*, forſitan etiam baptiſmum ipſius cum cæteris ſuſcipere geſtijt, itaque & peccata ſua, cæterorum more, maximè adulterij huius cum Herodiade fratris ſui Philippi vxore publicè confeſſus eſt; ſed quòd aliter vitam inſtituere nollet, neque vellet Herodiadem dimittere, meruit fortè baptiſmũ ſibi à Iohanne denegari; vel, ſi fortè etiam baptizatus eſt, pactus antè, mòx à Baptiſmo Herodiadem abacturum; fortè iterùm ad Iohannem in deſerto concionantem audiendum auſus eſt cum ſua eadem Herodiade, nondum iuxta pactum dimiſſa redire.

**Sed non deſeruit;**

Iohannes igitur obſtinatè adulterum eſſe illum hinc facilè intellexerit, & cum qua, & cuius vxore.

Quid opus Iohanni fuit alio indice, quum habuerit confitentem reum?

**Vel de illis sũmũ caſuũ Cõſcientiæ Doctorẽ Baptiſtã, alias conſuluit,**

Vel fortaſſis (quidni enim in re tàm dubia ſæpè dicam fortaſſis?) nobis aliquando alia ex alijs diuinanda, vti & in ſequentibus, cum de Herodiadis inſidijs agendum erit;) fortaſſis inquam & ipſe Herodes furijs ſcelerum ſuorum agitatus, ad Iohannem, vt maximum tùnc Caſuum Conſcientiæ Doctorem venit, proponens pleraque mala ſua, & inter cætera adulterium hoc ſuum, & cum qua, & cuius vxore, & quomodò per dolum abrepta &c. & quærens, an in eo perſeuerans ſaluus eſſe non poſſit, ac tùm Iohannes reſpondens, dixerit priuatim, *Non licet tibi &c.* periſti ni Herodiadem dimiſeris.

Quidni noſtrum hoc fortaſſis hic admittatur?

**Vti & alij multi.**

Multi enim ſanè alij ità ad Iohannem conſulendũ acceſſerunt, cùm de ſecuri ad radicem poſita, & ſempiternis ignibus ſermonem habuiſſet.

Luc. 3. *Interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergò faciemus? Reſpondens autem, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c.*

*Venerunt autem & Publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil ampliùs, quàm quod conſtitutum eſt vobis faciatis.*

*Interrogabant autem eum & milites dicentes : Quid faciemus & nos ? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris.*

Quidni & Herodem etiam ſic ad illum acceſſiſſe opinemur, multa de multis, ex illo Nauarris omnibus doctiore Caſuita, quærentem & conſulentem?

Nàm quandò tandem, aut vbi, potuit Iohannes Herodem *de omnibus eius malis arguere*, vti feciſſe dicit Euangeliſta? vbi, & quando potuit Iohannem Herodes tam ſæpè & tàm *libenter audiſſe*? vbi, & quandò potuit tam *multa* ex eo didiciſſe, quæ *audito eo faciebat* (quæ omnia autores habent Euangeliſtas) cùm tamen ſola adulterij diſtincta & expreſſa reprehenſio memoretur, ſi non Herodes aliquando (ſicut nunc diximus) cum Iohanne, de caſibus & crucibus Conſcientiæ ſuæ, conſultarit? Egò certè arbitror conſultaſſe. Quod vltimū etiā valdèprobabile.

Iohannes ergò hac quoque via, potuit adulterium hoc, & omnes eius circumſtantias, & cætera Herodis ſcelera didiciſſe, vt ſic tàm diſtinctè deindè de omnibus priuatim publiceque, loqueretur.

Sed ais, non decuiſſe nec potuiſſe Iohannem, quæ hac via cognoſſet, publicare.

Reſpondeo, publicam fuiſſe illius temporis confeſſionem vt antè dixi. Iohannem itaque nil niſi in iam publicata & nondùm emendata, rectè declamaſſe.

Item; Eum qui rem vnam duplici via cognorit, nempè Conſultationis ſub bonæ fidei ſigillo, vel Cōfeſſionis etiam Sacramentalis; & deindè etiam via Publicæ confeſſionis, poſſe de re illa, nulla neque confeſſionis, neque confeſſi iniuria, loqui tota libertate, de vt re alia quacunque.

Item; Herodem cùm ex Iohanne multa de ſe diceret, quæreret; fidem ſilentij non poſtulaſſe.

4. Delatione priuata,

* 4. *Delatione priuata* vnius boni viri, vel paucorum.

Forſitan vir bonus quiſpiam è multis vnus (& quis ſcit, an non Philippus ipſe, vim hic a fratre paſſus? vel forte prima vxor, quã ſceleſtus ob pellicẽ vnam repudiarat?) ad Iohannem venit, ſcelerum omnium, & maximè adulterij huius fidelis narrator, cui Iohãnes fuerit beneuolus & attentus tanti ponderis rerum auditor.

Vel Philippi fratris,

Quis ſcit, an non ita ille ad Iohannem? Ah! Pater ſancte, quam nùnc omnia peſſum eunt! quanta toto Galilææ regno morum corruptela! *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.*

Vel vxoris iam ab Herode repudiatæ,

Vel cuiuſcunq; viri boni, apud Baptiſtam de Rege cõquererẽtis.

Quomodò enim aliter accidat? Nàm etiàm ipſe Rex noſter Herodes, manifeſtarius eſt adulter, & quidem proh pudor! cùm coniugata: cum affini, cum vxore ſcilicet fratris ſui Philippi Herodiade, exemplo ſanè peſſimo. Res enim adeò publica eſt, vt vel pueruli in officinis de eo garriant & paſſim cantillent.

Neque ea res in Dei offenſa, & infirmiorum ſcandalo conquieſcit; etiam ea res in regni, noſtrique ruinam, & meram oppreſſionem euadit.

Tributa ſcilicet tributis idcircò adiunguntur, imperantur, extorquentur.

Illam enim Herodiadem, & filiam eius Salomen, ita domi Rex habet in delicijs, vt in luxum conuiuiorum prolixorum, & quotidiè repetitorum, in ludiones, in cytharædos, in choreas, in Caruas nihil ſatis eſſe poſſit. Indicas aurifodinas ea vita poſſit exhaurire.

Pſal. 44.

Pſal.

Procedit adultera quotidie *in veſtitu deaurato* & quotidie nouo; *circumamicta varietatibus* &c. *filia eius circum ornata vt ſimilitudo templi*. In luxum, illum quaſi in baratrum, tributa quæ pendimus, totumque ærarium inexplebiliter effunduntur. Succedunt interim exactiones exactionibus, noſtris non parcentes

qui ſic profundunt ſua, nec finis ſua profundendi, ſic ſemper ſperantibus aliena.

Milites interim, quibus dixiſti, vt viuerent *contenti ſtipendijs ſuis, neminem concuterent, nulli calumniam facerent*, Deus bone! vt nos habent! vt concutiunt! vt deuorant!

Nam quî aliter? Stipendia illis nulla. Omne enim, quod ex tributis aurum, in ſtipendia militiæ Martis colligitur, in ſtipendia militiæ impuræ Veneris, diſſipatur. Dùm miles eſurit, Herodes cum illis ſanguiſugis ſuis & noſtris ebrius eſt.

Militem interim quis fame mori iuſtum putet? In nos ſupra tributa omne nutriendi quoque militis onus, viribus certè noſtris grauius, recumbit; liberis interim noſtris quotidie in agro ſudantibus, & fame morientibus. Ah! *pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius!*

Nec de his quidem ſecurè cuiquam noſtrum licet vel verbulo muſsitare, metu tyranni, cui nihilo plus eſt ciuem, quàm pullum trucidare! O quot ille iam innocentum mortibus habet cruentatas manus! Paſsim cruces; paſſim rotæ; paſſim diſſecta innocentum membra pendent tabo fluentia.

*Pater mi, currus Iſrael & auriga eius*, & Regni & Regis miſerere. *Si quid potes* (potes verò multum) *adiuua nos*, & Regem, & Regnum.

Regem, vt illum adulterij adeò publici, vel clam vel palam pro tua ingenti tàm prudentia, quam dicendi in vitioſos omnes libertate & iure) corripias, *ne ipſe, & gens tota*, tanto impudicitiæ exemplo, *pereat.*

Regnum, vt porrò deſinat Rex regere illud in virga ferrea, aut cædere ſcorpionibus; incipiat vel tandem regere in virga filiorum; temperet a tributis adeò grauibus exigendis; militi aut fame morituro, aut noſtra inedia victuro, ſtipendia deinceps numeret; à cædibus & nobilium & innocentis plebeculæ abſtineat; reddat denique quam obpreſſit libertatem. Si vis, potes.

Hæc vnus potes, aut nullus.

Vides enim quam te iã & libenter audiat, & quàm multa te audito faciat.

Eià Sancte pater, etiàm hic noſtri miſerere, hic oſtende & quàm benè plebi velis, & apud Regem quid poſſis. Hic demum oſtentanda potentia eſt.

Hæc & ſimilia, vel vir quiſpiam bonus, vel multi, vel Philippus Rex, vel prior Herodis vxor, apud Iohannem dicere potuerunt.

An aliquandò liceat vni de proximo male loqui, & alteri audire,

Neque tamen narrator, neque auditor turpitudinis alienæ, peccauerunt, quoniam vterque (ſaltem Iohannes) zelo charitatis & correctionis Herodis, ille dixit, iſte audiuit.

Non enim ſemper in vitio eſt, qui de proximi vitijs vel narrat vel auſcultat.

Fiunt enim quædam in ſpeciem mala, tamen benè, & magno merito, vt contra ſæpè fiunt bona malè, vel cum peccato, vel nullo merito.

Videndum enim hic {
1. *Cui dicatur*;
2. *Qua fini*.
}

*1. *Cui dicatur*, An ei qui mederi velit, aut poſſit: tùm enim, niſi aliundè actus ille vitietur, potiùs fieri videtur cum merito, quàm cum peccato.

* 2. *Qua fini*, an {
1. *Infamandi*;
2. *Conſolandi ſui*;
3. *Corrigendi*,
}

* 1. *Infamandi*, & detrahendi, vel ex odio, vel ex inuidia, vel ex maledicentia mera; tùm enim grauiter, & ferè immedicabiliter, in charitatem peccatur.

* 2. *Conſolandi ſui*, vel animi leuitate, vel linguæ mobilitate; tum pro qualitate dictorum, grauium vel leuiculorum, vel grauius, vel lenius peccatur.

* 3. *Corrigendi errantem*, & ſeruato ordine; tùm id gratiam habet, ſi non apud homines, certè apud Deum; quo fine, qui de Herode apud Iohannem, quæ ſupra diximus, dixere, dixiſſe credibile eſt, vti ego

nuper

nuper Romæ apud Paulum V. multa & grauia eadem fini.

Et profectò, expedit omninò aliquos eſſe, qui hoc ſtudio vitia Reipublicæ ad Cenſores & correctores Eccleſiaſtas deferant, ipſoſq; Eccleſiaſtas nonnunquam ex alijs oportet ſciſcitari, quæ vitia in illis aut vrbibus aut locis regnent, in quibus Conciones ſunt habituri, quum vbique ipſi ad reſciſcenda & ſpectanda oculis omnia pręſentes eſſe non poſſint, vt ſingulis quibuſq; locis congrua importet argumenta, quaſi medicamenta.

**Conſiliū Reip. ſalutare.**

*Sanctus quiſque Prædicator prius in Auditoribus ſuis qualitatem vitæ conſiderat, & tunc demum ad erudiendum cōgruam vocem Prædicationis format. Non enim vna eadēque cunctis exhortatio conuenit: quia nec cunctos par morum qualitas adſtringit*, ait prudentiſſimè Gregorius.

*D. Gregor. in illud Iob. 38. Quis dedit gallo intelligentiam.*

Eccl. 11. *Priuſquam interroges, ne vituperes quemquā: & cum interrogaueris, corripe iuſtè; Cum interrogaueris*, inquit, *corripe*, & quidem *iuſtè*, id eſt vel ſeuerè nulli parcens, vel cum moderamine inculpatæ cenſuræ.

Niſi enim vel bonus quiſpiam vitia maximè reprehendenda ſpontè deferat, vel ipſe Concionator diligenter illa exploret, pugnabit ſæpè quaſi in incertū, & quaſi aerem verberans, cum in vitia declamabit.

Taxabit illic incognita ſcelera, notiſſima & vſitatiſſima ſilentio præteribit. Notabit auaritiæ prodigos, auaros prodigalitatis &c. *adpinget fluctibus aprum*, vt quidam loquitur.

*Horat. in arte.*

Vt inſtitoris eſt, ſcire, quæ quibus locis & nundinis optimè vendantur; alioqui enim fruſtra, in Iudæam aut ad Iudæos aget venales porcorum greges, quibus Iudæi omninò non veſcuntur; aut tincturas, & peregrinos cultus Lacedæmonem inuehet; cum Lacedæmone nullę, præter meretrices, fœminæ illis vtantur; ſic ante omnia fuerit prudentis Eccleſiaſtæ, nôſſe, quæ in quibus locis peccata vigeant, niſi velit ſæpè Sodomis in Simoniam otiosè declamare, prætermiſſis non nominandis Sodomorum turpitudinibus; Ie-

roſolymis verò, in conſeſſu Sacerdotum templi Salo-
monis agens, omiſſa Simonia & columbarum fœdi
venditione, Sodomiam, quæ ibi nulla ſit, irritis co-
natibus flagellare; aut Spartæ, vbi nulla ſunt adulte-
ria, in adulteros multa & ſæpè dicere &c.

Vt *Non omnis fert omnia tellus* mercimonia; ſic nec
peccata.

Pro morborum, aut vlcerum varietate, varietas
medicamentorum neceſſaria, ne vno collyrio, (quod
prouerbio dicitur) omnium æquè oculi inungantur.
Sed de his ſatis. Vt autem demus eos, qui apud Ioan-

**Auditor detractoris poteſt aliquãdo eſſe ſine culpa.**

nem ita de Herode loquuti ſunt, detrahendi magis,
quam corrigendi ſtudio, loquutos; non ideò tamen
Iohannes illorum auditor culpandus, qui ſcilicet au-
dierit, ſtudio aliquando opportunè corripiendi Regis
& corrigendi, & malum benè bonus acceperit. Sini-
ſtra datum, dextra excepit.

Sed & notandum, quamquam *calumnia conturbat
Sapientem*, & malorum non infimum eſt detractio, &

**Ex detractione multum boni,**

ſparſio vocum in vulgum ambiguarum de vita pro-
morum, maximè eorum qui nobis imperant; Deum
tamen ſapientiſſimè magnum illud malum eſſe per-
mittere, illoque vti optimè, vt ſic multos alioqui lon-
gè extra officij aut ordinis ſui metas progreſſuros, re-
metus linguarum maledicarum & malæ famæ conti-
nent, vel iam terminis egreſſos, egredi compellat, &
velut redigat in ordinem, Concionatoribus hinc oc-
caſionem in perſonas infames publicè declamitandi
arripientibus.

Morborum enim corporis, cum multa ſint reme-
dia; morborum animi, vnum & pænè ſolum eſt, oratio

**Plut. tract. de vtilitate ab inimicis capienda. Diog. Laert. l 6. de vit. Philoſ.**

libera.

Diogenes, ſenſo meo, non malè, quum aiebat, *opus
eſſe homini, aut fidis amicis, aut acribus inimicis*, quod
fidi amici moneant liberè & candidè, inimici acriter
darguant & repræhendant, vtriq; nihilominus oc-
auſam emendandi ſui, præbeant. *Ex Plut. & Laertio.*

Cic. in Lælio. *Scitum eſt illud Catonis. Multo melius
quibuſdã acerbos inimicos mereri, quã eos amicos, qui dulces
vide-*

*videantur: illos verum ſæpè dicere, hos nunquam.*

Is canis fortaſſis Domino ſuo commodior, qui ſæpiſſimè temerè, in amicos æquè vt inimicos latrat, quam qui ſemper mutus ſit, & ſilentio ſuo familiæ proditor: commodior rurſus, qui ſomnos Domini non rarò vanis latratibus interturbat, quam qui nūquam ne Caco quidem ipſo domum ſuffodiente, & auerſos boues in ſuum antrum pertrahente; ſic inimicus & Momus, nihil non mordens & carpens, mihi vtilior, quàm blandiſſimus quiſque amicorum, nihil non laudans aut diſſimulans. **Et ab inimico plus quam ab dulatore**

*Amyclas ſilentium perdidit*, quibus plus profectò profuiſſet, ſemper, vti priùs, fruſtra ciues ad arma panicis terroribus & clamoribus vanis, quaſi hoſte portis imminente, citari, quàm dum omnis nulla certa cauſa clamor edicto prohibetur, ne tum quidem clamatum ad arma fuiſſe, quum iam verè victor hoſtis intrabat.

Theopompus itaque prudentiſſimè conſtituerat, qui ſibi in agendis ſtudioſè contradiceret, qualē nos gallicè (*controlleur*) appellemus. *Valerius Maximus li. 4. cap. 1.*

Horatius in arte etiam admonet Poëtas, verſus nouiter tornatos, ſyncero, rigidoque Cenſori, & amico vero (vt Quintilio) ante editionem oſtendere, qui inexorabiliter iubeat *malè tornatos incudi reddere verſus.*

Qui Rhetoricen Eccleſiaſticam tradunt, iubēt nouum Oratorem, ſibi amicum fidum conſtituere auditorem, inſpectorem, & ſeuerum cenſorem, cuius admonitu corrigat, ſi quid dicendo peccat. *Ludou. Granat. in Rhet.*

Philippus Macedo Alexandri Magni pater, acutè, quid detractio, aut ſiniſtrior de Regibus ſermo, ipſis proſit, vidit, qui ſuos ſeu detractores ſeu obloquutores, ſuos ad Virtutem adiutores appellitabat.

* 5. *Publica vulgi fama*, ꝙ videri cuiq; poſſit veriſimilius. Credibile, vitia Herodis etiā interiora deſerti, & ſyluas **5. Publica vulgi fama.**

ſyluas Eremi ipſius Baptiſtæ, fama perferente, pene-
tràſſe.

*Virgil 4. Æneid.*

*Fama malum, quo non aliud velocius vllum,*
*Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo,*
*Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,*
*Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit,*
*—— pedibus celer, & pernicibus alis;*
*Monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt corpore plu-*
*umæ,*
*Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)*
*Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures,*
*Nocte, volat cœli medio terræque, per vmbram*
*Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.*
*Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,*
*Turribus aut altis, & magnas territat vrbes,*
*Tàm ficti prauique tenax, quàm nuntia veri.*
*Hæc tùm multiplici populos ſermone replebat*
*Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat.*

Veteres per Pegaſum, celerē celebrēq; illū Bellero-
phōtis equū, pænè aligerū, & velut alatis pedibus ce-
lerrimè aëra peruolitantem, citatiſſimum famæ cur-
ſum intellexere.

Vix hodiè Herodes Herodiadem raptam in Regia
adduxerat, & ecce craſtino in ore eſt iam omni popu-
lo; ipſi ſinapis emtores pueruli, adeò rumore illius
adulterij pleni ſunt, vt paſſim eructent.

Turbæ Publicanorum, Militum, Phariſæorum,
populorum, ad ripam Iordanis expectantes, dum Io-
hannes, è cauerna ſua, vel concionaturus vel baptiza-
turus prodeat, tàm frequenter clareque de Herode
& Herodiade murmurant, vt reboet ipſa ſpelūca cla-
moribus; vt Echo ipſa in Iohannis antrum clariſſimè
renuntiet; vt Iohannes prodiens, & per mediam to-
Ordinum turbam in ſuggeſtum procedens, modò ex
his, modò ex illis, vel nolens exaudiat, Herodem cum
Herodiade, quondam fratis ſui Philippi vxore, frau-
dulenter abrepta, commiſceri &c.

Fallor? alia enim Regum, alia plebeculæ peccata
accidunt, Auditores, alia omninò, quorum aſpectu

ſanctiſſimos illos eſſe oporteret.

## §III.

*Quæ ſingulariter peccatis* **Potentiorum accidant.**

**Peccatis potentiorum accidant quinque.**

Omnia enim & vndique circumſpicienti mihi, obcurrunt quinque notatu digniſſima, quæ potentiorum peccatis accidunt, quorum ſingula debeant ipſos vehementer in officio continere.

Peccata potentiorũ ferè
1. *Grauiora cenſentur;*
2. *In Deum magis redundant;*
3. *Grauioris contagionis;*
4. *Diuturnioris memoriæ;*
5. *Notiora.*

**1. Vt grauiora cenſeantur peccatis cæterorũ;**

*1. *Grauiora cenſentur*, vbi cætera ſunt paria. Stoicorum enim, qui peccata omnia paria adfirmant, iampridem è Chriſtianorum ſcholis exploſa ſententia eſt.

Illa recepta eſt, quæ dicit, *Adgrauat Ordo, Locus, Peccata, Scientia, Tempus.*

D. Gregor. *Quo ſtatus altior, hoc caſus grauior.*

*Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.*

Plinius ſec. ep. 87. libr. 2. *Vtque in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur.*

D. Greg. homil. 17. in c. 10. Luc. *Nullum puto fratris cariſſimi ab alijs maius præiudicium, quàm à ſacerdotibus* (& Potentibus) *tolerat Deus, quando, eos quos ad aliorum correctionẽ poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit; quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus.*

Vt Muſicen profeſſo, & Chorago ſeu Cantorum rectori, errare, & cacophonia peccare, turpiſsimum; ita Principi ſeu ſacrorum ſeu murorum cuicunq; nequiter viuere, intolerabile.

Quam turpe obijci, *ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius?* Vel *ſicut populus, ſic Sacerdos?*

*Si lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?*

**2. In Deum**

*2. *In Deum magis redundant.* Populus enim tùm in

Deum

*magis retorqueantur.* Deum grauiter &crebrò blaſphemat,qui tales vel de-
derit Principes vel diutiùs ferat.

Vbi oculus ille, & auris cœli,videns audienſq; om-
nia? inquit.Vbi erat tum Dei ſapientia,vbi ſenſus eius
cum hunc adulterum , patricidam &c. euexit ad re-
num? quid cogitabat? &c.

Vbi verò etiam nunc eius prouidentia? vbi Iuſtitia?
Adſpicit hæc? ſi adſpicit, cur tam diu, tam æquis ocu-
lis? An Bonus,qui punire hæc,ſi poſſit,nolit? An Om-
nipotens, qui deturbare de ſolio, & perdere ſceleſtum
ſi velit, non poſſit? & mille eiuſmodi.

*Princeps eius iniquè agunt, & nomen meum tota die bla-
phematur.* Iſai.

*2.Reg.12.* *Blaſphemare feciſti inimicos Domini* , ait Nathan ad
Dauidem , poſtquam adulterium homicidio cumu-
làſſet.

Blaſphemare tum ita illi potuêre ; Itane? tales ne-
tiam eſſe Reges lex illa diuina, per Moyſen data, per-
mittit?

*1.Reg.* Hoccine eſt *ius Regis* etiam in populo illo Dei, &
alienis toris inſidiari? &c.

Et verò quorſum deijci Saulem , & ſuccederet ma-
lo deterior? Loripedi truncus, & luſco cæcus? vt eſt
prou.

3.Grauioris ſint contagii, * 3 *Grauioris contagionis.* Vitia enim priuatorum, ma-
bi ſunt;in magiſtratu autem poſitorum, peſtes.

Quæcunq; in ipſis vel affectio, aut mutatio exti-
rit; eadem mox in toto populo conſequetur.

Cic. lib. 3. de Legibus, *Non ſolum vitia concipiunt ipſi,
ſed ea infundunt in ciuitatem.*

Plus exemplo,quàm peccato ipſo peccant.

Eſt ſc. Regum ſimia populus, & quaſi paraſitus: Rex
*ſi dixerit æſtuo , ſudant.*

Cic. 2. de Legibus, *Ego,nobilium vita victuque muta-
tiores mutari ciuitates puto , plures exemplo , quàm pecca-
nocent.*

Item 3. de Leg. *Nec enim tantum mali eſt, peccare Prin-
cipes (quanquam eſt hoc magnum per ſeipſum malum) quan-
tum illud, quod permulti imitatores Principum exiſtunt.*

Vt eryngium herbam aiunt, ſi vna capella in os ſumat, ipſam primum, mox totum gregem ſubſiſtere, donec accedens paſtor eam ori eximat; ita cum Virt⁹ aut Vitium, in principem incidit, multis è populo per illum vnum, illa prodeſt, illud nocet, vtrumq; tranſitione.

*Tu rapere intactas docuiſti impunè Sabinas,* Propertius li. 2. eleg.

*Per te nunc Romæ quidlibet audet amor*, ait Propertius, Romulum alloquens.

Chabrias Athenienſium Dux, terribiliorem eſſe exercitum ceruorum, Leone duce, quam Leonum, duce ceruo pronuntiârit, & iure quidem; mihi certè etiam Reſp. quamlibet exlex, ſub Principe bono, videtur futura melior, quam ſub malo.

Non videtis, vt quiuis è populo, mox vt nouū aut ornamenti, aut veſtimenti, aut ſaltandi genus, ab Aulicis & nobilioribus aliquod repertum eſt, craſtinò imitetur, & ſic ſe comat, ſic choreas agat.

Cyrus itaq; præclarè apud Xenophontem, qui exiſtimabat, nullis legibus incitare ſe poſſe meliùs ſuos ad Virtutis ſtudia, quàm ſi ſe ipſe præ omnibus virtute egregiè ornatum exhibere parentibus niteretur. Animaduertere .n. ſe dicebat, meliores quidē fieri homines per ſcriptas etiam leges: at bonum Principem, oculatam legem hominibus eſſe quippe qui ipſos facillimè & temperantes efficere, & intemperatè viuētes notare, caſtigareq; poſſet. Ac proinde dabat operam, vt quæ ad Diuorū cultū ſpectarēt, ea imprimis ipſe curæ ſibi eſſe oſtenderet; & quæ ſequunt᷑ apud eūdē alia, quib⁹ ſuis prælucebat Cyr⁹ virtute exēplo. *Xenoph. inſtit.*

* 4. *Diuturnioris memoriæ*. Odium .n. ipſorum ſæculis traditur. **4. Diuturnioris memoriæ;**

Seneca. li. 1. de Clementia. *Quemadmodum Domini crudeles tota ciuitate commonſtrantur, inuiſiq; & deteſtabiles ſunt; ita Regum iniuria latius patet, & infamia, & odium ſeculis traditur.*

*Scribunt in marmore læſi*, non plumbi tantum lamina; & ſtylo quidem ferreo, quod

*Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.* *Ouid. in fine Meta.*

Quadringētis poſt añis recēſent, quæ fecit Amalech.

Vnde (putatis) tanta tamq; diuturna belli noſtra incendia, vt extingui toto pæne ſæculo non poſsin ſemi extincta retardeſcant?

*In magnis* ſcilicet, & a magnis, *læſi rebus*, *vterq; ſu mus*, iactant tàm qui illarum ſunt partium, quam qu iſtarum.

5. Et fiant mag s publica,

* 5. *Notiora.* Vt proſit alijs iſtud obſeruare. *Si non ca ſtè, ſaltem cautè*; certè, aut nihil, aut valdè parùm Po tentes iuuerit delinquentes.

*Nihil opertum quod non reueletur*, maximè potente experiuntur.

Vt in ima etiam abyſſo crepitum ventris ediderin ipſa tandem accuſatrix bulla emerget.

Etſi in fornice, & in ſacco (vt aiunt) peccauerin quàqua tandem patebit tamen ignominia.

Principum vitia mirè conſpicua.

*Perlucet omne regiæ vitium domus*, ait Clytemneſt apud Senecam.

*Senec. in Agamem.*

Plinius in panegyrico Traiani. *Habet hoc prim magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe pa tur: principum verò non modo domos, ſed cubicula ipſa, in timoſque ſeceſſus recludit: omniaque arcana noſcenda ſam proponit, atque explicat.*

Cic. lib. 2. off. *Si quis, ab ineunte ætate, habet cauſſ celebritatis & nominis, aut à patre acceptam ... aut aliqu caſu atque fortuna: in hunc oculi omnium coniiciuntur, at in eo quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur: & tanq in clariſsima luce verſetur, it nullum obſcurum poteſt, ne dictum eius eſſe, nec factum.*

Plutarch. tom. 2. moral. tract. de Reip. gerend præceptis. *Qui Rempublicam gerunt, nō iis tantum de pu licè dictis factisque ratio eſt reddenda, ſed & in cœnam rum inquiritur, & cubile, & matrimonium, & quidqu ſerij iocive agunt.*

Ipſi. Curiæ ſuæ parietes, oculos, aures, & lingu contra ipſos habent.

Vt Solis Lunæque, maiorum ſcilicet Cœli lumina rium labores, affectiones, ortus, occaſus, eccliſes, aut tenebras inuſitatas, pallorem aut ruborem inſu tum

tum, mox lippi & luſci percipiunt; ſic mox popellus vitia Principum.

Aliqua vna è ſtellis communibus illis vel non lucet, vel è cœlo cadere videtur? vix quiſquam attendit. Aliquis è plebe peccat? nemo vel tantillo æſtimat. Peccat Princeps? omnes ſciunt, atque exaggerant. E muſca faciunt elephantem; è gobiunculis, grandia cæte.

Quàm multis putatis fuiſſe & notam, & mirandam, vel illam Solis ſub Ioſue longiorem ſolito ſtationem; vel illam ſub Achaz retroceſſionem; vel illam ſub Chriſto moriente eiuſdē obtenebrationem? Tam multi vitia Principum intelligunt, & obſtupeſcunt.

*Non poteſt*, non, *non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita*, vt ſunt Montes noſtri in Hannoniâ, aut vrbecula Radicophani in Italiâ &c.

Cypreſſi ſcilicet in montibus, non potiùs, quam myricæ in vallibus conſpiciantur?

Nonne Reges velut cupreſſi in montibus, ſpectabiles vniuerſis; plebeculæ velut myricę in vallibus?

Ita illi toto capite ſupereminent populo, tantumque extant,

*Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*

Itaq; , *non eadem vulguſque decent, & lumina rerum.* *Virgil. bucol.*

Hinc autem vulgò innoteſcunt peccata principũ, vel

1. *Quòd frequens de ipſis* vltrò citroque habetur ſermo, inquirendo, narrando &c. Itaq; ſæpè alia quæruntur, alia inopinatè de alijs dicuntur, & diſcuntur; *Vnde fiat, vt ita pub licentur.*
2. *Quòd eorum facta multos attingunt;*
3. *Quòd varij ex varijs Prouincijs & regnis ad ipſos, ob cauſas varias, accedunt*, & quæ in ipſis vel ipſi viderunt, vel ex alijs de ipſis audierũt, ad ſuos quiſq; , vt res nouas & peregrinationis ſuæ teſtes, libenter perferunt.
4. *Quòd multorum inuidiæ patent. Omnia*

enim *ſumma petit liuor.* Inuidia au-
tem malum oculatiſſimum, & ef-
caciſſimum, facta atq; infecta di-
ligentiſſimè renunciat.

5. *Quòd ferè multos ſibi iratos habent,* quorum
delicta vel iure vel iniuria caſtiga-
Irati enim ob mulctam, vt ſe...
ſoluant, crebrò aut calumnijs, au...
veris criminibus Iudices ſuos ...
rant, & ægrorum fræneticoru...
ſtar, medicos ſuos morſibus ...
cerant.

6. *Quòd quidam* eò etiam inquirunt i...
vitijs dominorũ ſuorũ, vt ſuis ...
què indè prætextum aucupen...

Ne barbitonſor quidem ipſius Mydæ Lydorũ Re-
gis, de auribus eius aſininis potuit conticeſcere, qu...
in ſcrobem de illis immurmuraret; ac ne arundo qui-
dem ibidem paulò poſt nata, & in fiſtulam à bubul...
aptata. quoties enim illam bubulcus inflabat, neſ...
quid ſuaue de Amaryllide ſua, vt ſperabat, ...
dituram, toties illa inexpectatiſſimam illam canti-
nam cantabat, *Auriculas aſini* Midas habet.

Nihil ſ tam occultum, tamq; opertum in Regu...
geſtis, quod non reueletur.

Eluceſcũt autem in primis Potentum libidines.

Minimè verò omnium, Libidines ipſorum late...
poſſunt, quamlibet occultis fornicibus ſe abdãt po...
caturi, quamlibet dicant, cũ vietis illis Suſannæ po...
cis, *oſtia pomerij clauſa ſunt, & nemo nos videt.*

Stobæus ſer. de Intemperantia. *Nec ignem veſtim...
to occulere poſſibile eſſe dicebat* Socrates, *nec ſcortatio...
fœdum peccatum, tempore.*

Principibus nihil ſuaſerit, qui ſuaſerit *Si non ca...
ſaltem cautè;* Ipſis enim *& castè & cautè* viuendũ eſt, ...
que *ab omni ſpecie mali abſtinendum.*

Claudianus profectò ſanctiſſimè; *Hoc te præter...
crebro ſermone monebo,*

Claudian. de 4. ConſulatuHonorij.

*Vt te, totius medio Telluris in orbe,
Viuere cognoſcas, cunctis tua Gentibus eſſe*

*fa...*

*Facta palàm*, NEC POSSE DARI REGALIBVS* VSQVAM
SECRETVM VITIIS. *Nam lux altiſſima fati
Occultum nihil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus,* *al. vſque

Hæc igitur Regum Magnatumque peccatis accidunt Auditores, & quidem bono ſanè ipſorum maximè, vt, vel ſaltem infamiæ metu, à ſceleribus perpetrandis auocentur, qui ſe ſupra leges, & legum pœnas putant.

(Plutarch. enim tom. 2. moral. tractat. an rectè dictum ſit, latenter eſſe viuendum; *Ego* inquit, *ſanè dicere non verear, ne ſi malè quidem vixeris, dandam tibi operam eſſe, vt lateas, imò innoteſce, redi ad ſanitatem, corrige peccatum. Siue virtus tibi adeſt, noli eſſe inutilis; ſiue vitium, noli negligere medicinam.*)

Quid igitur mirandum, Baptiſtam etiam inter ſolitudines, tam ſingillatim ſciſſe Herodis adulterium, & cum cuius vxore, & cuius nominis; nec non cætera omnia eius mala, quorum illũ arguebat? Fama enim quædam publica, illorum omnium nuntia, ad ipſum quoque, vt ad reliquos omnes, peruenerat.

Vna igitur ex his via, vel his omnibus ſimul, factus certior ſcelerum Herodis Baptiſta, non vobis videtur iure, magna libertate dixiſſe, *Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui?*

## ECHO
## CONCIONIS VII.

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci. 6. Matthæi 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi
1. *Adulterium quid ſit, & quàm graue peccatum;*
2. *Quàm aduerſetur Matrimonij bono;*
3. *Vter in adulterio peccarit grauiùs, Herodeſne an Herodias.* AVE.

L

*Adulterium quid ſit, & quàm graue peccatum.*

Si, quàm olim Lacedæmonij, tàm nunc Chriſtiani eſ-ſent ab adulterijs alieni, & tam caſti omnes ſub Chri-ſto: quàm Ethnici illi proh pudor! ſine Chriſto; ne-ceſſarium non eſſet per ſacra hæc ora noſtra, à tā fre-quenti per illa corporis & ſanguinis Chriſti tranſitu, & ſacrarum literarum pronuntiatione ſanctificata, iter quoque facere fœdos iſtos de adulterijs ſermo-nes, ſed de rebus aliis caſtioribus caſtiores, quales nos caſtitatem profeſſos decebant.

Lacedæmone nullus adulter,

Lacedæmoniorum enim olim tanta fuit continen-tia, vt diu incredibile fuerit, poſſe adulterij crimen Spartę inueniri.

*Plutarch. in Lycurgo tom. 1. vit.* Memoratur ſermo Geradæ cuiuſpiam vnius ex antiquiſſimis Spartano-rum, qui interrogatus à quodam hoſpite, quid pœna-rum darent apud Spartanos adulteri? reſpondit: nul-*apud ipſos fieri adulterium.* tùm illo ſubijciente, Qui autem ſi quis fieret? Taurum (inquit Geradas) perſol-uet eius magnitudinis, vt, capite ſupra Taugetum montem inclinato, Eurotam bibat. Rurſus mirante hoſpite, percunctanteque quonam modo tantus bos naſci poſſet, Geradas ridens concluſit; Eodem, quo Spartæ adulter exſiſtere poterit. Nam, *quo pacto Spartæ adulter, in qua diuitiæ, deliciæ, & corporis adſcititius cul-tus, probro habentur? contra, verecundia, modeſtia, & obe-dientiæ Magiſtratibus debitæ obſeruatio, decori laudique dantur?*

Vnde Plut. in apophth. Lacon.

*Idem de virtutibus mulierum*. Chiæ mulieres tam-fuerunt caſtitate, vt neque adulterium, neq; illegiti-mus concubitus apud Chios vnquam prodatur ac-ciſſe.

O populos dignos, qui ſub Chriſto naſcerentur!
O gentes aurei ſæculi planè aureas! apud quas fru-ſtrà Iohannes *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*, & nos fruſtrà diceremus, quæ hodiè & proximis ali-quot concionibus, cogemur (etſi non ſine rubore no-ſtro veſtroque) dicere.

Nam

Nam nunc proh dolor, & pudor! *adulteris repleta eſt terra.* Ierem. 23. Inter Chriſtianos crebior.

Oſeæ 4. *Maledictum ... & adulterium inundauerunt.*

Ierem. 5. *Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.*
*Equi inſanientes in fœminas.*

Et *paucæ adeò Cereris vittas contingere dignæ.* Iuuenal. ſat. 6.

Seſoſtris (opinor) Rex Ægyptiorum, ſi adhuc luminibus orbatus viueret, difficiliùs nunc, quam olim viſum recipiat, ſi, vt tunc, nunc quoque illi oraculũ reſpondeat, tunc viſum illi reſtitutum iri, cum in eam mulierem oculos intenderit, quæ cum marito pudicè vixerit. *Ex Diodoro.*

Addo, ſi in virum quoq; non adulterum, aut vndequaq; caſtũ, oculos conuerterit. Rarior enim virorũ, quam mulierum continentia eſt; & adulteriones longè plures, quàm adulteræ.

Stratonicus, cum aliquando Heraclea ciuitate egrederetur, portas ac mœnia circumſpexit. Percontanti verò, ecquid circumſpiceret? *Pudet*, inquit, *ſi videar è lupanari exire*, notans ſcilicet ciuitatis illius mores corruptiſſimos, adeò vt tota lupanar dici poſſet. *Ex Eraſmo lib. 6. apopht.*

Id nos nunc de quàm multis vrbibus Chriſtianorũ dicere poſſimus?

Quàm multæ nunc vrbes eius famę, vt totæ tremere, vulgò dicantur, inſtar lecti luctam Veneream ſuſtinentis?

Quàm multæ in caſtioribus illis vrbibus ſaltem plateæ, aut domus adeò libidinibus infames, vt ſi vir bonus, aut monachus quiſpiam caſu illàc iter, negotijs ita vrgentibus faciat, adire lupanar in ingreſſu, abire è lupanari in receſſu (quamuis ſit innocentiſſim9) multis videri poſſit, aut dici?

Acutè quidam ac heu! nimium verè dixerunt, qui veterum lupanarium combuſtorum fauillas latè totis pænè vrbibus ſparſas, multorum domos denigrâſſe, iocati ſunt.

Et verò, quo modo aliter accidat, in tanta noſtra Et vnde.

diuitiarum cumulandarum auiditate, tanta earund
deinde, in luxum veſtium, epularumq; (contra quam
caſti illi Lacedæmonij) profuſione? Inter tot ornam
torum varietates?

*Ouid. lib. Amorum.*

De luxu veſtium dictum veriſſimè, *Decipit hac ocul Aegide diues amor.*

Miror verò magis, inter tot caſtitatis offendicul adhuc aliquas poſſe Lucretias, aut aliquos Hippol tos reperiri: Inter tot ſcopulos, cuiuſquam adhuc n uim ſaluam & in vado eſſe.

*Hæc fuit iniquitas,* & cauſa iniquitatis *ſororis tuæ So domæ, otium, ſaturitas &c.* Ezech.

Non antè adulteria deſitura, quàm & matrona, & adoleſcentula quæuis nobis *auferat adulteria de med vberum ſuorum* (vt propheta loquitur) id eſt, adulte riorum & omnis libidinis irritamenta, cultus ſcilic colore, ſumptu, numeroq; ſuperfluos, & dentes illo acutos erectoſq; caput radiorum inſtar circumſtãte dentes inquam ipſis dentibus luporũ, aprorũ, leoni que perículoſiores. Illorum enim, corpora; iſtarum etiam animas lætaliter mordent.

*Dentes earum arma & ſagittæ.*

Repræhenſurus igitur hæc vitia, ſi ſenſo cuiuſquã *ctus ſum inſipiens, vos me coegiſtis,* quicunq; his vitijs la boratis.

*Quare nil mirandũ ſi in ſordida iſta etiam inuehitur.*

Cogor ſordidas has materias, timida tamen man tremulaq; lingua, tractare, vel inuitus.

Deinde, & ipſe me textus noſter inuitat, quo dicitu Herodes adulterij atq; incæſtus, ab Ioanne reprę

Et verò cur me magis pudeat contra adulteros d cere, quam Iohannem ipſum, quem nihil puduit, necesse fuit?

*Ioann. Gaſt. in ſer. conui.* Trienſium legibus re vetitum eſt, in comedijs taxari ciues, præterquã adu teros & curioſos. Siquidem videtur & adulterium curioſitas alienę voluptatis inquiſitio ac perſcrutat rerum, quæ ſic adſeruantur, vt pleroſq; lateant.

Deniq; , poſſumus & nos rationale animal, &

clin

ctionum noſtrarum Domini, & liberrimi arbitrij, de rebus ſordidis dicendo non ſordeſcere, & ſermone de ſordidiſſimis hominibus, nullius animum ſordidare.

Solis radius an inficitur, aut in cœlum ad Solē reuocatur; cœlum inficit, quamlibet fœdum ſterquilinium toto die irradiet?

De adulterio igitur bona pace veſtra dicamus primum, & quid ſit.

Tu *munda* interim *cor meum & labia mea, qui labia Iſaiæ calculo mundaſti ignito &c.*

Eſt ergò adulterium teſtibus Aug. & Ambroſ. *alieni pudoris expugnatio;*

Magiſt. ſent. libr 4. diſt. 41. d. §. *Eſt alieni thori violatio. vndè adulteriū dicitur, quaſi alterius toriacceſſio.* Cōſentit D. Thomas.

Sexto Pompeio Feſto, *adulter, & adultera dicuntur: quia, & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt;* id eſt, deſerta vel vterq; vel alteruter lecti legitimi conſorte, ad aliam ille vel nuptam vel innuptam; illa ad alium virum, ſeu liberum ſeu coniugatum, ſe confert.

*D. Aug. li. de bono coniug. ca. 4.*
*D. Ambr. ep. 66. ad paternum.*
*D. Thom. 2. 2. q. 154 art. 8.*
*Sext. Pōp. Feſt. lib. 1. de verborū ſignific.*

Duplex ergò adulterium
1. *Simplex*, quod eſt liberæ perſonæ cum alterius coniuge;
2. *Geminū* ſimplici grauius, quod eſt cum qui cōmiſcetur, vterque alijs nuptijs anticipati ſunt.

**Adulterium quid, Duplex eius ſpecies,**

Nullumq; propriè ibi adulterium eſt, vbi ſaltem alteruter ſe commiſcentium, non eſt alterius, per matrimonium.

Quàm verò graue ſit peccatum, liquet ex multis.

Adulterij enormitas adtendenda ex
1. *Sacramenti nobiliſſimi profanatione;*
2. *Legum omnium violatione,*
3. *Peccatorum variorum implicatione;*
4. *Pœnis, in adulteros decretis.*

**Cuius grauitas ſpectatur, ex Sacramēti nobiliſsimi profanatione;**

*1. *Sacramenti nobiliſſimi violatione.* Non .n. ibi dūtaxat cōmunis quędam perfidia, ſeu pacti humani violatio,

 ſed

ſed etiam ſacramenti, & quidem longè nobiliſsimi
crilega profanatio.

Sacramentum enim Matrimonij nobiliſſimum, ab
1. *Inſtitutore;*
2. *Loco;*
3. *Tempore;*
4. *Cauſa finali;*
5. *Ordine;*
6. *Neceſſitate;*
7. *Significato;*
8. *Honoribus diuinis.*

**Matrimonium enim nobilitant** **1. Inſtitutor,** *j. *Inſtitutore*, Deo immediatè, & deindè à Chri
Deo & homine, iterùm autorante.

Etſi enim omnia Sacramenta Deus ordinârit,
tamen idem immediatè omnia publicauit, ſed qu
dam per ipſos Apoſtolos, vt Confirmationem, & e
tremam vnctionem. Matrimonium autem ipſe De
perſonaliter inſtituit, & publicauit, & ſecundò fi
Dei autorauit.

*Erunt duo* inquit *in carne vna.* Geneſ.

Hinc illud; *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet.*

Et; *Mulier quam dediſti mihi ſociam*, aiebat Adam
Deum.

**2. Locus,** *ij. *Loco*, nobiliſsimo & nullis peccati ſordibus c
taminato, paradiſo terreſtri ſcilicet, cum cætera
hac valle miſeriæ, & mera malorum ſentina fuer
inſtituta.

**3. Tempus** *iij. *Tempore*, Innocentiæ, cum adhuc homines
ſent delicium Creatoris ſui; Cætera poſt hominis la
ſum.

**4. Finis,** iiij. *Cauſa* finali. Nam cætera Sacramenta in re
dium peccati, iſtud vt ante Adæ lapſum adtenditur
generis propagationem, & ad honeſtam voluptat
ne in horto Voluptatis inter tot alias voluptates p
tis hæc vna voluptatum non vltima deeſſet. Itaq
Geneſ. ctum *Non eſt bonum* neq; volupe *hominem eſſe ſolum*

5. Ordo, *v. *Ordine*; nullum enim ante illud inſtitutum e

6. Neceſſitas, *vj. *Neceſſitate*, quæ vel hinc euidens eſt, quòd p
mum (vt nunc dixi) inſtitutum eſt. Sapientis enim
& Dei maxime, ante omnia neceſſarijs incumbere

Im

Item ex eo, quòd niſi homines ab hominibus generarentur, ſi multiplicari illos vellet Deus, perpetuò illi Creationis opus eſſet repetendum.

Denique, ex conſeruatione. Nam cum lapſi iam à prima innocentia, exutique originali Iuſtitia, corruptioni & morti obnoxij omnes eſſemus, nec poſſet natura humana in ſuis indiuiduis eſſe perpetua, via quędam legitima neceſſariò inſtituenda fuit, qua commodè & honeſtè ſpecies humana conſeruaretur, indiuiduis ſemper noua indiuidua producentibus, & nouis ſemper in veterum occaſu ſuccreſcentibus. Via autem commodiſſima eſt viri & mulieris coniunctio; Sed & honeſtiſſima vnius cum vno indiuidua ſocietas, quam Matrimonium adpellamus.

Ergò, non modò ad multiplicationem indiuiduorum, ſed etiam ad ſpeciei conſeruationem, Matrimonium inſtitui erat neceſſarium.

Cætera non item.

Nam homines aliquandò ſine cæteris eſſe, ſine Matrimonio non potuerunt.

* 7. *Significatę*, nempe ſacri illius in Chriſto connubij Diuinitatis cum Humanitate, in vtero Virginis velut thalamo contracti; Item Chriſti ipſius, cum tota Eccleſia, in crucis tribunali celebrati; Denique & illius, quod cum vnoquoque noſtrum idem Chriſtus quotidiè contrahit in Baptiſmi ſuſceptione. **7. Significatum,**

Epheſ. 5. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto. & in Eccleſia.*

* 8. *Honoribus diuinis.* Nam primò Deus ipſe quaſi Sacerdos & Sacramenti illius miniſter, Adamum cum Eua ſenſibiliter coniunxit, & nunc quoque omnes coniuges inuiſibiliter, iuxta illud; *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet;* 8. Honores diuini,

* *Secundò*, ex Virgine quidem, ſed tamen maritata, naſci voluit;

* *Tertiò*, nuptias ſua præſentia decorauit,

* *Quartò*, nuptias primo ſuo miraculo (aquis in vinum magno myſterio conuerſis) & iuuit, & honorauit;

* *Quintò*, pro matrimonij firmitate contra diuortia

militauit. Et quid nō? *Honorabile connubium in omnibus.*

Sed certè quo pretioſiora aut ſanctiora ſunt, quæ profanantur, hoc profanatio ſceleſtior. Ergò.

ıinde ı multa- 3 legum violatione, * 2. *Legum* omnium violatione
- 1. *Diuinæ*;
- 2. *Naturæ*;
- 3. *Ciuilis*;
- 4. *Euangelicæ*.

1. Diuinæ, * 1. *Diuinæ*. Exod 20. *Non mœchaberis.*

Item. *Erunt duo in carne vna.* Geneſ.

2. Naturæ, * 2. *Naturæ*; quæ iubet neminem alteri facere, quod ipſe ab altero nolit pati.

Nemo autem niſi inuitus patitur torum ſuum ab altero violari, nemo conſortem ſuam cum altero commiſceri. Ergò.

Sed & eadem natura nititur non modò ad multiplicationem generis, quæ fieret optimè per vnius viri cum multis fœminis commixtionem, ſed ad indiuidui quoque conſeruationem, contra quam eſt vnius cum multis commixtio, *debilitans greſſus debilitanſque pedes.*

3. Ciuilis, * 3. *Ciuilis*, vt eſt Lex Iulia de adulterijs.

Ægyptij adeò ab adulterijs abhorrebant, vt viri, cuius vxorem adamauerant, antè mallent interficere, quam cum vxore adhuc viuentis commiſceri. Adulterium ſcilicet homicidio grauius æſtimabant.

*Geneſ.* 12. Itaque Abraham ſibi metuens, ne a Pharaone occideretur, ſi fortè is Saram vxorem ſuam deperiiſſet, eam obſecrat, vt ſe diceret ſororem ſuam.

4. Euangelicæ. * 4. *Euangelicæ*, qua dicitur *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, adulterando.

Item ex peccatis illud ferè comitãtibus; * 3. *Peccatorum* variorum implicatione
- 1. *Furti*
  - 1 *Cordis & Amoris* alteri debiti;
  - 2. *Corporis alieni?*
  - 3. *Bonorum*, a legitimis ad ſpurios translatorum.
- 2. *Perfidiæ, contra pacta conuenta;*
- 3. *Homicidiorum vel ante, vel poſt factum &c.*

* 4. *Pœnis*; *Lapidibus morientur adulter & adultera.* Leuit. 20.

Ioan.8.*Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare*, aiebant illi de muliere in adulterio deprehenſa.

*Alex.ab Alex.lib.*4.*c.* 1. Apud Arabes adulteris ſemper capitis pœna fuit.

Solonis decreto, poterat mœchus in adulterio deprehenſus, illicò occidi; teſte Plutarcho. *Plutarch. tom.* 1. *vit. in Solone.*

Tit.11.in leges 12.Tabb. *Mœchum in adulterio deprehenſum necato.* Denique ex pęnis varijs.

Dauid ob vnicum, cum vna Bethſabe adulterium, quid non a ſuis paſſus, vlciſcente ſic Deo peccatum, & quidem hominis, quem ſecundum cor ſuum eſſe, fuerat olim gloriatus?

Quibus non lachrymis & cineribus, etiam ipſe Dauid illud ſpontè expiauit?

Quid? etiã Lucretia matrona Romana, vxor Collatini, adulteriũ ſuũ q̃libet coactũ, cum Sexto Tarquinio Superbi Regis filio, tamen coram conuocatis a ſe poſtridie amicis omnib⁹, Patre, Marito, & cęteris primũ quęſta de vi ſibi illata, tãdẽ cultro qui ſub veſte latebat, educto, ſui occidio (q̃uis ita nõ debuit) caſtigauit. *Liuius l.*1. *decad.*1.

Vnde eſt illud Epitaphium eiuſdem. *Cum foderet gladio caſtum Lucretia pectus,*

*Sanguinis & torrens e gederetur, ait:*
*Teſtes procedant, me non fauiſſe tyranno,*
*Ante virum, Sanguis; Spiritus ante Deos,*
*Quàm benè producti per me, poſt fata, loquentur,*
*Alter apud Manes, alter apud Superos!*

II.

*Quàm aduerſetur Matrimonij bonis adulterium.*

**Adulterium militat cõtra Fidem,**

Tria communiter Matrimonij bona numerantur
- 1. *Fides;*
- 2. *Proles;*
- 3. *Sacramentum.*

Et his quidem adulterium rectà aduerſatur.

* 1. *Fides*, qua alter alteri perpetuam atque indiſſolubilem ſanctè promittit vitæ ſocietatem, operum vitæ cõmunicationẽ, & corporis ſui plenũ dominium.

*Adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna: erunt vna caro.* *Geneſ.*2. *Matth.*19. Res omninò neceſſaria etiam prolis bono. Nàm ſi viro fas eſſet à muliere diſcedere, mox vt eam grauidauit; aut mulieri à viro abi-

re,

re,mòx vt peperit; quid faiat deſerta mater granid vndè ſe & fœtum,quem gerit,alat,& vteri pondere, tot prolis latentis periculis impedita? quid verò ſolus relictus?vndè alat prolem pater deſertus, cui bera duo, vt matri natura non dedit? cui non tantu caritatis in prolem,quantùm matri, ob fœtus cer tudinem?

Mulieribus prægnantibus & lactantibus ad ſocietas viri neceſſaria,vt,vel hoc etiam adſpectu,fu rit virgo Maria Ioſepho deſponſata, *vt in Aegyptu* D. Hier l. 1. commẽt. in 1. Matt. *fugiens haberet ſolatium* ait D.Hieronymus.

Vt partus dolores B.Virgo non ſenſerit, incredib le tamen non eſt,pondere Chriſti, quum illum ſeu vtero,ſeu in gremio gereret,fuiſſe tardiorem, & ſe uitijs Ioſephi multis etiam eguiſſe.

Quanto magis cæteræ?quo magis fides illa indi duæ coniunctionis fuit neceſſaria.

Eccl.6. *Amico fideli nulla eſt comparatio.*

Deindè, cùm tandem in remedium concupiſce tię,ordinatum ſit,ab Adami lapſu,matrimonium, buit fide bona firmari & illa indiuidua vitæ viri m lieriſque ſocietas,& corporum alterius in alterius transſatum,receptumque dominium, ne quibu alter altero,quaſi medico,maximè egeret, tùm al ſe contingeret medicum, vel ſaltem officio ſuo, impotentiam, ex vago concubitu ſubortam, ſe.

Adulter ergò atque adultera, perfidè fidem ill omninò violant,cùm corpus ille aut illa non iam um,ſed coniugis,propinat exteris abutendum, rediens delaſſatum atque exhauſtum,ad coniugis uitia,cùm exiguntur,ineptum eſt, nec poteſt ma quam pharmaca aut vina euaporata, mederi co ægrienti.

Plautus in Aſinaria.vox eſt mulieris, de marito dultero conquerentis; *Ille opere foris faciendo laſſu ctum aduenit.*

*Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.*

Virgil. *Mortua quin etiam* coniungunt *corpora viuis*, c

guia & ſucco deſtituta.

*Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis.* *Æneid.* *Ouid. 1. Metam.*

An non graue peccatum perfidia, imò & periurium?

Hoc autem in genere, magis vir mulierem, quàm virum mulier deſtituit, eoque adſpectu minùs ferendum viri, quam mulieris, adulterium eſt.

*2. *Proles*, quam, ad ſpeciei conſeruationem, ex duorum copula ambit omnis natura, & ambiri iubet ipſe Deus, cum ait, *Creſcite & multiplicamini &c.* Contra prolem. *Geneſ. 2.*

Et quidem, cùm prolem ambiri aut adfectari Deus aut natura voluerunt, non tantum multam, ſed & bonam, id eſt, robuſtam, benè inſtitutam, & honoratam intellexerunt.

Sed multiplicationi aduerſari adulteria quis non videt?

Mulier quæ varios admittit, quàm ægrè imprægnatur! Quæ non facilè per adulteros propagatur,

Seneca, quaſi mirabile aliquid dictu dixit de quopiam, *Incidit in meretricem, inter omnia mala fœcundam.* *Senec. l. 2. controu.*

Vt terra nimijs imbribus dilata, aut varijs ſeminibus reſperſa, ægrè fructificat; ſic fœminæ vagæ libidinis. *controu. 4.*

*Ex omnibus aliquid, & ex toto nihil*, vt eſt in Prou.

Vt diſcenti, certis ingenijs; ſic mulieri concepturienti & catulienti, certo viro adhæreſcendum.

In promptu quidem cauſæ duæ aut plures, ſed quæ magis ſcholam medicorum, quam ſanctam hanc cathedram, à qua omne abeſſe debet turpiloquium, decuerint. Itaque nec ipſas adtingam.

Vir verò erga Venerea nimius, an non tandem debiliter atque infœcundè commiſceretur? aut ſi quo caſu fecundè, an non proles quidem numerabit, ſed ad paucos dies vel menſes id eſt, breui morituras? Aut ſi propagatur, debilis eſt.

Vrina ſcilicet oua ſunt hominis eiuſmodi, vbique *cum adulteris portionem ſuam ponentis*, id eſt, enerues ſunt liberi eius omnes. *Pſal.*

Scilicet *fortes creantur fortibus.*

*Non poteſt arbor mala fructus bonos facere.* *Matth. 7.*

Quid

Quid vegetum aut forte prodeat ex patre elumb
to,& peregrinis libidinibus pænè iam eunucho?

Et quibus non vitijs corpora vxorum , atque in
natorũ ſuorũ inficient patres errantis libidinis, qu
planetæ quidam influxus nocentiſſimi?

Quales pariet mater,quæ in tot peccatis, & ex
fœditatibus concepit?rufos,purulentos,vlceroſos,l
proſos,& ſeu Gallicè ſeu Neapolitanè,tamen fœdiſ
mè morbidos &c.

Nec ritè ? inſtrui-tur.

Vt ex fonte & radice corruptis,& riuus & ramus
bit corruptior;ſic ex parentibus vitiatis proles nep
que vitioſior.

Habebunt verò bonã & corpore vegetã?at non
mēte.Deerit recta inſtitutio. Vir ex adulterio gen
rit?inſtituere prolē ſic natã qui rectè poſſit? qui in
niũ ſuccreſcētis paulatim,vt vrſi ſuos lãbēdo forma

Ex cælibe .n. & libera genuit vir adulter?qua fro
aut qua ſpe pacis cum vxore,quomodo ſine ſcand
familiæ reliquæ , nothum illum ſuum inſtruendi
dio in domum importabit? aut quãto iterumque
rumque in eadem peccata labendi periculo, mere
culæ domum prolis inſtruendæ cauſa, adibit , ſi
men adibit?*Vtque videndo fæmina*;ſi neſcitis.

Et eur;

*Virgil. bu-col.*

Vt animã prolis ſaluã faciat,veriſimiliter perdat
Forſitan etiam nec tanti erit patri diſciplina
quidem,ſed non hæredis.

Nec importabit, Nec adibit? Ergò deſtitutus c
patris puerulus,diſciplinæ vnius & ſolius matris ,
quidem meretriculæ relinquetur. Quid illi ſperes
talis magiſtræ diſciplina?

*Nemo dat alteri quod non habet*. Non formar ſcu
patremfamilias.

Genuit adulter ex coniugata ? Quo modo ſu
ex alterius vxore,filium,in domo alterius , in ocu
mariti adulteræ ſuæ paſcat,inſtruat,corrigat?

Vocabit ad ſe prolem ? adibit ? Vtrumlibet
vtrumque ſæpius repetendo,tàm adulteram quàm
prodet & perdet,qui in flagranti delicto non fuer
deprehenſi.

Vnd

Vndè enim (inquiat ſecum maritus adulteræ) huic hoſpiti tanta generis noſtri ſolicitudo &c. Tam cuculus ego, vt idem non poſſim?

Adultera verò contra eſt vxor? proles dabit minimè patrem repræſentantis, vndè poſſit maritus non ſuas opinari. Itaque, vt corui dicuntur pullos ſuos initiò, quia albi ſunt, & parentibus diſcolores, ad nouem dies impaſtos quaſi adulterinos deſerere, dum nigreſcant; ſic maritus creditam prolem alienigenam formabit negligentius.

Vt ipſa proles marito ſuſpicionem non creet; creauerit fortaſſis, quod vxor nec caſtè nec cautè ſatis ſe geſſerit, ac tùm viro maior prolis negligentia.

Lactant. lib. 3. inſt. c. 21. *Quomodò ſeruari charitas poteſt, vbi nihil certum eſt, quod ametur?*

Ibidem. *Quis amare liberos tamquàm ſuos poterit, cùm ſuos eſſe aut ignoret, aut dubitet;*

Mater interim, qui prolem adulterinam, à marito ſic neglectam, curatura? An duplo diligentius, & quaſi maritalis negligentiæ ſupplemento; Putare te ſino, ſperare non audeo.

Fortaſſis & illa oſura talem perpetuum ſui ſceleris teſtem, & monimentum.

* *Rurſus*; ſeu Pater ſeu Mater adulterabit, qui Prolis etiam legitimæ mores eſſe poſſunt, à domeſticis illis exemplis?

Terent. in ſene ſeipſum excruciante. Clitipho loquitur. *Perij, is mihi, vbi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora!*

*Apud Plautum in Aſinaria*, Demenetus ſenex præſente filio ſcortum adit.

Filij paternorum ſcelerum ſimiæ.

Iuuenal. ſat. 14. *Velociùs, & citiùs nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis*
*Cùm ſubeunt animos auctoribus.*

Idem ibid. *Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & heres*
*Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo.*

Dicet, ꝙ Nauſiſtrata, apud Terẽtiũ in Phormione; *Adeò indig-*

*indignum tibi videtur, filius homo adoleſcent ſi habet vna amicam,*

*Tu vxores duas? Nihil pudet? quo ore illum obiurga- bis?*

Iuuenal.ſat.14. *Vndè tibi frontē libertatemque paren- Cùm facias peiora ſenex?*

Nec ditatur, Seneca lib.2.cont.controu. 6. *Quandò ad luxurian- patre præmiſſus ſum*; dicet filius Luxurioſior.

* *Rurſus*; quis pater theſauriſet, ſi in matrimoni- inliberis incerta videt omnia? Paſcat miſer ſudori- ſuis cuculos alienos?

*Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant*, inquit.

Et viuit in gloria, * *Quid, quòd* & alteri Prolis bono, id eſt gloriæ filio- rum, parentum infamia aduerſatur?

Spurius enim facilè dici, aut credi poſſit, cuius ma- ter fuerit dubiæ caſtitatis.

Luc. 7. Inglorium eſt proli, cùm poſſit matrem oſtende- patrem certò non poſſe; & quam poſſit matrem oſt- dere, oſtendere aliter non poſſe, quam cum rubor- aut præfatione, vt mox audiat; mater tua, *mulier, q- erat in ciuitate peccatrix*: &; *fili mulieris vltrò rapienti- rum.*

Lib. Reg. Tàm viles vulgò olim habiti eiuſmodi parentum filij, vt Solon Athenienſibus ſanxerit, filium illegi- mo toro natum publicum eſſe ciuitatis mancipium. Parumne prolis bonum, libertas? aut exile malum Seruitus?

Imò ſæpè in exilio ſpōtaneo. Hic parentum pudor, quoſdam cogit longas pe- grinationes, imò ſpontanea exilia ſuſcipere, ne q- tidiè de vitio natalium cogatur erubeſcere, & paſſ- audire Nothus, Spurius, filius populi &c.

*Seruius in 4. Greg. & Iuſtinus hiſt. lib. 3. hiſt.* Lace- cedæmones illi Partheniatæ ſeu Parthenij, id eſt virginibus publico imperio proſtitutis nati hom- nes, ob notam materni pudoris ita dicti, quòd ex p- miſcuo patrum, cum quibus vellent fœminis, conc- bitu à Rep. imperato ob inopiā virorum, nati eſſen- id fecere. Nàm cùm ad annos iàm triginta peruen- ſent, &(vt vult Seruius) *erubeſcerent originem ſuam*,

(vt vult Iuſtinus) inopiam metuerent, *nulli enim pater exiſtebat, cuius in patrimonium ſucceſsio ſperaretur, nec ſalutaris matribus, quarum adulterio infamiam collegiſſe videbantur,* Phalanto quodam duce 8. ab Hercule; nauigijs profecti, nouas ſedes quæſierunt, donec tandem in Italiam delati, ad oppidum Calabriæ Tarentum peruenientes, ibi ſedem conſtituerunt, vbi pudore. *Virg. 2. Æneid.*

*Adflicti, vitam in tenebris, luctuque trahebant.*

Non putatis nunc quoque multos adoleſcentes idcircò maximè à patria profugere; & variè vagari, quod turpitudinem originis & familiæ ſuæ ferre inter ſuos non poſſint?

Ac verò fortaſſis etiã ipſi parentes illò liberos ſuos ſpurios hortantur, hortante ipſos ne ſpurij legitimos grauent, Conſcientia.

* *Denique* quis cum parentum dubiæ famæ liberis; matrimonia libenter contrahat, ne fortè in coniugio, maritus patris; vxor matris turpitudinem imitetur, hæres non magis opum quàm vitiorum? Timet adulterium vir coniugis, illa mariti: ſed & caſtos generos ſoceri, & pudicas nurus ſocrus adfectant.

Parumne, apud Deum & apud homines, tot modis parentes filijs adulterando obeſſe?

Quod beſtiarum imò ferarum genus tam ferum, quod fetuum, catulorum, aut pullorum ſuorum adeò ſit incurioſum, imò ipſis tam iniurium?

* *3. Sacramentum*; quo gratia etiam quædam ad caſtitatem coniugalem tuendam confertur, maior illa communi, quæ diuinitùs æquè cuiuis innupto & cælibi confertur; & quo, coniugium illud indiſſolubile tam Diuinitatis Chriſti cum natura humana quàm Chriſti ipſius cum Eccleſia, quã nunquam eſt deſerturus, vti & *quod ſemel adſumſit, numquam dimiſit*. *Contra Sacramẽtum,*

An igitur Sacramento iniurius quiſquis adulterat? Vehementer.

* *Primo* enim gratiam Sacramenti, impotentiæ obliquè adcuſandã propinat quaſi impotentior ſit illa cõmuni, qua adiuti multi, ſine nuptijs etiã cõtinẽter viuũt, quod adulter, auctario gratię Sacramẽtalis adiutus, non præſtat. *Cuius gratiam facere impotentiæ ream videtur;*

* *Secundò*.Facto ipſo blaſphemare videtur,aut Chri-
Ouid. ſtum aliquandò Eccleſiæ ſuæ defuturum;aut aliqu-
dò ſolutã,aut ſoluẽdã illã,quę tamen pluſquã Gordi-
nodo connexa eſt,Incarnationis Chriſti œconomiã.

Vt illa fornicaria Oſeæ vxor,fornicationes ſignifi-
cabat Synagogæ;ſic vir adulter falsò ſignificat Chri-
ſtum Eccleſiæ ſuæ deſertorem.

Christũ vero diuortij.

Si *nutu ſigniſque loquantur* homines;etiam ſignis blaſ-
phemare cur non contigat?

O quàm eleuant apud Gentes adulteri iſti gloriam
Sacramentorum Chriſti!Credi enim ab illis poſſunt,
non poſſe illa magis facere Chriſtianos coniuges con-
tra adulteria fortes, quam Gentium quarumuis Ma-
trimonia, quum caſtitatitis coniugum Ethnicorum
pęnè plura poſſint exẽpla proferri,quã Chriſtianorum.

Idcircò *iugiter tota die nomen meum blaſphematur.*
Iſai. Lacedæmonij enim(de quibus mòx aiebam) qui nul-
la adulteria norunt,quid meritò ſentiant de Chriſti-
anorum Mattrimonij Sacramento , niſi forſitan ob
maiorem peccandi libertatem &c?

Lycurgũ etiam legiſlatorem ſuũ, & Publicarũ leg-
ſuarum Sacerdotes ac cuſtodes,Chriſto Legifero no-
ſtro,& Rectorib⁹ Chriſtianę Reip. fidẽter prę̃ferre
debũt, quũ Spartanos ſuos in cõiugio tanta caſtitate
contineant;contra,videant, Chriſtianos cõiuges Sacra-
mẽtũ Mattrimonij ſui tot adulterijs impunè ꝓfanare.

Ergò,ſi non veſtro,ſaltẽ Religionis veſtræ,& Chri-
ſti autoris illius pudori,conſulite.

III.

*Vter hic peccarit grauius, Herodeſne an Herodias.*

*Non licet tibi*, ô Rex,ait Iohannes &c. Quid? Hero-
diaſne igitur innocens?

Reſpon. Si inuitam Herodes habebat,vel raptam
vel a patre traditam;fortaſſis admittatur. Vim enim
meram pàteretur.

Sed neutro modo inuitam ab Herode illam habi-
tam fuiſſe credibile eſt Fidem faciunt eius in Iohan-
Marc. 6. nem inſidię.*Herodias autem inſidiabatur illi*, ait Marcus,
*& volebat eum occidere, nec poterat*. Præterea fidem f-
c-

cit, quod eadem conſulta à filia quid peteret? conſuluit, peteret tantum *caput Ioannis Baptiſtæ*. Nàm cur illi caput enſe demeti vellet, qui remitti illam àd ſuos vrgebat, ſi rapta, aut tradita quidem, ſed inuita teneretur?

Quæri igitur poſſit in hoc duorum adulterio, vter grauius peccauerit?

Reſpondeo, conſiderari hoc adulterium dupliciter poſſe, vel vt
- 1. *Adulterium tantum;*
- 2. *Inceſtum quoque;*
- 3. *Peccatum quodcunque.*

* 1. *Vt adulterium* tantum, ex hoc modo æquè vterque peccauit.

Neuter enim neutris legitimis ſuis coniugibus adulterinam prolem ſubponere potuit, non hæredes iuſtos fallere, cum publicè vterque procul à ſuo coniuge adulteraret.

Herodiadis peccatum, qua adulteriũ fuit, par Herodis peccato; *Vide Petrũ Paludanum, in 4. diſt. 35. & D.Th. 2.2. q.154. art.8.*

Præferendi enim adulteria vxorum, adulterijs maritorum, hæc, ſenſo meo, potiſſima cauſa, quòd occultè adulterans mulier alienas proles poteſt marito quaſi proprias adtribuere, & ſic cum mariti, & liberorum legitimorum, & hæredum omnium iniuria, hæredes patrimonij alieni conſtituere; vir vxori non poteſt.

Vbi autem publicè abeſt vxor à marito, & palam quiſpiam alienus abutitur; non poteſt id magis, quam vir foris adulterans.

Sed hic æquè ab vtroq; publicè peccatum eſt ſine vllo fallẽdi coniuges & veros hæredes periculo. Ergò.

* 2. *Vt inceſtum* quoque: ac ſic Herodes grauius peccauerit.

Grauius inquam, & adſpectu
- 1. *Obiecti læſi,*
- 2. *Contrariæ Virtutis impugnatæ.*

Quà inceſtus fuit, Leuius,

* 1. *Obiecti læſi*. Grauius enim conſanguineorum torum violare, quàm affinium.

Et cùrs

Sed Herodes, in hoc adulterio cum Herodiade, fratris Philippi torum fœdabat; Herodias verò, tantum affinis ſuæ vxoris, ſcilicet primæ Herodis, & quidem iam ab Herode priùs repudiatæ.

Nullo certè alio Herodiadi, Herodis vxor, vincu-
lo iungebatur, quàm affinitatis: nihilque illa alia
inceſtu ſuo, quàm affinitatem variam violabat, He-
rodes verò etiam conſanguinitatem. Ergò.

* 2. *Contrariæ Virtutis impugnatæ.*

Ea peccata dicuntur grauiora, quæ altiori virtuti ad-
uerſantur; vt hæreſis & Atheiſmus grauiſſima ſunt,
quia fidem, & Religionem, Virtutum omnium funda-
menta dicam? an culmina? rectà impugnant.

Sed Herodes duplicem hic caritatem impugnabat.
Primò, legalem, cùm marito auferebat vxorem. Se-
cundò naturalem, cùm id etiàm fratri; Herodias au-
vix legalem, cum alteri vxori Herodis, maritum non
auferret, qui iam eam legis Moſaicæ permiſſu repu-
diarat, & vt tunc legē vulgo interpretabantur, aliam
ducere poſſe videbatur, vt iam hoc adſpectu Herodia
pellex dici non poſſet; Naturalem item nō æqualiter.
Nam, vt vxori Herodis priori maritum ſuum inſta
pellicis auferret, non erat tamen illa Herodiadi ſoror,
vti Herodi frater erat Philippus. Ergo.

* 3. *Vt peccatum* quodcunque. Ac ſic quoque, Herod-
peccaſſe grauius, cenſeri poſſit.

**Item quà peccatum ſimpliciter; Nā Herodem ſolū Baptiſta corripuit;**

Herodem grauius peccaſſe, probem tum ex
- 1. *Iohannis correptione;*
- 2. *Corruptelæ principio;*
- 3. *Imparitate libertatis.*

* 1. *Iohannis correptione.* Herodem enim non He-
diadem vel verbulo Iohannes corripuit, pudore
lum, quaſi mulcta congrua, caſtigans.

Magis corripiendus, multandus, fuſiuſque coſten-
dendus eſt ab Iudice prudente (qualis haud dubiè Ba-
ptiſta fuit) qui plus peccauit.

*Secundum menſuram delicti, ſit & plagarum modus.*

Sed Baptiſta in Herodem vnum inuectus eſt, cla-
palam vt antè dictum eſt. Ergò.

Quamquam (Deo dante) alias in ſequentibus ca-
ſas non correptæ Herodiadis ſumus redituri, q
audire, neſcio iucundiuſne an vtilius ſit futurum.

* 2. *Corruptelæ principio.* Si qui fecit, non facturus
mine conſultore, peccauit; quanto magis, qui ſ
ſit?

Serpens prius grauiuſque à Deo, quam Eua ipſa, punitus eſt; Eua deindè quam Adamus; quoniam vti non fuerat Eua ſine ſuaſu ſerpentis peccatura, ſic nec Adamus ſine ſuaſu vxoris ſuæ.

2. Herodiadem Herodes corrupit;

*Malum conſilium conſultori* vtrique *peſſimum* tunc fuit, eritque ſemper.

Sed (ſi meminiſtis) nuper diximus, Herodem, cum Romam proficiſceretur, ad fratrem Philippum hoſpitij gratia diuertentem, fratriæ ſeu vxori eius Herodiadi, hoſpitæ ſuæ, contra ſacra hoſpitij iura, adblanditum, ſceleſtas iſtas nuptias illi perſuaſiſſe, cum nihil illa minùs quam iſthoc cogitaret.

*Ex Petro Comeſt. c. 44. hiſt. Euang.*

Vt Eua olim, *mobilitate magis animi, quam prauitate peccauerat*, ſic tunc Herodias iſta.

*D. Ambr.*

Et profectò viri ferè ſemper primi mulierum ſolicitatores ſunt & corruptores; ipſæ illorum, rariſſimè: ſaltem rectà & apertè. Nã certè obliqua retia & multa & ſæpè capiendis viris explicant, cultũ, cantum &c.

Monſtra ſunt, horrenda, ingentia, vxores Putipharis Ioſepho ſupplices; Stenobęæ, Bellorophonti; Phędræ Hippolyto. Raræ, vt noſtra ipſa. Raræ inquã, quæ verbis conceptis, etſi quæ cultu ſupplicent inceſſuque & cæteris, quam plurimæ.

Herodias Herodi neutro modo ſupplex. Saltem mihi necdum legiſſe contigit.

Ergò hic Herodis, quam Herodiadis, maius peccatum eſt.

Notate interim (Auditores) quã ſint matronis Principibus damnoſæ, periculoſæque viſitationes, etiam propinquorum, qua de re vide R. P. Antonium Gueuarram lib. 2. horol. principum verè aurei c. 9. & 10. quod iam latinè ſonare gaudeo, & magnam habeo interpreti gratiam. Faxit Deus! vt quod ſæpè optaui, idem aut alius quiuis reliqua diuini illius viri opera etiam iubeat nobis Latinè loqui.

* 3 *Imparitate libertatis.*

3. Herodias minùs liberè thalamũ alienum fædauit,

Virtutes certè & via hoc magis minuſque talia ſunt, quo ſunt magis minuſque voluntaria.

Liuius. *Vndè conſilium abſuit, culpa abeſt*, in malis; vt

in bonis meritum aut gratia. Et vis & caſus vim mo-
ralium euaporant.

D. Auguſt. lib. de vera relig. c. 14. *Vſque adeò peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.*

Idem lib. de lib. art. c. 1. *Nulla culpa deprehendi poteſt vbi natura neceſſitaſque dominetur,*

Cic. lib. 1. off. *Hoc ipſum* (ſcilicet accedere ad Remp. ac ſimiliter quoduis aliud) *ita iuſtum quod rectè fit, ſi eſt voluntarium.*

Sed in Herode plus fuit volũtarij, q̃ in Herodiade.

Ille ſuaſit, inſtitit, preſſit; quidem; illa etiam ſed ſerò, conſenſit.

Ille vxorem ſpontè repudiauit; illam à Philippo marito, & rege quoque, & optimo, & pacifico (vt ſuprà oſtendi) & fœcundo, nempe iam patre Salomes, & (vt verisimile iſta faciunt) dilecto, pater abduxit, ac tamen tum non abſtraxit, & Herodi quorumdam ſenſo copulauit.

Vtpote à patre bis coacta peccare, *Imò Arethæ filia fuit vxor Herodis huius prior, vt ſup. diximus.*

*D. Hieronymus l. 2. in c. 12. Matth.* ait ſocerum, exortis quibuſdam contra generum ſimultatibus, tuliſſe filiam ſuam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptijs copulaſſe.

Chriſtianus Maſſæus lib. 8. Chronic. *Aretha Rex Arabiæ Petrææ, filiam ſuam Herodiadem (quam Philippo locauerat) tulit, & tradidit Herodi.*

Petr. Comeſtor c. 44. hiſt. Euang. *Super Matthæum legitur, quòd Herodias erat filia Regis Arethæ, quam auferens Philippo, ortis inter eos quibuſdam ſimultatibus, inuito Philippi, dederat fratri Herodi, quia & fratres erãt inimici.*

*Eraſm. paraph. in Marci 6. conſentit.*

Quum ſocer à genero Herodiadem inuitam abſtraxiſſet, videns, eam adhùc ætate integram carere nuptijs nouis vix poſſe;

Scilicet, & maritũ deſerẽdo, *Sup. conc. 1. p. 2. & 3.*

*Solane perpetua mærens, inquit carpere iuuenta,*
*Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?*

Non ita. Illam ergò, vellet nollet, illam Herodi nuptum dedit. Sed hos ſuprà, Baronio Magno diſſuadente, ſequi noluimus.

Si

Si tamen huic opinioni adſentimur, an non Herodias initiò fuerit à patre duplicem vim paſſa; primã, cùm à caro marito illam ille quaſi raptor abripuit; alteram, cum Herodi Leuiro inuitam, vel nihil adhùc amantem tradidit, vt vt poſteà Herodem perditè amauerit? Herodes verò nullam à quoquam qui ſpontè dimiſerit ſuam, alienam vel à patre eius oblatam nihil coactus, & ad libidinem explendam, & ad Philippum fratrem vexandum, obuijs vlnis exceperit; vel ambitam & petitam à patre obtinuerit, feſtiuè ac genialiter domum duxerit? **Et Herodi nubendo,**

Quam differunt, ſolicitaſſe, optaſſe; & conſenſiſſe tantum, imò vim paſſam eſſe!

Ergò & illa à crimina principio alienior, quam Herodes, fuiſſe, videri iure poſſit.

Grauiùs autem Herode ipſo tandem deliquit, quę ſcilicet illum monitis Baptiſtæ pænè flexum obfirmare haud dubiè ſtuduerit, quæ monitori etiam inſidias capitales ſtruxerit, caputque, tandem per filiam popoſcerit.

*Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.*

Ita ſcilicet *flumina magna vides de paruis fontibus orta,* & de ſcintillula, magna ingentis ſyluæ incendia, vt videas principijs ſemper obſtandum. *Ouid.*

## ECHO
## CONCIONIS VIII.
### *In feſto D. Nicolai Ep. Aueſnenſium Diui tutelaris.*

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci. 6. Matthæi 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodie mihi { 1. *Vtri' virine an mulieris adulteriũ cæteris paribus, ſit grauius.* } AVE.

I.

*Vtrius, virine an mulieris adulterium ſit grauius.*

Quam ſtudioſè ſint omnia omninò omnibus peccata carnis fugiẽda, D. Nicol. vrbis veſtræ tutelaris oſtẽdet Auditores) quũ, ne tres puellę ſorores virgines,

**D. Nicolai Ep. quam ſtudioſus caſtimoniæ in alijs conſeruandæ.**

inopiæ magnitudine,ſe deflorandas propinare,ac d
indè,omnium libidinibusproſtare,cogerentur, tri
marſupiorum auro grauidorum iactura , prohi
buit.

(Narra hîc hiſtoriam illam vulgatiſſimam.) Quid magnus ille vir,aut quantum non dediſſet, n adulteria prohiberet,qui toties ſua prodegit,ne libe rarum proſtitutiones contingerent?

O Phænicem Epiſcoporum ! O ſeculum tunc a aureis hominibus verè aureum!

Quàm abſumus nunc ab exemplis illis,qui ne d minuta,aut teruncium quidem demus , vt pudici pauperum conſulamus,imò verò contrà,proh dolo & pudor!mille drachmas pendamus,vt à Laide em mus perpetuum pænitere,aurum,veſtes,conuiuia, n hil non profundamus,vt nunc huius virginis,nunc a lius matronæ pudicitiam expugnemus,& quaſi de genti victoria deindè triumphemus , dicentes I Iô!

**Ouid.** *in noſtro eſt ecce puella ſinu*. Sed hæc alias.

Nunc pace tanti viri,filum orationis noſtræ repe mus.

Occaſione ergò duorum horum Herodis & Hero diadis æquè adulterantium, quæri poteſt,vtrius in a dulterio,virine an mulieris,peccatum ſit grauius?

**Maritorũne an vxorum turpiora ſint adulteria.**

Vt duobus honeſtis propoſitis,rectè quæritur,vtr honeſtius;ſic duobus turpibus auditis , quæri etiam poteſt,vtrum turpiùs.

Vt enim Virtutes, ſic vitia capiunt magis aut m nus,& gradus quoſdam admittũt,contra quàm Sto ci ſentiunt.

**A. Gell. l. 10. noct. Att. c. 13.**

Quærendum autem hoc fuit,propter quoſdam n miùm ſibi arrogantes maritos,nimiùm vxoribus d rogantes,de quibus ait Gellius ; *In adulterio vxorem tuam ſi deprehendiſſes,ſine iudicio,impune necares: illam adulterares,non auderet digito contingere.*

Ità contra iſtud agunt, *Ignoſcas alijs multa, ni tibi.*

No

Nec id quæro, quaſi velim mulierum libidinibus patrocinari, ſed vt coniugum, tàm virorum, quàm mulierum, nimiam adulterandi licentiam, qua licebit, ratione æquè compeſcam.

Reſpondeo igitur, adulterium viri videri & eſſe alio atq; alio aſpectu, nunc
{ 1. *Par:*
2. *Grauius;*
3. *Leuius.* } mulieris adulterio.

*1. Par. probarique { 1. *Lege Dei;*
2. *Paciſcendi modo,*
3. *Pœnæ æqualitate.*

**Viri adulterium par vxorio. Et cur.**

*j. *Lege Dei*, quæ vtriq; æquè contra hunc lapſum poſita.

Exod. 20. *Non adulterabis*, tàm viro, quàm mulieri dictum eſt.

Item Geneſ. 2. *Erunt duo in carne vna.*

Et *Quod Deus coniunxit* vti lapis angularis; *homo non ſeparet*; nec vxor, nec maritus, nec alius quiſquam, diuidat duos vnum factos.

Lege etiam Naturæ, quam tabulis cordis noſtri carnalibus digito ipſe ſuo Deus inſculpſit, nemini in alterum quidquam licet, quod ipſe ab altero nolit pati.

At quis maritorum, ab vxore velit pati, tori ſui fideiq; violationem?

Ergò nec marito cuicunq; licet idem in vxorem agere & audere.

*Peccare certè licet nemini*, his legibus nondum abrogatis.

*ij. *Paciſcendi modo*. Etſi matrimonium nõ eſſet Sacramentum, neque vlla lege diuina aut Eccleſiaſtica apertè ad parem fidem coniuges obligarentur, ſed merum eſſet pactum humanum, quo duo, mas & fœmina, in perpetuam corporum, vitæque omnis, ſocietatem conuenire liberè conſentiunt, & paciſcuntur; tamen tam viro quàm vxori etiam ſic æquè illicitum

 adulte-

adulterium.

Paciſcentium enim par conditio, quà ſpectatur[...] ctorum & promiſſorum conſtantia, etſi alter paciſ[...] tium ſit Cræſus atq; Auguſtus, alter Irus; alter Sup[e-] rior, alter ſubditus.

Sed in Matrimonio paciſcendo res pares alteri[...] ter pari fide promittit. Eodem vterq; hamo adhæ[...] eſt, etſi *caput mulieris vir*. An non enim vterq; pari[...]

Viri & mulieris promiſſa paria.

alter alteri, proprietatem, dominium, & vſumfru[...] corporis ſui a ſe abdicat, in coniugē trāsfert ac ce[...] Omninò nihil plus ſui viro mulier, quàm vir mul[...] vel promiſit vel dedit.

Vt *appendas in ſtatera*, neuter *inuenitur* iuris *minus* [ha-] *bens*.

1. Cor. 7. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet,* [...] *vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non* [ha-] *bet, ſed mulier.*

Caro vtriuſque, neutrius duorum tantum eſt pr[o-] pria, ſed communiter vtriuſque, & tertium poſſeſ[so-] rem non admittit, etſi vel alter vel vterque con[...] tiant.

Communio corporum eſt in matrimonio, v[...] rum in monaſterio. Ibi nec meum nec tuum hoc [...] illud, ſed æquè omnium.

Vt nihil eſt, nec fratris Ioannis, nec f. Petri in clau[-] ſtro proprium, vt de eo ſtatuere poſſit quod velit; [...] ſingula ſunt omnium; ſic ſunt corpora coniugator[um].

Luc. 15. *Omnia mea tua, & omnia tua mea*; aiat vterque [...] ad alterum. Et; Mea caro *non eſt mea, ſed eius qui me ſi[bi]* iunxit.

Virgil. 4. Aeneid.

*Ille meos primus, qui me ſibi iunxit, amores*, & ius co[r-] poris.

*Abſtulit; ille habeat ſecum, ſeruetque ſepulchro*; adeò [...] *ſunt duo, ſed vna caro.*

D. Chryſoſt. homil. 19. in 1. ad Corinth. *Magna* [...] *paritas & prærogatiua nulla.*

Romani inſinuârunt, qui ſponſam introducent[es] dicere illam iubent, *Vbi tu Caius, ego Caia*. Plutarch.

Ergò euidens omninò, virū pariter obligatum, [...]

[...]

riter cum vxore peccare, cum adulterat, fidemq́; parẽ non præſtat.

*Fides*, quæ Ciceroni *eſt dictorum factorumq́ue conſtã-tia*, & dicitur *ab eo quod fuit de quo dictum eſt*, par vtrimque præſtanda, ob pactum par, de pari, vndequaque.

Cic. libr. 1. off.

*Vnum contra vnum*, corpus in corpus (vt gallico prou. dicitur) obiectum eſt. Magno hîc ęquitatis iure certatur.

Hoſtimentum, tantum pro tanto inuicem promiſſum eſt.

Non hîc attenditur, in fide pactoq́ue reddendo, imparitas paciſcentium: ſed, vti tam neceſſe eſt Regi aut Cæſari, fidem, quam ruſtico aut ſubulco, imò & Vaſſallo, vt vocat, ſuo dedit, ſeruare, quàm ſubulcum aut Vaſſallum, Regi; ſic virum (& ſi *ſub eius poteſtate* ſit diuino decreto mulier) oportet, non minus fidelem vxori eſſe, quàm viro vxorem.

Geneſ. 3.

Itaque par peccatum vtriuſq; promiſſis non ſtãtis

D. Ambroſius lib. de Abraham cap. 4. *Nemo ſi blandiatur de legibus hominum .‥ Nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore debetur teſtimonia.*

D. Hierony. & habetur 32. q. 5. Præcepit. *Quod non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem ſeruitus pari conditione cenſetur.* Quid dicitis, Domini mariti, tam magni à ſchola mundi Licentiati, tam parui in ſchola Dei? Vndè vobis tanta licentia? *Multum erigimini filij Leui.*

Exod.

Lactant. lib. 6. diuin. inſtit. c. 23. *Non enim ſicut iuris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habuit alium: maritus autem, etiam ſi plures habeat, à crimine adulterij ſolutus eſt: ſed diuina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus vnum, pari iure coniungit, vt adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diuerſa diſtraxerit.*

Coniuges & coniugati enim cur vocamini? an non, quòd eidem iugo legis connubialis pariter ſubditi eſtis? an non quod idem iugum trahere, ferre, ſuſtinere tenemini?

Imò verò tantùm abeſt, vt viris magis Licenti (vt ſic loquar) hîc eſſe permittam, quàm vxoribu contra, ſi cum alterutro mitiùs agendum eſt; a aliquid conniuendum (quod tamen omninò non e in vxoribus potiùs diſſimulauerim.

Debilioris enim rationis, vti & corporis, om fœmina eſt. Etſi vtrique tamen ſatis rationis & vir eſt, ad vim fœdæ omnis extra torum voluptatis rep lendam, vt vtriq; ab ea æquè cauendum ſit.

Pænè tam adulteroꝫ, quàm adulteræ, decretæ.

* iij. *Pœnæ æqualitate*, ſeu
- 1. *Merè humanæ*;
- 2. *Diuinæ*;
- 3. *Mixtæ, ſiue Eccleſiaſticæ.*

* j. *Merè humanæ.* Apud Arabes, adulteris ſem capitis pœna fuit *Alex. ab Alex. libr.* 4. *geni. dier.* pit. 1.

Apud Cumanos, mulier in adulterio deprehen ducebatur in forum, vt illîc, lapidi inſiſtens, om bus eſſet conſpicua. Deinde impoſitam aſino, a ita per totam ciuitatem circumductam, reduceba ad lapidem, vt ibi rurſus eſſet ſpectaculo. His a habebatur infamis per omnem vitam, ignominiæg tia *ὀνόβατις* dicebatur, quod in aſino equitaſſet. L pis autem nefaſtus ac deteſtabilis habebatur, quo ultera conſtitiſſet. *Plutarch.*

Apud Piſidas, adulterij conuictus, per vrbem, cum muliere, ſuper aſino dies aliquot circumduc *Stob. ſer.* 42.

*Iulia lege puniuntur adulteri*, ait Pomponius Læt. de legg. Rom. tit. de lege Iulia, illa ſcil. quam Iu Cæſar tulit.

*Mœchum in adulterio deprehenſum necato*, dicitur in leges 12. tab. 6. & eſt, per Solonem, legemque liam repetitum. *Necato* inquam, non maritus, ſed ter. Sic olim: nunc autem, retinere duntaxat adul rum fas eſt, in facti teſtimonium.

Videtis viris adulteris nec humanas etiam le parcere?

* ij. *Diuinæ. Lapidibus morientur* (inquit) *adulter*

*adultera.* Leuit. 20.

Iohan. 8. *Moyſes præcepit eiuſmodi lapidare*, aiebant Iudæi de muliere in adulterio deprehenſa, lapidâſſentque haud dubiè, ni Chriſtus opportunè interceſſiſſet.

Suſannam adulterij falsò accuſatam vix Daniel à lapidatione liberauit:

Quàm opportunè ea nunc lex abrogata! Nam (veſtram fidem) ſi adulteros atque adulteras nunc omnes lapidari lege oporteret; putatis, vel vnam in quibuſdam vrbibus plateam, ſtratam lapidibus remanſurã? Credo; Lutetias multas in quauis Prouincia, non minus quàm in Francia, haberemus, ſi Lutetia rectè dicitur à luti frequentia. Lutetias enim & lutoſas vrbes, eruti lapides, adulteris lapidandis relinquerent. *Non remaneret* (credo) in multis locis proh dolor, & pudor! *Lapis ſuper lapidem.* Saxonias & Latomias omnes eruendis lapidibus fatigaremus. Et Brune-haldus neſcio quis, ex Inferis eſſet excitandus, qui publicas vias rurſus pauiret, vt quondam ſeptem illas ſtrauiſſe dicitur, quæ à Beuaco Hannoniç vrbe, quaſi à centro, omnes initiũ habentes, longè lateq; circum protenduntur. *Vide Iacobum Leſſabæum, in anacephaleoſi vrbium Hannoniæ tit. Bauacum.*

Dauidem adulterum an Deus paſſus abire impunitum, quamuis Regem, & quidem (vt antè dixerat) *ſecundum cor ſuum*?

* iij. *Mixtæ*, ſeu Eccleſiaſticæ, quæ quidem ab hominibus, ſed non ſine numinę Diuum infligitur.

Parem autem vtriq; olim inflictam fuiſſe inſinuat Auguſtinus, dicens; *Indignentur mariti, ſi audiunt adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis.* Nota *ſimiles pœnas.* *D. Auguſt. lib. de adulterinis coniugiis.*

Eccleſia, æquè vtriq; coniugi ius debiti à coniuge exigẽdi adulterio tolli declarat, ne exigere poſſit qui peccauit, mortaliter, ſi obtinet, peccaturus.

Eiuſdem autoritate, æquè vtrique ob adulterium alterius probatum, repudium, ſeu diuortium permittitur.

Concil.

*Concil. Trident. ſeſſ.24. c. 8.* nouis pœnis multa, ve-teribus non abrogatis.

Vtriq; idem plagarum modus.

Sed *pro menſura delicti plagarum modus* decernendus iuſtitiam colentibus, maior maioribus, minor mino-ribus, par paribus delictis.

Ergò eadem menſura delicti, in viri mulieriſq; a-dulterio.

Imò vt ait Auguſtinus, *grauius eos puniri oportuerit.*

D. *Aug. ibid.*

Quid igitur viri adeò vobis placetis, atq; adulte-rijs veſtris indulgetis? Quid ad veſtros lapſus ridetis, ad vxorum tonatis, ſpiratis minas Æacidinas, & cæ-des, Iudicibus non expectatis?

* 2. *Grauius* verò viri adulterium eſt, aſpectu vario.

Adulteriũ Viri quo ad ſpectũ grauius quam vx-oris.

Aſpectu in-quam, &
- 1. *Sacramenti profanati,*
- 2. *Remedij,*
- 3. *Differẽtiæ*
  - 1. *Potentiarum animæ,*
  - 2. *Propenſionum,*
  - 3. *Tentationum hinc & hinc.*

* j. *Sacramenti profanati.* Fœdiùs enim, & blaſphe-miæ viciniùs, Sacramentum Matrimonij profanat, vir adulter, quàm mulier.

Attendite, & oſtendo.

*Epheſ.* 5 Quam multis D. Paulus oſtendit, Matri-monium eſſe ſignum Amoris, Superioritatis, & ſub-iectionis, quæ inter Chriſtũ, Eccleſiamq; eius, inter-cedunt?

Epheſ. 5. *Viri diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus di-lexit Eccleſiam &c.*

*Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.*

Ibid. *Sicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto; ita & mulieres viris ſuis in omnibus.*

Neq; aliã profert ille cauſam, cur vir diligere vxo-rem debeat, quam ne ipſe diſſimile ſit ſignum Chriſti, quem repræſentat, qui adeò Eccleſiam ſuam caram habuit, vt, eius adſerendæ gratia, morti ſe ſpontè ob-cerit; &, quam ſemel in coniugem admiſit, nunquam

dimi-

dimiſerit aut dimiſſurus ſit, non magis, quàm ipſam ſuam Humanitatem. *Ego vobiſcum ſum,* inquit, *vſq; ad conſummationem ſæculi.*

Mulierem verò docet virum ſuum timere ac reuereri, vt Chriſtum ſponſum Eccleſia, cuius illa gerit imaginem. Sponſo enim ſuo per omnia obedit Eccleſia, quam à *charitate Chriſti non ſeparat nec tribulatio, nec anguſtia, nec perſecutio, nec gladius*, vt dicere poſſit illud Cant. *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

*Nupta virum timeat, rata ſit cuſtodia nuptæ,*

*Hoc decet, hoc leges, Iuſque, Pudorque iubent*, aiebat etiam ille.

**Ouid lib. 3. de *Arte*.**

**Viri adulterij maior Sacramẽtum iniuria, quam vxoris.**

Vterque quidem cum adulterat, violat Sacramentum, & facit, quà quà poteſt, vt ibi ſint ſigna fallacia; ſed tamen vir cum maiore iniuria rei in illo Sacramẽto ſignatæ.

Vis probem? Eo. Quo eſt dignior, cui calumnia fit aut iniuria, hoc calumniator aut iniurioſus cenſetur criminoſior.

Lex vetus tit. 11. in leges 12. tabb. *Re, perſona, tempore, loco, atrociores iniuriæ iudicantor.*

**Quod hic in Chriſtum.**

Auguſtum Cæſarem falsò inſimulare mẽdacij, forſitan capite plecteretur; equiſonem verò eius, colapho tantùm aut ſola obiurgatione.

*Sic reſpondes Pontifici* aiebat Chriſto; impacto iam colapho Malchus, grande nefas arbitratus conſtans Chriſti ad Pontificem reſponſum.

Sed Chriſto perfidia in ſuam Eccleſiam adfingitur, cum adulterium à viro in vxorem perfido committitur; Eccleſia autem perfidiæ in Chriſtum falsò inſimulatur, cum mulier, marito perfidè deſerto, alteri commiſcetur. Ergò,

**Iſta in Eccleſiam peccet.**

An non, ſenſo cuiuſuis, grauius eſt atque impudẽtius, mentiri Chriſtum fallacem, & vagum in ſuis caſtis erga Eccleſiam amoribus, variumque & mutabilem eſſe eum, qui immutabilis omninò eſt, blaſphemare, quàm Eccleſiam eidem Chriſto parùm fidam ſignificare?

Tanto hoc illo ſceleſtius, quanto eſt Deus altior homi-

hominibus angeliſque vniuerſis, & conditor crea-
ris; & *domo ipſe qui fabricauit illa*:

Vt vt ſancta ſit Eccleſia, non alijs tamen con-
Cant. aut ædificata eſt, quàm meris creaturis. Vt ſit ſ-
*moſa*, tamen & *nigra eſt*, capiti ſuo comparata *de-*
*colorauit me Sol*, id eſt, Soli collata; quid ſum? inq-

Adulter, Chriſtum ipſum Deum & hominem, p-
fidum & (vt ſic loquar) vagæ errantiſque libidini-
ſe, modo vnius, modo alterius Eccleſiæ amoribus-
Iſta mentiatur, ille blaſphemet, pi, adulterando blaſphemat; adultera autem adu-
rando, ſolam Eccleſiam Chriſto perfidam eſſe ſi-
ſignificat.

*Vſque ad Reges hæc viri noxa perueniet*, imò ad De-
Eſdræ lib. 3. c. 4. vſque.

Ergò grauiùs virum adulterum eſſe, quam f-
minam.

Denique: adulterium viri naturam habet blaſp-
miæ quæ facto fiat; Mulieris autem, mendacij ta-
tum: At quis neſcit peius blaſphemare, quam m-
tiri?

* 2. *Remedij*, qui finis inſtituendi matrimon-
2. A remedio, Adami lapſu, non vltimus fuit. Nam ne in vagos c-
cubitus, ferarum inſtar, ſanies morbi Concupiſc-
noſtræ difflueret, cuiq; vas ſuum eſt diuinitus a-
natum, & (vt ſic dicam) proprius vtriq; ſexui me-
datus, vir mulieri, & mulier viro, intra Matrim-
Geneſ. 2. officinam. *Adiutorium* vtriq; *ſimile ſibi*.

1. cor. 7. *Propter fornicationem, vnuſquiſque ſuam v-*
*rem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.*

Huius quoque adſpectu plus in viro adulter-
quàm in vxore peccari eſt.

Quod vni ſemper præſens eſt, Vxori, quamlibet cum alio inſaniat, tamen ſemp-
reſtat vnde marito ſuo opem ferat, vnde eius leua-
gritudinem.

Fauſtina nulla ita *delaſſata viris*, aut ſic *ſatiata re-*
*dit* (vt ille loquitur) vt ſi non ſemper viripeta, ſaltē -
potens eſſe poſſit.

Habet maritus ſemper, etiã in vxore adultera p-
ad quam *paruulos ſuos allidat*, ſcopulos ad quem -

tes fluctus ſuos frangat, littus ad quod algam ſuam relidat, vas ex quo ægritudini ſuæ ſalutem hauriat, ciſternam ſuam ex qua medicam aquam bibat.

*Vt iam decipiant, quid perditis? omnia conſtant.*
*Mille licet ſumant; deperit inde nihil.* Ouid. li. 3. de arte.
*Conteritur ferrum, ſilices tenuantur ab vſu*
*Sufficit, & damni pars caret illa metu,* ait quidam.

Contra: Quamlibet dicat vxor marito adultero;
*Da mihi liberos, &c.* nil niſi corpus inane, & vmbram Geneſ.
mariti, maritus poterit exhibere. *Terra* erit *inanis &* Geneſ. 1.
*vacua; Telluris inutile pondus.* Alteri deeſt perfrequenter,

Vt ephialtes & incubus neſcio quis, ſterili complexu vxori miſcebitur. Homo alieni matrimonij adpetens, non eſt ſufficiens ſuo.

*Ne Hercules quidem contra duos.*
*Pluribus intenti minor eſt ad ſingula virtus:*

Prou. gall. *Qui nimis multa complectitur, malè ſtringit.* Plautus in Aſinaria.

*Vir opere faciendo laſſus noctum aduenïens,* vt Plautus loquitur quid agat? Neceſſario *qui fundum alienum arat, ſuum incultum deſerit.*

Non eſt viro in hunc vſum fons perennis.

Non ſunt hic pares agens & patiens; imò vero hæc Materia patiendi; quàm iſta forma, agendi eſt tolerantior.

*Ab adulterio* deinde vxoris occulto, nulla viro adulterandi occaſio; à viri autem adulterio, vxori non parua. Vnde & illi adulterij quædam occaſio,

*Lactantius lib. 6. diuin. inſt. c. 23.* docet idcircò diuina prouidentia factum, vt ſeu grauida, ſeu non grauida mulier, virum ſemper poſſit admittere, præter aliarum plerarumq; animantium naturam, ne vnquam eſſet viro vel iuſta vel apparens cauſa, à ſua ad non ſuam diuertendi. Sed ipſum audiamus ſua verba reſonãtem: *Nec ob aliam*, inquit, *cauſam Deus, cum cæteras animantes, ſuſcepto fœtu, maribus repugnare voluiſſet: ſolam omnium mulierem patientem viri fecit, ſc. ne fœminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto caſtitatis gloriam non tenerent.*

Mulier ſemper ſoluendo eſt viro ſuo, quam...
ultera; vir adulter non item,

Mulier ergò cum ſic peccat, nullam marito p...
am ſoluendi coniugalis debiti impotentiam, deſ...
que exhibiti ægro remedij, præbet occaſionem...
bi extra torum delinquendi, ipſa ſe adulterio ſu...
perdit, non verò etiam maritum: At vir adult...
dum ſoluendo non eſt, ſeque & vxorem it perd...
dùm illi quoque, quà quà poteſt, occaſio eſt, ...
nam opem implorandi. Quæ non ſunt domi p...
aut remedia, foris diſquiruntur.

**Ac ſic duplex ruina.**

*Generatio praua* virorum *atque adulteræ*; an non ...
vobis videtur, qui cum alterius quoque ruina ...
mò, ſponte ruens, etiam amicorum maximum ...
cietatem ruinæ quà poteſt, trahit, grauius delin...
re, quàm qui ſolus perit?

Vtrum ſatius, vnumne peccatum, an duo com...
tere?

Vtra nocentior, vniuſne animæ, an duarum ...
iactura?

Ita ſe habent vir & mulier æquè adulteri, & ...
duo iniquitatis, æquè alieni quidem prodigi, ſed ...
rum alter ita omnia prodigat, vt factus omnin...
ſoluendo, etiam villæ ſuæ Dominum eo inop...
gat, vt ad latrocinia compellatur; alter ita omnia ...
Domini ſunt profundat, vt tamen vel aliunde ...
ipſius patrocinio poſſit refundere, vel poſſit villæ ...
Dominus ex aliarum prætetea villarum ſuarum ...
ſu vitam decenter ſuſtentare. Vltimo iſti mulier...
tera ferè comparabilis. Vt enim corpus non ſuum ...
mariti proprium, alieno tradat, abutendum, ...
ſemper quod ſatis eſt ad mariti vſum neceſſita...
habet, vt ad furta Veneris nulla conuerti comp...
tur; Maritus autem adulter, primo illi prodigo, ...
Dominum ſuum, egeſtate illi iniuſtè conciliata, ...
hit ad latrocinia. Vxorem enim alioqui caſtam, ...
adulteram.

**Quibus vterq; cõparandus.**

Vter ſenſo veſtro, fide bona, duorum iſtorum ...
quior? An non primus ille?

Ergò & vir adulter, nequior vxore adultera.

* *Adde* maiori egere ſexum illum remedio, quē ſcriptura, & vox populi ægriorem, & minus ſatiabilem adfirmant. — **Muliebris deinde ſexus infirmior, & egentior.**

Prouerb. 30. *Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit ſufficit. Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ numquam ſatiatur aqua: ignis verò nunquam dicit, ſufficit.*

In omni genere animantium, fęminas coniunctionis appetentiores, quàm mares, putat Iſidorus. — *Iſidor. l. 11. orig.*

Vulgoque amorem fæmineum dici pro vehementi & impatienti, quidam opinantur.

Plinio li. 9. c. 50. *Fæmina piſcis coitus tempore marem ſequitur.*

Fertur quoque Leæna Leoni importuniſſima eſſe, & nimia coitionis auiditate, moleſtiſſima.

Sed & fœminæ vocem quidam putant à fœmine interiori & molliori illa parte, ſede ſexus & concupiſcentiæ dictam, alij a græca voce igneam quandā vim ſignificante, ad fœminarum libidinem indicandā, ait Iſidorus. — *Iſid. ſup.*

At quis neſciat criminoſius tolli victum aut amictum egenti quàm diuiti? famelico quàm ſaturo?

Ergò criminoſius tollit vir vxori remedium ſuum adulterando, quàm vxor viro ſuum.

*3. *Differentiæ* { 1. *Potentiarum animæ*; 2. *Propenſionum alterius in alterum*; 3. *Tentationum*. } — **3. A differentia Potentiarū.**

*1. *Potentiarum animæ*, quæ quò ſunt in peccante nobiliores, hoc faciunt peccatum grauius.

*Exiguo concedetur miſericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.*

Sed *mulier* Varroni *à mollitie* dicta eſt, non corporis tantum, ſed animæ, & eius quidem maximè, opinor.

Vas infirmum, vas fictile, & quouis vitro etiam Veneto fragilius eſt mulier.

*Vir autem nominatus eſt, quòd maior in eo vis*

 *eſt.*

*Lactant. li. de opiſ. Dei ca.12.* *eſt, quam in fœmina, & hinc virtus nomen accepit*, ait La-ctantius.

*Rationis,* Mulieribus ratio & vis intelligendi debilior, quà viris, ab humorum frigidiorum maiore in ipſis, quà in viris copia; ipſe quoq; ſenſus communis & diſcre[…] infirmior. Voluntas quoq; ipſa, &, liberi arbitrij m[…]

*Volūtatis,* tus; in ipſis natura volubilior.

*Virg. 4. Aeneid.* *Varium & mutabile ſemper Fœmina*, ait ille. Mulier[…] la eſt, vult, non vult. Euripi freto, quod vnius diei […]

*Pomp. Mela libro 2.* noctis ſpatio ſepties recurrere ait Mela, & quouis […] to eſt inconſtantior.

*Horat. lib. 1. ep. 1.* *Quod petijt, ſpernit; repetit quod nuper omiſit.* Horat.

*Geneſ.* 3. Serpens ita eſſe oſtendit, qui hanc velut […] lus arcis naturæ humanæ immunitius, primum […] aggreſſus, & hâc nos, quaſi arcem, qua immunit[…] eſt, cepit.

Ita ſentiunt, qui Euæ peccatum hàc eleuant.

1. Timoth. 2. *Adam non eſt ſeductus: mulier autem […] ducta in præuaricationem fuit.*

Et vos viri non negatis, qui per iocum illis non […] rò iſta obiectatis.

*Ouid. libr. Faſt.* Et ipſæ libenter agnouerint his verbis, *ſed nos in v[…] tium credula turba ſumus.*

*Idem libr. Herod.* *Simplicitas certè digna fauore fuit;*

(Ignoſcite aduocato cauſæ veſtræ, quæſo virgines […] matronæ) iactura enim loco facta pro lucro eſt, & […] portuna confeſſio, iuſta excuſatio eſt. Ignoſcite […] (adoleſcentes & mariti) non enim hîc ſexui iſti pa[…] cinor, quaſi illum proſtituens, aut intendens fac[…] ad crimina, in quæ nunc collatis aquilis, & expl[…] machinis milito, audaciorem non, ſed huc conor […] ſum ruinam minantis anticipetis, fulcris præoccup[…] tis, ne, occaſione veſtri vt fortè ignorantium illi[…] genium & naturam, ſic fortè & artis, quâ tractari […] oporteat, negligentium peccet: vtriuſq; bonum æq[…] hîc vna opera adcuro:)

Pace igitur veſtra dicam (viri) grauiora ſunt ma[…] torum quàm vxorum adulteria.

Diſcite ex ſimili? Dediderint eidem hoſti Du[…] duo[…]

duo, iſte arcem Mediolanenſem, aut Antuerpienſem vix ipſis auibus cœli adeundam; ille vrbeculam imminutam, ſine vallo, ſine foſſis &c. vno verbo tota nocte capellis ipſis ouibuſque peruiam poſt parem vtriuſque oppugnationem: Fide bona, an non grauiùs in militię diſciplinam Regemque ſuum deliquerit, & ad grauiores pænas accerſetur, qui Mediolanenſem illam aut Antuerpienſem arcem ſeptemplicibus portis muriſque, & tormentis Aueſnenſibus veſtris muſcis (vt vocatis) ſimilibus munitiſſimam vixdum benè pulſatis muris dediderit, quàm qui arcem debiliorem iſtam?

Sic viri, quia fortiores, adulterijs ſe, ad primũ tentationis impetum, ſe dando, atrocius delinquunt, quã vxores, quia vndequaque infirmiores. **Imperiij**

*Quid quòd *caput mulieris eſt vir*? Sed cæteris paribus grauiora ſunt capitum peccata, quam ſubditorũ. Ergò.

Odioſa viris dico, ſed ita cogor, poſt magnum illud Eccleſiæ oraculum Auguſtinum: *Indignantur*, inquit, *mariti, ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pænas, quàm tantò grauius eos puniri oportuerit, quantò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.* ***D. Augu. lib. 2. de adulterinis coniugijs c.***

* ij. *Propenſionum*, alterius in alterius amorem. **Deinde Propenſionum;**

Mulieris enim ad virum tanta propenſio eſt, quantæ materiæ ad formam, & potentiæ ad actum.

Ariſt. li. 11. Phyſ. *Materia prima appetit formam, ſicut fœmina marem*: vtraq; vtrumque tanquam aliquid ſui perfectiuum, & vltimam velut manum. **Quæ ab appperitu perfectionis & finis**

*Caput* & gloria *mulieris vir.*

Et *bonum potentiæ eſt, ad quem actus ordinatur*, aiunt Scholaſtici; ordinata autem eſt mulier, in *adiutorium ſimile viro.* Et gratitudo inclinat omnia in ortus ſuos, in patriam, in parentes &c. An non verò Mulier virago eſt, & *de viro ſumpta*? Itaque, vt *flumina ad fontes ſuos reuertuntur*, ſic illa ad virum quaſi quemdam fontem ſui, & patrem quendam, vt ſic vocem, ſuum. ***Geneſ. 2.*** ***Geneſ. 3.***

Quin & ab Adæ mox lapſu, ipſi Euæ, & in illa,
lierum vniuerſitati, dictum iuxta verſionem Chal
Geneſ. 3. cam, *& ad virum tuum erit conuerſio tua*; iuxta Vat
verò, *ad virum tuum erit deſiderium tuum*, vel *concup*
*tia tua*, quod in peccati pœnam, *ſenſus & cogitati*
A pœna, Geneſ. 8. minei *cordis* in virum *prona* futura eſſet *ab adoleſ*
*ſua*.

Vt ad magnetē ferrum, & ad ſuccinam palea oc
to quodam raptu fertur; ſic ad virum mulier.

Infirmitas quoque ſexus illā ad virum, quaſi
rem, aſylum, & præſidium ſuum, inclinat, vt ſ
A ſpe præſidij, lent pauperiores, & auxilij omnis egeni, diu
potentiorum vel ambire vel non valdè refugere
telam.

Ouid. de arte.

*Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper,*
*Multaque diuitibus non patienda ferat.*

Vides hederam, vt ſe altius efferendi ipſa impote
alioqui humi reptura, vel muros, vel quercus,
lias arbores firmas proceraſq; circumplexu, &
ſationibus ambiat, vt vel ſic adſurgat?

Adeò multa sūt quę fęmineos animos in viro
clinant, pauca, quæ viriles in fœminas, præter
luptatem, vel propagandi noſtri rectam vol
tem.

At quis neſcit impares fieri culpas, ab impar
propenſionibus, & illabendi occaſionibus? gra
à minoribus? leuiores à maioribus?

Vt cadat qui rectus incedit? qui in plano?
tabulato, aut arena? non ferendū. Cadet loripe
bulans in ſalebris? in glacie? tolerandum.

Vt pane ieiunium violet famelicus? diſſim
Vt medicata frugibus offa, qui eſt ad vomitum
non feratur. Eſurientem enim natura trahit
bum, ad panem, paſtum hominis proprium;
autem, ad placentas illas herbaceas, vo
ſola.

Ergò, cum mulier ſui oblita, marito deſerto,
mittit non ſuum, minus peccat, quam vir de

à ſua, ad non ſuam.

Quanquam ( quod ſæpè repetendum eſt) neutri hoc ipſum licet, & vt minus aliquo aſpectu mulier hîc peccet, peccat tamen ſatis ad pœnam ſempiternam. Sed ad viuum rem iſtam hic reſecantibus nobis, quæ faciunt pro fœminis, contra viros iſtic plus æquo ſibi arrogantes, ſunt proferenda, vt virorum aliquando effrenis audacia compeſcatur.

**Ab appetitu prolis, quò factæ ſunt**

Denique; cum fœminarum creandarum ferè non alia potior fuerit cauſa, quam fœtatio, & generis humani propagatio, vndè & à fœtando fœminam nonnulli dictum putant; non adeò mirum, ſi in finem illum, quò factæ ſunt, magis quàm viri (etſi ſæpè non ſatis rectè) intendunt; & id appetunt ardentiùs, quaſi medium ad finem illum, ſine quo nec fœtare poſſunt, nec matres eſſe?

Hùc autem potiſſimè factas eſſe, non ſolum hiſtoria geneſis, ſed & hoc quoque indicat, quòd ipſę auidius expetant matres eſſe, quam viri, patres; &, cum, ſemel matrem fuiſſe, cuilibet ipſarum tot ærumnis in conceptu, tot doloribus in partu, tot curis in paſtu conſtiterit; tamen iterumque iterumque in idipſum, (vt ſæpè, & a varijs, dulcem illum vocatiuum, *Mater*, audiant) reuertuntur. *Preſſuræ non n eminerunt.*

Vatablus annotat. 31. in ca. 3. geneſ. ad illud *Ad virum tuum erit deſiderium tuum*; *Id eſt* (inquit) *in dolore partes filios: & nec ſic tamen poſt partum refugies congreſſum viri.*

**Denique & Tentationum,**

* iij. *Tentationum.* An non quo illæ frequentiores potentioreſque, hoc eſt culpa cuiuſque occaſione ipſarum labentis excuſabilior?

*Quanto imbecilliori reluctamur, tantò minus, ſi vincimur, venia digni ſumus,* cenſore Chryſoſtomo.

***D. Chryſ. homil. 79. in Matth. de 10. virginibus.***

Quis ſanus dicat, quaſſato egregiè iam, & magna vi aperto ab hoſte muro, Capitolium capi aut dedi, tam probroſum eſſe, quam illùc hoſtem vel proditoriè inuitari, vel ſponte venientem, nullam tamen aut leuiculam repulſam paſſum, admitti?

Matth. 13.

Aliquid eſt, dicere poſſe quærenti Domino, *vn-* *ergò habes zizania* in agro corporis tui, ô mulier? *In-* *micus homo hoc fecit, cum dormirent homines*, mat[illegible] pater, & cęteri cuſtodes mei.

*Inimicus ſubplantauit me, & fraudulenter egit in me.*

*Serpens decipit me, & comedi.* Geneſ. 3.

*Domine vim paſſa ſum, reſponde pro me.*

*Impulſus, euerſus ſum*, ſexus fragilis, *vt caderem.*

Dedidi me, & arcem corporis ac pudoris mei; [illegible] precibus, ſed donis, ſed importunitate amantis.

*Geneſ.* 38. Ego Thamar, *de viro, cuius hæc ſunt con-* *pi: cognoſce, cuius ſit annulus, & armilla, & baculus.*

Quas mulieres à viris vulgo patiantur,

Sed agedum, vtrius ſexuum (quæſo) ſunt crebri[illegible] & fortiora certamina? vtrius rariores victoriæ? An[illegible] illa mulierum ſunt? rariores autem illę victoriæ, v[illegible] rum? Fœminarum enim ſanè inter tot certamina c[illegible] berrimæ: ſupra inſitum ipſis animi corporiſq; rob[illegible] ſupra ætatem, ſupra formæ cum pudicitia vnione &[illegible]

*Extimulat ſæpè viros* (ait Pauſanias;) *at multo ſæp[illegible]* *fœminas, acriores cupiditatum aculei.*

Fœminis *bella domi video, bella timenda foris.*

*Foris gladius, intus pauor.*

Vter ſexuum ab altero aut tentatur verbis bland[illegible] aut dulcibus literis, aut munuſculis, aut lenocin[illegible] ſuis vel externis lenonum lenarumque, aut luxu co[illegible] uiuiorum &c. vter ab altero vim, doloſve, & phil[illegible] frequentiùs patitur? viriliſne à fœmineo? an contr[illegible] fœmineus à virili?

Mulieres a viris ſolicitari, quotidianum eſt.

Non Troia à Græcis; non Carthago aut Numa[illegible] tia a Romanis Scipionibus tam arctè vigilanterq[illegible] olim obſeſſa, non tot irruptionibus, aut tot dol[illegible] impetita nuper Oſtenda Flandriæ, quot pulchræ [illegible] minæ & domus & corpus, à viris, à procis, à ma[illegible] moniorum alienorum ſubſeſſoribus.

Aut multas ab vno, ĩ Ouid. ep. Heroidum

*Turba ruunt in me luxurioſa proci*, aiebat quondam in ſuis ad virum ſuum literis, caſtiſſima illa Pene-lope.

Tàm frequenter potenterque ab vno, à multis procis tentatur vnius mulierculæ aut adoleſcentulæ caſtitas, vt mirari poſſit vir quilibet bonus, vel tam raras eſſe inter tot tentationes ac tentatores, quæ labãtur, vel tam raros etiam labentium caſus, quamquam nimis multas, ac nimis frequenter (noſtro, & bonorum omnium voto) labi contingit.

**Aut etiã à multis,**

*Parcite paucarum diffundere crimen in omnes;*
*Spectetur meritis quæque puella ſuis.*

*Idem l. 3. de arte.*

Difficilis rei a multis ambitæ cuſtodia.

Ægerrimè, arx, alioqui & ipſa debilis atque immunita, cùm vndique hoſtibus coronatur, & continenter impetitur, defendi a quocunque poteſt, *non ſi ipſe meus tunc adſoret Hector.*

**A quibus obſeſſas non vinci difficilimum,**

*Aliquo modo expugnatur, quod vndique inceſsitur*, ait D. Hieronymus.

*Virgil. 2. Æneid.*

*Inque ſcopum, è multis, vna ſagitta ferit*, aio ego.

Piſculum non aliquandò ab vno aliquo adhamari, & capi, difficile eſt, verſantem inter piſcatores multos, quibus & multiplex, & *ſemper pendeat hamus.*

Ex mille tamẽ fortiter ſolicitatis mulieribus, quota quæque labitur? Et ſi quæ vna, vel ſemel labitur, an non eadem milies a viro vno aut pluribus, ante lapſum vnum, ſolicitata, preſſa, ac penè coacta eſt?

*Vna dolo* centum *vix fæmina victa* procorum *eſt.*

Penelope Vlyſſis vxor, quot annos, & à quot procis, & quam validè impugnata, nec tamen expugnata?

*Virgil. 4. Æneid.*

Totos viginti annos muliercula à procis varijs obſeſſa ſemel capi non potuit, ſed pudici corporis arcẽ in mariti reditum victrix, defendit, dolos dolis opponendo, & contra vulpes vulpinando.

Illa enim inexpugnabilis caſtitatis mulier, abſente totos viginti annos marito, decennium ſcilicet ad Troiam, decennium deindè aliud varijs in mari erroribus, nullis neque patris ſui Icarij precibus, neque procorum vndique quaſi ad brauium aliquod confluentium pollicitationibus euinci potuit, vt fidem, quam ſemel viro in militiam proficiſcenti dederat,

**Et tamen multæ nõ vincũtur,**

ſecundis nuptijs violaret;ſed cum proci acriùs acriùſ-
que inſtarent,atque adeo vim illaturi viderentur,tan-
tū ſibi induciarū ab illis pacta eſt,quātū telæ quam
orſa erat,pertexendæ ſufficeret,quas vbi obtinuit,
ſummo prudentiæ caſtitatiſque exemplo, quidquid
interdiu in oculis procorum texuerat,noctu,ipſis ab-
ſentibus,filatim retexebat,vt ſic tela ſemper penden-
te imperfecta atque interrupta,ipſa caſta in viduorio-
ro,mariti reditum patienter prçſtolando,deluſis pro-
cis permaneret.ô viraginem!ô maſculam fœminam!
virorum pudorē!imò ô pudorem multorum æui no-
ſtri Chriſtianorum!

*Ouid. vbi ſupr.* ——*tua ſim,tua dicar,oportet*, ait,cū ad virū ſcrib.
*Penelope coniunx ſemper Vlyßis ero.*

O fœminam planè dignam, quæ (ſi tùm vixiſſet)
Chriſto numero prudentum virginum acceuſeretur
ſaltem dignam,quæ temporibus Chriſti, & fidei no-
ſtræ naſceretur! Sed iſta ſunt *miſerentis Dei.*

*Liuius l.1. dec.1.* Lucretiam Romanam Sextus Tarquinius etſi mi-
tis etiam precibus impugnaret , expugnaſſet tamen
nunquam,niſi vim fraudulentam, & fraudem violen-
tam adhibuiſſet. Stricto enim ſceleſtus ille gladio,
cubiculū columbç illius accipitris inſtar irruēs,mor-
tem mòx minabatur,ni adquieſceret,addens , ſe
occiſæ latus,iugulatum mancipium adpoſiturum,
poſſet ſcilicet ſicophanta apud maritum veriſimili-
ter , in pudendo cum ſeruo adulterio deprehenſam
necatamque mentiri. Itaque pudicitiam,ſed corpo-
tantum non etiam animi,metu pudoris obiecto,
vulpinans expugnauit.

Luciarum,& Agnarum martyrum Chriſti con-
tiam quis neſciat?

Hæc certamina,& in his etiam victoriæ frequen-
tes,&debiliū quidem fœminarum,lapſus verò & p-
carum,& rariſſimi pro modo certaminum.

*Contra nullæ aut raræ fæ-* At contra,quam rarum ſolicitari viros à fœmi-
Sol ipſe non rarior.

Q

Quota quæque mulier, aut quoties virum ſolicitauit? quota quæque deluſa, deriſa, & ſeriò repulſa, iterùm experiendo inſtitit, rapuit, vimque vel intulit, vel oſtentauit?

minarum in viros inſidiæ,

Et tamen cadunt viri, ac ſæpiſſimè, nulla aut rara muliere impulſore.

Quis virorum ſtaret, aut ſuſtineret, ſi pari obſidione a muliebri ſexu premerentur.

Da, non dico caſtra formoſarum ſeu matronarum, ſeu virginum, ſeu meretricum, in circuitu viri verbis, oculis, oſculiſque captatis & datis, tactibus, pulſibus, muneribus, denique omni genere petulantiæ procaciter inſidiantium, obſidentium, & tantum non vim inferentium, & hoc milies iterantium; nil tale poſco, ſed mulierem vnam dumtaxat, actitantem in viros, quæ viri erga ipſas ſolent; (ingenuè dicamus, quæſo) quotuſquiſque ex tali obſidiuncula victor euadet? &, ſi quis victor, quoties hoc erit, aut quamdiu?

*Caſtus, quem nemo rogauit*, verius quam *Caſta eſt, quam nemo rogauit*.

Crebri tamen virorũ lapſus.

Nec verè dictum de fæminis: *Conueniat maribus, ne quam nos antè rogemus;*

*Fæmina iàm partes victa rogantis aget.* Ouid. lib. 1. de arte.

Ioſephum nos viri magna pompa, ſed ſemel tantum, ſed ab vnica, eaque Domina ſua, & optimè de ſe meriti Domini, & in aula Potentis ac metuendi coniuge ſolicitatum & victorem, cum aliquot paucis talibus, producimus, oſtentamus, quaſi miracula magna maſculæ caſtitatis. At in talia mulierum, inter tot procorum, tot procaciſſimos impetus victricium, quotidiana & infinita pænè aliud agentes incurſamus.

Ergò, vt turpius eſt deditionẽ facere, & arcis claues hoſti offerre, vix iubenti, aut vel per tubicinẽ aut tympaniſtam poſcenti, quam tentanti, & præmenti; ſic viris adulterare & labi ignominioſius, mu-

Vndè & turpiores.

lieribus

lieribus aut nullis aut paucis, aut parum lenteq; tantibus, quam vxoribus inter tot virorum inſi atque obſidias.

**Vndè illæ fæminarũ victoriæ.**

Profectò; Victoriæ illæ mulierum an à natural xus ſui pudore, an ab vteri gerendi verecundia, dolorum partus formidine, an a fortitudine qua inſita, an a gratiæ Dei pro modo tentationum a tantis ſpeciali præſidio maximè, an ab omnibus ignoro; certè, vndecunque ſunt, toti ſexui ſunt glo ſæ, nobis ignauis ignominioſiſſimæ.

Et cùm pauciſſimæ inter infinitas immobiliter tes & victrices, eæquè ſemel aut iterum inter tot tentiſſima certamina lapſare narrrentur; viri & frequentes & frequentiſſimè, non paria tamen tamina ſuſtinentes, nec paria offendicula offend tes: erit quiſpiam adeò cæcus, qui virorum adult non videat grauiora eſſe, quam fæminarum!

**Quis hic Autoris ſcopus.**

Et hæc omnia quidem hùc congeſſi Auditores, vt mulieribus adulteriorum præteritorum patro aut audacia illis data incentor futurorum; abſit: verò, vt publica fortitudinis earũ commendatione, caſtitatis colendæ perſeuerentiam ipſas anim (*Laudataque virtus creſcit*, ait ille:) Viros autem, (qu noſcunt hic ſibi omnia, illis nihil, imò labentes ad Iudices rapiunt, ſæpè etiam, non expectata Iud legitimi ſententia, occidunt deprehenſas) grauiu peccare, quam fæminas, oſtenderem, & ad lachry ad omnes pænitentiæ dignos fructus, vtriſque dem, ſed viris magis quam fæminis hic neceſſari prouocarem; docerremque, Herodem iure à Iohan potiùs quàm Herodiadem, adulterij fuiſſe co tum, & audire meruiſſe durum illud *Non lic & cæt.*

*Vide Mazarinum ſcriptorem Italum diſcurſu 8. in 50. quem locum notare quidem Romæ, ſed legere non licuit.*

**Adulteriũ viri leui*.**

Ad viuum tamen omnia reſecemus, oſtenda que qua parte vir hìc minùs, quam vxor peccet.

*3. *Leuius*, & adſpectu { 1. *Finium Matrimonij*, 2. *Damni*.

*1. *Finium* Matrimonij, quorum eſt, { 1. *Principalis; Generatio;* 2. *Minus principalis; Societas perpetua, & mutuum auxilium duorum inter ſe.*

Qui in vtrumque, vel certè in principalem militat, grauius peccat, quàm qui in alterum tantum, & quidem minùs principalem. **1. Adſpectu finiũ matrimonij,**

At mulier militat in vtrumque; In primum, degenerem & dubiam prolem gignendo, & eius conceptũ ſæpè ortumque vel vaga libidine, vel abortuum procuratione &c. impediendo. In ſecundum quoque virũ deſerendo, infamando, irritando &c.

Vir dumtaxat in ſecundum, vxori ſcilicet remedium ſubtrahendo, eius familiæque bonam pacem ita perturbando.

Itaque vxorum grauiora ſunt, quam maritorum adulteria.

*2. *Damni*, quod quantò latiùs patet, tantò peccatum grauius conſtituit. **2. Damni,**

Adultera autem damno afficit { 1. *Maritum;* 2. *Proles legitimas;* 3. *Hæredes* { 1. *Suos conſanguineos,* 2. *Affines.*

*1. *Maritum*, cui adulterinam prolem ſubponit alendam vt ſuam, itaque addit ei & laborem, & dolorem, & curas &c. euiſcerat ſe miſer pæneque excarnificat diurnis, antelucanis, nocturniſque operis, alẽdis liberis ternis aut quaternis non ſuis, qui poſſit vnis, aut binis ſuis paſcendis ferè otioſus ſufficere. **1. In quo genere, adultera plus lædit Maritum,**

Parumne cuiquam videtur, quemquam ad latomias, aut metalla, alterius vice, nulla cauſa, ab ea quæ tenerrimè amare debuit, damnari? cogi ſoluere, quæ non rapuit? Talis adulteræ in maritum crudelitas.

Deindè, leoni nunquam ſubponit leopardum, qui degeneri vita, patris gloriam, & familiæ nomen, quod gerit, valdè obſcuret, vt audiat. **Genus ex quo ipſe,**

Nec

*Virgil. 4. Æneid.* *Idem 2. Æneid.*

*Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus autor:*
Vel: *At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles*
*Talis in hoſte fuit Priamo; ſed iura, fidemque*
*Supplicis erubuit &c.*

Contra, Maritus vxori nullum ſpurium alend[illegible] aut eius generi ignominioſum futurum, poteſt [illegible] portare.

2. Genus quod ex ipſo,

* 2. *Proles legitimas* . Illarum enim hæreditat[illegible] reſque omnes, diſciplinam, curaſque paternas [illegible] dit.

Iugera terræ, alioqui vni integrè obuentur[illegible] tres aut quatuor ſpurios partienda.

Ex futuris Monarchis Tetrarchas facit, q[illegible] Herodes hic noſter fuit.

Pomum quadripartiendum, quod integrum [illegible] aut duobus contigiſſet.

Minuens eius opes & diſciplinam,

Cura quoque ipſa, quam totam pater in pauci[illegible] gitimis erudiendis fuerat poſiturus, quia in illos [illegible] que ſpurios incognitos diſpertiẽda, ad legitimos [illegible] gulos minor perueniat neceſſe eſt.

*Quintil. lib. 1. inſtit. c. 2.*

Vt *neque Præceptor bonus maiore ſe turba, quam* [illegible] *ſtinere eam poſſit, onerauerit* Quintiliani ſuaſu; ſic [illegible] maritus & parens, pluralitati quantæcumque [illegible] rorum formandæ ſuffecerit.

Et beneuolentiã paternã.

*Faciunt vaſa* nimis multa in calatho, plures i[illegible] to vno, pulli nimis multi ſub vnius gallinæ alas [illegible] cti, *inuicem anguſtias. Anguſtum eſt ſtratum, & vtru[illegible] capere non poteſt.*

Maris inſtar, cui ſi hic additur, ibi diminuitu[illegible] Solis, qui ſi nos illuſtrat, Antipodibus tenebras [illegible] quit, eſt parentis erga multos liberos cura diſci[illegible] Oblata huic, alteri ablata.

Quis vt Deus, de quo eſt illud Auguſtini, *O[illegible] omnipotens, qui ſic curas vnumquemque noſtrum,* [illegible] *lum cures, & ſic omnes, tamquam ſingulos.* lib. 5. co[illegible] c. 11.

*Seneca in Thyeſte.*

Denique, vxor marito quamlibet tenuiſſimè [illegible] terij ſuſpecta, minuit pater etiam in legitima[illegible]

lem, curam & beneuolentiam. Sic enim ille tùm ſecum: *Dubius ſanguis, certi nihil*, vt ait Seneca. Forſitan alterius liberis ſudo, & laboro. Quorſum? *Seram, & alius comedat?*

Maritus contra tale omninò nihil poteſt, ſiue adulterium eius ſcitur, ſiue neſcitur: in vxoris ſuorumque damnum.

Nam ſi neſcitur, non ſunt profectò liberi ab eo alibi geniti, & incerto patre nati, alterius hæreditatem, quàm putatitij patris adituri; Si verò ſcitur, neutrius adire permittuntur, nec veri ſcilicet, nec putatitij.

**(Quæ viri adulterijs non accidunt,**

Romani certè lege 12. tabularum ſanxere, ***ne paternorum bonorum ſpurij hæredes eſſent*** : & nùnc quoque obtinet.

Itaque, etſi, cùm mariti adulterium, fœcundum ignoratur, aliqui non minùs exhæredantur, aut minùs inſtruuntur (nempè qui illius alterius familiæ legitimi liberi ſunt, quam adulterio fœdauerit) quam dùm etiam neſcitur vxoris adulterium pariter fœcundùm; tamen non videtur tàm contra charitatem ille, quàm illa, peccare. Minùs enim eſt exhæredare omninò alienos propter ſuos (quod vir facit) quàm omninò ſuos, propter alienos, id eſt illos adulterinos & ſubpoſitios (quod facit mulier fœcundè adultera.)

**Si accidunt, non tamen tãta charitatis offẽſione,**

*Initium charitatis à ſe, & à ſuis*, ait prou. *Proximus ſum egomet mihi*, ait quidam.

***Terent. in Andria.***

Dixi autem notanter contra charitatem. Nàm, quà furtum, quod vtrobique vtrimque committitur, nudè conſideratur, grauius tùm viri, quàm mulieris, peccatum erit; quoniam peius eſt, merè alienis innuito Domino abuti quod vir adulter facit, quàm partim & (vt ſic dicam) dimidiatè ſuis, quod facit adultera. In alterius enim illius familiæ, quam fædauit, bona & cenſum, nullum omninò dominium adultero; adulteræ autem, in ſua, & viri, & liberorum bona, ſaltem aliquod, vel tantillum.

**Etſi furto maiore,)**

Adde, maritum ſæpè ſic adulterare poſſe, vt nulli

in bo-

in bonis fraus fiat, vtpote, ſi cum libera: vxorem nu-
quam, ſi fœcundè, ſi occultè adulteret.

3. Hæredes, Quorum alios fraudat,

* 3. *Hæredes ſuos*, Conſanguineos, Affines.

Conſanguineos, proximos alioqui poſt ipſam f-
turos hæredes.

Affines, mariti ſcilicet ſui primos hæredes ex a-
Contingere enim ſanè poteſt, vt vxor adulterinam
vnicam dumtaxat prolem marito addicens, vtroſ-
hæreditate alioqui certò obuentura, æternùm
cludat.

Spurios autem fures conſtituit ſempiternos, ſed t-
men in caput ſuum.

Alios fures conſtituit,

Vir nihil tale poteſt, ſi in externos quidem, certè
in ſuos, neque affines, neque conſanguineos, niſi f-
tè inceſtu adulterium ſuum auxerit.

Et quis tùm morituris modus explicandi ſui a-
uadendi ex eiuſmodi labyrintho?

Contra quæ vix conſilij copia,

Quæ Ariadne, aut quo filo? quis Confeſſionari-
aut quo conſilio, miſeras adulteras pœnite-
tandem, & iàm iàm agentes animam, indè ſecura-
ducat?

Reſtituat illa? Qui poſſit?

Marito, aut liberis legitimis ſe prodat? his, vt ſp-
rios hæreditatis ſuæ conſortes admittant; illi, vt ſp-
rios adoptet? Spurijs qui ſint indicet, vt vel è fam-
procul nunquam redituri diſcedant? aut in mona-
rium aliquod immittet, quod Iohannis Thauleri
ſimili caſu conſilium quoque fuit? *In vita Thauleri*
*1. ad populum pag.* 54.

Fortaſſis nec maritus, nec legitimi adquieſce-
Spurij non credent, nec eadem volent, ſed nec
forſitan tenentur.

Quid ſi deindè miſella conualeſcat? quæ pericu-
quæ famæ macula! quantum indè iurgiorum, ſuſp-
cionum, marito; prolibus, contemptionis ſui ſemin-
rium!

Quid ſi moritur, nec tamen ſpurios maritus ad-
tare, nec eoſdem ipſi legitimi cõſortes eſſe voluer-
Quæ cũ conſcientię crucibus tunc quoq; ignomi-

Fo-

*Foris gladius, intùs pauor.*

*Anguſtiæ vndique* Suſannis illis, Suſannam illã priſcam parum ſequutis.

Nominabit ſpurios? non tantum inopes? ſed infames quoque faciet.

Dicet generatim aliquos inter omnes ſubpoſititios eſſe: Marito faciet incertos omnes &c.

Quam vellent tùnc infecta omnia miſellæ domicellæ iſtæ adeò miſcellaneæ!

Damnabuntur? ſed nec dico ſaluabuntur. Pænitudinem admittere, conſilium dare poſſumus, ſecuritatem non poſſumus. Perplexitaś pluriṁa.

Vtrimque tùm, & hinc ipſis primum, & iſthinc quoque miſeris confeſſionum auditoribus cruces planè incredibiles.

Vtrimque ſanguineus *fluet vndique ſudor.*

*Gens abſque conſilio & ſine prudentia, generatio peruerſa, atque adultera; vtinam* nunc iſta *ſaperent, & intelligerent & nouiſſima iſta prouiderent!*

Nec vos mariti in minoribus tùnc futuri anguſtijs, ſi quos oleaſtros in bonas oliuas, adulterando etiam inſeruiſtis.

Qui maritorũ remorſus,

Nec quidem, etſi nullos inſerueritis.

Conſcientia tunc illuminatior facta oblatrabit, & iniquitatis ſummæ faciet reos, & illud Senecæ immugiet, *Improbus, qui ab vxore pudicitiam exigit, ipſe alienarum corruptor vxorum.* De ſua iniuſtitia,

Et illud Auguſtini; *Iniquum, eſt, vt quis de alio iudicari velit, & iudicari de ſe nolit.* *D. Aug. ep.147. ad Paxentiũ Comitem Arianum.*

Itane ô inique, ſtare corpus tuum, caput autem iacere voluiſti?

Itane, corpus mundum eſſe, faciem autem illotiſſimam?

Itane, fortiorem vinci, dedi, capi, catenari &c. infirmiorem inuicto ſemper animo fortiter hoſti reſiſtere?

Itane, quæ ſurſum eſſe oportuit, deorſum proclinaſti, & contra?

Victricem libidini vxorem voluiſti; te victum &

carumdem ſeruile mancipium?

De vxoribus adpaſia tractis, 1. Neceſſitate, D. Aug. tract. 48. de verbis Domini ſer. 46.

Vxori feneſtras ad adulteria aperuiſſe non pudet { 1. *Egeſtatis*; 2. *Exempli*; 3. *Vindictæ*?

* 1. *Egeſtatis*, quæ non minus durum telum eſt, q neceſſitas.

*Non enim illa poteſt* copula carere, *& tu non pote*

Ne careret, in nuptias, & ſub viri iugum nit. Dum autem foris libidinatis, virum dem habet, ſed non maritum; Tantal ſtat, in medijs aquis ſitit, &, inter fugace bos, eſurit, & eſurie quidem, cuius quantum tormentum, ex tua metiri potes. Boulimia qua la cruciabilior.

*Difficulter reciduntur* vincunturque *vitia, quæ cum creuerunt.* Senec.

Et homo eſt, & fæmina. Quid faciat? *biber* negas *aquam de ciſterna ſua*, aut paſci menſæ bis? id eſt, ab adulterijs non es ſoluendo? comedet miſera, fame rabida impellente, de na.

Vt ſi diues *non pauiſti fame morientem*, quem bas, vel *occidiſti*, vel ad furta Mercurij adegiſti; vxorem, cui quod debuiſti non reddidiſti, quo aliò tranſtuliſti, ad furta Veneris, quantum in compuliſti.

*Paupertatem ne dederis mihi, ne, egeſtate compulſ rer*, aiebat Salomon.

Non tu iniquiſſimus, qui telo vno quatuor animas lætaliter confodiſti? Tuam imprimis ri; Eius deindè cum qua adulteraſti, Vxoris quam extra torum mendicare coëgiſti; Viri illi ſoluti, ſeu alteri debiti & coniugati, qui quadam nefariæ miſericordię, pauit tuam fam morientem, & ficus ſuas in calathum tuum iniecit?

Ecquod Deo, pro tot animarum mortibus, vel rependium vel hoſtimentum, iam iam mo & nocte inſtante, *qua nemini licet operari*?

* 2. Ex

*1. *Exempli.* cui* magna vis apud minores, cùm ſubit animum à magnis & amicis autoribus, & cùm eſt domeſticum. 2. Exēpl.

Quis, citharizante Abbate, non tripudiet monachus, etiam nouitius?

Licere ſcilicet ſubditi putant, quidquid à capitibus, quaſi tot claſſicis authoribus vident vſurpari.

*Si quis*, ait quidam, *magiſtrum cepit ad eam rem improbum,* Terent. In Andr. act. 1. Scen. 2.

*Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque adplicat.*

Vxori ergò, cum in eius torum locumque, ante eius oculos, pellicem toties aduocaſti, aut certè foris nec caſtè nec cautè vixiſti, perſuaſiſti adulterium ludicrum quid eſſe, &, non minùs vxori, quàm marito licere & riualem viro adſciſcere, & trahere iugum cũ extero, mutare voluptates, alternis vti; Virum enim rationis ditiorem, familię principem diuinitùs decretum, alioqui nunquam, nec tam ſæpè, nec tam liberè à ſe abiturum, ad alias aditurum.

Habeat ergò inquiet, ille vxores ternas aut quaternas, dùm ego amicum vnum; ille pellices Græcas, Lacænas, Phrygias, Geticas, Helenas, Briſeides &c. ego pellacem Vlyſſem, ſi non formoſum, certè facundiſſimum.

Sic fiet illa fortaſſis *vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex*, vt Cicero loquitur.

(Vt taceam liberorum corruptelam, qui pellices matris, qui patris riuales, qui patris Laides, qui matris Ægyſthos quotidiè videndo, intemperantiam Patris maximè audiendo, & quaqua reſciendo, ex meris adulterijs nati, & inter adulteria ab adulteris educati, non poterunt ſcelerum gentilium non ſimiæ & imitatores fieri:)

Qua fiducia mori tādē, mariti, audebitis, qui vxores veſtras, alioq; Lucretijs ipſis caſtiores, exēplis peſſimis

ſi non ad Lupanaria & libidines præmiſiſtis, certè v lut manu duxiſtis, dicam? an comites traxiſtis? Q ſpe veniæ, a morte, ad tribunal ſeueriſſimi Iudicis v nire audebitis?

*Virgil. Æneid.*

*Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, &* ra;

*At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.*

* 3. *Vindictæ*, cuius ſtudio aliquæ magis, quàm li dine, adulterandas ſe propinant, ſic (vt illis videt vlturæ, maritorum contemptu, contemptum ſu talionem velut redditurae.

Quintilianus : *Vxor cum in tale incidit matri nium, exemplo ipſo incitata, aut imitari ſe putat, aut v dicare.*

*Ouid. de Arte.*

*Dùm fuit Atrides vna contentus; & illa*
*Caſta fuit; vitio eſt improba facta viri.*

*Plaut. in Aſinaria act. 1.*

Tantum pro tanto ſcilicet, hoſtimentum, op pro opera, ac forte cum auctario & vſura. *neceſſe eſt cere ſumptum, qui quærit lucrum.*

Et certè, *vt qui quæ vult dicit, quæ non vult diet*; ſic, qui quæ vult facit, quæ non vult p tur.

Et ſæpè præmia diuina ſũt caſtitatis virorum, vxores caſtæ, Et contrà.

Et diuinitùs, caſtitas vxorum ſæpè eſt præmium ſtitatis maritorum, & intemperantia earundem, temperantiæ ipſorum diuina vltio.

Æquum Iobo id viſum; *Si deceptum eſt*, inquit, *meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidi ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea*, vel, vt ad verbum hebræo eſt, *molat alteri vxor mea*, id eſt, vel vt mola ferior ſuperiori, ſic illa viro non ſuo ſubponatur, meretrix fiat: vndè & Vatablus vertit, *Permolat v rem meam alius*; vel alteri ſeruiat; molere enim in piſtrino ſerui & ancillæ iubebantur, vndè i Comici; *Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam que ad necem,*

*Terent. in Andr. act. 1. ſcen. 2.*

*Ea lege atque omine, vt ſi te indè exemerim, pro te molam.* in quibus verò familijs ſerui ancil que deerant, ſolebant vxores & molere, & pinſere

*ſuper illam incurrentur alij*, id eſt, alterius fiat, vt ancilla, ſic & concubina.

Dauidis vxores, quòd is vxorem Vriæ Bethſaben adulterio polluiſſet, an non alius ab illo, & quidem filius eius Abſalon, permiſſus eſt diuinitus quaſi per talionem, conſtuprare?

2 Reg. 12. *Eo quod tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua...ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius*, publicè & impudentiſſimè.

Eſt Sorbonicus quidam Doctor amicus meus, qui credibile putet, idcircò diuinitùs datam Penelopæ Vlyſſis vxori tantam inter tot procos, tanto ſpatio, annorum ſcilicet viginti, quibus is ab illa abfuit, pudicitiæ coniugalis conſtantiam, quòd is nec Calipſus, nec Circes peregrinis amoribus captus victuſque eſt, cui facilè adſentior. *M. N. Io. Bap. de Glen.*

Peccauerit tamen omnis vxor quæ adulterio adulterium vindicarit.

* *Adde*, ferè illud Quintiliani verum eſſe; *Homo neque alieni matrimonij abſtinens, neque ſui cuſtos, quæ natura connexa ſunt*. Itaque *incuſtoditæ diripiuntur oues*.

Non putatis (mariti) Deum animam vxorum de manu veſtra requiſiturum? Dubitatis?

Si ad pęnam accerſenda, quæ peccauit irritata, ille abſolutus, qui peccauit non irritatus, imò vxorem, vt peccaret, irritauit, cauſas dedit, viam ſtrauit? & quid non? O quam intricati libri rationum veſtrarum in Iudicio illo extremo inuenientur!

# ECHO CONCIONIS IX.

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non li-*
*cet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci. 6.
Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi:
1. *Herodem etiàm Inceſtus ab Iohan-*
*hic reprehendi. Inceſtus quid: Vbi,*
*per quas leges illicitus;*
2. *Propinquorum inter ſe nuptiæ quan-*
*in vſu, & cùr;*
3. *Inceſtorum enormitas ex quibus vi-*
*deri poſſit.* AVE.

I.

*Herodem etiàm Inceſtus ab Iohanne hic reprehendi.*
*Inceſtus quid: Vbi, & per quas leges illicitus &c.*

Fœcundiſsima Baptiſtæ verba hęc, *Non licet tibi &c.* *Euſeb. Caeſ. li. 1. hiſt. Eccl. c. 11. Herodes Philippo iunior. D. Ambroſ.*

Non tot Ducibus militibuſque Durateus ille e-
quus, qui dolo Troiam immiſſus, ipſam prodidit, gra-
uidus fuit, quot notis & cenſuris vna hæc Baptiſtæ in
Herodem ſententia, *Non licet tibi habere vxorem fra-*
*tui.* Nàm præter ſuperius indicata, Inceſtum etiam
Regis, & Poligamiam flagellat. q. d. Cui non licet ha-
bere alienam, cuiuſcunque externi, quî habere po-
affinem, & quidem tàm propinquæ affinitatis, v-
rem ſcilicet fratris tui, qualis iſta Herodias eſt, qu-
habes & foues? Philippi vxor eſt, germani tui eſt,
quidem te ſenioris. *Quanta in vno facinore ſunt cri-*
*na!*

Ex quibus euidens, Inceſtus etiàm cũ affinibus tã tùm, prohiberi.

Itaque Auditores, & hinc videtis, Inceſtus veri-
nec modò eos qui cum conſanguineis, ſed etiam
cum affinibus tantùm.

Quapropter & de ipſis nùnc etiàm dicendum,
quidem hac in vrbe maximè, in qua adeò multi co-
nati ſunt atque affines, vt ægrè deinceps matrimo-
contrahi cum alijs, quàm cum cognatis aut affini-
poſſint.

Tractatio vtilis, vt nuptiarum inceſtarum turpi-
dine & periculo probè cognitis, ſolicitè ab illis ca-
tis, & bona magnaque fide Eccleſiæ renuncietis,
alior-

aliorum impedimenta, de quibus, ſecundò & tertiò pronunciatis coniugandorum nominibus, publicè ipſa ſciſcitur, ſi qua fortè obcurrerint.

Tùm, vt parentes magna cura caueant, ne maſculi etiam adhùc ephębi, ſororibus aut cognatis etſi impuberibus lectos communes habeant, propter timores nocturnos &c.

* *Inceſtus ergò* vel Inceſtum (quorundam opinione) dicitur, ſi tamen vox latina eſt, ab inordinati amoris carnis incẽdio, quò Ouidius fortè ſpectaſſe etiã videatur, cũ, de Myrrhæ cũ patre dormitione loquẽs, dixit; — **Inceſtus etymologiæ adparentes,** ***Ouid. l. 10. Metam.***

*Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido,*
*(Myrrha) faceſque ſuas à crimine vindicat iſto.*
*Stipite te Stygio, tumidiſque adflauit Echidnis*
*E tribus vna ſoror*, q.d. furiale fuit, quod ſic *ſanguis ſanguinem tetigit*, non a communi hac flamma, ſed ab animali, diabolica, infernali profectum. — ***Oſee.***

An non fortè etiam ab incendio, vel quo cremari inceſtuoſos iſthic oporteret? vel quod apud Inferos certò expectant? Quidni?

Alij verò Inceſtum, quaſi non caſtum dici putant.

Sed Pompeio Feſto cenſore, *Inceſtus à græco trahitur. Nam illi facinus dicunt* ονήκισεν à ceſto, id eſt pudoris cingulo, quo vxor olim à marito cingebatur in fide maritali; & quo Venus ad honeſtas nuptias & Martem ſuum conciliandum vtebatur, vndè & per metaphoram pro pudore, & connubij legibus vſurpatur, & inceſtum pro eo, quod à ſacrato illo Veneris cingulo non fertur. — ***Sex. Pompeius Feſtus de verborum ſignificatione.*** **Probabilior.**

Vndecunque ſit vox oriunda, parui nunc refert; de ſignificato potius diſquiramus.

Nonius Marcellinus: *Inceſtum* inquit *vſu dicitur flagitium in affines admiſſum.* — **Significatum,**

Iuriſconſulti Inceſtum ſumunt pro impudico & turpitudinis flagitio in propinquos admiſſo, *L. vlt. D. de ritu nupt.*

Alij etiam pro libidine cum ſanctimonialibus. Gratianus cauſa 36 q. 1. Lex illa. ita definit. *Inceſtus eſt conſanguineorum, vel affinium abuſus.*

*Definitio pleniſſima,*

Pleniſſimè ità definiueris; *Eſt flagitium carnis n*
*le, cum ea commiſſum, cum qua alioquin illicitum fuiſſe*
*trimonium citra diſpẽſationem contrahere, vel quod*
*guinea ſeu neceſſaria ſit, vel affinis, vel religioni oper*
eſt, Veſtalis ſiue ſanctimonialis, vt ſunt mater, ſo
& quæ voto virginitatem Deo conſecrarunt, &
cumque de fonte baptiſmatis patrinus ſuſc
ris.

*Virgines quæ poſt conſecrationem nupſerint, non*
*dulteræ ſunt, quàm inceſtuoſæ,* vt dicitur diſt. 27.

Ad quartum autem vſque gradum incluſiuè ve
ſunt conſanguineorum coniunctiones, ſine diſp
tione.

Leuit 18. *Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui n*
*cedat, vt reuelet turpitudinem eius.*

*Vide in Canone XXXVI. q. 1 Lex illa. §. Cùm igitur.*

*Et extra de eo qui cogno. conſang. per totum.*

*Et de conſanguinitate & affinitate per totum.*

*Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. 4. & 5.*

*Res ferè apud omnes gẽtes vetita,*

Romani ipſi nunquam fraternorum connub
rum morem receperunt.

*Plutarch. in problẽ.*

Plutarchus ipſe, iam olim prohibitum fuiſſe
bit, neceſſarias ducere, quoad lex lata eſt, quæ li
voluit vel patruum vel auunculum, fratris ſoro
filiam ducere, in gratiam viri cuiuſdam boni & p
laribus accepti, cenſus exigui, qui fratris ſui f
nubilem & dotatam ipſe ſibi vxorem duxerat; re
eiuſce criminis factus, pro concione eſt abſolutus,
ge ibidem lata.

*Diodorus Siculus lib. 1. c 2* indicat ferè vbique v
fratrum ſororumque coniugia, cum ſit culpa
gyptios. *Ægyptij,* inquit, *hanc legem præter commu*
*omnium morem ſanxere, fas eſſe vxorem à fratre ſo*
*capi.*

Euripides in Andromede morem ſic exſec
*Tale eſt,* inquit, *omne barbarum genus.*

*Etiã inter partim conſãguineos,*

*Pater cum filia filius cum matre*

*Miſcetur, ſoror cum fratre.* Pauſania etiam d
nante. Legibus quoque prohibita copula, etiam

non merè conſanguineos, deinde & inter affines tantùm.

Leuit. 20. *Qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conſpexerit fratris ignominiam: neſariam rem operati ſunt, occidentur in conſpectu populi ſui.*

Deuter. 27. *Maledictus qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui, vel matris ſuæ.*

Leuit. 20. *Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo: ſanguis corũ ſit ſuper eos.*

Deuteron. 27. *Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius.*

Leuit. 20. *Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo peccatum ſuum: abſque liberis morientur.* Et Affines tantum.

Deuter. 27. *Maledictus qui dormit cum ſocru ſua.*

Leuit. 20. *Si quis dormierit cum nuru ſua, vterque moriatur.*

Ibid. *Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tamen nefas in medio veſtri.*

Ibid. *Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelanis: abſque liberis erunt.*

Iuſtinian. libr. 1. Inſtit. *Inter fratrem ſororemq; nuptias eſſe probibitas* placet, *ſiue eodem vtroque parente, ſiue altero tantum nati ſint. Verùm ſi per adoptionem ſoror facta ſit, quam diu manet adoptio, etiam nuptias prohiberi: at ſi per emancipationem adoptio diſſoluta ſit, poſſe inter eos ritè iniri connubium.*

Eſtq; Inceſtus peccatũ adulterio grauius, D. Thomæ cenſura. D. Thom. 2.2.q.154 art. 12. Adulterio atrocior,

## II.

*Propinquorum inter ſe nuptiæ quando in vſu, & cur.*

Non tamen omninò id contra Naturam. Tempus enim fuit, quo tales nuptias Deus & Natura permiſêre, Neceſſitate ita efflagitante, non voluptate.

Aliquando tamen permiſſa,

Olim enim naſcente, & (vt ſic dicam) adhuc poſi[illegible] in primis cunabulis Mundo, ſub Adamo, ita op[illegible] tuit.

Deindè, adoleſcente quidem Mundo, ſed cult[illegible] inter *filios hominum*, id eſt Caini poſteros, ſemi[illegible] to, ſuperſtite autẽ inter *filios Dei*, id eſt in familia Se[illegible] ita decuit Religionis ergò.

Denique, renato iam poſt diluuium Mundo, [illegible] ra rurſus quorundam à Dei cultu ſeceſſione, acc[illegible] ne autem Abrahæ ad eundem facta, multo temp[illegible] in ſola Abrahæ ſtirpe conſanguineos atque affin[illegible] uicem iungi, in vſu fuiſſe, certiſſimum eſt. *Vide [illegible] lib. 15. ciuit. c. 16.*

Et cur,

Hùc ſcil. cogebat initiò paucitas hominum; [illegible] paucitas religioſorum.

Quam enim Cainus, niſi ſororem ſuam (non [illegible] tamen, opinor, quam vno partu cum ipſo Eua [illegible] rat; nam geminos maſculum & fœminam ferè ed[illegible] *mater illa viuentium*: ſed eam, quæ cum Abele [illegible] altero partu prodierat, Delboram ſcilicet, vt [illegible]

Petr. Com. cap. 25. in in Geneſ.

Comeſtor) vxorem ducere potuiſſet, cum alia nu[illegible] extaret?

Quas deindè filij & nepotes eorum, niſi filias & [illegible] ptes ipſorum, atque ita deinceps ad tempus [illegible] turnum?

Geneſ. 2.

Quid? Adam iam ipſe vxorem duxerat Euam, [illegible] *nem de carne ſua, & os ex oſſibus ſuis*, propemod[illegible] ter filiam ſuam? Numerant enim Theologi qu[illegible] modos hominis producendi, ac ſecundo illum [illegible] nunt, quo producitur quis ex patre ſine matre, [illegible] ua ex Adamo.

Oſeæ.

Tandem auctiore iam genere humano, non [illegible] matrimonijs ſanguis ſanguinem tetigit.

Imminuto autem iam per Idolatrarum ſeceſſi[illegible] populo Dei, oportuit rurſus, tam Sethi quam A[illegible] hami temporibus (ne *filij Dei*, magno corrupte[illegible] & liberorum periculo, *cum filiabus hominum*, id [illegible] regrinarum religionum ſemine iungerentur) [illegible] ferè in idipſum, iterum conſanguineos & affines [illegible]

iuſdem tribus homines coniugari, imò & vnius plures eſſe vxores.

Itaque Abrahamus ipſe cognatam ſuam habuit vxorem, valdè propinquo gradu cognationis; quoto autem & quali, nunc non eſt proprius diſputandi locis. Si quis ſciturit, videat latè & doctè apud Pereriũ lib. 16. in geneſ. diſp. 14. fol. 555. edit meæ.

Certè idem Pererius affirmat, temporibus Abrahæ deſijſſe fratres ſororeſque coniungi.

Iacob ſorores duas, cognatas ſuas, Liam & Rachelem, ſeruitij quatuordecim annorum quaſi ſtipendiũ, vxores etiam duxit.

Ita *ſanguis ſanguinem tetigit*, neceſſitate non voluptate.

Neceſſitas ſcilicet multa extundit atque excuſat. Neceſſitas multa excuſat.

Theodoretus ipſas filias Lothi hac vtcunque excuſat. *Et ſolitudine* inquit, *in qua verſabantur, & ſenectute patris commotæ, hoc ſibi conſilio ſimul & naturæ conſidere voluerunt, potiùs quàm libidini ſatisfacere.*

Seruius in 4. Georg. Virg. *Lacones*, inquit, *diu bello attriti ab Athenienſibus, & inopiam timentes virorum, præceperunt, vt virgines cum quibuſcumque concumberent.*

*Deindè*, quòd Reges quidam, Philoſophi, & Populi quidam non omninò indecores, idipſum vel permiſêre, vel ſanxêre; Ex Regibus enim Danaus Argiuorum Rex Beli priſci filius, quinquaginta filiabus ſuis, quas ex pluribus coniugibus ſuſceperat, totidem Ægypti fratris ſui filios; ipſis patrueles, maritos adſciuit

Ex Philoſophis Zeno ipſe, dux autorque Stoicorum ſectæ, quæ ſanctiſſima ſemper habita eſt *cum ſororibus miſceri lege ſanxit*, vt ait Chryſoſt. D. Chryſo. li. de vita Babylæ.

Ex populis, Athenienſibus legitimum fuit, vt fratri ſoror nuberet, teſtibus Plinio ad Quadratum, & D. Hieronymo ad Ruſticum; facere aliquam poteſt fidẽ, non eſſe omninò contra naturam quaſdam conſanguineorum affiniumque coniunctiones.

*Deniq;* quòd Catholica nõ infrequẽter hic diſpẽſat. Non patiuntur aũt vllam, quæ contra naturam ſunt, diſpen-

diſpenſationem:

Qua ceſſante, laxitas cõnubiorũ reſtricta eſt.

Subcreſcente tamen olim genere humano, & auctis in Abrahe domo religionis veræ cultoribus ſum Deo, Eccleſiæ, Legislatoribus, congruere, & le eſſe, arctare, & in certos limites cogere matri niorum illam laxitatem.

Notandum tamen, nunquam, in illa laxitate & bertate, niſi ſcelere magno priuignis licuiſſe, vel N uercas, vel Vitricos adtingere, multò verò minus rentes veros (vndè & quidam iam olim primo con

Gen. 2.

biali præcepto dictum putant, *Propter hoc relinquet mo patrem & matrem*, id eſt, parentes non attinget.

Nec vſquam, niſi apud vulgò infames, & barba ſimas gentes id toleratum.

*Apud Scythas* (ait Curtius) *parentibus ſtupro coire liberis fas eſt*. Sed Scythæ erant.

Plutarc. in apopt.

Cymbri, ex ſe genitas filias, vxores olim duceb teſte Plutarcho; ſed antequam à Mario Coſ. vince tur, & humanitate ab hominibus imbuerentur.

Mich. Glycas p. 2. Annal. *Ninus quum matrem manam Semiramidem matrimonio ſibi iunxiſſet: lex Perſas inoleuit, qua fas eſſet matres ac ſorores in vxor cere.*

Theodor. in Leuit. 20. *Perſis translatitium, non modo cum ſororibus, ſed cum matre filijſque frequente bere.* Sed Perſæ erant, & gens molliſſima.

Quid? ô ſcelera horrenda! Apud Perſas, Mag ordini nemo adcenſetur, niſi qui ex filij cum matr pula exſecrabili ſit natus, ſi Catullo, ac poſt illũ M tuano credimus;

Catullus fol. 79. edit. meæ.

Catullo in Epigrammate de Gellio quodam; N *Magus ex matre, & gnato gignatur oportet*, inquit,

*Si vera eſt Perſarum impia relligio.*

*Natus vt accepto veneretur carmine Diuos,*

*Omentum in flamma pingue liquefaciens.*

Baptiſt. Mant. l. 1. Faſt. tit. Epiph.

Mantuano, ibi: *Adiungunt plerique* (*licet ſit* *vanum*)

*Eſſe opus, ex natis illos, & matribus ortos.*

De quibus fortaſſe Ouidius intellexit, cum ſic M

rham, patris inceſto amore pereuntem, loquentē induxit; *Gentes tamen eſſe feruntur,*

*In quibus & nato genitrix, & nata parenti*
*Iungitur, & pietas geminato creſcit amore.* Sed Magi erant, ſed Perſæ erant hominum molliſſimi, ſed Babylonij erant, id eſt ciues confuſionis, aut Chaldæi mancipia dæmoniorum &c.

Zenonem verò miror, aut potiùs ſtupeo, etiam id lege ſanxiſſe. *Cum matribus* (inquit Chryſoſtomus) *ac ſororibus miſceri, Philoſophus Stoæ porticus lege ſanxit.* Sed ſæpè philoſophi illi *dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt,* & ſæpè non tam ſcholam diſciplinæ, quam ſtrumam & ſentinam corruptelæ aperuerunt.

Sed exploſa iamdudum infamis illa doctrina, & ſententia eſt.

## III.

*Inceſtorum enormitas ex quibus euideri poſsit.*

Grauitatem verò peccati huius libet videre? **Granditātem inceſtus oſtēdunt.**

Inceſtus grauitatem videre licet ex
- 1. *Pœni;*
- 2. *Beſtiarum horrore,*
- 3. *Inſenſilium ſtupore.*

*1. Pœnis, vel
- 1. *Sponte abſumtis ab eis qui ſic peccauerunt;*
- 2. *Inflictis, aut imperatis.*

*1. *Spontè abſumtis &c.* Oedipus ille, qui Sphingis ænigmatum interpres fuit, cum Iocaſtam matrem ſuam, viduam Laij Patris ſui Regis Thebanorum (quem incognitum in turba prius occiderat) vxorem, quam matrem neſciebat, duxiſſet, ſcelus tandem intellectū, ita eſt exſecratus, vt parricidij & inceſtarum nuptiarū pœnam à ſe ipſe exacturus, & vtrumq; ſibi oculū expunxerit, & Athenas in ſpontaneum exilium, Antigone filia duce vſus, ſeceſſerit. *Poetæ paſsim omnes.*

*Hieron. Cardanus lib. 3. de conſol.* Salethus Crotone Princeps legem tulit etiam Iulia ſeueriorem, vt mœchi viui cremarentur, nihil maius hoc crimine exiſtimans. Verùm, cum fratris vxorem ipſe polluiſſet, depræhen-

præhenſus orationem tàm luculentam habuit, v
ues remittere pænam vellent, ac exilio ſolùm
nare. At ille culpæ intelligens magnitudinem, in
ſponte inſilijt, crematuſque ſic eſt.

Quum Secundus, Philoſophus dicam? imò
beſtia, ſe matri, neſcienti eſſe filium, ſe commiſ
ſet, mater re cognita ſceleris horrore mortem ſi
tulit; ipſe, cum inceſtus pænitudine, tùm mat
mortis, cui cauſam dederat, dolore, æternum ta
vt vocem, quâ, in concubitu, matri innotuerat,
ſceretur. *Diog. Laert.*

Vxor Nauſimenis cuiuſdam Athenienſis, cum
ac filiæ ſuæ ſtupro interueniſſet, monſtri nou
*Val. Max. li. 1. c. 8. de miraculis.* perculſa, & in præſens tempus ad indignandum,
poſterum ad loquendum, obmutuit, illi nefarium
cubitum voluntaria morte pensârunt. *Val. Max.*

Valerius quidam præ mœrore ſe præcipit
dit, atque interemit, quòd cum Valeriâ Tuſcul
riâ filiâ (quæ ipſum deperiens, per ancillæ dolu
eius lectum irrepens, ſe illi meretricem propina
dormiuiſſet. *Plutarch. in Parallel. to. 2. Mor.*

Loth ille vir bon⁹, quib⁹ putatis verbis, imò ve
*Geneſ. 19.* rib⁹ filias excepiſſet, & quib⁹ lachrymis defleſſet
cũ duabus filiabus (quamuis cũ tanta ebrietate &
norantia admiſſos, vt nunquam ſenſerit, nec q
*(De lotho & filiabus opiniunculæ veriſimiles)* vtraque *concubuerit* nec *quando ſurrexerit*) inceſtu
reſciiſſet? Facti opinor, ignorantia ſemper labo
vel ſi reſciuit, credo, vti vxor alia cauſa in ſtatu
lis antè verſa, ſic fletu & ſtupore pænè in ſaxum
Niobe & ipſe diriguit, aut ſe multis de cauſis fo
peccaſſe credere potuit. Habet enim aliquos &
facti ſui patronos, vt excuſent, certè ſi non à to
*Theodoret. in hunc locum.* tem à tanto. *Ea* enim (inquit Theodoretus) eius
*tas fuit, quæ poßit excuſari. Vehementer enim comm*
*nimo propter vxorem, moleſteque ferens ſubitam re*
*mnium ſpoliationem, miniſtrantibus vinum puellis,*
*penitùs quid illæ molirẽtur, libẽter malorũ obliuionẽ*

Cæterum: Quòd filiarum altera natu maio
inceſtus ſui vocauit Moab, quod *de patre* ſignific

tera iunior Benammi, vel Ammon, id eſt *filium populi mei* id eſt cuiusdam è populo meo, quo ſpiritu putatis factum? nonne Pœnitentiæ, vt priſcus ille monachus, qui prolem, quam vagus è monaſterio furtiuo concubitu genuerat, reuerſus ad frugem meliorem *filium inobedientiæ ſuæ* appellabat? Volebant ſ. opinor nomina ipſa ſibi perpetuum eſſe vel Intemperantiæ ſuæ, vel imprudentis & non ſecundum ſcientiã fortaſſe in poſteritatem & totum genus humanum, Dietatis, monimentum, ad pœnitentiam pariter, & verecundiam? In ea pænè ſum ſententia, ſi tamen illæ aliquo modo peccauerunt, quod quidam nolunt. Nam certè & tã bono viro, qui Deo tantæ curæ fuit, vt Sodomorum incendio vnus cum familia ſubtraheretur, ſi peccaſſet, videtur Deus fuiſſe factum deindè indicaturus, vt illud pœnitẽtiæ lachrymis deleret & filias eius ad lamenta prouocaturus, aut manifeſta aliqua vltione de patre inebriato deceptoq; , & de ſuo inceſto ipſas caſtigaturus, quorum nihil dum hactenus vſquam legi.

Nemo pęnè hactenùs inceſto pollutus eſt, aut polluit, quem non conſcientia intùs mirè momorderit, ſæpè etiam ad publicam vel ſui, vel inceſtatoris vltionem armuerit.

Illuſtriſſimus Dom. Petrus Manderus vir magnus & doctus, mihi Romæ narrauit, aliquando mulierem neſcio quam, quæ inceſto concubitu cum filio filium procrearat, tanta ſceleris ſui pænitudine agitatã fuiſſe, vt aliquando Sixtum V. Pontificem Max. Franciſcanum, ſolenni pompa procedentẽ inclamãs è turba, vniuerſis audientibus, peccatũ ſuũ publicè confeſſa, cum multis lachrymis veniam popoſcerit, his ferè verbis (Hiſpanicè loquutam ni fallor Manderi verba indicabant) *Miſericordiam, Miſericordiam Sancte Pater, Hic filius ex filio meo meus eſt*, adeò ſui apud Deum illam pudebat, vt pudorem illum humanum contemneret: (*Conſiderauit namque quod fecit, & noluit moderari quid faceret*:) Pontificem tamen alioqui ſeueriſſimum, data benedictione, mòx mulierem abſoluiſſe, impetratis dumtaxat orationibus Dominica,

*Dom Petr Manderus Agens principis Leodienſis Ernesti Romæ.*

Publica cuiuſdam inceſtæ confeſsio Romæ

*D. Greg. homil.* 33. *in Euang. de Magdalenæ pœnitentia.*

Angelica, aut aliqua tali leuiuſcula, & mirantibu[s]
lias ſeuerum hominem, tanto ſceleri tam paruā m[...]
tam impoſuiſſe, mulieri, inſtar capitis ſui Chriſto[...]
trocinando, ſic ferè reſpondiſſe; *Non videntur vob[is]*
*tantus ex publica illa confeſſione rubor, & talibus lachry[mis]*
*vocibuſque teſtatus dolor abundè ſceleris pœnas dare, &*
*ex me veniam meruiſſe?* O certamen hinc Iuſtitiæ, [il]-
linc Clementiæ! O Patrem, in impiam quondā m[a]-
trem pium!

Notate interim, quanti inceſtum ſuum mulier[cu]-
la faciebat, quæ ſic vindicabat. Smyrnam (quā My[r]-
rham Latini vſurpant) quòd ſe per dolum cum pa[tre]
miſcuiſſet, ferunt Poetæ, etiam poſtquam in arbo[rem]
ſui nominis eſt commutata, amariſſimis guttis, q[uaſi]
lachrymis, ſcelus ſuum explorare;

Ouid. l. 10. Meta. *Quæ quamquam amiſit veteres cum corpore ſenſus,*
*Flet tamen, & tepidæ manāt ex arbore guttæ.* ait Po[eta]
vt dicere iure poſſit illud Ruthæ caſtiſſimæ, *Ne vo[cetis]*
Ruth. 1. *me Noemi (id eſt, pulchrā) ſed vocate me Mara (id eſt, a[ma]-*
*ram) quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotens.* [Val]-
dè inquam repleuit, quoniam & manus, & ocul[i],
rami, & venulæ arboris illius, perpetuò deſtillāt m[yr]-
rham amariſſimam.

Ouid. li. 1. de Arte. *Byblida quid referam, vetito quæ fratris amore*
*Arſit, & eſt laqueo fortiter vlta nefas?*

Sed fabulæ ſunt, & ad populum phaleræ. Fa[teor]
fabulæ: ſed quæ, ſi rem veram geſtamque non [nar]-
rant, indicant tamen ſi quemquam in eiuſmodi p[ec]-
cata labi contingat, paribus doloribus lachrymi[s]
culpam eluere oportere, aut laqueum deberi.

Horat. in arte. *Hæ nugæ ſeria ducunt*

Mycerini Ægypti Regis filia ſe ſuſpendit, quod [vi]-
Pi. Val. li. 3. hierogl. in Tauro. pratam ſeſe a patre ferret indigniſſimè, ait Pi[er.]
Val.

**ij. Inflictis, aut imperatis* { *1. Diuinitùs,* / *2 Humanitùs.*

**j. Diuinitus.* Leuit. 20. *Qui acceperit ſororem ſuam*

*liam patris ſui vel filiam matris ſuæ ... occidentur in conſpectu populi ſui.*

*Qui nouercam, morte moriantur ambo.* ibid.

*Qui vxorem patrui vel auunculi ſui, portabũt ambo peccatum ſuum: abſque liberis morientur* ibid.

*Si quis dormierit cum nuru ſua, vterque moriatur.* ibid.

*Maledictus qui dormit cum ſocru ſua.* Deut. 27.

*Qui duxerit vxorem fratris ſui ... abſque liberis erunt.* Leuit. 20.

*Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius ... viuus ardebit cum eis.* ibid. Et centum eiuſmodi.

Et quæſo, cur vlciſcens Deus per Moyſen ſeriò cauit, ne Ammonitæ Moabitæq; in Eccleſiam Dei, in decimam vſque generationem, admitterentur? Non ideò (opinor) dumtaxat, quòd Moabitę Chamos idolum colerent, Melchom Ammonitæ, ſed etiam quòd ex tam inceſtis dedecoroſiſq; complexibus Lothi Patris & filiarum autores gentis nati eſſent. Sic enim & nunc quoq; a Sacris Eccleſia, & ab Honoribus ſpurios arcet Republica.

Sed ad Herodem hunc noſtrum reuertamur, videmuſq;, quam varia deindè ab hoc Inceſtu cum Herodiade nepte ſua, id eſt Ariſtobuli communis fratris ex eodem patre filia (vt Ioſephus ait) fortuna virum fatigarit.

*Ioſeph. lib. 18. ant. c. 7.*

Ioſephus refert, indè ſimultatè nata, ſequutam eſſe inter ipſum & Aretam ſocerum de Gamalitici agri finibus contentionem: bellum vtrumque per legatos geſtum, commiſſoq; prælio Herodis exercitum internecione perijſſe, proditum a quibuſdam exulibus, qui pulſi è Tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis ſtipendia. Cauſam ille ſolam putet Iohannis necem, nos & illam, & iſtam, inceſtas cum nepte nuptias.

*Idem libr. 18. ant. c. 7.*

*Vt Herodi noſtro, Ioſeph. lib. 18. antiq. c. 9.*

Romam profectus ambiens altiora, à Caio Imper. Tetrarchia exutus eſt, quam a Iulio Auguſto acceperat, ſed & pecunia, quam cũ Tetrarchia Caius Imp. Agrippę Herodianæ defectionis indici dono dedit. *Ioſeph. Egeſippus Euſeb.*

*Egeſippus de excidio Hieroſ. li. 2. c. 5.*

*Euſeb. Cæſ. l. 2. hiſt. c. 4.*

Deiectus regno, damnatus quoque exilio vel apud

Lugdunum vrbem Galliæ, vt *ait Ioſephus libro* 18. …
*cap.* 9.

Vel apud Viennam Galliæ vrbem, vt Euſeb. li…
hiſt. c. 13.

Vel ad Hiſpaniam fugit, ibique peregrinante …
vxore Herodiade mœrore animi conſumptus dec…
*vt volunt Ioſephus lib* 2 *belli Iud. c.* 8. *& Egeſippus de …*
*dio Hieroſol. c.* 5.

Vel vbi vbi libet tamen *multis excruciatum mœ…*
*terno damnat exilio* Herodem Caius Imp. referente …
*ſeb. Cæſ. lib* 2. *hiſt. Eccl. c.* 4. Fortaſſis enim nec in …
vno diu eſſe Deus voluit hominem, qui diu in vn…
ro viuere non potuerat, ſed variè in exilia alia et …
cogi, verſarique illum & ſæpe ſolum vertere, quam …
ribus ita ſemper luſerat, & nuſquam fuerat, quam …
Amorum inconſtantia, conſtantior.

Greg. lib. 4 dialog. cap. 32. *Terr bile etiam quo…*
*in Valeriæ prouincia contigiſſe, vt vitæ venerabilis …*
*mianus Syracuſanus Epiſcopus, qui diu in hac vrbe mo…*
*naſterio præfuit, narrare conſueuit, dicens: Quidam* …*
*lis illic ſacratiſſimo Paſchali ſabbatho iuuenculam cu…*
*filiam in baptiſmate ſuſcepit. Qui poſt ieiunium domum …*
*uerſus, multoque vino inebriatus, eandem filium ſuam …*
*manere petijt, eamque nocte illa, quod dictu nefas eſt, …*
*dit. Cumq; manè facto ſurrexiſſe, reus cogitare cœpit …*
*balneum pergeret, ac ſi aqua balnei lauaret maculam …*
*Perrexit igitur, lauit, cæpitque trepidare Eccleſiam …*
*Sed ſi tanto die non iret ad Eccleſiam, erubeſcebat ho…*
*ſi verò iret pertimeſcebat iudicium Dei. Vicit ſ aque …*
*na verecundia, perrexit, ad Eccleſiam: ſed tremebund…*
*pauens ſtare cæpit, atque per ſingula momenta ſuſpectus …*
*hora immundo ſpiritui traderetur: & coram omni p…*
*vexaretur. Cumque vehementer timeret, ei in illam …*
*celebritate quaſi aduerſi nihil contigit. Qui lætus exijt, …*
*altero Eccleſiam iam ſecurus intrauit. Factumque …*
*per ſex continuos dies lætus ac ſecurus procederet, æſtim…*
*quòd eius ſcelus Dominus aut non vidiſſet, aut viſum m…*
*corditer auertiſſet. Die autē ſeptimo ſubita morte defun…*
*eſt. Cumq; ſepulturæ traditus fuiſſet, per longum temp…*
*ctis videntibus de ſepulchro illius flamma exijt, & …*

*Aulico cuidam, * aulicum opinor aliquem dicit*

*oſſa eius concremauit, quouſq; omne ſepulchrum conſumeret, & terra, quæ in tumulū collecta fuerat, defoſſa videretur. Quod videlicet Omnipotens Deus faciens, oſtendit, quid eius animam in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma conſumſit. Qua in re nobis quoq; hæc audientibus exemplum formidinis dare dignatus eſt, quatenus ex hac conſideratione colligamus, quid anima viuens ac ſentiens pro reatu ſuo patitur, ſi tanto ignis ſupplicio etiam inſenſibilia oſſa concremantur.*

Videtis & hinc, non peſſimè dictum Inceſtum, etiam ab incendio, quod meretur, qui inceſto polluitur?

Michaëlus quidā Paphlagus Imp. Conſtantinopolitanus, quòd cum Zoë, Romani fratris ſui Imperatoris adhuc viuentis vxore, clandeſtinam conſuetudinē habuiſſet, ab eadem tamen illectus, & eam tandē, fratre mortuo, inceſtis nuptijs vxorem accepiſſet, non multò pòſt malo correptus eſt genio (etſi eam rē familiares ipſius honeſtiore vocabulo tegentes, inſaniā quandam animi vocare maluerunt) qui ante finem vitæ miſerum Imperatorem miſſum non fecit, *vt refert Michael Glycas Annal. p. 4.*

Imperatoribus ipſis, & Regibus.

Heraclius Imp. quam fœdè, & meritis conuenienter, diuinitùs eſt caſtigatus!

Michaëlis Glycæ verbis referam. *Deniq; morbo confectus (is erat ex aqua intercute) grauibus ſupplicijs adficiebatur. Nam lotium redditurus, inferiori ventri tabulam imponebat. cur iſtuc? quòd veretrum eius inuerſum, vrinam ſurſū in faciem ipſam emitteret. Hoc erat argumentum flagitij manifeſtum, quod fratris filia ſibi iuncta perpetrauerat.*

*Michael Glycas p. 4. Annal.*

Henrico VIII. Angliæ Regi imò faci funeſtiſſimæ regni ſui atq; Eccleſiæ, vndè, & quandò tot infortunia priuata, publica, quot narrare longum ſit, accidêre, niſi ab illis inceſtis cum Catharina Bonlena, ſua (vt à multis creditum eſt) ex Anna filia, nuptijs, cui vni & pater primum, & deindè vir, & tandē carnifex fuit?

Amnonem nonne quòd ſororem Thamar vitiâſſet, ab Abſalone fratre cædi permiſit Deus, deinde & Abſalonem ipſum, quòd decem Patris vxores, & quidem in oculis totius regni, inceſtâſſet, capillis

è quercu pendêre,&trino lanceę vulnere transfo
latronum more interire?

Veriſſimè dictum, etſi ab Ethnico & Poëta; N
*malus fælix: minimè corruptor, & idem*

*Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat,*

Adeoq; in populos. *Sanguine adhuc viuo terram ſubitura Sacerdos* Iuu

Quid? etiam hinc publicæ calamitates.

Cum Cyanippus quidam Syracuſanus per ebri
tem filiam Cyanen in obſcuro loco compreſſiſſe
peri ſcelus vlturi peſte Syracuſanos adfluxerunt
ſponditque Apollo Pythius, Inceſtum hominem
Dijs auertacuntoribus malorum immolandum,
nem peſti optarent.

Methodius martyr putat Diluuij cauſam cum
mis, quòd quingenteſimo anno primæ Chiliadis
eſt poſt primam Chiliadem, filij Caini, oua mal
li corui ſcilicet, vxoribus fratrum ſuorum forn
do abuterentur.

* ij. *Humanitùs*. Catholica enim Eccleſia à com

Quàm humanitus, nione ipſo facto arcet omnes ſcienter matrimo
gradu prohibito contrahentes.

Nec minus, quotquot certa ſciẽtia inter tales
trimonia celebrant.

Publicè, *Innoc. c. Gaudemus de Diuortijs.* Extat apud Innocentium decretum, vt eiuſm
matrimonia Infidelium, cum ad fidem Chriſti
rint, tamquam inualida ac planè nulla diſſolu
tur.

Lege autem ciuili, nemo inceſtuoſus hæres dici
inſtitui poteſt; non fieri legati cuiuſpiam particeps
Quid? etiã ab accuſatione, ferendoque teſtimo
repellitur. *Vide Abbat. in c. tranſmiſſæ. de eo qui cog.*
*ſangu. vx. ſuæ.*

Lege Moſis priſca, ne liberi quidem inceſtuoſ
patrum ſuorum hæredes erant.

Illud enim Leuitici 20, *ſine filijs*, aut *abſque liber*
*runt*, aut *abſque liberis morientur*, idem eſt, ac ſi di
qui ex tali complexu naſcentur, nec filiorum nom
nec iure cenſebuntur, paternorum bonorum hæ

*D. Aug. in qq. ſuper* inſtitui non debent, ſenſo vel ipſius Auguſtini
deb

Deleatur de terra memoria eorum. ***Leuit.***

*Geneſ.* 49 Iacob quam ſeuerè Rubenum ſuum caſtigauit! **Priuatim,**

Videte autem non oſcitanter Quis, Quem, Quandò & Quomodò?

*Quis? Iacob alioquî vir mitiſſimus, pacificus, & habitans in tabernaculis, perpetuus matterculæ ſuæ adſeſſor, cuius animi lenitatem vel ipſa pellis lenitas (cum Eſau coætaneus hirſutã haberet, & piloſam) teſtabatur: (*& ego lenis* aiebat matri adoleſcentulus:) qui diu dicere potuiſſet;

**Qua in re Iacob ſereniſsimus,** ***Geneſ.***

*Fœmina ſum, & virgo, natura mitis & annis:*
*Non faciunt molles ad fera bella manus:*

***Ouid. in Heroid. ep. Hypermneſtræ ad Linum***

Iacob inquam ille tantus pacis cultor, vt exul in Meſopotamia degere multos annos, quàm fratri Eſau præſentia moleſtus eſſe, maluerit;

Iacob, quem nec Lia pro Rachele ab auunculo ſubpoſita, nec multoties mutatæ mercedes grauius irritàrunt;

**Homo alioqui placidiſsimi ingenij,**

Iacob, fratris irati obuiantis adorator, & per munera pacificator, non irritator.

Iacob, matris Rebeccæ, imò & Dei deliciæ; *Ego ſum Deus Iacob* olim aiebat; Iacob qui & Iſraël, Iſraëliticæ gentis parens, & aſpectu Patriarcharum, qui ex illo plerique omnes, Pater Patrum;

Iacob, vir totus ex humanitate ipſa, & ad humanitatem factus; Iacob tamen ille Auditores aliquandò efferatus eſt. Ergò, neceſſariò magnum aliquid fuit, quod ſic illum tranſmutare potuit, vt non cognoſcas eundem eſſe.

At verò in quem vir tam humanus efferatur?

**Qui etiam in primogenitum.**

*In quem?* In Rubenum primogenitum ſuum; cuiuſmodi ferè à parentibus amari ſolent teneriùs.

In Rubenum inquam, id eſt *filium viſionis*, fortè ita dictum, vel quod primus natus illi eſſet, ab illa celeberrima ſcalę ſublimis, & Angelorum, adeoque Dei ipſius, in ſummitate eius viſione; vel quod ipſe Rubenus *videns* ſeu propheta aliquo modo, vel ſaltem valdè prudens eſſet;

**Et quidē Miſericordia non indignū,**

In Rubenum & primogenitum, & legitimum, multis animi corporiſque dotibus ornatiſſimum,

In Rubenum illum, qui delicias Patris Ioſeph olim cultris parricidialibus aliorum fratrem eripu rat, ac ſic patrem, ſi quid in eum deliquerat, potuer iam placaſſe ac demeruiſſe;

In hunc tamen Iacob iſte ſæuiſſe memoratur.

**Etiam miſerendi tempore,**

* *Quando autem*: Cùm iam penè ageret animam, tempore ferè ſolenne eſt cæteris alioqui ferociſſimi quique tota vita inimicitijs cum quouis decerta runt, pacem omnes poſcere, omnibus dare, ad pa omnes hortari, verbis, parabolicis exemplis.

Tum etiam in talem primogenitum ſæuire pot talis pater.

Ergò, vti oportuit crimen Semei, quod Dauid m ribundus filio vlciſcendum commendauit, eſſe m gnum; ſic Rubeni factum,

* *Quomodo*? Præcipuis primogenitorum iuribus e it ſcilicet.

**Variè & durè Inceſtum vindicauit,**

Iura autem Primogenitorum ante legem Moſis, ferè octo:

1. *Sacerdotium*;
2. *Seſſio prior in menſa*;
3. *Benedictio*
   1. *Actiua*;
   2. *Paſſiua*;
4. *Dominium in reliquos*,
5. *Portio duplex*;
6. *Redemptio*;
7. *Pompa veſtium*.

**Iuribus primogenituræ potioribꝰ exuendo.**

*j. *Sacerdotium* erant enim iure naturæ Sacerdo & idcircò Leuitæ aſſumpti ſunt, vt Sacerdotes in tu Dei eſſent, vice omnium primogenitorum Iſ *Num*.2.

Fortè hùc etiam ſpectarunt maiores noſtri, cum uangelicis Sacerdotibus præsbyterorum, id eſt niorum nomen indiderunt, quòd olim è qualibe milia, qui ſenior eſſet, quaſi Sacerdos natus ſacer tio fungeretur.

*ij. *Seſſio prior* in menſa, & portio maior *Geneſ*.

*iij. *Benedictio*. Actiua, nam illi reliquos fratre

nedicebant, ipſis ſe reliqui ſubmittebant atq; adorabant. Paſſiua. Nam ſingulariter a patre iam moribūdo benedicebātur, vt liquet ex hiſtoria Iacob & Eſau. *Geneſ.27.*

*iiij. *Dominium* in reliquos, Iſaaci verba Iacobo benedicentis apertè indicant. *Geneſ.27.*

*5. *Portio duplex* paternorum bonorum ſc.

Deuter. 21. *Dabit pater Primogenito ſuo, de iis quæ habuerit, cuncta duplicia, iste eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.*

*Prior in donis*, ſcil. eſſe debueras, ait Iacob Rubeno. *Geneſ.49.*

*6. *Redemptio*. Soli enim Primogeniti, tamquàm ſpecialiter Deo conſecrati & addicti, quinq; ſiclis redimebantur.

Pro Chriſto ipſo etiam par turturum, aut duo pulli columbarum a Matre Virgine oblati.

*7. *Ornatus veſtium.* Vtebantur .n. cultu corporis delicatiore & pretioſiore, quā cęteri, vndè & Rebecca Iacobum ſuum induerat *veſtibus Eſau valdè bonis*. Geneſ.

Ergò Iacob Rubenum, quòd Nouercam ſuam inceſtaſſet, exuit iure hæreditatis duplicis, iure Sacerdotij, & iure Regni. *Effuſus es*, inquit, *ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris, & maculaſti ſtratum eius.*

Id eſt, debebatur tibi quidem Sacerdotium & Imperium, ex teque erant Sacerdotes & Reges tandem egreſſuri; At quia, inſtar aquæ celeriter labentis atque effluentis, adeò in libidinem effuſus fuiſti, vt Balā cōcubinam meam conſtuprâris, vndè & ab eius deindè congreſſu abſtinui; idcircò deinceps nō adſurges, neq; excelles, nunc nunc te iuribus & Sacerdotij, & Regni, & Primogenituræ exuo, & exutū te ac tuos volo. Irregularitatem atq; ineptiam ad iſta inceſto vno iſto tuo incurriſti. Videtis Auditorēs hominis alias humaniſſimi, in illum Primogenitum ſeueritatem? Chaldæus Paraphraſtes ita vertit Geneſ.49. *Tu accepturus eras partes 3. Primogenituram. ſ. & Sacerdotiū, & Regnū, ſed quia ſequutus es voluntatem tuam: ſicut aqua effuſa non proficies, neq; accipies portionē ſuperexcreſcentē, quoniam aſcēdiſti cubile patris tui &c.*

Iura autem quibus inceſtuoſum illum priuauit, tres alios pro imperio agens tranſtulit; Ius primo- nituræ in Ioſephum, cui duæ hæreditatis partes c[illegible] runt, Ius Sacerdotij in Leui, & in Iudam ius Regn[illegible]

Notandum quoq; quòd Caſtalion annot. ad [illegible] (*Non excelles*) non tantùm duplicis dignitatis dimi[illegible] tionem intelligit, ſed vitæ quoque breuitatem, & [illegible] pis raritatem. *Neque hoc ſolum*, inquit, *de ætate* [illegible] *gatiua intelligo, ſed etiam de hominum numero, quo* [illegible] *ſuperata eſt tribus Rubenia, quod idem Moyſes Deutero.* [illegible] *prædixit his verbis: Viuet Ruben, non morietur, ſed* [illegible] *mero paucus.*

Q. d. *Non creſcas* { 1. *Honore;* 2. *Vitæ longitudine;* 3. *Numeroſa poſteritate.* }

Lyranus noſter (de cuius omnium maximè Lit[illegible] lis Doctoris illuſtratione habeo magnam gratiam [illegible] P. F. Franc. Feuardentio Præceptoris mei Præcepto[illegible] & quaſi in re Theologica auo meo, reliquiſque D[illegible] ctoribus tribus Sorbonicis laboris tanti ſocijs) [illegible] *effuſus es ſicut aqua*, non ad libidinis fluxum, ſed ad [illegible] pænam & integrum prærogatiuarum effluxum [illegible] refert. *Hoc intereſt* (inquit) *inter aquam & alios liquo*[illegible] *vt vinum, oleum, atramentum, quòd hi dum ex vaſe,* [illegible] *continentur, effunduntur, ſemper aliquid ſui relinquunt* [illegible] *rens vaſi, vel Subſtantiæ, vt mel; vel Saporis vt vinum;* [illegible] *Coloris, vt atramentum, vel Odoris & pinguedinis,* [illegible] *um: Aqua verò effuſa nihil horum relinquit, non* [illegible] *non Odorem, non Saporem, ſed omninò vacuum* [illegible] *tur vas.*

Toſtatus quoque ad pænam magis, propter cu[illegible] tamen, quam ad culpam ipſam refert: Sic enim [illegible] nit: qua effuſa nõ attollit ſe ſuper terram, ſed ad [illegible] cliuiora & humiliora loca terræ defluit: Sic Rub[illegible] cum propter ius Primogenituræ extolli debuiſſe[illegible] per cæteros fratres, propter ſcelus ab ipſo admiſſum depreſſus, & deiectus eſt.

*Virgil. 1. Aeneid.* *Tantæne animis cœleſtibus iræ?*

Et, *Paululum ſupplicij ſatis eſt Patri* ait quidam *Terent. in Andria.*

An non ingens ergò peccatum Inceſtus, quo Primogenitus, a tam clementi alioqui patre, tali tempore, tot talibuſque pœnis caſtigatur?

Ite nùnc, ridete, & contemnite quaſi tantillum, ſi qui tantillum hoc peccatum credidiſtis.

Quid? Paulus, & ipſe alioqui, exemplo Magiſtri ſui Chriſti, totus ſpiritu lenitatis & clementię plenus, & lapſorum patronus, cuius ſunt iſtæ voces, *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* quomodò etiam in Corinthij illius cum nouerca Inceſtum detonuit? quomodò caput illud inceſtuoſum fulminauit? *D. Paulus etiam hic ſeueriſſimus.*

1. Cor. 5. *Omninò* (inquit) *auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes; ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.*

Sequitur cenſuræ fulmen ex alto, in caput ſceleſti, tota vi contortum; *Ego quidem abſens corpore* inquit, *præſens autẽ ſpiritu, iã iudicaui vt præſens, eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu, tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Furijs Dæmonis viſibiliter agitandum, vexandumq́ue tradit Inceſtum, & tantum non trucidandum &c.

Ex plagarum modo, diſcite delicti menſuram.

*Secundum* enim *menſuram delicti ſit & plagarum modus.*

*Quantum in delitijs fuit, tantum date ei tormentum.*

I nùnc, & ludos dic eſſe peccata eiuſmodi, quæ tàm clementes viri tam ſeuerè vindicarunt.

Quid? vel pondus peccatorum iſtorum coniectare poſſis, ex pœnis, quibus illa Ethnici ipſi vindicarunt, Priuatim, publiceque. *Etiam Ethnici ipſi.*

*Priuatim.* Cùm enim Apollo Pythius aliquando reſpondiſſet, *Inceſtum hominem immolandum*, vt peſtis in Syracuſanos ſæuior deſæuiret; Cyane quędam, quę Cyanippum patrem fuiſſe, qui ſe in tenebris violaſſet,

ex annulo quem de-traxerat oppreſſori, iam intelle-
rat, ſciens quid vellet oraculum, Patrem ipſa ſu
crinibus arreptum protraxit, ac fortiter eum, ſ
deinde, inceſtus eius, etſi per vim illati, pudore, ſ
eadem ara, alterum in alterius ſanguine, iugula
*Plutarch. to. 2. moral. in Parallel. ex Doſitheo tertio rer. Sicularum.*

Romæ, Aruntius quidam factus ebrius, filiæ ſ
Medullinæ virginitatem per vim eripuerat. Ea
tur vt ex annulo quoque violatorem agnouit, m
ætate ſua meditata facinus, patrem inebriauit ac c
ronauit, adductumque ad aram Fulminis, d
chrymans, eum qui ſuæ virginitati inſidias ſtrux
interfecit. *Idem ibid. ex Ariſtide, tertio Italicorum.*

Romanus quidam Papyrius Volucer, cùm Pa
rium filium, cui Romanus nomen erat, reſciſſet c
Canuſia ſorore rem habuiſſe, & grauidaſſe, vtriq. g
dium miſit, quo & ſe interfecerunt.

**Priuatim,** Æolus Rex ventorum, cùm ex vagitu, puerulu
qui mox a partu, clam è regia, per nutricem, ficto
ſacrorum prætextu efferebatur, intellexiſſet, cum
que ex Macareo & Canace germanis liberis ſui, q
turpiter ſe amantes conſanguinitatis prætextu c
tegentes concumbebant, inceſtuosè genitum eſſe
dicisſet; adeò filiorum ſcelere incenſus fuit, vt in
tem innocuum & vix benè natum, canibus exp
iuſſerit, & Canacæ filiæ per ſatellitem gladium m
rit, quo illa pro meritis vteretur, quod Poetarum
genioſiſſimus ſic expreſſit;

**Ouip. epiſt. Heroid. Canaces ad Machareum.**

*Interea patrius, vultu mærente, ſatelles*
*Venit, & indignos edidit ore ſonos:*
*Æolus hunc enſem mittit tibi (tradidit enſem)*
*Et iubet, ex meritio ſcire, quid iſte velit;* Illam aut
ita reſpondiſſe;

*Scimus, & vtemur violento fortiter enſe,*
*Pectoribus condam dona paterna meis.*

Illa autè eodem ſe interfeciſſe creditur, deplor
ſic antè, per literas ad ſuum fratrem vtrumque, p
cato;

*Cur vnquam plus me frater, quam frater, amaſti?* *Ouid.ibid.*
*Et tibi, non debet quod ſoror eſſe, fui?*

Inunc, & dic ludos eſſe peccata eiuſmodi, quæ ſic pater in filia, in nepotulo, & ipſa mater inceſta ſic in ſeipſa, vindicarunt.

Phineus duos filios ſuos excæcauit, quòd Nouercam ſuam, Cleopatram quãdam, Dardani Scytharum Regis filiam, violaſſent. *Ouid.in Ibin.*

Cinyras Cypriorum Rex, Myrrham ſuam occidere voluit, quum illam allato lumine filiam agnouit, quæ patris inſano amore capta, dolo nutricis, in thalamũ patris, ꝓ qualibet è turba meretrice, irrepſiſſet.

Meduliana quædam puella Aruntium Patrem ſuũ ipſa interfecit, egrè ferens, ſe ab illo per ebrietatem fuiſſe corruptam. *Plutarch. in Parall.*

* *Publiceque.* Neroni enim, antè acceptum imperium, pœnas intentatas ob inceſtatam ſororem, inſinuat illud Suetonij in Nerone c. 5. *Maieſtatis quoque & adulteriorum, inceſti que cum ſorore Lepida ſub exceſſu Tiberij reus, mutatione temporum euaſit.* *Publiceq; grauiter inceſta puniētes,*

Nero enim certè etiàm hic ſibi ſimilis, vt qui à matre etiàm ægrè abſtinuerit.

Suetonius enim ſic in Nerone; *Olim etiàm quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſtè, ac maculis veſtis proditum, affirmant.*

Qui enim aliter? Nàm Agrippina ipſa mater plerumque ſe Neroni filio inceſtandam propinauit (ô par libidinoſorum monſtroſiſſimum!) quum per vinũ epulaſque incaleſceret. *Cornel. Tacitus.*

Fuiſſe quoque publicas inceſtuum pœnas, vel indè videas, quòd aliquandò Cicero P. Clodium inimicum ſuum, inceſtuum cum tribus ſororibus poſtulauit.

Maximè verò in Veſtales, quæ in tali peccato eſſent depræhenſæ, quarum proprijſſimè Inceſtus eſt, vt videtur Petro Moſellano, aut cuiuis annotatori marginali ad c. 19. lib. A. Gellij ad vocem (*Inceſtu*) vbi ſic ait; Inceſtus, *id eſt ſtuprum illatum virginibus ſacris, quæ perpetuam vouerant virginitatem.* *Præcipuè Veſtaliũ.*

Iuue-

Iuuenalis dicens, *Inceſtus, cum quo nuper vittata ia-bat Sanguine adhuc viuo terram ſubitura Sacerdos;* vide-& ſignificatum hoc, & pœnam indicare.

Caprונia certe Veſtalis comperta Inceſtus, laq-eſt ſuffocata.

D. Auguſt. lib. 3. ciuit. c. 5. *Ipſi Romani antiqui in ſtu-*

*Iuuen. ſat. 4.* *detectas Veſtales Sacerdotes, viuas etiam defodiebant: a-dulteras autem fœminas quamuis aliqua damnatione, n-tamen morte plectebant: vſque adeò grauiùs, quæ puta-adyta diuina, quàm humana cubilia, vindicabant*

*Plut. tom. 1. vit. in Numa.* Plutarchus ſic refert Veſtalium ſupplicia: *Ve-quæ virginitatem polluit, viua defoditur iuxta portam Co-nam. Eſt ibi intra vrbem tumulus quidam terrens, in long-porrectus, Aggerem latini vocant: in eo domus ſubterra-non magna, in quam ex ſuperiori parte deſcenſus fit, pa-in eaque lectus conſtratus, lucerna ardens, paucaque ex-quæ ad vitam fouendam neceſſaria ſunt, primitiæ repo-tur, vt panis, aqua, lac in vaſculo, & oleum, tamquam-putent fore, ſi corpus ſummis conſecratum ſacrimoniis f-pereat. Tũ illam, quæ ſupplicio eſt adficienda, lecticæ im-*

*Lud. Viues annot. ad c. 5. lib. 3. ciuit. Dei.* *tam extra opertæ, loriſque reuinctam, ita vt ne vox qui-exaudiri poſſit, per forum vehunt, ei omnes via deceden-citi, & ingenti cum mœſtitia ſilentes tranſmittunt, neque-horribilius vllum ſpectaculum, aut dies, quam vrbs ag-ſtiorem. Vbi ad locum, quem dixi, lectica peruenit, vin-lictores ſoluunt: at princeps ſacrorum ſecretò quædam-precatus, manibus ad Deos ſublatis antè quàm neceſ-ti ſupplicij ſatisfaciat, obuelatam educit, & in-lis deorſum in domum deferentibus conſtituit, ita ipſe-reliquis Sacerdotibus reuertitur. poſt quam damnata de-dit, ſurſum gradus adtrahunt, multaque supernè terra-ſta domus occulitur, complanaturque. Eo modo ſupplicium-bis, quæ ſacroſanctam virginitatem prodiderunt, ſ-tur.*

Sed & *eo die Iuſtitium erat in vrbe, & mœror pa-non exiguus,* ait Lud. Viues.

Intellexiſtis hæc omnia, quicunque vaſa talia-habetis in honore & ſanctificatione? Nihil timetis

Domitianus Imp. hic ſingularis de quo ita Sue-

nius: *Inceſtulium virginum à patre ſuo quoque & fratre neglecta variè ac ſeuerè coercuit.* Benè optimè tam fœdas homines domiturus Domitianus.

*2. Beſtiorum horrere.* — 2. Be[illegible] ad inceſta horror

Seneca: *Feræ quoque ipſæ Veneris euitant nefas* iſtiuſmodi.

*Ariſtoteles lib. 9. hiſt. anim. c. 47.* refert exempla duo ſanè illuſtria.

Primum de Camelo, qui cùm, à ſuo cuſtode, ad matrem obuelatam atque ideircò incognitam, vt illam iniret, adductus fuiſſet, vt diſcoopertam matrem agnouit, mòx furore magno cuſtodem ipſum ſceleris incentorem morſibus contrucidauit.

Alterum de Equo, qui ſic quoque in Scythia cum matre laruata iuſſu Regis commiſſus (vt ſcilicet ex matre & pullo æquè generoſis, tertium eliceret vtroque generoſiorem) mòx vt larua detracta matrē, ſe iniſſe, comperit, fuga arrepta ſpontè in præcipitia, de ſe ipſe inceſtus ſui pœnas exegit.

*3 Inſenſilium ſtupore.* Ad Myrrhæ enim ſcelus cum Patre dormientis, ſtellas perhorruiſſe, & Solem ipſum in tenebras repentè verſum memorat Poëta, hic (opinor) minimè fabuloſus, adeò nihil pænè ſcelere iſto eſt deteſtabilius. — 3. Deniq; inſenſilis ſtupor.

Itaque alter alteri aduigilate omnes, ne quem ſinatis in nuptias inceſtas incidere, incuria indicandi Paſtoribus publicè iterumque iterumque poſcentibus, indicandi, ſi quæ occulta ſcitis contrahendi impedimenta.

Patres matreſque maſculos veſtros grandiuſculos à lectis ſororibus ſeparate.

Nemo nuptijs aut commmercijs inceſtis, offenſam Dei, & publicam calamitatem accerſat.

Sat ſemper calamitatum aliundè.

Et ſat vbique vxorum peregrini ſanguinis &c.

# ECHO CONCIONIS X.

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci. 6.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi
1. *Quibus de cauſis prohibitæ propinquorum inter ſe nuptiæ;*
2. *Conuenientius eſſe Matrimonij* [...] *exteras ducere vxores, quàm pro*[...] *quas.* AVE.

## I.

*Quibus de cauſis prohibitæ propinquorum inter ſe nuptiæ.*

Omnia calumnijs obnoxia,

Vt nemo adeò ſanctus numeriſque omnibus a[...] lutus viuit, vt ei nemo calumnietur; ità nullæ tam [...]ctæ ac iuſtæ leges, vt nullus aduerſus ipſas aliqu[...] rixetur.

Chriſto quid ſanctius? & tamen de eo quidam [...] *bant quia bonus eſt*; quidam non, ſed ſeducit turbas, [...] Samaritanus eſt, ſed Dæmonium habet, & quid [...]

Lege Moyſi quid ſapientius? Deus enim illius [...]ditor, Moyſes dumtaxat deſcriptor & Dei Aman[...] 1. Timoth. 1. *Bona eſt lex* &c. Galat. 3. *Lex Pædagog*[...] *ſter fuit in Chriſto.*

Cerdon tamen, & Marcion, & Manichæus & [...] lam & à malo principio dixere.

Ouid. l. 10. Metam.

Aliqua ergò Myrrha inſano patris amore æſt[...] ſic etiam, ipſa ſecum, contra leges de Inceſtibus [...]tan nunc declamitauerit:

Etiã leges Dei.

*Fœlices quibus iſt a licent! humana malignas*
*Cura dedit leges, &, quod natura reliquit,*
*Inuida iura negant.*

Et iſta de Inceſtis,

*Me miſeram! naſci quod non mihi contigit illic,* & [...] illas gentes, inter quas licent hæc omnia.

Herodes noſter idem fortè vſurpauerit, audi[...]ro illo ſermone Baptiſtę; *Non licet tibi &c.*

Sed O votum diris omnibus deuouendum! Q[...]

enim dolet, aut quid optat? Dolet ſe hominem eſſe natam,& inter populos à victu ferino alienos beneq; inſtitutos:vellet vel ſus,vel beſtia quæcunque nata eſſe;vel vt minimũ ſub hominis ſpecie poſſe degere more feræ,id eſt cũ patre,cum fratre,cum quolibet commiſceri, *ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus*: Imò nec ſicut equus,nam heri ex Ariſtotele equum etiam Scytham aiebamus id perhorruiſſe. *Pſal.*

Ita *homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*; imò & beſtijs beſtialior.

Ita cor feræ gerit ſub hominis imagine.

*O curuæ in terras animæ! ô cæleſtium inanes!*

Quàm fallitur hic Myrrha & quotquot myrrhata verba & vota eructant) non modò, quòd vouet rem indigniſſimam,minimeque(vt nunc ſunt tempora)ſalutarem Sed etiam,quod leges,quæ Inceſtus vetant,à ſolis hominibus,non a Deo quoque ipſo putat emanaſſe;Itemque,quod legislatores malignitatis atque inuidiæ notat.

——*Humana malignas*

*Cura dedit leges*(inquit;)humana cura,non Dei, condidit leges maliguas,parum fauorabiles: *& quod Natura reliquit,*

*Inuida iura negant* Audis, *inuida iura*, id eſt inuidos Iuris & Legum conditores? *Vos ex patre Diabolo eſtis*, quicunque ſic dicitis.

An non hæ voces ex ipſa Dæmonis officina, qui iam olim,vt Euam faſcinaret,obliquè dixit Deum ipſis eſum vnius ligni interdixiſſe,mera inuidia? Ne ſcilicet haberent ſcientiam vel *principum*, id eſt philoſophorum;vel Angelorum,vel Deorum, id eſt ipſius Dei, vtrumque enim ſignificat vox Hebræa E L O-H I M. *Eritis ſicut principes,* vertit Chald.

Errat errat { 1. *Voto,* 2. *Iudicio*, de { 1. *Legiſlatore;* 2. *Legiſlatoris intentione.* } } Circa quæ erratur voto,

* 1. *Voto*

* 1. *Voto.* Quid enim beſtialius, quàm cùm ne-
*Ouid. lib. 10. Meta.* quis Cynaras aut Lothus
*Excepit obſcæno genitor ſua viſcera lecto?*
Aut, cùm Iudas neſcio quis Iſcariotes, aut Oe-
pus *gremium inceſtare parentis*
*Stat. lib. 1. Theb.* Audebit, *proprios monſtro reuolutus in ortus*, vt lo-
tur Statius?
Aut *iterato in ventrem matris introire?*
Vt ſit Caracalla aliquis Imp. qui Nouercam ſi-
fecur; *ſi libeat* *velle mihi licere!* Beluæ ſunt iſtæ, non Impera-
ris, ac ne hominis quidem votiuæ voces.
Beſtias ipſas dicebam heri, eiuſmodi comm-
perhorruiſſe.
Sed nunc confundamus linguam eorum.
Credendus ergò eſt campus ille parentum a-
tus, ſimilis eſſe Campo illi sacto ſeu Cæmiterio,
Romæ vidi & calcaui.
Vt enim ille ſolos capere dicitur peregrinos
que conſumere; natos autem Romæ aut in Itali-
iectare aut non conſumere: Sic parẽtum venter,
ſemel emiſit, numquam deinceps poteſt admi-
Excludit ſemper, quos ſemel excluſit.
*Iob.* *Ad fontes illos, male animata flumina reuertuntur.*
*Nudus egreſſus de vtero matris* viuæ nec *nudus*, nec
ſtitus *illuc reuertitur* vlla lege.
De inanimata matre terra videlicet id intelli-
dum illud Iobi verbum; *Nudus egreſſus ſum de v-
matris meæ, nudus reuertar illùc.*
In cælum, aut Infernum *exibit ſpiritus eius, &*
*tetur in terram ſuam* corpus cuiuſcunque.
*Pſal.* *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuer-
in terram de qua ſumtus es*, Geneſ. 3 *quia puluis es, &
puluerem reuerteris*
Hinc matrem oſculari, de hac matre noctes
que cogitare, homines ſanctos facit & cœli Reg-
quondam Iunium Brutum, illum ſapientem ſ-
mutatorem regni Romani principem, vnum T-
Matris oſculum.
*T. Liu. l. 1. dec. ad. 1.* Liuius enim refert, cùm a Tarquinio Superb-

ſi Titus & Aruus filij, addito comite L. Iunio Bruto, ad Delphicum oraculum, patris mandatis perfectis, ſciſcitati eſſent *ad quem eorum regnum Romanum eſſet venturum*, reſponſumque eſſet: *Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrum primus, ô iuuenes, oſculum matri tulerit*: fratribus, Tulliæ matri, in reditum ſuum oſcula ſeruantibus, Iunium Brutum ſimulato caſu, Terram oſculatum eſſe: vndè & Ouidius; *Ouid. lib. 2. Faſt.*

*Conſulitur Phœbus: ſors eſt ita reddita: Matri*
*Qui dederit primus oſcula, Victor erit.* Duo fratres inter ſe, vter prior, cùm Romam rediſſet, matri oſculum daret, ſorti permiſerant: At, *Brutus aliò ratus ſpectare Pythicam vocem, velut ſi prolapſus cecidiſſet, Terram oſculo contigit: ſcilicet quod ea communis mater omnium mortalium eſſet*, ait Liuius totidem verbis.

Ouidius autem ſic: *Oſcula quiſque ſuæ matri properata tulerunt,* *Ouid. ibid.*

*Nõ intellecto credula turba Deo.*
*Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, vt eſſet*
*Tutus ab inſidijs, dire ſuperbe, tuis*
*Ille iacens pronus, matri dedit oſcula terræ,*
*Creditus offenſo procubuiſſe pede.*

* 2. *Iudicio de Legiſlatore*; Vetita enim à ſolis hominibus eiuſmodi connubia falsò opinatur.

Falso inquam. Nam vt Eccleſia Catholica, vt Imperatores, vt Legiſlatores, vt Gentes nõnullæ etiam ſanxerint, nõ cum quouis, aut quouis gradu ineundas nuptias; habent tamen ducem & autorem Deum, iam tùm à condito orbe ab inceſto parẽtum amore deterrentem: *Propter hoc*, inquit, *relinquet homo patrem & matrem*: Item in lege Moſaica arctioribus terminis matrimonia reſtringentem, vt heri ſatis fusè recitauimus. *Falsò iudicio de Legiſlatore, Gen. 2.*

Nec, vt merè humanæ eſſent hæ leges, adeò omninò explodendæ, quod ferè hæretici noſtri de humanis omnibus legibus aut traditionibus fieri volunt.

Nam ſcintilla quædam rationis Legiſlatoribus ſuperfuit, etiam poſt Adæ naufragia, qua videre poſſunt ſæpè, *quid vtile, quid non.*

Eccleſiæ autē ore, quaſi interprete cum lege[...]
dit, Deus, vt olim *loquens Patribus in Prophetis, im*[...]
Prophetarum.

*Spiritus Veritatis qui à Patre procedit, docebit vos o*[...]
*nem veritatem* ait ipſa Veritas.

Hùc, die Pentecoſtes, in linguis igneis ſpiritus[...]
Apoſtolos illapſus eſt, cuius doni perpetua hæres[...]
mater Eccleſia.

Paulo vni ſi dicere licuit, *An experimentum quæ*[...]
*eius, qui loquitur in me Chriſtus?*

Et: *Præcipio, non ego ſed Dominus, mulierem à viro*
*diſcedere.*

D.Leo *ſer* 1 *in anniuerſ. aſſump. ſuæ.*

Et: *Puto, quòd & ego ſpiritum Dei habeam &c:* qu[...]
magis, toti Eccleſiæ in Concilio, aut in Pōtifice [...]
vt eius Capite?

Spiritus Veritatis *in indigno hærede non deficit,* [...]
dignitas.

Et eiuſdē intētione

*Caiphas cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit.*

* 3. *De Intentione Legislatoris,* quaſi bonum m[...]
hominibus inuiderit *Quod Natura reliquit* (ait)
*Inuida iura negant.* Mirum, quod etiam auara, [...]
ci ſui ſtudioſa non dixerit.

Cùm contra Legislatores bonum publicum, [...]
bus ferendis, ſpectare oporteat, & qua licet, ca[...]
Naturæ conuenientiſſimas, non lucroſiſſimas, [...]
lapidem offenſionis populo futuras.

Calumnia eſt, quam iam nùnc vt ſpongia [...]
num deterſum eam, accingor.

Multæ enim profectò graueſque cauſę tam De[...]
quam homines, permouere, vt has leges de Ince[...]
gerent, non leuiter refigendas.

Cauſæ enim quædam, reſpectu
- 1. *Parentum tantum;*
- 2. *Vtriuſque contrahentis;*
- 3. *Reipublicæ totius;*
- 4. *Dei ipſius.*

Spectatū tamē hic bonum varium,

* 1. *Parentum tantum,* in quos reuerentia nulla [...]
quam ſatis magna, in quorum etiam gratiam, [...]
conſanguineos infra ſupraque, id eſt, & ab ipſis [...]
dos, & ipſorum ſatores, æquum eſt honorari.

Irreuerentiam autem gigneret illa parentum cum liberis cõmixtio, propter

- 1. *Exſtaſin;*
- 2. *Familiaritatem;*
- 3. *Turpitudinem;*
- 4. *Iurgia;*
- 5. *Imperium inæquale.*

1. Reuerẽti. in parentes;

* *Propter Exſtaſin* quandam rationis, & breuiculam aliquam mentis alienationem quam patitur quiſq; in illo debiti reddendi certamine.

Quã mouerer extaſis coniugij.

At quam venerabilis eſſe poteſt quiſquam cuiquam, viſus aliquandò mente captus?

* 2. *Familiaritatem.* Nam quantam eam & quam frequentem inter coniuges, requirũt ipſæ nuptiæ, noctu, interdiu? Noſtis iſta meliùs q̃ nos, vt ꝓpria fori veſtri.

Familiaritas,

At cui ignotũ illud vulgò cantatiſſimũ prouerbiũ, *Nimia familiaritas parit contemptum*, hoſtem reuerentię capitalem?

Apud Romanos olim neſas fuerit, patres cum liberis balneari, ne cũ nudos patres liberi vidiſſent, idcircò minus obſeruarent; licebit apud Chriſtianos etiam in lectulo commiſceri?

*Valer. Max l. 2. tit. 1. c. 9.*

*Geneſ. 9* Cham maledictus, patrem, quod in tabernaculo nudum vidiſſet irriſit, & *nuncians fratribus ſuis foras*, irridet dum quoque illis propinauit.

Quam ſit actus ille aduerſarius reuerentiæ, diſce vel ex ancillis quibuſdam, quæ quamdiu tantum ancillæ ſunt, heros Dominos vocant, de ſuppellectili interrogatæ, totam Domini eſſe aiunt, at poſtquam ex ergaſtulo, ſubſellio, & colo in partem lecti admiſſæ, ancillæ iam factæ ſunt & concubinæ, tum adſurgunt animo, & quaſi Dominæ factæ in Dominos ex pari ſæpè inſurgunt, imò & vt clientes ſuos adfari illos audent; imperitare, & rem Dominorum, non ampliùs Dominorum ſed ſuam apertè dicere.

Concoquere fortunã ſuam non norunt. *Quid iuuat eſſe pares? Caſtæ eſſe debueramus (inquiunt) ſi nullum auiuræ maius eramus opus.* Agar ancilla quam in Saram ferox, cuius permiſſu fuerat in talamos Abrahami admiſſa & fœcundata!

Iuno quam Ioui ipſi intractabilis, quod ei & ſoror & coniunx!

Pauciſſimæ B.Mariæ modeſtiam referunt, quæ ſ[illegible]
talis Dei ſui nupta, & in Chriſto Patris ſui parens [illegible]
cta, nihilominus æquè deinceps modeſta, æquè ſe[illegible]
Luc 1. per profeſſa *Ecce ancilla Domini.*

Turpitudo, * 3. *Turpitudine*, ſeu aliquam honeſtatis diminu[illegible]
nem, quæ actum illum comitatur, vt vt ſit *honora[illegible]*
*connubium, torus immaculatus*, & iuſtiſſimæ nuptiæ.

Licentia enim maritalis profectò magna.

Ouid. *Nox, & Amor, Vinumque nihil moderabile ſuadent;*
*Illa pudore vacat, Liber Amorque metu*, ait ille.

Licentia autem illa tanta, mater irreueren[illegible]
eſt.

Diuus Auguſtinus libr. 15. ciuit. c. 16. *Neſcio [illegible]*
*modò ineſt humanæ verecundiæ quiddam naturale, [illegible]*
*laudabile, vt cui debet cauſa propinquitatis verecundan[illegible]*
*norem, ab ea contineat, quamuis generatricem tamen [illegible]*
*dinem de qua erubeſcere videmus & ipſam pudicitiam [illegible]*
*iugalem.*

Naturæ inſtinctu ferè coniuges omnes erubeſc[illegible]
fateri, id actum, aut agi, adeò vt honeſtæ etiam [illegible]
tronæ non aliundè quam ex viris ſuis grau[illegible]
cum primum putant alijs adparere, quòd vte[illegible]
gerunt, verecundo rubore ſuffundantur

Et ſunt animalia, quæ pudore non ferè alias, qu[illegible]
in tenebris commiſcentur.

Iurgia, * 4. *Iurgio*, & mutuas repræhenſiones, quæ à v[illegible]
cauſis in nuptias incidunt. Contemptus enim co[illegible]
ſum etiam iſta faciunt ſeminarium. Vt filia cum [illegible]
rito patre, filius cum vxore matre iurgetur: Egreg[illegible]
verò laudem.

Si quidem rectè improbant, filium Sacerdote[illegible]
tris aut Matris ſacramentalem Confeſſionem [illegible]
pere, cum alius Sacerdos non defuerit, ne audit[illegible]
peccatorum ipſorum, & acri deindè eius, vt iam [illegible]
cis, reprehenſione ipſorum, filio in parentes irreu[illegible]
tiæ ſuboriatur occaſio; videntur iuſtiùs connubia [illegible]
ipſis prohiberi, quæ dant irreuerentiæ cauſam & [illegible]
piorem, & frequentiorem. Videntur enim coniug[illegible]
rum inuicem errata, non audiuntur.

*Segniùs irritant animos demiſſa per aures,*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

*Horat. in arte.*

* 5. *Imperium inæquale*, hàc maius, hàc minùs in eodem.

Vices imperandi.

Cùm enim lege Dei ac Naturæ, *vxor viro ſubdita ſit*, bone Deus! quam dedeceret, filium maritum aut matri, aut amitæ, aut materteræ imperitare; contra, matrem aut amitam, tamen filij vxorem, memorem materni iuris atque originis, nolle marito parere, nolle virum reuereri, quem filium cogitat!

Quis ex filio, matris ſuæ maritus, aut quæ mater filij ſui vxor, ita poſſet ius hic mariti, hæc matris exercere, vt ſe filium ille ad reuerendum matrem illa vxorem ad obediendum etiam filio ſemper meminiſſet? Duram ſubirent tales coniuges prouinciam.

* 2. *Vtriuſque contrahentis, ad*
- *1. Prudentiam fouendam,*
- *2. Infirmitates præcauendas.*

2. Contrahentium duplex vtilitas, Prudĕtia.

* 1. *Ad Prudentiam* fouendam in omni eorum vita.

Ariſtotelis ſenſo *In Venereis non contingit intellectum.*

*Ariſtot. 7. Eth.*

Cui etiam videtur ab actu Venereorum ratio abſorberi. 2 *Eth.*

*Archytas* quoque ipſe *Tarentinus magnus in primis & clarus vir, nullam capitaliorem peſtem, quàm corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam... Cumque homini ſiue Natura ſiue quis Deus nihil mente præſtabilius dediſſet, huic diuino muneri ac dono nihil tàm eſſe inimicum, quàm voluptatem*

*Fingere animo aliquem iubebat incitatum Voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima; nemini cenſebat fore dubium quin tàm diu, dùm ità gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſe .... ſiquidem ea cùm maior eſſet, atque longior, omne animi lumen extingueret.* Cicero in Catone Maiore.

Quam abſorbet vſus Venereorum.

(Hippocrates diuina vir ſcientia) (teſte Aulo Gellio) *de coitu venereo ità exiſtimabat, partem eſſe quandam morbi teterrimi, quem noſtri comitialem dixere*, moderni

*A. Gell. li. 19. noct. c. 2.*

nunc ſacrum, nunc regium, nunc Herculeum, ca[...]cum atque comitialem adpellitant.

Hippocratis hæc verba traduntur; *Coitum eſſe p[...]num morbum comitialem.* (Tu concionator, hæc am[...]ge verborum quam poteris honeſtiſſima, cùm ad p[...]pulum dices, veſtire memento.)

* Malim legi *Voluptate.*

D. Auguſt. lib. 14. ciuit. c. 16. * *Voluptas, qua ma[...] corporis voluptatibus nulla eſt, in ipſo momento tempo[...] quo ad eius peruenitur extremum, pænè omnis acies, & qu[...] vigilia cogitationis obruitur.*

Cic. in Cat. Maiore *Impedit conſilium Volup[...] rationi inimica, ac mentis (vt ita dicam) perſtringit [...]los.*

Sed & ab actu illo fit deindè homo ad vſum ra[...]nis ineptior.

Theologi ad vnum omnes cæcitatem mentis pr[...]cipitantiam, & (vt loquuntur) inconſiderationem, [...]ter luxuriæ filias reponunt.

Eccl 19. *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſap[...]tes:* id eſt extra ſe ipſos conſtituunt.

Qui aliter contingat? Cerebrum enim humanu[...] actus eliquat, elicit, exſugit, exſtillat, id eſt ſedem [...]ſam ſapientiæ funditus euertit.

Samſonem an non amor Dalilæ vnius excæca[...] *Iud.* 16.

Hùc facit, quòd Poëtæ & Pictores ingenioſiſ[...] homines, cæcum amorem æquè vtrique finxerunt, [...] effectu in amantes.

Item, quod Martem tum Vulcani dolis captum [...] catenis vinctum, Deorumque illuſionibus ita pro[...]natum fabulati ſunt, cū Veneri adulterio miſceba[...]

*Ariſt. 7. Eth.* Et nimi[...] inſanos facit,

Quid? Ariſtoteli viſum, Venereorum paſſione[...] nimis ſit vehemens, etiam inſaniam adducere.

Mahometem certè legi, ſæpè inſano atque ca[...]tico ſimilem fuiſſe, cecidiſſe, quod robore corpo[...]buſus, nimium ſe in omnes libidines effudiſſet.

*De libidinum harum nocumentis, vidè latè tom. 1. [...] miæ noſtræ Peccatorum fol. 385 & 386.*

Et illa accidunt ijs qui coniugati ſunt, etiam [...]

alieniſſimis & maximè peregrinis.

At, quid ſi cum Conſanguineis Affinibuſque nuptiæ permitterentur?

Geminatis cauſis amoris, etiam fieret in vſu coniugij voluptas carnis geminata. Quid tùm?

Geminata Voluptas ad repetitionem nimiamque frequentationem inuitaret.

Frequentatio nimia, abſorpta Prudentia, facere poſſet vtrimque inſaniam.

Cæcitas animi, multa in agendis imprudentia, ac tantùm non inſania coniugatos conſequeretur.

Vox Myrrhæ fuit, de eiuſmodi coniugijs: *pietas geminato creſcit amore.* Ouid. l. 10. Metam.

Tùm ſcelera ſceleribus intexerentur vtrimque inſano coniugum inter ſe amore.

Nam quàm multos in errorem, vxorum etiam peregrinarum, & vulgaris ille amor præcipitauit.

Adam etſi non ſeductus, tamen ad eſum vetitæ ficus hac adactus eſt, primus omnium ſycophanta, ſi tamen arbor illa fatalis ficus fuit.

Achabus in Eliam ſæuior, ſed inſtinctu Ieſabelis.

Samſon quid non fecit? quò non ruit? quid periculorum non adijt, ſtulto Dalilæ vnius amore? &c.

Sextum Rom. Regem occidit Tarquinius Superbus, Socerum gener, ſed *admonitu Tulliæ* vxoris, vt creditur, ait Liuius.

Si tam multa multi propter vxores etiam peregrino orbe quæſitas: quid facerent, cùm accederet ad cõiugalis amoris vim, vis altera non minor, parentelæ & affinitatis?

Herodiani fierent plerique multi, totique in Herodes degenerarent, forſitan etiam Herodem feritate ſuperarent.

Herodes quamlibet Iohannem noſtrum *libenter audiret, obſeruaret &c.* tamen *miſit, tenuit, alligauit eum, & incluſit in carcerem, decollauit; Salomæ filiæ caput in diſco dedit; Ità eſt, ſed propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam,* ait Marcus c. 6.

Nimius autem eſſet inter coniuges conſanguineos.

Atque inde congeries ſcelerū maior:

*Liuius dec. 1, l. 1.*

quaſi diceret, alioqui nihil horum vnquam fa[illegible] rus.

Ità ſc. ità *Pietas*, imò impietas, *geminato creſc[illegible] more.*

Ne igitur vterque coniux nimiùm obruteſcat, [illegible] rationem exuat, ſunt nuptiæ cum proximis inc[illegible] ceſſæ.

*Vide Thomam lib.3.cont.Gent.c.121.*

Firma valetudo.

* 2. *Infirmitates præcauendas*; quæ multæ nimi[illegible] Venerem quaſi tot pediſſequæ conſequuntur.

Quid enim tàm eneruat vires, quam Venus ni[illegible] um frequentata?

*Plutarc. in Moral.*

Plutarcho, multum faciunt ad firmam valetud[illegible] conſeruandam, cibus moderatus, labor tempera[illegible] humor generationi ſeruiens conſeruatus.

Rectè hùc torqueas illud vulgatiſſimum philo[illegible] phi, *Generatio vnius, corruptio eſt alterius.*

Blandeque fatentur ipſæ matronæ, cum recen[illegible] nuptis iam tumeſcentibus ita iocantes; *Faciem ſuā [illegible] licet illas demoliri, vt nouam moliantur*; ita verum eſt, [illegible] caſum vnius eſſe alterius ortum.

Frequentationem autem nimiam faceret, gemin[illegible] ta inter conſanguineos Voluptas, vt antè diceba[illegible] Itaque coniugum bono hic prouiſum.

3. Pax ipſius Reipublicæ,

* 3. *Reipublicæ totius*, cuius Paci ità variè prouid[illegible] tur.

Variè inquam; Nam hac
- 1. *Litibus obcurritur*, ne accidant;
- 2. *Lites ortæ pacificantur*;
- 3. *Amicitiæ multiplicantur.*

Lites auertēdo,

* 1. *Litibus obcurritur*, ne accidant, quæ non min[illegible] ſæpè ab amore fæminarum inter homines, quam [illegible] ter bruta, oriuntur.

Vt enim tauri de iuuenca formoſiore nonnunq[illegible] in paſcuo amphitheatro decertant, ſic

*al. bimembrem*

*Fæmina ſyluestres Lapithas, populumque *biformem C[illegible]*

Quæ frequentes à fæminarū amorib⁹,

taurorum, ſæpè committit.

Cùm in nuptijs Pirithoi regis ſui, vino made[illegible] tes Centauri ſponſam rapere conarentur, in ſe Piri[illegible]

thoum

thoum & Lapithas armauerunt.

Helenæ vnius formoſæ raptus à Paride admiſſus, Gręciā totam in Phrygiæ excidiũ coniuratũ adduxit.

Lauinia Turnum Æneamque, vtrumque cum populis ſuis, bello crudeli commiſit.

*Scipio dicebat pueros, ſi amores ad adoleſcentiam perduxiſſent, dirimi tamen interdum contentione, vel luxuriæ conditione, vel commodi alicuius, quod adipiſci vterque non poſſet.* Cic. lib. de Amicit.

Sed, ſi nuptiæ cum proximis conceſſæ legibus eſſent, fieri poſſet, vt vnius patris plures eſſent filij, filia verò vnica, aut ſi plures, vna tamen eſſet *ſicut lilium inter ſpinas*, aut vt Rachel apud Liam, *ſic illa inter filias*.

Frequentiores fierent, ſi conſanguinei iũgi poſſent.

Fieri quoque deinde poſſet, vt vnicam illam, aut illam inter reliquas formoſiſſimam, duo filij eiuſdem patris & æquè virginis fratres æquè adamarent, ipſa autem (vt fit) non æquè vtrumque fratrem redamaret, nec pater vtrumque filium æquè carum haberet, ſed filia ex fratribus primogenitum ardentiùs quam alterum deperiret, pater contra vltimò genitum vt quondam Iacob Beniaminum aut Ioſephum, aut Rebecca mater Iacobum ſuum, in delicijs haberet, ſic vt filia alium optaret maritum, pater alterum offerret aut daret.

In familia ergò illa (in qua *cor vnum & animam vnā* eſſe natura faceret) an non tunc magnum fuerit diſcordiæ inter fratres, ſororem, patremque ſeminariũ? Inter fratres ipſos, iurgante ſcilicet primogenito cum poſtgenito, ſuum primogenituræ ius ab illo vel vſurpari, vel affectari. Inter patrem & filium, primogenito cauſante, per ſolum patrem ſtetiſſe, quo minus ipſe primogeniti iure, id eſt ſororis ſuæ nuptijs fruatur; potuiſſe enim ipſum & debuiſſe, filiæ nuptias ſecum imperare. Inter fratrem autem & ſororem iurgante eodem primogenito, quòd quem plus debuiſſet, minus ſoror amâſſet &c.? Iurgia iurgijs intertexta.

Quomodo & à quibus cauſis.

Deindè; Eſto ſit tradita primogenito ſoror, poſtgenito negata; etiam ſic noua diſcordiarum ſcaturi-

go, nuptiæ cum ſorore, aut quacunque conſangui[illegible] vel affini.

Poſt nuptias enim, poſtgenitus iure fratris [illegible] lens, ſororem quam diligit, & a qua diligitur, [illegible] re, adloqui, ac forte (vt fit) oſculari pergit, ſ[illegible] cogitans, non vxorem: primogenitus verò ma[illegible] ius iam effectus, ſorori fratrique æquè reclama[illegible] rori, vxorem iam factam clamans; fratri, ius illud [illegible] tecoitatis in vxorem alterius, in eo, qui heri & [illegible] uſtertius ſororis ſuæ procus, & ſuus riualis erat, [illegible] eſſe inſpectiſſimum: Reponent & poſtgenitus [illegible] ſoror iam vxor facta, ſe probos eſſe, nuptam [illegible] illi eſſe, Nuptias tamen ius Naturæ nec ſibi ne[illegible] ſuſtuliſſe. Quid ibi tum credas fore, niſi Echo[illegible] quaſdam inter fratres duos, & fœminam viri v[illegible] vtriq; ſororem, verborum verberumq; pugnas, [illegible] ſan tandem parricidia? quid, niſi inter ma[illegible] remq;, rixas ſempiternas?

Si contra eadem ſoror fratri natu minori [illegible] vtpote cariori, æterna in illam erunt odia reli[illegible] fratrum, quaſi ab illa contemtorum; illa iam & [illegible] & coniux eiuſdem, opem viri in illos duplici [illegible] flagitabit, inculcabitq; illud Poetæ,

*Vir (precor) vxori, frater ſuccurre ſorori.* T[illegible] gemina face armatus, quas non excitabit trag[illegible] fratribus ſuæ vxori ſororique moleſtis! Labir[illegible] Labirynthus inextricabilis contentionum, [illegible] proximis nuptiæ.

*Ouid. ni fallor in ep. Heroi.*

Denique; ſuſpectum fuerit omne contubern[illegible] cohabitatio proximorum.

*Modicus* autem *ignis quantam ſyluam incendit?* [illegible] eorum iurgio nonnunquam publicum bellum.

Prudentius Prudentiſſimè; *Publica ſed v[illegible]*
*tis, rure, foroque*
*Conſlat amicitijs: Sciſſura domeſtica turbat*
*Rem populi, titubatque foris, quod diſſidet in[illegible]*

*Prudent. in Pſychomach.*

Armabit ſc. ille vernaculos ſuos, a[illegible] quiſq;, ac ſic gliſcens incendiolum, tan[illegible] mam belli ingentis poſſit ſubcreſcere.

*Modicum fermenti totam* Reip. *maſſam corrumpit.*

In nuptijs autem exterorum cum exteris, non eadē pericula, cum nulli viro in fœminam vllam ius aliud ſit, quam quantum virtus, morum facilitas, pulchritudo, benè ſeruiendi ſtudium &c. apud virgunculam & parentes facere poſſunt, vt meliori, pulchriori, ditiori, ac denique quacunque cauſſâ cariori, & electo electa vxor tradi poſſit, nulla reliquorum procorum iniuria.

Deindè; contractis iam nuptijs, non eſt, cur honeſti proci deinceps acceſſum ad ſuam quondam amaſiam ſperare aut affectare poſſint, nec iraſci marito, cū aditum ad ſuam colloquia, aut riſus familiares cum vxore, prohibuerit. Non erit affectantibus ſolita conſuetudinem vllus conſanguinitatis obtentus.

Itaq; prudenter, obicis loco aduerſum priuata publicaq; iurgia, vetitæ illæ inter propinquos nuptiæ.

*ij. *Lites ortæ pacificantur.* Per connubia enim vel hoſti oblata, vel ab hoſte recepta, ſæpè bella (quæ ferè inter exteros inardeſcunt) deſperatiſſimis iam rebus, ſopiuntur. **Lites ortas ferenando,**

Dion. *Amicitiæ per connubia contrahendæ mos priſcis firmiſſimus habebatur.*

Aphoriſmus politicus eſt: *Coniugia inter hoſtes, & hoſtium duces inita, eſt facillima belli diſſoluendi ratio.*

*Thucyd. lib. 2.* Perdiccas Alex. filius Macedonum Rex, ſororē Stratonicā, Seuthæ duci hoſtiū collocat.

Drances quidam apud Virgilium, ita ad Regem ſuum, pro Æneæ hoſtis cum Latinia coniugio pacificatorio: *Quin gnatam egregio genero, dignisque Hymenæis* *Virgil. 11. Aeneid.*

*Des, pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas!*

Idem ibidem id vocat. *Pacis ſolum inuiolabile pignus.* **Nuptijs enim hoſtium cū hoſtibus acria & lōga bella pacantur.**

Imo quoque ipſa Troianorum hoſtis acerbiſſima, ſic ad Venerem ipſorum tutelarem; *Quin potius pacem æternam, pactosque hymenæos Exercemus?*

In Galla non ita pridem, quidam Condæum hoſtē,

nuptijs *Virg. 4. Aeneid.*

nuptijs cum Maria Stuarta propoſitis, concilia
tauerunt.

Carolus V. Imp. Gallorum Regem ex hoſte a
fecit, ſorore ſua in vxorem illi conceſſa.

Elyſabetha Henrici II. Gall. Regis filia, Philipp
Hiſpaniarum Regi maritata, pacis autor fuit, vnd
ipſa vulgò in Hiſpania *de la Paz* cognomentum a
pit.

Pius V. ad tollendam diffidentiam Regi Gallo
ſuadebat, vt fratri ſuo alteram Regis Hiſpaniæ filia
ſponſum adſumeret. *Mich. ab Iſſelt pag. 322. hiſt.*

Comitiſſa quondam Hannoniæ (vt ex vobis
dictitantibus didici) bellis, quibus acerrimis co
nuiſque a veſtro Iohanne Aueſnenſi infeſtabatur,
fecit, nuptijs cum ipſo contractis.

Matth. Quid? Etiam Deus pater humano generi di
fenſiſſimus, amiciſſimus tandem factus eſt, imp
Filio ſuo Vnigenito, contractiſque, per Incarnati
Sacramentum, cum natura humana quibuſdam
nuptijs, vnde illud Euang. *Homo quidam Rex fecit*
*tias Filio ſuo, & vocauit multos &c.*

Si autem cuiq; liberum eſſet, cum proxima ſang
nis ſui contrahere, nemo facilè hoſti cederet, c
coniugijs carere poſſet.

Regum aut Nobilium filij, cùm pares adpe
nec alias in eodem regno pares facilè inueniant,
ſibi nubant, Reginas aut Regum filias, quamſu
ſorum ſorores (quæ ipſis nubere omninò nō po
ad aliorum Regum aut Regulorum filias conue
animos amoreſque compelluntur, & ſic (ſi fo
ctenus hoſtes fuerant) pacem inuicem dare &
pere.

Idem de Priuatorum familijs iudicium.

Pacem aut ambire ac velut mendicare, aut fa
dare cogūtur, aut innuptæ & cœlibes permanere
bus nuptiæ cum proximis ſunt inconceſſæ.

Amicitias propagando. *iij. *Amicitiæ multiplicantur*, quas vnas Deus
Pacis & vnitatis commendat, quæque vnæ gene
mano magis ſunt, quā Sol ipſe toti mundo, nec

Scoti, ſubtilis illius viri ſenſo, *Amicitia ciuium vt plurimum eſt, ex determinata propinquitate in certo gradu.* *Scotus in 4. diſt. 26. q. 1.*

Vnum vni nodo vno deuinctum eſſe ſatis ad amicitiam videtur, cæteris nodis cæteri, qui longius animo abſunt a nobis, quaſi irretiendi, & trahendi.

Itaque, cum Affines iam & Conſanguineos, prima illa naturæ aut Matrimoniorum vincula, ſatis inuicē obſtrinxerint, vetantur noua inter ipſos connubia, vt per nuptias foris contractas, exteri quoq; in amicitiæ conſortium vel ambiantur, vel admittantur, ac ſic amicitia propagetur.

D. Chryſoſt. homil. 49. in 14. Matth. *Voluit Deus latius affinitates euagari, vt multis modis homines inter ſe vincirentur.*

D. Auguſt. lib. 15. c. 16. *Habita eſt ratio certiſſima charitatis, vt homines, quibus eſſet vtilis atque honeſta concordia, diuerſarum neceſſitudinum vinculis necterentur: nec vnus in vno multas haberet, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos: ac ſic ad ſocialem vitam diligentius colligendam plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe & Socer duarum ſunt neceſſitudinum nomina. Vt ergò alium quiſq; habeat Patrem, alium Socerum; numeroſius ſe charitas porrigit.*

Et paulò pòſt: *Si nepotes primorum hominum, qui iam conſobrinas poterant accipere coniuges, ſororibus matrimonio iungerentur: non iam duæ, ſed tres in homine vno neceſſitudines fierent, quo propter charitatem numeroſiore propinquitate nectendam diſſeminari per ſingulos ſingulæ debuerūt. Eſſet enim vnus homo filijs ſuis fratri ſcilicet ſororique coniugibus, & Pater, & Socer, & Auunculus: ita & vxor eius iiſdem communibus filijs & Mater, & Amita, & Socrus. Itidemque inter ſe filij eorum, non ſolum eſſent fratres atque coniuges, verum etiam conſobrini, quia & fratrum filij. Omnes autem iſtæ neceſſitudines, quæ vni homini tres homines connectebant, nouem connecterent, ſi eſſent in ſingulis ſingulæ: vt vnus homo haberet alteram ſororem, alteram vxorem, alteram conſobrinam, alterum patrem, alterum auunculum, alterum ſocerum, alteram matrem, alteram amitam, alteram ſocrum: atque ita ſe non in paucitate*

coarcta-

*coarctatum, ſed latius atq; numeroſius propinquitatibus* *bris vinculum ſociale diffunderet.*

*Cicero 5. de finibus* ſic ſerpere, extendiq; docet g[...] ris humani charitatem.

Philo. *Quo ſum attinet, intra domeſticorum ang[...] parietum, rem honeſtiſsimam includere?*

Inſtar virium potiùs amicitiæ propagentur.

Cognatorum & affinium inter ſe nuptijs, ami[...] quidem roborantur, ſed arctantur.

Verbi cauſa. Cain cum ſororem ſuam vxorem d[...] it, nec Socerum, nec Socrum habuit; ſed nec pet[...] tias illas Adam & Eua nurum vllam nouam, aut g[...] rum, ſed idem ſocer, qui pater fuit, idem gener, q[...] lius. Nunc autem contractis inter externos nu[...] incipiunt tam ſponſus ipſe quam ſponſa habere ill[...] cerum, illa ſocrum, quaſi duos patres & duas ma[...] & tot amicos ac neceſſarios nouos, quot vtriq; [...] ſunt parentes & conſanguinei.

*Qui vnam* ſororem aut conſobrinam *dimiſerit,* inceſtu polluetur, & externam duxerit, pænè din[...] *tuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit.*

4. Dei cultus,

*4. *Dei ipſius,* { 1. *Ne minùs, quàm par eſt, ametur;* 2. *Ne ſæpiùs offendatur.* }

Amori eius conſulendo,

*j. *Ne minùs quàm par eſt ametur.* Si enim quæ c[...] vulgo nupta eſt, *cogitat quæ ſunt mundi, & quomodo pla*[...]*ceat viro, & diuiſa eſt:* quanto magis eadem qu[...] multos atomos diuidetur, & ab Conditoris amo[...] ſtrahetur, quæ in vnico tori conſorte conſang[...] aut affini cogitabit virum, fratrem, conſobrinum[...]

Secti in tot amores, aut amorum cauſas, cor[...] nius, quantillum ſupererit, quod dicari poſſit[...] Vnciola fortaſsis?

*Anguſtum eſt stratum,* tàm multos in vna perſo[...] mores capere non poteſt.

Offenſas eiuſdem excludendo.

*ij. *Ne ſæpiùs offendatur.* Nam ſi amore vxoris[...] alter gratia fratris, tertius cauſa patruelis & co[...] ni, in Deum nunc quoque peccat, id eſt, ſi nunc[...] que, cum vnico amoris nodo alter alteri vinc[...]

vincimur tamen perfrequenter, vt inhoneſta faciamus: Deus bone! quid non auderemus, quò non prorueremus, ſi mulier, quæ eidem eſſet & ſoror, & coniux, & conſobrina, & neſcio quid aliud, Marito diceret imperioſum illud ſaltatricis meretriculæ *Volo, vt protinus des mihi in diſco caput Iohannis Baptiſtæ?* *Marci 6.*

Vel illud vxorculæ apud Iuuenalē, *Pone crucē ſeruo,* *Iuuenal.*
*Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas?* *ſat. 6.*

Nihil non nequitia alterius coniugum, ab alterius quantauis æquitate extorqueret.

*Funiculus triplex difficile rumpitur.*

Negari ſcilicet quidquam poſſit vxori, conſobrinæ, & ſorori? quâ fronte?

Quam tūnc ſæpè pudendam illam Adami vocem, excuſationi obtenderemus, *Mulier quam dediſti mihi ſociam* vxorem, ſororem, conſobrinam &c. *dedit mihi de ligno, & comedi!* *Geneſ. 3.*

Itaque, an Fœdera illa tàm arcta, & tàm multa inter paucos, maximè Reges & potentes, expediāt, haud ſatis ſcio, ne ſi ex ipſis vnum alicui tertio vim inferre aut parare contingat, nimis facilè ſuos tā affines, totque nodis conſanguinitatis & affinitatis irretito, trahat ſeu iure ſeu iniuria, in ſceleris belli ve iniuſti, ſocietatem.

Fœdera Regum Chriſtianorum extendi ad multos malim, quā cū paucis nimiū intendi. Sed de his viderint capita populorum, ego interim pergo.

* *Denique;* Si connubia cum ſororibus, aut alioquī valdè propinquis, quibus commorari vel neceſſitate cogimur, vel ex more & licenter poſſumus, leges permitterent; Deus bone! in quot tunc libidines, extra & ante ipſas nuptias, fratres cum ſororibus ſpe aut pacto mutuo contrahendi, facti audaces, laberentur! *De 70. interpretib.*

Aut perpetui eſſent conſanguineorum concubitus à teneris, vt fere condormitiones, aut tot cellulæ ac lectuli in vna domo parandi, liberis recipiendis, eſſent, quot eſſe ſolent in magno monaſterio, aut quot olim Ptolemæus Lagi filius dicitur ſeptuaginta illis *Vide Euſebium Cæſ. lib. 5. hiſt. Eccl. c. 8. citantē Irenæum.*

*Vide & Ariſteæ hiſtoriam,*

illis Hebræarum ſcripturarum interpretes conf[illegible]
iſſe.

Itaque veteri lege, earum maximè perſonarum [illegible]
nubia prohibita ſunt, quibus ferè cõtingit vti vna [illegible]
demque contubernio.

*Vide D. Thom. 2. 2. q. 154 art. 9.*

*D. Aug. li. 15. ciuit. cap. 16.*

Quo verò gradu liceat conſanguineis aut af[illegible]
bus connubere, & (vt loquitur D. Auguſtinus) pro[illegible]
*quitatem quodammodo reuocare fugientem*, vide 2. p[illegible]
Decretorum edit.

Plantini cauſa 35. q. 2. & 3. fol. 1145.

II.

*Conuenientius eſſe Matrimonij bonis, exteras ducere [illegible] res, quam propinquas.*

**Nuptiæ cũ exteris conuenientiores,**

Cæterum, etſi nullis omninò legibus ſancitu[illegible]
nuptias cum propinquis non contrahendas, ſed [illegible]
externis, etiam ipſis Matrimonij bonis hinc, quam [illegible]
linc vberioribus, inuitari ad nuptias cũ exteris C[illegible]
ſtianos oportebat.

Nuptiæ enim cum exteris
1. *Fidem illuſtriorem faciunt,*
2. *Prolis educationẽ rectã promo[illegible]*
3. *Sacramentum Chriſti cum Ec[illegible] propiùs repræſentant.*

**Ad fidei teſtimonium euidentius,**

*1. *Fidem illuſtriorem faciunt.* Plus enim eſt, con[illegible]
ex primo Oriente, coniungi accepto ex vltimo O[illegible]
dente, & nudiuſtertius nondum noto, fidem ſer[illegible]
quam alteri pænè domi, & apud nos nato, quem N[illegible]
tura, Sanguis, & Familiaritas longa coniunxerit.

Vbi minus vinculorum, minuſq; neceſſitudin[illegible]
ibi fidei ſeruatæ maior gratia eſt.

Glorioſior illa vox Penelopes aliundè ductę, ad [illegible]
um Vlyſſem; *Tua ſim, tua dicar oportet,*

**Ouid. 1. ep. Heroidũ.**

*Penelope coniux ſemper Vlyſſes ero*; quàm eadem C[illegible]
naces ſororis ad Macareum fratrem, aut Rachel[illegible]
Iacobum conſobrinum.

Quo enim ad Virtutem pauciora atque infirm[illegible]
ſunt momenta, hoc illa omninò glorioſior.

*2. Pro[illegible]

*2. *Prolis educationem rectam promouent*, Fallor? Tot enim quaſi Pædagogi liberorum ſunt, quot Parentes atq; Affines quiſq; habet.

Liberorũ educationem meliorem,

Tot Argi circum aduigilant. Pluraq; vident oculi quam oculus.

Qui enim pro ſorore, externam ducit vxorem, ille pro vno patre & matre, etiam ſocerum, quaſi alterũ ſibi Patrem, & ſocrum quaſi alteram matrem, liberis autem ſuis quaſi duos alios cum primis Pædagogos adſciſcit, atque ita de cæterarum cognationum gradibus.

*Deinde; Cùm ex alia, aut gente, aut vrbe, imò & domo, maritus aut vxor adſciſcitur, confert aliud atque aliud vterq; parens ad prolis inſtructionem, quilibet quod apud ſuos præclarum eſt, & dat quoddam quaſi diſciplinæ ſymbolum.

Fiunt itaq; ſic liberi, ſola parentum diſciplina, qualis Vlyſſes peregrinatione.

Qui *mores hominum & multorum vidit, & vrbes*, & factus eſt illorum inſpectione prudentior.

Temperat non modo ipſe (vt ſic vocem) qualitatũ parentalium, per connubij vſum, influxus, alter alterius in prole vitium, ſed ipſa quoq; hinc & hinc diſciplina, diſciplinam.

Eſſet aliquis a vitio ſolius paternæ gentis, & quaſi traductione feruidus, difficilis, elatus, & ſuperbus? aliundè a materno genere nimis leuiculus? &c. Hiſpaniam ille hinc totus ſpiraret? illinc Galliam? Ipſa Naturarum commiſtio, & diſciplinæ duarum gentium acceſſio, facilè reducet inter vtrumque, id eſt, ad auream illam mediocritatem.

*Id apprimè in vita vtile, ne quid nimis*, aiebat quidam certè ſapientiſſimè.

*Terent. in Andr. act. 1. Scen. 1.*

Habent enim non modò homines quique, ſed & familiæ, Vrbes, & Gentes quæque genium ſuum, & propriam propenſionem, in vtramque partem: qua de re olim ego valdè latè, in Seruitute Peccatorum Academiæ, in illud Luc. 15. *Et adhæſit vni ciuium regionis illius.*

*3. *Sacramentum Chriſti* cum Eccleſia propiſsim
**Nuptiarũ Chriſti expreſsi-us ſimula-crum.** ſentant. Nôſtis enim alterum alterius figuram
Chriſtus enim cum exteris nuptias contrax
Naturæ, quàm Beneuolentiæ.
**Naturæ*, Hominem enim qui Deus erat, in v
Perſonæ, incarnatus adſumſit.
**Beneuolentiæ*. Eccleſiam enim nunc coniug
Gentibus, indiuiduam habet.
*Qui eratis longè, facti eſtis propè.*
Sic Salomon mulieres alienigenas adamârat;
Sic Samſon, Dalilam ex gente Philiſtæorum;
Sic Oſeæ vxorẽ fornicationũ, i. vno ſenſu Idol
Sic Aſſuerus, Heſterem de gente non ſua, quæ
*figura contingebant eis.*

Quanquam verò iniri cum exteris nuptias,
nibus probem, tamen maximè in Regibus
**Conſiliũ non alie-num.** tentioribus, cum quibus qui non facilè in hoc
diſpenſant, admodum laudo.
**Nobilium* enim tũ per ipſos Reges regiæ Regis
ſti cum exteris nuptiæ repræſentantur.
**Et qui plurimorum* amicitijs, ad ſe ſuoſq; tuen
proceræ arundines fulcris furciſq; pluribus in
plurimorum quoq; amicitias ita conciliant.
**Et Reſp.* Chriſtianæ, id eſt, Eccleſiæ diſcen
vel præuertunt, vel ſopiunt, conciliata ſenſim R
Populorumq́; exterorum coniunctione, & co
tione animorum, per illam matrimonialem co
alieni ſoli ſolijq́; coniunctionem.

Vtinam, vt de alijs nihilo leuioribus me al
Romæ Paulus V. priuatim differentem non ſp
de hac re mihi credant Galli Hiſpanique &c.

Plus fortaſſe deinceps Pacis minuſq; bellor
ſteri, quam maiores noſtri, haberemus, & dub
cul meliore loco Reſp. ſtaret, dilatatis potius,
conſtrictis vinculis Matrimoniorum.

Sed quò feror? Egone Ægypti rana etiam in
conclaue irrumpam, & in ipſis adytis in Princ
cramenta pluſquam ſeptenaria aut ſeptemplic
licè inuolabo? Abſit.

Meliùs hæc aliàs in ipſis Regum auribus, quanquã & nunc quoq; in ipſorum auribus dico, quoniam Reges tam multas & tam longas (vt illas Midæ ſuperẽt) habere vulgò certiſſimum eſt. *Et peruenit ſermo* Ionæ *ad Regem Niniue.* **Ion.**

Vos interim videte (Aueſnenſes mei) vt, quoniam ciuitas iſta parua eſt, & multi inuicem Conſanguinitate, aut affinitate eſtis coniunctiſſimi, ne diſſimulatione, aut alio quouis modo in nuptias inceſtas incidaris. *Non* enim *licet tibi habere vxorem fratris tui.* Si Regi non licet, multo minùs vulgo.

## E C H O
## CONCIONIS XI.

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci. 6.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi
- 1. *Iure Naturæ non licere Polygamiam,*
- 2. *Mulieribus minimè omnium licere.*

### I.

*Iure Naturæ non licere Polygamiam.*

Mihi fundum Euangelij huius, quàm latè patet, moroſiſſimè, ac forſitan ſuperſtitioſè percontanti, videtur (Auditores) ſaluo iudicio eruditiorum, Ioannes noſter his verbis, *Non licet tibi &c.* Herodém non modò Adulterij, atq; inceſtus (de quibus iam ſatis luculenter lateq; dixiſſe videor) repræhendere, ſed & polygamiam in ipſo, etſi ad bigamiam tantum vſq; damnare. **Herodem etiam polygamiæ hic reprehendi,**

Illud enim *Non licet tibi &c.* idem mihi eſt, ac ſi Regi Iohannes dicat: *Non licet tibi* cum prima vxore & alteram arrogare non fratriam, non alterius cuiuſcũque vxorem, non liberam, non ancillam, nõ, ſiue vxorem illam primam repudio abdicâris, ſiue non.

*Vt innuptam* illam *manere*, aut certè tibi *viro ſuo recõciliari* oportet repudiatam; ſic te, qui repudiaſti, aut cęlibem vitã deinceps inſtituere, aut ipſam reuocare. **probatur.**

Si *mulier ſubiecta eſt legi quanto tempore vir eius vi-*
Matth 19. ita & vir.

Vox Magiſtri; *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,*
*ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*

Illud enim (*tibi*) non tam perſonam ſecundam
eius ipſius qualitatem, ſtatumque, vt vocant, hic
nificat, vt ſit implicita quædam ratio illicentiæ
tiarum Herodis, cum Herodiade etiam alioqui li-
Matth. 14. tima, hoc modo: *Non licet tibi* (vtpote iam vxo-
*habere vxorem fratris tui*, id eſt, ſecundam à tua
ſuperſtite: Quas credis eſſe has, nō ſunt veræ nu-
ſunt potius mera, ſed prætenſa honeſto Matrim-
nomine adulteria. Vocaueris ô Rex vt libebit iſt-
Herodiade commercium; ego ſyncerè, candidè,
genuè quod ſentio pronuntio, *Non licet tibi habere*
Tibi inquam, cui eſt altera.

Docet ergò non licere marito virbium eſſe, &
veteribus nominibus veterem culpam nouè adp-
Duumuirū aut Triumvirū eſſe, id eſt vſitatiore T-
logis, voce Polygamum.

Nec viri lectum Polygynæcon aut Senatulum
dam mulierum eſſe; nec mulieris, Polyandron &
tis viris plenum eſſe licet, mulieris tamen, mul-
nùs, multis de cauſis, quæ omnes non ſunt hu-
poris, aut fori, ſed fortaſſe illius, in quo Papyrius
textatus Matri inſtanti reſpondit actum, *Virum*
*retur vtilius exque Republica eſſe, vnuſne duas vxores*
A. Gea. li. *beret an vt vna apud duos nupta eſſet*, vt eſt apud G-
1. noct. ex Catone.
Att. c. 23. Occaſione igitur reprehenſę in viro polygam-
importunè hic quæri poſſe videatur, An aliquo
to iure vetitū ſit, vni plures cōiuges eſſe, & quò
Non enim iſta Herodis repræhenſio, ex
aquę potoris eremitæ, aut nimia Baptiſtæ ſuper-
ne, proceſſiſſe credenda eſt.

De his audiſſe erit operæpretium noſtris qu-
dam inexpletæ libidinis hominibus dicam? an
animantibus? qui libēter opinor vel Turcæ fier-
feræ nati eſſent, vt coniugibus ſimul multis im-
vti poſſent.

Reſpo-

Reſpondeo ergò, Polygamiam vetitam iure vario
- 1. *Naturæ*, intus impreſſo; de quo hodie dicam
- 2. *Diuino*, foris expreſſo;
- 3. *Poſitiuo*,

de quib⁹, ne hodiè longior craſtina concione. **Prohiberi illam vario iure,**

*1. Iure *Naturæ*. Ea enim ſemper ad optima conatur, & ſuo modo hominē hùc adhortatur, neq; ex maritali copula, ſpeciei tantum conſeruationem, & indiuiduorum propagationem ambit, ſed etiam, & quidē maximè, ipſorum indiuiduorū tam gignentium, quā gignendorum bona; **1. Naturæ,**

Ad gignendum enim ideò tantùm ipſa inuitat, vt ſpecies conſeruetur, atq; vt mortalis quiſq; cum moritur, in eo quod genuit quaſi ſuperſtes, habeat indè quoddam properatæ ſuæ mortis ſolatium, non inuitatura fortaſſis, ſi eſſem⁹ immortales, vti in cælo propter omnium immortalitatem *non nubent neque nubentur, ſed erunt omnes ſicut angeli Dei.*

Sed Polygamia vtrorumque bonis rectà aduerſatur, adeò vt illò detorquere illud Iſaiæ poſſis, *Multiplicaſti gentem, ſed non magnificaſti lætitiam.* ***Iſai.***

Ergò Polygamiam eadem Natura rectè dicitur vetare & refugere.

Conſtans, Polygamiam aduerſari bono, &
- 1. *Liberorum*;
- 2. *Parentum*.

**Quòd aduerſetur bono Liberorum,**

*1. *Liberorum*. Nam ſi ſic numeroſiores generantur, naſcuntur certè eneruatiores, vt è patre nimia vxorū frequentatione exhauſto, ac tantum non elumbato.

**Deindè*, pluribus non ſatis rei prouidebitur; partito in valdè multos tantillo, ſed paucis ſatis futuro patrimonio. Curta tunc res cuique, & curta ſupellex. **Opibus,**

**Item*, Non ſatis curæ in ipſis erudiendis collocabitur, tum ob
- 1. *Multitudinem*,
- 2. *Incertitatem*.

*1. *Ob multitudinem*. Nam ſi ſingulis annis vir vnus, **Eruditioni,**

non dico centum vxores (vti fieri poſſit) ſed quina
tum vxores, aut ſenas grauidauerit, paucis añis q
quaginta pænè thalamos, impleuerit (vt quond
ille Troiæ Priam[a], qui teſte Cicerone filios quin
ginta habuit, quorum decem & ſeptem ex iuſta
ſunt nati; aut, vt Danaus Rex Argiuorum quin
ginta filias, quæ totidem Ægypti Regis Ægypti
patrui ſui filijs nupſerunt, quas Danaides ac Be
vulgò poëtę omnes vocant; imò vt Scylurus Rex
tarorum, cui filij octoginta fuerunt.

**Cic. libr. 1. Tuſc. qq. propter nimiam multitudinem,**

At quis tantæ multitudinis ritè inſtruendæ
Patri modus?

Si Adamo viro bono, pœnitenti, & diuinitus
dito, ex duobus filijs, alter iam tum hæreticus
fratricida, deſperatiſſimæ denique ſalutis;

Noaco è tribus vnus Patris ſui ludificator;

Abrahæ è duobus, vnus familiæ turbo; Quid
tingat Patribus alijs polygamis nec tam bonis
tam ſtudioſis ſuorum formatoribus, in tanto ag
liberorum?

Viderent ſemper ſęcula poſtera progeniem vi
rem, & nepotes patribus deteriores, erudiendi
tentia.

**Et incertitudinem,**

*2. *Incertitatem* Ab ea enim illa ἀϛοργία, & c
berorum neglectio.

Vel coruos vide. An non & ipſi pullos ſuos,
adulterinos ac dubios putant, quoniam initiò
miles ſibi & albenttes vident, oderunt, curam
lendorum abijciunt, ad nouem circiter dies, ta
ſc. dum nigreſcant, moriq́ue tum neglectos p
porteret, niſi *qui dat eſcam omni carni*, etiam *pull*
*rum* ſuo modo & pipitu quodam *innocantibus* e
ſtum daret, animalcula ſcilicet & aëre propter
naſcentia, & in ora illorum (vt ait Glycas) delab

Aquilæ, nonne etiam ſuos explorant, ac tum
probatos formant? Summatim. Auium omni
rarumq́, in fœtus ſuos tunc amor & ſolicitudo
uitur, cum aut promiſcuus cum cæteris per æta
tus, aut in paſcuis conuentus, incognitos

efficit. Quamdiu certi fuerunt, amauerunt paue-ſunt &c.

Maritos videre, quibus fortè vxores dubij pudoris contigerunt; Deus bone! quam frigidè illi prolem omnem adcurant! Vt quid enim (inquiunt) alijs ſeram? alij doceam? alijs me enecem? Nec mihi, fortè nec meis quidquam hic ſeritur, aut metitur.

Vt alij in meo voluptnentur, ego me enecem in alieno? Non ita.

Sim profectò beſtijs beſtialior, quæ ſi alienos putant obijci abijciunt & abigunt. **Plato de Rep.**

Platonici enim pauci ſunt, id eſt, qui ex Platonis dictamine faciant, aientis; *Amori Reipub. nihil eſſe præponendum. Omnes præterea & vxores, & liberos, ita nos tanquam communes habere debere, vt charitas ſit, non libido confuſa.*

*Quod præceptum nullum animal dicitur præter apes ſeruare posuiſſe* ait Seruius. **Seruius in li. 4. Geor. Virg.**

*Solæ enim apes communes natos, conſortia tecta*
*Vrbis habent:*
*—— Ipſæ è folijs natos, & ſuauibus herbis,*
*Ore legunt: ipſæ Regem, paruoſque Quirites*
*Sufficiunt: aulaſque, & cerea regna refigunt*, communionem Sanctorum Chriſtianam viuidiſſimè exprimentes, & neſcio quid Pythagoreorum cœnobio ſimile.

Vxorum communionem multi Nicolaitæ mallent quam liberorum. Sed incertitatem magnam liberorum faceret, vxorum in domo vna multititudo.

Nam, ſi de vnicæ vxoris, etiam caſtiſſimæ, pudicitia, mariti quidam nimiùm ſuſpicaces ſic dubitant, vt rogati de liberis, quot iam habeant aut genuerint, ferè nunc reſpondeant non abſolutè tot vel tot ſuos eſſe, ſed tot putare; vxorē tot ipſis dediſſe, ita ipſis affirmaſſe, aut aliquo tali importuno acumine tergiuersētur: Deus bone! quibus dubijs ijdē vexarētur ſi cētenos liberos ex multis vxoribus ſuſceptos numerarent? **Quæ creſceret pro vxorum numero.**

Quo vnius vxoris diligens cuſtodia vix facit genuinæ ſuæ prolis certiores; quam incertiores eſſent, ſi

pluribus (itaque & minus cuſtoditis) yxoribus … rentur?

Si Prouerbio noſtrate dicitis; *Vir, cui cuſtodiend… or incumbit; ne vno quidē die ſecurus eſt*; quid diceretis … ri, ſi vxorum terniones aut quaterniones aliquos … ſtodiendos quiſq; haberetis? Argum totum vel … Io deſiderat. Danaën ne turris ahenea quidem … ſam ſatis cuſtodiuit.

Facilimè Decemuiri aut Triumviri, (Polygam… nim ſic iam voco) crederetis, nō omnes nuptas … caſtas eſſe, neq; in vnius domum ſolas & meras … fluxiſſe Lucretias, ſed Helenam aliquam etiam … inter aliquot Lacænas reperiri; Ac tùm cùm in … aliquam certos metus poſſeris defigere, de omni… te, aut de plurimarum fide dubitaretis, maximè … larum, quarum proles minus patrem referrent … ita neceſſario multam prolem dubiam legitimam … miſtam opinantes, de nullis quaſi proprijs erudien… eſſetis ſatis ſoliciti.

* *Denique*: quam tunc multæ vni eidemque prol… ſent, vel, vt matres, ſtudioſè honorandæ, vel, vt No… uercæ, metuendæ, ſolerterque cauendæ!

Sed & filiorum quoque ſeruitus hinc maxima,

Quotquot enim patri vxores eſſent, aliæ ab eo, … prolem hanc vel illam genuiſſet, tot omninò illi … li imperitarent, eſſentque ipſę quaſi ſecundæ … matres & Patris ſui dimidium, neceſſariò illi obſe… dæ, honorandæ, atque ita nullus dominarum, nul… imperiorum hinc, iſthinc nullus ſeruitiorum fini… placere vnum omnibus in gratiam vnius Patris … difficilimum.

Matth. 6.

*Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Quàm graue … tunc filiorum veſtrorum! Vt vnus tot vel Matres … cioſè honoret, vel Nouercas ſeruiliter metuat!

Ouid. 1. metam. Virg. in Bucol.

Scil. *Impia terribiles miſcent aconita Nouercæ*, ait …

*Eſt mihi namq; domi pater, eſt iniuſta Nouerca*, ait …

A Nouerca poteſt aliquid boni eſſe?

A genio nouercarum,

Quis Nouercas ferè priuignis, iniquiores fuiſſe … eſſe neſciat? Si quæ nō ſunt, & maternè omnia ag… creduntur tamen nouercari. Nōmē ipſū indicat …

in…

dominatum. Nouerca enim dicta quaſi νεαρχὴ, id eſt noua princeps, non noua mater.

Sed & tranſlationum vocis ipſius, aut indè deriuatorum vſus id clamat. Quæ ferè à diritate male ſẽper audierunt.

Nouercari enim Latiniores dicunt pulchra metaphora, quaſi malignè atque inimiciter agere: & nouercalia odia, pro magnis & irrequietis vſurpant: & nouerca, pro aduerſa, vt fortuna nouerca vtuntur.

P. Scipio Æmilianus, obſtrepente populo, cùm dixiſſet Gracchum iure occiſum videri; *Taceant inquit, quibus Italia nouerca eſt, non mater.* Plinius lib. de viris illuſtr. c. 58.

Vt ferè terra aliundè importatis arboribus, & trãſplantatis fructibus iniquior, geminis etiam vrticis vel ſine cultu æquior (teſte Diogene:) carduorum enim & tribulorum natiuo ſolo vtror fælicissimus eſt: ſic Nouercæ & Vitrici ipſi priuignis, etſi ex priore viro legitimè genitis, grauiores.

Sara ipſa, quamlibet Abrahæ viri ſui obſeruans, quam tamen grauis Iſmaheli?

Videtis ergò in quam inextricabiles labirynthos proles ipſas intruderet inuolueretque parentum Polygamia? quam graue iugum liberis parentum voluptas imponeret?

* 2. *Parentum*; Obeſt enim ipſorum { 1. *Quieti*; 2. *Paci*. } Et Parentibus obſit,

* 1. *Quieti*. Nam, ſi Matrimonium inſtitutum ad cõmunicationem operum vitæ, mutuumque auxilium (vndè & mulier vocatur *adiutorum ſimile* Adæ; & ob mutui auxilij egeſtatem dicebat Deus, *Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum*) aut nulla quies Polygamo, aut ſi qua paruum ac pænè nullum ab ipſo tot miſellis vnius vxoribus auxilium. Quorũ ſic curæ augentur,

Aut exantlandi Polygamo illi labores pluſquam Ixionæi noctu interdiu; aut tantæ vxorum turbæ neceſſarijs mariti impotentis auxilijs frequenter carendum.

Tot onera matrimonij tàm multiplicis, qui po
vnus ſoluſque ſuſtentare? nō Atlas, aut Hercules
Non pluſquam Siſyphia rotatio, non agita
quali

*Voluitur Ixion qui ſe ſequiturque, fugitque*, non pl
mus vultus ſudor ſuffecerit ad quæſtum tantum
*modicum quid accipiat quiſque* liberorum, vxorum,
*prebenderint ſeptem mulieres virum vnum*, niſi fortè p
ter morem dicant cum quibuſdam, *Veſtimen*
*operiemur, & panem noſtrum comedemus*. Nam alio
cornicem incubantem ſolet mas paſcere.

Ferunt D. Franciſcum Patriarcham noſtrum,
tationes carnis ſuas aliquandò temperaſſe, cogita
ne ſola oneris grauiſſimi alendæ vxoris, aliquot li
rorum, ſeruuli, atque ancillulæ, quod ferè cum
vnius vxoris viro incumbit (Vxorem enim, libero
miliam reliquam globulis totidem ex niue comp
tis ſibi ille tunc repræſentauerat:) non a te Polyga
deſideria arceat, pondus tot vxorum, tot liberor
tot ancillarum, tot ſeruulorum alendorum? *D. Bo*
*uent. in vita D. Franciſci.*

* *Quid ſi* vxores omnes (vt nunc ſunt tempora)
fuerint mundi muliebris ſolicitiores? cum vel va
ſta: baratri omnem mariti ſeculam, cultu intem
to, poſſit abſorbere?

* *Deindè*, ad ſumptus in affinitates inde plur
prandijs, cænis, hoſpitioque excipiendas, quis
quæ lucra viri ſuffecerint?

Faciliùs exercitū iuſtum ſuo cenſu Craſſus al
* *Denique ſi affectus coniugalis in plures diuidi*
*be:*, vt ait I. C. quid faciet miſer? vnā quālibet è
totus amabit, cæteras contemnet, aut patietur?

* 2. *Pacι*, præcipuo coniugatorum bono, cum
Matrimonium eſt Paradiſus; ſine quo, mer Infer

**Pax mi-nuitur,** Nam quæ nō Zelotypia tunc vxorū inter ſe,
maiorem viri in hāc vel iſtam amorem, aut
iorem, quam alterius, fœcunditatem, aut cultum
tioſiorem &c?

Illa ornatior procedit in publicum, honora

omnibus:ego in conuentu fæminarum miſella deſpicior,aiet hæc aut illa ex illis.

1.Reg . Elcana *diligebat Annam*,non quod Phenennam odiſſet,ſed minùs quam Annam amaret . *Affligebat autem Annam æmula eius;& vehementer angebat, intantum,vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius....porrò illa flebat. & non capiebat cibum.* Elcana autem conſolando aiebat; *Nunquid non ego melior tibi ſum, quam decem filij?* Itaque Phenenna,de amore mariti erga Annam propenſiore, ringebatur; Anna autem ſibi de ſterilitate à Phenenna inſultari lamentabatur; Elcana denique vtriuſque maritus, medius hinc inter lachrymas Annæ , iſthinc inter Phenennæ ſuſpiria, torquebatur,hilarior haud dubiè pacatiorque futurus,ſi vnicam habuiſſet vxorem.

**Litigijs vxorum inter ſe.**

Altera alterius amorem , non ſui odium interpretaretur,ſi vnicam habuiſſet.

**De fœcũditate & ſterilitate**

Geneſ 16. *Agar* ancilla Abrahæ *concepiſſe ſe videns,deſpexit Dominam ſuam* Saram. *DixitqueSarai ad Abraham: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum,quæ videns quod conceperit,deſpectui me habet. indicet Dominus inter me & te. Cui reſpondens Abram: Ecce,ait,ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet . Affligente igitur eam Sarai,fugam iniit.* Quæ inter iſta pax miſello Abrahæ?

Sed has nihil inuicem,præter ipſas cum vno viro nuptias, coniungebat.

Quid?Duæ etiã ſorores, Iacobo vxores & matrueles ipſum magnis crebriſque diſcordijs moleſtarunt.

Geneſ.29.Iacob *tandem potitus optatis nuptijs* Rachelis, *amorem ſequentis priori* Liæ prætulit. *Videns autem Dominus, quod deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente.*

Gen.30. *Cernens autem Rachel,quod infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo: Da mihi liberos , alioquin moriar, Cui iratus reſpõdit Iacob, Nũ pro Deo ego ſũ, qui priuauit te fructu vẽtris tui? At illa, Habeo, inquit famulã Balã: ingredere ad illã, vt pariat ſuper genua mea, & habeã ex illa filios....Sentiens Lia,quod parere deſiiſſet, Zelpham ancillam*

*cillam ſuam marito tradidit.*

Vides quàm irrequietum vnum maritum [illegible] duæ ſorores vxores faciebant?

Quid? etiam maritum illæ ſibi altera alter[illegible] ripiebant.

Maritum quaſi pugnæ ſuæ brauium æſtimaba[illegible]

*Geneſ.* 30 Mandragoris aliquandò Liæ à ſuo [illegible] Rubeno allatis, *dixit Rachel, Da mihi partem de man[illegible] goris filij tui. Illa reſpondit: Parumne tibi videtur, quòd [illegible] ripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filij mei [illegible] leris? ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandra[illegible] filij tui. Redeuntique ad veſperam Iacob de agro, eg[illegible] in occurſum eius Lia, & ait: Ad me inquit intrabis, quia [illegible] cede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitque [illegible] ea nocte illa.*

Quid aliud bigamus Iacob, quam mancipium [illegible] ter duas illas ſorores vxores? quid, quam homo [illegible] lis ſub haſta, aut corona? quid quam brauium pe[illegible] è columna victricem expectans?

Imò; An non ſimiliorem illum ſcorto, penè di[illegible] quo meritorio, quam marito, hæc alterius ab al[illegible] noctis cum illo emptio, faciebat?

An non tam animus eius intùs à curis [illegible] affectibus, quàm corpus foris ab vxoribus [illegible] tur?

Senec in Herc. furēte act. 2.

*finis alterius mali*
*Gradus eſt futuri: protinùs reduci nouus*
*Paratus hoſtis: ant è, quàm lætam domum*
*Contingat, aliud iuſſus ad bellum meat.*

A Zelotypia earum in pellices,

* *Deindè*; Zelotypiæ vxorum, non iam de ſe in[illegible] conceptæ, ſed de externis pellicibus, quam cre[illegible] quam moleſtæ, ſi vxoris vel vnicæ zelotypia eſt [illegible] dus adeò cuique intolerabile? Cur aſpicie bas [illegible] aiet illa: cùr cum ancilla loquebaris? aiet altera.

Et virorū in procos, Senec. in Herc furēte act. 1.

Quam ſæpè vir Polygamus audire cogetur [illegible] Iunonis; *vna me dira, ac fera*
*Thebana nuribus ſparſa tellus impijs,*
*Quoties nouercam fecit,* ———
*Locumque cælo pulſa pellicibus dedi?*

*Tellus colenda eſt, pellices cælum tenent.*

**Adde, Si impudica ciuis vno oculo contenta, quam vno viro;* Quomodo contenta tripartito &c?

**Tum inter* ipſos tam multos, tam varij genij, ex tã varijs coniugibus liberos, quantæ & quam crebræ lites? — **Adiſcordijs liberorum inter ſe,**

*Si fratrum quoque gratia rara eſt*, etiam vterinorum, imò & geminorum, vti ex Iacobo & Eſau manifeſtum eſt, quantula erit priuignorum huius cum priuignis illius? — ***Ouid. 1. Metam.***

**Inter matres*, quaſi nouercas, quanta contra alienos quaſi priuignos, pro ſuis certamina.

De liberis vnius aut patri carioribus, aut cultioribus, aut ad maiora prouectis, quantæ alterius apud Patrem querimoniæ. — **Et vxorũ inter ſe pro ſuis liberis,**

*Hic pietatis honos? Sic nos in ſceptra reponis?*
*Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem,*
*Nauibus, infandum, amiſsis vnius ob iram*
*Prodimur.* — ***Virgil. 1. AEneid.***

Geneſ. 21. *Cum vidiſſet Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: Ejice ancillã hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.*

3. Reg. Bethſabe Dauidi iam vetulo caput obtundit, vt Salomon ſuus in ſolium regni ſuccedat, alia vt Adonias. Atque ita aliæ in alijs rebus, pro ſuis vnaquæque ſolicitæ, & vni marito importunæ.

Vt videtis, cum poſt primas fœcundas nuptias, ſecunda vxor ducitur, aut ſecundo marito nubitur, ſi etiam tertij generis liberi naſcuntur, bella pœnè quotidiana Vitricorum, Nouercarum, pro ſuis contra priuignos, quaſi omninò alienos, dum quiſque pro primarum nuptiarum liberis depugnat; & deindè ipſorum inter ſe priuignorum, ac denique communium ex ſecundis nuptijs liberorum iurgationes; ſic omninò, ac deterius accideret, ſi vni viro plures ſimul vxores, aut vni vxori plures viros, leges permitterent.

Mater & nutricula diſcordiarum Polygamia.

Alphonſus noſter ſatis ſubtiliter inſinuat etiã Deũ

ſtudio

ſtudio pacis auerſatum Polygamiam.

*Alphonſus à Caſtro l. 9. adu. hæreſes tit. (Lex)*

Loquens enim ille de legalium ceſſatione, ci
mum Euangelica lex lata eſt, ita ait: *Oportuit ſyna*
*tunc ſepeliri; quandò Deus Eccleſiam, nouam ſponſam*
*ſponſauit, ne inter ſorores ſimul habitantes æmulatio*
*cui olim Lia zelabatur Rachel.* Hæc durus ille H
corum malleus, ac pænè primus telorum armo
que omnium quæ in controuerſijs, aduerſum H
ticos poſteri pugnatores & ſcriptores ad Bell
num vſque, torſerunt, conflator & fabricator,
niſſimus Ordine Minorum, digniſſimus gente H
norum.

(* *Ne dicam*, ſi fortè maritus ſenior & caneſce
teram adhuc adoleſcentulam, alteram etiam
caneſcentem duxerit, accidere tùm poſſe (quod
dam lepidi homines neſcio cui accidiſſe fabul

(Præter quædã ridicula:)

vt, dùm vxorcula illa iunior canos ſeneſcentis
ſeligit & euellit, vt vel ſic virum quaſi tùm ætate
& reiuueneſcentem, ad ſe pelliceat; Vetula verò c
los viri adhùc integros, vt ad ſe ſic quoq; ipſum
æquè canum & concolorem trahat; breui fit
Polygamus ille non modò recaluaſter, ſed ipſis

*Plin. li. 11.*

Miconijs (qui Plinio teſte ſine capillo gignuntur
uior, & merus (etiam ſine vlla hæreſis nota) C
nus:

* *Ne item* dicam, ſi qua ambitio etiam Polyg
vexet, ipſos ſibi Polygamia viam ad Epiſcopatu
pire, ad quem nec ipſe Paulus alium vult ad
quam *vnius vxoris virum*, non vllum Septemuiru
Triumuirum, ac ne Duumuirum, id eſt, ne big
quidem ſummo iure.)

* *An vni impar*, par erit, qui contra duos pugn
Hercules quidem.

At vix maritus vxorem vnam, vti maritum
num vxor pati poteſt.

Fallor? Cùr igitur apud vos verſum in prou
*Si quis eſſet qui iure matrimonia diſſolueret, & mag*
*tiùs diteſceret, quam qui coniungeret?*

Fallor? Cùr igitur Mariti plerique multi de

dine ſua rogati, non rarò reſpondent, *Valere benè qui poſſim, domi habens præter ſeptenos liberos, etiam ſtultam vxorem vnam?*

Et rogati an vxorem duxerint, ſi duxerunt, reſpondẽt: *Duxi, eheu!* aut, *proh dolor!*

Cùr Metellus ipſe Numidicus Cenſor ſic olim ad populum: *Si ſine vxore poſſemus Quirites eſſe, omnes ea moleſtia careremus?* A. Gellius l.1.noct. Att. c.6.

Cùr quiſpiam veterum, *Multis de cauſis mulierem non eſſe oportebat?*

Cùr vulgò omnes, *Mulier eſt malum neceſſarium?*

Cùr idem Metellus auſus dicere; *Ita Natura tradidit, vt nec cum illis ſatis commodè, nec ſine illis vllo modo viui poſſit?* A. Gell. l. 1. noct. c. 6.

Q.d. illud Martialis; *Non poſſum tecùm viuere, nec ſine te.* — A querimonijs maritorũ vel de vnica vxore.

Cùr prouerbio dicitur, *Qui capit vxorem, litem capit atque dolorem;*

*Qui caret vxore, lite caret atque dolore*, ex Pœtaſtro neſcio quo?

Cùr Iuuenalis, *Semper habet lites, alternaque iurgia lectus* — *Iuuenal. ſaty. 6.*

*In quo Nupta iacet, minimum dormitur in illo?*
*——Nihil eſt audacius illis*
*Deprenſis: iram, atque animos à crimine ſumunt.*

Sed certè *mulieres duæ peiores quam vna.* vel Plauti ſenſo.

Ergò, qui ne Xantippen vnam ſtultam ac moroſam poteſtis pati, nullo modo ſtultitiam trium aut quatuor Furiarum ferre, poſſitis.

Opinor, & partim credo, ſi vxorum media pars diuendi, aut emi initiò poſſet, non paucos dimidias tantum empturos; aut ſi integras emiſſent, mòx mediam partem venundaturos ac ſubhaſtaturos, adeò multis viris vel vnica vxor plus ſatis.

Cùr Vxores pleræque multæ etiam virorum pertæſæ, non rarò ad focum, ad colum, declamant, ſibi viri vel vnius grauem eſſe ſarcinam ac ſeruitutem?

Amazones amiſſis maritis, *nubendi quoque finitimis animum*

*animum omiſere, ſeruitutem, non matrimonium ad*[illegible] *tes?* Iuſtinus hiſt. lib. 3.

Cùr & nunc quædam, ſi viduas illas [illegible] mors mariti, iam tam in medio adhùc coniug[illegible] cundas nuptias deuouent, viduitatem perpe[illegible] præuouent?

Ouidius. Cùr ingemiſcendo iſtud ingeminant; *Ah! qua*[illegible] *eſt, vni poſſe placere viro!*

Cùr vterque, tam vir quàm fœmina, tam cer[illegible] ta exclamant; *O beatos Monachos & Sacerdotes!* [illegible] ſtud, *Melius nil cælibe vita?* vt verè nil melius, & [illegible] dum Deum beatius, tantùm plerique cælibes b[illegible] ſua noſſent.

Certo certiùs, *tribulationem carnis* ingentem [illegible] tiam *habere huiuſmodi* ordinis homines, id eſt c[illegible] gatos, etiam in monogamia.

At verò quid ſi *adprehenderent ſeptem mulieres* [illegible] *vnum*, aut mulier vna à ſeptem ſimul viris habe[illegible] Qui ferret quiſque ſuam polygamiam!

Tot dominos ſibi imo tyrannos qui poſſit p[illegible]

Martyrium (credo) non matrimonium vtrin[illegible] vocaretur, & ſe quiſque pro meritiſſimo marty[illegible] potheoſi & tertio cœlo digniſſimum opinaretu[illegible] punctis Diuis ſe Faſtis & Calendarijs inſeri co[illegible] omnes vellent.

Tùm meritò Sacramentum Pœnitentiæ [illegible] ſti homines Matrimonium ſuum adpellarent, [illegible] falsò nunc ſolent.

An non fortè idcircò polygamorum primus, [illegible] *mech* id eſt, *pauper & humiliatus* præſagio quod[illegible] adpellatus? Opinor.

Si *de malis minima & paucisſima* eligit tam N[illegible] quam Prudentia; & dicitis viri, *mulierem eſſe malum* [illegible] *ceſſarium*; vos contra mulierculæ, maritum gra[illegible] ſarcinā; Certè contra Naturæ dictamen eſt, vt vir[illegible] res, vxor viros ſimul plures adfectet. Hoc enim [illegible] multa ſimùl mala affectare, & fatiſcenti ſibi [illegible] ſarcina, ſarcinas obpreſſuras accerſere.

Quiſquis rogatus, *eccur adeò paruam vxorem d*[illegible]

ſet, reſpondit, *Ex malis minima eligenda*; idem credo roganti, *eccur vnica vxor ducenda, aut vni tantum viro nubendum*, etiam reſponderet *Ex malis pauciſsima*. Ex malis inquam non natura ſed Pœna.

*Ah! neſcitis quid petatis*, qui Polygamiam adfectatis.

Ferũt adoleſcentem quempiam a patre ad nuptias ineundas ſollicitatum, tergiuerſantemque, niſi tres ſimùl vxores duceret, tandem, cùm pater tres promiſiſſet, inciperet tãtum à nuptijs cum ea, quam è multis haberet cariſſimam, cum vna nuptias contraxiſſe. Quindecim autem circiter pòſt diebus, patrem ad filium, primo ferè gallicinio, foribus acriter pulſatis, rediſſe; cumque is è platea inclamaret, ocyſſimè vt ſurgeret, iam iam veniret ad ſecundas & tertias, cum reliquis amaſijs ſuis nuptias ineundas, parata hùc omnia; tùm demùm filium altiſſimè ſuſpirantem ferè ſic reſpondiſſe; *Ah! Pater, Pater, vel vnica mihi vxor nunc plus ſatis*.

Ita ſcilicet *duo & duo, & vnum contra vnum* Natura rerum parens æquiſſima ordinauit.

*Dulce bellum* Polygamiæ, *ſed inexpertis*.

Vnum vni coniungendum, ſolumque duellum illic probandum, vel hinc docemur, quòd *volucres penè omnes matrimonia ſic faciunt, & paria iungunt*. Lactant. l. 3. inſtit. c. 22.

Et; quòd Sol vnica magna omnium matre terra contentus eſt, quam vnam ſpectat, fouet, & grauidat.

## I I.

*Mulieribus minimè omnium licere Polygamiam*

Porrò (pace veſtra dicam Nuptæ Innuptæque) illud animaduertendum, etſi à matre Papyrij Prætextati decepta deceptæ matronæ olim Romanæ, magno agmine lachrymantes atque obſecrantes ad Senatũ orarint, *Vnd potiùs vt duobus nupta fieret, quam vt vni duæ*, vt refert Gellius: tamen Naturam magis à pluralitate virorum cum vna, quàm a mulierum cum vno, abhorrere.

Polygamiam, in muliere reprobãt multa, *Gell. lib. 1. noct. c. 23.*

Reprobant mulierum Polygamiam {
1. *Sterilitas,*
2. *Incertitas Prolis,*
3. *Neglectio prolis,*
4. *Diſcordia frequentior,*
5. *Turpitudo manifeſtior,*
6. *Vltio grauior,*
7. *Permiſsio rarior,*
8. *Patrum contemptio certior*
9. *Pericula caſtitatis.*

**Sterilitas,** * 1 *Sterilitas*, quæ hinc multa, vt nuper latiùs de bam, cùm contra ex viri polygamia certa fœcun tas, quam Deus & natura, in nuptiarum inuentio maximè initiò ſpectauerunt.

**Prolis incertitudo,** * 2. *Incertitas prolis*, quæ viris hinc maior, qua minis.

Eſſet tunc Maritorum cuilibet impoſſibile ex alione, an ex ſe facta eſſet conceptio, vxori c ſæpè difficile, ex quo vno *poſita cum adulteris adult* **pſal.** rum (nam tales maritos non adpello) *portione*: co in viri polygamia, vxores omnes, cum matres ſciunt ſe matres eſſe, & quorum liberorum, & c viro, cum ſit vnicus; & ſæpè etiam maritus ipſe probabiliter (quamlibet multæ proles à multis ribus illi generentur) non alium tamen à ſe pa eſſe.

Magis autem contra naturam eſt, caput fam id eſt virum neſcire, quæ ſunt præcipua & ſumma miliæ, vt ſunt liberi, quàm ſociam & ſubditam, vxorem ipſam.

Maximè cùm vni præcipuè patri cura ſobol tior incumbat.

**Neglectus eiuſdem,** *3. *Neglectio prolis* alẽdæ, erudiendæ &c. quod i certitatis malo conſequi neceſſe eſt.

Lactant. libr. 3. inſtit. c. 21. *Quis amare liberos, quam ſuos poterit, cum ſuos eſſe aut ignoret, aut tet?*

**Diſcordia frequentior,** * 4. *Diſcordia frequentior.* Nàm illam & ſæpiùs, faciliùs, & maiorem creare ſolet quæcunque m tudo, quam paucitas.

*Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur*
*Poſcentes vario nimiùm diuerſa palato*, ait ille.

Lactant.lib.3.inſtit. c. 21. *Nulla vehementior diſcordiarum cauſa eſt, quam vnius fæminæ à multis viris adpetitio.*

Quàm acria hinc vel brutorum inter ſe certamina!

Demus, dari alicui vni mulieri ſeptem ſimùl viros, quot habuerat alternatim illa, de qua Sadducæi olim apud Chriſtum nugabantur.

Demus, dari vni tot maritos, quod habeat conſanguineos (quod olim inter Arabes Arabiæ fælicis incolas, more erat receptiſſimum: *Strabo lib. 16.*

Vel, habeat vna eademque quindecim fratres ſuos, maritos, (quod Strabo, inter eoſdem Arabes, cuipiã vni cuiuſdam Regis filiæ pulchritudinis admirandæ, refert, non tamen ſine eius ipſius tædio maximè, contigiſſe; nam aliquandò

*Et laſſata viris*, imò & *ſatiata, receſſum* & fugam ſordium tantarum cum vellet quidem moliri, nec commodè poſſet, ſurculos fraternis ſimiles arte tornauit, vt illis opportunè antè ianuam poſitis, religioſo & caſto dolo, omnibus fratribus, fratrum ſemper aliquem intùs eſſe, mentiretur, ne perpetuò inceſtari cogeretur: ô raræ pudicitiæ fæminam, & Arabem quidem!) Habeat inquam vna tot fratres maritos; eccuius tũc erit nox prior cum illa? cuius omnium erit, florem virginitatis eius ante alios delibare, zonam recingere? quis primus, relicto ex more gentis pro foribus baculo, ad vxorem ſororem ingreſſurus? quis erit ad trãquillam pacem commodus ordo noctium & dierum dicendorum, aut dicandorum? Quæ ibi fratrum ambitio?

Primam noctem, primulumque floſculum exiget maior natu, iure quodam ſuo; riualis ſeu eiuſdem cõpetitor erit Iunior, non iure maiore agens, ſed ardentiore libidine; Regia adoleſcentula à neutro forſitan ſe feret, ſed à quolibet potiùs tertio aliquo, quaqua cauſa deflorari.

Bucephali inſtar, nullum niſi ſuum. Alexandr
phalerata & compta tunc admittet.

Quid verò ſi aliquando, omnes vel plures fr
contigerit communis ſororis vxoriſque ſuæ vſum,
neceſſarium iam & debitū, adfectare, poſcere, v
Quid tùnc inter fratres primùm ipſos iurgij; ac d
dè, inter ipſos & ſororem?

*Virgil. 4. Æneid.* *Lucan. 1.*

Periculum, ne cum *arma armis pugnent*; ne *pila*
*minantia pilis* objiciantur, ne baculo quiſque, quem
more geſſerit, & quem ex more ſtatui profer
copulæ occupatæ ſignum, oportuerat, fratres
contundat, cædat, & dentifrangibulus, vel parr
alter alterius fiat, deſinatque res tota in C
næam quandam pugnam atque victoriam, in
cadat victus; & victor, & Spectatrix ſoror vxor
lugeant.

Quanto verò magis, ſi exteri, nec conſangui
nam multi duxiſſent, quoties cōtingeret plures f
vxoris ſuæ vſu indigere, adfectare? Quantum
iurgiorum ſeminarium!

Quis noctem impetret ſolus? aut, ſi non ſolus,
primus? &c.

**Turpitudo euidétior,**

Obtineret, vel qui viribus vinceret, & tum c
Vel, quem plus communis vxor amaret, ac tùm
que quid non malorum inter viros ipſos, & co
gem? maximè, quos nec fraternitas, nec conſang
tas, vt inter Arabes, vlla refrenaret?

Ephremo veriſimile viſum, homicidium feciſſ
mech propter mulieres, quas deindè in vxores
pit, tunc præſertim temporis regnante incont
tia.

* 5. *Turpitudo* manifeſtior. Cynicum tum
quid accideret.

Lactantius lib. 3. inſtit. c. 21. *Scilicet, vt ad e*
*multi viri tanquam canes confluant, & is vtique*
*tineat, qui viribus vicerit: aut ſi ſapientes ſunt,*
*philoſophi, expectent, & vicibus tamquam lupanar*
*eant.*

*Si vna concumbet cum pluribus, quia nulla hinc multiplicatio prolis, ſed frequentatio libidinis, coniux non eſt, ſed meretrix.* ait Auguſtinus. Pœna grauior,

Lactant. lib. 3. inſtit. c. 22. *Viri, qui multas mulieres habent, nihil aliud dici poſſunt, quam luxurioſi, ac nepotes. Item mulieres, quæ à multis habentur, non vtique adulteræ, quia certum matrimonium nullum eſt, ſed proſtitutæ ac meretrices ſint, neceſſe eſt.*

* 6. *Vltio grauior.* Diluuium enim etiam ab hac cauſa.

S. Ephræm apud Mich. Glycam. *Tantoperè in libidinem exarſerunt,* tùnc temporis homines (inquit) *vt viginti viri vna cum fæmina conſueſcerent. Hoc enim pacto Dei quoque filij, nimirum à Setho prognati, ad concubitus vagos inuitati ſunt: qui quidem, virtutis etiam nomine, Dei ſunt appellati filij, quemadmodum Iſraelus vocatur filius primogenitus.* Mich. Glycas p. 2. Annal.

Ob vxoris Leuitæ publicam & funeſtam proſtitutionem, pœnè vna tribus tota extincta eſt. Permiſſio rarior,

* 7. *Permiſſio rarior,* tam *Diuinitùs*, quam *Humanitùs.*

* 1. *Diuinitùs.* Nàm in viris Polygamiam aliquandò vel diſſimulauit, vel etiam præcepit Deus, in mulieribus nunquam. Seu diuinitus,

Diſſimulaſſe videtur in Lamecho primo illius autore: & in Lotho fortaſſis, duarum alternatim filiarum ſuarum deſloratore.

Præcepiſſe Abrahæ, Iacobo &c. paſſim creditur, vel benignè cum ipſis diſpenſaſſe.

* 2. *Humanitùs.* Rariores populi, qui fœminis permiſerint, quam qui viris, ijdemque barbariores.

Britannis (qui nunc Angli dicuntur) in vſu quondam fuit, vt vna fæmina quinque viris nuberet, & *vxores haberent deni duodeni que inter ſe communes.* Cæſar lib. 5. comment.

Multis Impp. concubinas fuiſſe vxorum loco, annotat S. Clauerius. S. Clauer. in miſcell. ad Claudianū c. 4.

Si qui alij, aut viri aut populi, permiſere, aut voluere;

luere; quadam aut neceſſitate cogente, aut ſteri- tate ſuadente, fecerunt.

Apud Romanos maritus ſi liberorum ſatis ſuſc- ſet perſuaſus ab alio prolem deſiderante, vxore- am ei concedendi, inque matrimonium elocand- habebat. *Plutarch. to. 1. vit. in Numa.*

*Cato Romanus vxorem ſuam tradidit alterius etiam- mum* (Hortenſij ſc.) *impleturam.* D. Auguſtinus de b- coniugali c. 18.

Sed ea non tam Polygamia mulieris fuit, quam vnis nuptijs relictis ad alias tranſitio.

Apud Athenienſes, Draconis lege cautum, vt *fe- mæ quæ viros parum ad rem Veneream idoneos ... ſent, vnum, quem vellent, ex mariti propinquis ... mitterent*, ſatis legi Moſaicæ ſimiliter, iubenti, v- ter demortui fratris viduam acciperet, eique ... mē ſuſcitaret; ſed hoc differenter, quod Draco ... marito, Moyſes tantum mortuo, hoc volebat. ... Draco erat.

Lacedæmonij vni fæminæ duos viros copula- luerunt; ſed hoc prætextu, vt altero in militiam p- ciſcente, alter domi remaneret, (opinor) ne Reſp- ca vnquam auxilio careret, mulier remedio.

Iidem aliquandò decennali obſidione ad M- niam detenti, remiſſis Spartam iuuenibus mil- ex ſupplementis vltimis, *promiſcuos omnium fœm- concubitus permiſere, maturiorem futuram conceptionem- ti, ſi eam ſingulæ per plures viros experirentur*; ſed ... bant ſcilicet Politici valdè homines, & à pug- prælio, à longa obſidione, & à ſterilitate vxor- tactarum propter abſentes bello viros, inde ... Remp. aliquandò tandem neceſſariò reman- *Iuſtinus lib. 3*

*Seruius in 4. Georg. Virg. & in 3. Æneid.*

Simile aliquid (niſi fortè idem omnino ſit) ... dem Seruius commemorat, dicens; *Lacones bell- ti ab Athenienſibus, & inopiam timentes virorum, ... ceperunt, vt virgines cum quibuſcunque ... rent.*

Plurimi contrà, nec omnes barbari populi Po-

miam viris aut permiſere, aut præcepere.

Athenienſes ipſi decreuerunt, vt ſingulis ciuibus duas habere vxores ius eſſet, graui conſtituta pæna, ſi quis concubinam haberet; redduntque aliqui hanc cauſam, politicè honeſtiſſimam, & Scoti ſenſo conformem, nempe ob ciuitatem ciuibus bello exhauſtam: alius aliquis alias; videlicet, vt ſi vnam ſterilem eſſe contingeret, altera fœcunda eſſet; item, vt vna vel morbo, vel puerperio detenta, altera lectum viri occuparet. Qua lege coactum ferunt Socratem, cum iam Xantippen haberet, ſarcinam moleſtiſſimam, & alteram, Ariſtidis ſcilicet filiam, ducere.

*Scotus in 4. ſent. diſt. 33. quæſt. 1. Vide Laert. l. 2.*

Scotus, vir ille Scholaſticorum ſubtiliſſimus, primæ cauſæ ſatis fauet, cum ait: *Si contingeret caſus per bellum, vel cladem, vel peſtem, quòd multitudo virorum caderet, & multitudo mulierum remaneret, poſſet tunc bigamia eſſe licita, conſiderando præcisè iuſtitiam ex parte commutantiũ, & deberent ex parte ſua velle ſic commutare mulieres cum viris plus pro minori quantum ad ſecundum finem, licet pro æquali quantũ ad primum finẽ* (Matrimonij:) *nec deficeret ibi, niſi cõpletio iuſtitiæ, quæ eſt ex ad probatione diuina, quæ fortè tunc fieret, & Eccleſiæ ſpecialiter reuelaretur.*

*Scotus vbi ſupra.*

Ita ferè Patres vet. teſtamenti Sanctiores, vel ſtudio magis multiplicandi populi Dei quam laſciuiendi, vel ex diuina reuelatione, vel ex recepto tùnc more.

*Ad humanum enim ſenſum vel alliciendum vel offendendum, mos valet plurimum*, vt ait D. Auguſtinus libr. 15. ciuit. c. 16.

Vlentinianus ſenior legem publicè protulit, vt omnes, qui voluiſſent, impunè bina matrimonia ſuſciperent. nam ideò populoſas fore gentes, quia hoc apud eas ſolemne eſt.

Bauobrunus quidam priſcus Hannoniæ noſtræ moderator, capitale propoſuit, ſi quiſquam coniuges plures quatuor, vna iungere tentaſſet, Sacerdoti-

bus exceptis , quibus binas ſolum permitti pl
*Iac. Leſſabæm in Anacephalæoſi vrbium Hannoniæ.* B
riores tamen, & brutis quàm hominibus propr
populos illos cenſeo, qui cuique quot liberet p
ferunt, non neceſſitatem vllam, non cæterarum
tium morem ſpectantes, ſed meram voluptatem,
ſi ſummum bonum.

*Deodor. Sicul. l. 12. Biblioth.* AEgyptij in hac claſſe , & ſecundum Diodo
Thurij quoq; qui antequā leges accepiſſent,
pro voluntate & modo facultatum vxores du
ſeruata vtrimque diuortij ac repudij , cum alte
vellet, libertate.

Sed & Turcæ (vt olim latius oſtendimus, in
tore noſtro Terræ Sanctæ, ad Paulum V.) hic
mi, quo vel ſolo nomine, & lex , & gens tota
*pſal. 23.* nabilis. *Confundantur omnes iniqua agentes, ſuper*
eſt, nullo neque neceſſitatis, neque magnæ vt
adſpectu.

Nam ſi aliquandò *appræhenderent* duæ *mulier*
*Iſai. 54.* *rum vnum*, imò & *ſeptem vnum ... dicentes ...*
*nomen tuum ſuper nos, & aufer opprobrium noſtrum,*
rari forſitan poſſent, ſi tanta eſſet virorum p
quantam filiæ Loth , à Pentapolis incendio
bantur, vel quantam Iſaias, à belli clade, fore
la verba prædixerat. Eſt certè qui ſic filias Loth
excuſet.

D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham c. 4. *Denique &*
*ſancti filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuer*
*genus deficeret humanum, & ideò publici muneris g*
*uatam culpam prætexunt.*

**Patrū cōtemtio certior.** * 8. *Patrum contemptio* certior. Ignoti nullus
nulla reuerentia.

Lactāt. l. 3. Inſtit. c. 21. *Quis honorē tanquā Patri de*
*cum vnde natus ſit neſciat? ex quo fit, vt non tantum al*
*pro patre habeat, ſed etiam patrem pro alieno. Quid,*
*xor poteſt eſſe communis, filius non poteſt? quem conc*
*niſi ex vno neceſſe eſt.*

Pænè inſtar expoſitorum , eius qui ſe gen
neque ſenſum vllum , neque deſiderium proles
pa

peret, neque ſatis honoraret, aut etiam iuuaret quē-quam ex maritis maternis omnibus, ſed communiter ac tenuiter vniuerſos, non internoſcens certò, quis vnus ex omnibus ſibi naſcendi autor fuiſſet.

Si amare patrem aliquem vnum è multis præ cęteris videretur, magnam partem nō naturalis ille amor erit, ſed ciuilis & opinabilis.

Septeni liberi vnicum eumque certiſſimum patrē, alere ſi vix poſſunt, aut nolunt, quomodò vnus vnum plenè alet, adiutabit &c. de quo ſemper dubitare poſſit, an parens ſit?

Si etiam in Monogamia, vbi certiſſima ſunt omnia, tamen in parentes tam friget liberorum reuerentia, ſeruitia, alitura &c. quod non gelu expectandum à liberis in Polygamia, quam tanta conſequitur incertitas veri parentis?

*9. *Pericula* caſtitatis, nàm inter tot vxores periculū tale patribus à filijs ipſis, quale Iacobo ipſi à Rubeno ſuo? Aliquos adhuc Rubenos, & Balas, & Phedras eſſe poſſe.

* *Denique*, pro Polygamia mulierum non paria loquuti ſunt Patres & Doctores, illis, quæ pro virorum mulieroſitate dixerunt.

D. Auguſtinus loquens de antiquorum Iuſtorum Polygamia, *Neque contra naturam hoc faciebant*, inquit. *D. Aug. de bono coniugali verſus finem.*

Gaudentius tract. 5. Exod. *Tunc ad multas vxores recipiendas, vnius mariti thorum lex dilatabat.*

D. Thomas duplicem diſtinguens Matrimonij finem, Prolis ſc. procreationem, & operum vitæ Communicationem, docet Polygamiam viri non eſſe contra ius Naturæ, quod ſumitur à fine principali.

Itaque illa virorum, mulierumque (& ipſarum quidem maximè) vota de Polygamia valeant, & audiant Baptiſtæ vocem *Non licet tibi habere eam*, ſecundam aliquam, quamuis contractu nuptiali.

Quantò verò minùs permiſſa adulterorum libido, vaga, & nulli fida, hodiè huic, cras alteri copulata? &c.

(?)

# ECHO CONCIONIS XII.

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non li-cet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci. 6.
Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum:

Dicendum hodiè mihi
- 1. *Rurſus, de Iuribus, quibus non licet habere nec ſecundum nec ſecundam ſimul coniugem;*
- 2. *Quæ tantæ cauſæ prohibitionis Polygamiæ, etiam virìs.* AVE.

I.

*Rurſus de Iuribus, quibus non licet habere nec ſecundum nec ſecundam ſimul coniugem.*

Nemini dubium eſt (opinor Auditores) peccatum o-mne tanto atrocius, itaque & hoc magis cuique vi-tandum, quo pluribus legum quaſi repagulis coër-cetur, & quo plures legiſlatores, iuſtioribuſq. de cau-ſis, illud vno conſenſu prohibuerunt.

Videamus ergò nunc rurſus, per quæ iura non li-ceat Polygamia, & quam iuſtas habuerint cauſas Legiſ-latores prohibendi, vt ſi qui Herodianæ fortaſſe sunt aut fuerint vſquam libidinis, & talis in fœminas ea-roſque plures inſaniæ, vel his auditis tandè deponat atque ad ſe redeat.

Polygamia prohibita, 1. Iure diuino,

Polygamia igitur vetita
- 1. *Iure diuino expreſſo,*
- 2. *Poſitiuo.*

*1. *Diuino*, foris expreſſo: (Nam illud Naturæ, quod intus in tabulis animorum noſtrorum impreſſum ge-rimus, aut gerere deberemus, etiam diuinum iure appelles, quoniam illud digitus Dei Naturæ autor animo cuiuſque, quaſi æreis tabulis, inſcripſit.)

Diuino inquam
- 1. *Veteri;*
- 2. *Nouo.*

*1. *Veteri.* Adami enim per ſoporem & raptum ſe-docti ore, Deus ipſe loquebatur, cum is ad prima

Euæ ſuæ recentiſſimè formatæ conſpectum diceret, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*; *Propter hoc* inquit, non *propter hæc*, id eſt, propter vnam huic ſimi- *Matth.16.* lem *relinquet homo*, vir vnus *patrem & matrem* Parentes *ex geneſ.2* ſuos, vnus duos propter vnam. Itaq; *porrò vnum eſt neceſſarium* vni tantum coniungi.

Item; *& adhærebit vxori ſuæ*, non vxoribus.

Item; *Et erunt duo in carne vna*, inuicem communicanda, non tres aut quatuor. Vel *erunt duo*, in operib⁹ carnis; *vna*, id eſt ſimul, id eſt duos tantum torus vnus capiet. *Multifarie,*

**Deindè*, vnum tantum vni debere coniungi etiam paulò antè verbis oſtendebat æternus ille Triumviratus, quum quaſi deliberans de nuptijs Adæ dicebat, *Non eſt bonum*, non eſt commodum aut iucundum, nõ conſeruandæ ſpeciei humanæ vitæ, *hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*; *adiutorium* inquit, non adiutoria; vnum vni adiungamus.

**Item Facto*; cũ vnã vni creauit. Nã ſi vnius viri plures eſſe vxores voluiſſet, iam tùm vni Adæ plures conformâſſet. Poterat enim & ex coſta, qui *ex lapidibus iſtis poteſt ſuſcitare filios Abrahæ*. *Matth.3.*

Et nemo dignior vxoribus ſimul multis, quam Adamus, ſanctiſſimus, robuſtiſſimus, creatus ad multiplicandum, ad fruendum honeſtis voluptatibus, vndè & in paradiſo voluptatis collocatus.

**Deindè*, vt docet Hieronymus, *dicendo maſculum & fœminam in Geneſi, oſtendit ſecunda vitanda coniugia. Non enim ait maſculum & fœminas ... ſed maſculum & fœminam, vt vnius coniugis conſortia necterentur.* *D. Hiero. comment. Matth.19.*

Vnum & vnam creando, & vnum vni coniungẽdo, ſequentiũ matrimoniorũ authẽticũ ſtatuit exemplũ.

**Item*, cum duobus illis à ſe coniugatis dedit initiò ſemper geminos edere, & quidem vt columbis maſculum ſemper & fœminam, matrimoniorum inter ipſos ſeminaria (produxit enim Eua, vti ex Methodio martyre colligitur, Cainum & Chalmanam ſororem primo partu, altero Abelem & Delboram eius ſororem, vnum ſcilicet contra vnum.)

*Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi. Duo & duo, vnum contra vnum* Eccl. 33.

* *Item*; cum orbem totum Diluuio ingenti ... rus, præcepit Noaco, non plures mares quam ... nas, tam ex hominibus, quam ex volucribus ... brutis animantibus, ſed ſemper pares in arcam ... ducere, ſi non ad coniugij vſum in arca, tot ... ximi luctus tempore; certè ad ſtirpem noſtram, ... ſtiarum, poſt egreſſionem ex arca, proſeminan... per vnius cum vna commercium: *Ingredieris ... tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum* ... cum quatuor viris quatuor vxores, ſingulæ ... ſingulorum (Nam octo tantum animæ intrauerunt arcam Noe:) *& ex cunctis animantibus vniuerſæ ... bina induces in arcam, vt viuant tecum, maſculini ... fœminini*: vnum contra vnum: An non etiam ... tis facto ipſo vetuit polygamiam, tam renaſcente Mundo, quam iam olim naſcente?

D. Hieronymus lib. 1 in Iouinianũ.

* *Denique*, D Hieronymus Diluuij cauſam ... putat, fratricidiũ, & bigamiam Lamechi, qui ... omnium, peſſimo exemplo, auſus eſt fieri dua... mul fœminarum maritus dicam? an potiùs, ... & alterius adulter?

Ego, bona aliter ſentientium pace dixerim, ... etiam ob iam alijs vſitatam polygamiam, inunda... nem illam tantam immiſſam.

S. Ephremus ſuperiori concione hoc ipſum ... tus eſt.

Textus etiam fauet, ſi vel leniſſimè, & ... ducitur: Dicit enim; *Videntes filij Dei*, id eſt, ... ligioſæ illius familiæ Seth, vel (vt Chaldaica ... tatio habet) *filij principum, filias hominum*, id eſt, ... pe Cain, quarum matrimonia iam olim vel Adam ... ſe, vel Seth, à ſuis ambiri, aut admitti prohib... *videntes* inquam, *quod eſſent pulchræ, acceperunt ... res ex omnibus quas elegerant*, vel (vt Chaldaica ... *nibus quas voluerunt*, id eſt, ſenſo meo, & pulcher... & ſelectiſſimas omnium, & vnus tam multas ... collibuit. Nam ſi vnus vnam tantum, & quidem ...

chram & electam duxiſſet, non videtur Deus tàm iratè accepturus, aut ſic vltutus fuiſſe, cum ſtudioſiſſimè laborioſiſſimeq; in vxore pulchritudinem etiam Iacob quæſiſſe legatur, nec ferè vnquam inuentus, etiam in iuſtis, qui non quæſierit, idque inoffensè, & inultè.

Hùc facit, quòd ibidem homo dicitur *Caro*, id eſt, effæminatus, mulieroſus, ab vxorum credo multitudine. *Non per manebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* **Geneſ. 6.**

*ij. *Nouo.* ſeu Euangelico, id eſt, nouo legis Naturæ autoramento. **Et nouo.**

*Matth. 19.* Chriſtus Phariſæis ſciturientibus, quid de vxorum repudio ſentiret, reſpondit: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergò Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Erunt in coniugio vna caro, in cæteris duo, & neuter in gratiam alicuius tertij habebit ſuæ carnis poteſtatem, vt quondam apud Lacedæmonios & Romanos, qui vxores ſuas alijs grauidãdas concedebant. Quaſi dixiſſet Dominus ipſi Adæ; Idcircò, ſi neſcis, ex te Euam ædificaui, vt tam indiuisè ei hæreas, & illa tibi, quam carni ſuæ hæret vterq; veſtrum. *Eritis duo in carne vna.* Et *quod vobis dico, omnibus coniugibus dico.*

***Vide Plutarchum in Numa.***

*2. *Poſitiuo* { 1. ***Eccleſiaſtico.*** / 2. ***Ciuili.*** }

**2. Iure Eccleſiaſtico.**

*j. *Eccleſiaſtico* Innocentius enim Tertius interrogatus, An Infidelis habens plures vxores, eas, ad fidẽ conuerſus, poſſit retinere, vel quam ex eis? reſpondit retinendam, quæ in ſecundo, aut tertio, vel vlteriori gradu ipſum adtingeret, cum Sacramentum coniugij apud Fideles & Infideles exiſtat, nec conſtitutionibus canonicis arctetur. Verùm abſonum videri polygamiam, & inimicam fidei Chriſtianæ, cum ab initio

vna

vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa, & ſcrip
diuina teſtetur, quòd *propter hoc relinquet homo p*
*& matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in*
*vna*: non dixit tres vel plures, ſed duo: nec dixit
ribus, ſed vxori. Et infra. *Nec vlli vnquam licuit*
*plures vxores habere, niſi cui fuit diuina reuelatione*
*ſum ... ſanè veridica hæc ſententia probatur etiam te*
*monio Veritatis teſtantis in Euangelio: Quicunque di*
*vxorem ſuam, ob fornicationem, & aliam duxerit, m*
*tur. Si ergò vxore dimiſſa, duci alia de iure non poteſt*
*tis & ipſa retenta: per quod euidenter adparet plura*
*in vtroque ſexu (cum non ad imparia iudicentur) ca*
*monium reprobandam.* Cap. Gaudenius de diuort.

Si Polygamia nihil Eccleſiaſtipis legibus rep
cur Archiepiſcopi olim duo, Teugeuualdus (
*Otto Phriſigenſis lib. 6. hiſt. c. 3.* vocat Phriſingenſis Thiegandus) Treuirenſis, &
tarius Colonienſis, quòd Lothario Imperato
ſenſiſſent, vt duas ſimul vxores haberet, Thebe
vt Phriſingenſis Thiebirgam) & Gualradam (vt
ſingenſis, VValdradam) ab Archiepiſcopali dig
moti fuerunt?

Cùr tanto capitis ſui periculo tàm conſtanter
*guebat Lambertus Pipinum, quòd, vxore eius Plect*
**vel vt alius quidā vult Ducis Arduēnæ.* *huc viuente, duxerit aliam, videlicet Alpaidem ſoror*
*donis* Comitis Arauiæ? Illa diuortium metuens, ind*
*trem vt Pontificem interficeret.* Chriſtianus Mal
14. chron.

*Idem lib.* 20. Cur M. Iohannes Standoucus
tinus, natione Mechlinienſis, profeſſione Th
Pariſienſis, ſic Regem Gallorum Ludouicum XI
guebat, *Non licet repudiare vxorem non fornicat*
*licet ea viuente introducere aliam. Non licet habe*
*rem fratris*; vndè ei Rex toto regno interdixit?

*ij. *Ciuili*, quo nunc catamidiari iubentur, &
duas geſtare &c. qui vxorem alteram priori ad
runt.

**Politico.** Romanis lex fuit antiquiſſima, vt ciuium
que vnicam duceret vxorem; Et quemadm
apud Chriſtianos peccatum mortale eſt

gamia, ſic apud veteres Romanos, probrum & infamia.

Quid? etiam apud ipſos *quæ vno contentæ matrimonio fuerant corona pudicitiæ honorabantur.* Valer. Max.

*Viduas honora* ait Paulus *quæ verè viduæ ſunt.*

*Vnius vxoris virum*, id eſt, qui non ſimul duas habeat vxores, etiam idem ad Epiſcopatum commendat.

II.

*Quę tantæ cauſæ prohibitionis polygamię etiam viris.*

Grauiſſimæ porrò cauſæ Legiſlatores permouerunt, vt æquè polygamiam viris, ac mulieribus prohiberent.

Cauſas vtriſq; communes heri nonnullas congeſſi, repetite vos illas, non ego, nouas potius iam produco.

Polygamiam in viris leges damnant ſtudio
1. *Remedij conuenientis;*
2. *Sacramenti perfectioris;*
3. *Aequitatis maioris,*
4. *Vitæ longioris.*

Polygamia viris vetita,

*1. *Remedij conuenientis*, cuius cauſa nūc ab Adæ lapſu (& fortaſſis idcircò nunç maximè) non tantum Officij, vt ante lapſum, Matrimonium eſt.

1. Studio remedij cōuenientis

Sed ſi *ſtimulus carnis, angelus* ille *ſathanæ*, non mitiùs fœminam, quàm virum, *colaphizat*, ac fortaſſis ſæuius, vt primam mali autorem: ecquod quæſo iuſtū remedium inueniet miſella in nuptijs, quas quaſi ſalutis officinam adijt, ſi virum habebit polygamum & multiuxorium, ipſa monogama, & vnius viri vxor, imò ne vnius quidem, ſed tripartiti aut quinquepartiti, & tot pariter ægris curandis occupati, qui & integer, & vni ſoli ſacratus, vix curationi par eſſe poſſit?

Boulimia maior ſexus huius, quàm alterius.

Dixerit illa iuſto dolore, Quo iure inter pares *vnus eſurit, alius autem ebrius eſt?*

Totum hominem, & totum ſuum Hippocratem morbus ille naturæ deſiderat, tàm rationis ipſius, quā Dei dictamine.

Quorſum ægrior duorū mulier remedio iuſto fraudetur viro in multas partito; vir verò obtētu remedij,

remedio

remedio ipſo, vt nimia refectione ſtomachus ob- tur?

Maximè verò, cum, quà remedium ſpectatur, lieri iuſti? Polygamia conueniat, mulierem vni tis viris facilius remedio eſſe poſſit, quam multis vir vnus?

Act. 2. Apoſtolis iam olim æquiſſimum viſum eſt, mnia *omnibus, prout cuique opus erat.*

Quoniam ergò ſexui ægriori, & ad curandum potentiori, negata eſt multitudo medicorum maritorum, quòd non remedium hic ſolùm, cipuè, ſed proles, ſed pax, ſed honeſtas quoque ctentur, æquiori iure viro ipſi, & minùs ægro, curationem vnius vix benè ſufficienti, multiiu- gatum eſt.

Scot. in 4. dist. 33. q. 1 *Ad actus coniugales æquales* ambo *iudicantur*, tus.

Et vir deniq; quàm mulier, fortior eſt, vt vim bi huius ferat, ac reſiſtat.

2. Sacramēti perfectioris, *2. *Sacramenti perfectioris*, vt quod Matrimonio præſentatur (de qua re aliquoties iam aliquid propiùs exprimatur.

*Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico & Eccleſia.*

Sed age; Ecquot quæſo Eccleſias habet nunc ſtus? Aut quot olim Synagogas?

Vnicam ſemper ſiue illam, ſiue iſtam; nec illa, ſed Synagoga iam cum honore ſepulta, Ecc Alteram poſt alteram, tamen ſemper vnicam.

*Vna eſt columba mea, formoſa mea.*

*Credo vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam.*

Si quæ Eccleſiæ aut Epheſi, aut Corinthi, tiochiæ adpellãtur, non tàm Eccleſiæ illæ ſunt, corporis & magnæ Matris Eccleſiæ capilli aut aut magnæ arboris ramuſculi. Vna vnica eſt Sponſi Eccleſia. Sponſa vna, vti & Sponſus vnus *in carne vna*. Vni *porrò vnum eſt neceſſarium.*

Ergò ne mendaciter figura figurato contra- rectè iam olim prouiſum, vt vnius viri vnica vxor

&c

&c contra: *vnum contra vnum.*

Similis cauſa a Scholaſticis profertur Bigami non ordinandi. Sacerdos, inquiunt, tanquam Chriſti Vicarius in Eccleſia repręſentans perſonam Chriſti, non debet habere aliquid repugnans Chriſto in comparatione Chriſti ad Eccleſiam, & e conuerſo. Nunc aũt Chriſtus eſt vnicus ſponſus vnius Eccleſiæ, & Eccleſia eſt vnica ſponſa vnici ſponſi Chriſti, Ergò habens oppoſitum huius non rectè ſignat vel repræſentat Chriſtum in Eccleſia. Sed bigamus qui habuit duas, vel vnam quæ fuit duorum, habet aliquid repugnans iſti coniunctioni Chriſti, & Eccleſiæ. Ergò.

Ergò ô Herodes, ô marite quicunq; vnius, *non licet tibi habere eam* alteram.

Sed *nec* tibi ô Sacerdos vnius iam Eccleſiæ aut Prębendæ, *licet* ſummo iure *habere eam* ſecundam aut tertiam, ô ſacre beneficiorum perforatiſſime &c.

*3. *Aequitatis*, ſeu Iuſtitiæ commutatiuæ contractu matrimoniali.

Sed hominis Theologorum ſubtiliſſimi, Scoti ſci. verbis iſta dicamus: *Dico* inquit ille *quod in omni commutatione, quantum eſt ex parte commutantium, & commutatorum, ſtricta iuſtitia requirit æqualitatem commutatorum, quantum poſſibile eſt, & hoc ad illum finem, propter quem commutatur. iſta autem commutatio in contractu Matrimonij fit propter duas cauſas. Vna ſcil. propter procreationem prolis. Alia in remedium vitandæ fornicationis. Quantũ ad primum, corpus viri eſt maioris valoris, quàm corpus mulieris, quia pro eadem tempore idem vir poteſt plures fœcundare, quàm eadem mulier poſſit à viris concipere. Quantum ergò ad iſtum finem, de ſtricta iuſtitia videtur bigamia licita, vt vir cum tot corporibus mulierum corpus ſuum commutet, quot poteſt fœcundare eo modo, quo eſt eis poſſibile fœcũdari, nec tamen in ſtatu Innocentiæ, quando Matrimonium fuit præcisè in officium, fuiſſet bigamia, quia non fuiſſet tũc neceſſitas, quòd vir commutaret corpus ſuum pro pluribus ad plures proles procreandas, quia per ſimplicem commutationẽ vnius cum vna, fuiſſet ſufficiens procreatio, & nec vir nec mulier fuiſſet tunc ſterilis. Quantum ad ſecundum finem, qui*

Io. Scotus in 4. diſt. 33. q. 1.

3. Æquitatis,

*tantum eſt pro ſtatu naturæ lapſæ, ſcil. pro fornica- tanda. æqualis valoris ſunt corpus viri, & mulieri, ſtricta iuſtitia pro ſtatu naturæ lapſæ, conſideran- ctum iſtum, vt eſt ad vtrumque finem, requiritur tatio vnius corporis pro vnico. Et addo, quod com- ſtitiæ in iſta commutatione, non eſt, niſi ex auctori- rioris inſtituentis; vel approbantis talem commuta- quia etſi res aliquæ ſunt inferiorum Dominorum, mutatio earum licita & iuſta, talis vel talis, deter- à Legiſlatore, & multo magis in propoſito, & de co- in comparatione ad Deum. Ipſe autem inſtituit, & Innocentiæ, & pro ſtatu naturæ lapſæ regulariter mutationem debere fieri, vnius cum vno. In hoc ergo pleta iuſtitia.*

Hoſtimentum ergò eſt Matrimonium vn- vna, tantum pro tanto, Dei quaſi Principis ne, id eſt æſtimatione.

Ad remedium inuicem dandum accipiend- pares ſunt omninò.

Nec magis hinc affectus ipſe coniugalis di- bet, quam iſthinc. Cordis & cordis pretium

Cur ſe totam mulier viro deuouerit ac ded- rationem eius adcuratura, ſi is viciſſim non totum eidem dediderit, ſed in alias quoq- impar ſingulis) corpus animumque partietur?

An non tanti vnguenta vnius, quanti alte- amores huius, illius amoribus præponderant?

*Do vt des*, tantum pro tanto. Amo vnicum vnicam vnicè redames.

*Vbi tu Caius, ego Caia.* Vbi tu vnicus, ego

Tributū par pendi ac repēdi vtrimq; ęqu-

Ad imparia coniuges, non iudicantur.

Ergò *non licet tibi* Herodes ceſſante reuela- *bere vxorem fratris tui*, nec quamcunq; tua ſupe-

Nec licet cuiquam veſtrum habere vxorem & amicam alteram, aut mulieri maritos duos.

Nam, malum! Quæ nunc tot vxorum ne- ceſſitas? An vt fidelis populus augeatur? At capit terra habitatores ſuos, vix paſcit, vix ſuſ-

Pænè (quod tñ Deus Clementiſſimˀ auert-

bellorũ cõtinuatio; aut alia depopulatio, aut agrorũ deſolatio, neceſſaria; vt populorum nimia multitudo minuatur.

Pænè etiam nuptiæ(vt ſic dicam) aut ipſe nuptialis complexus ſuſpendendus, & ad monaſteria arcta (ſi fieri poſſet) damnanda multitudo aliqua eſſet, vt luxurianti propagationi politice prouideatur.

Tremit gemitq; ſub pondere tellus.

*Deeſt panis, non ſunt aquæ.*

Et adhuc ſint qui Herodianum neſcio quid ſpirẽt, & polygamiam?

*4. Vitæ longioris.* Nam eam certum eſt polygamia breuiari.

Quorſum ergò in tam anguſtis vitæ humanæ nũc terminis, in tanta virilis roboris diminutione, ac (vt ſic dicã) ſubneruatione, in tanta fœminarũ fame, quã- 4. Vitæ longioris.
tam cultus corporis totius ipſarum oſtẽdit; quorſum inquam vir vnus vxores plures optauerit, aut vlla Reſpub. quamlibet barbara vlli permiſerit? An, vt viris exhauſtis, ſolis fœminis relinquatur orbis habitand⁹?

An vt tandem pigmæorum ſtaturam, ad lactis aut cetæ teneritudinem, & ad vnius aut paucorum dierũ vitam (vt ſunt quædam animalcula quæ idcircò dicũtur ephemera) poſteros omnes per ſtultã illam & exlegem in multas fœminas libidinem adducamus? An piget huius æui homines nimis magnos, nimis robuſtos & vegetos, nimis viuaces a Natura factos eſſe? An, vt ſtultæ quædam matres filias ſuas, quas pugiles vocant, *reddun curatura iunceas*; ſic viri quidam hâc polygamiæ cacozelia, fieri ſe ac ſuos volunt macilentiores, deteriores, ac pænè excorpores? Velitis quod Plautus.
libet, *non licet* tamen *habere* ſecundam. Iam ſi id non licet Regi, non barbaris, nec quidem ſpecioſo obtẽtu nuptiarũ (nã *duxerat eã* Herodes, & Barbari ferè ſuas ſecundas pro legitimis vxoribus habebant) quantò minùs Chriſtianis fas iuſq; eſt *tranſire de domo in domũ, de lecto in lectũ*, id eſt, vagis libidinibus cũ his atq; illis, ſine vllo falſi coniugij ſaltem pulchro nomine cõmiſceri? Chriſtianis inquã, quoru olim Philoſophia apud oẽs ꝑ caſtitate vitæ, & inſtituti ſanctitate, ade-

*Euſe.Cæſ. lib.1. Eccl. hiſt. c. 16. Philo Ind. li. de vita contemplatiua, ſiue ſupplicum virtutib.*

mirabilis fuit, vt pænè ſolo exemplo ſobrietatis & con-
tinentiæ Marcus Euangeliſta Ægyptios & Alexandri-
nos, alij alios ad Chriſtum conuerterint, vt docet Eu-
ſebius Cæſariēſis: Chriſtianis inquam, qui (vt ait Phi-
lo) *Continentium velut fundamentū quoddam in animo*
*locabant, & ita demum reliquas ſuper hanc pergebant edifi-*
*care virtutes?*

Intelligitis quid velim? dico; Si Polygamia vi-
eſt, & plectenda, multo magis adulteria.

*Et nunc Reges* Sacrorum & murorum *intelligite, eru-*
*dimini qui iudicatis terram* &c. vigilate, *vt auferatis ma-*
*lum* cum malis, *de medio veſtri.*

# ECHO CONCIONIS XIII.

THEMA. *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non li-*
*cet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci 6.
Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum

Dicendum hodiè mihi

1. *Paucis Principibus contingere Hero-*
*dis fælicitatem, vt aliquis eis li-*
*dicat, Non licet tibi &c. & v-*
*hoc.*
2. *Regibus, aut quo modo libet Princi-*
*bus, non licere, quidquid libet.*
3. *Quam periculoſum, contrarium a-*
*mari.* AVE.

I.

*Paucis Principibus, Herodis fælicitatem contingere, vt a-*
*liquis eis liberè dicat, Non licet tibi &c, & vndè hoc.*

*Potentes miſeri, & egeni veritatis, Capitol. in Gord. Iun.*

Si verè dixit, quiſquis dixit: *Miſer eſt imperator,*
*quem vera reticentur*; verè Herodes iſte quālibet in mu-
leribus ſuis infœlix, vel hinc fœliciſſimus fuit, quod
Iohannes hic noſter Concionator contigit, qui
oris libertate illi clam, palam, in faciemque di-
ribile iſtud *Non licet tibi &c.*

O terq; quaterq; beatum illum, ſi oblatis v-
ſet, ſuamque fœlicitatem concoquere!

Nec minùs verè indè colligo, ex Potentibus
tos nunc miſeros eſſe, quoniam nunc apud mul-

rè vera reticentur.

*Non eſt* enim *veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra,* minimè omnium in Curia. Oſeæ 4.

Seneca meus alicubi ſcripſit, *omnia habentibus, vnum deeſſe, nempè qui verum eis diceret.* Quàm ſapienter, & verè, vt pænè omnia! etſi huius viri ſcripta video apud Gellium minus commendari, pæneque omninò vituperari, apud Fab. Quintilianum tamen cum nonnulla laude. A. Gell. li. 12. noct. cap. 2. Quintilianus lib. 10 Inſtit. c. 1. in fine.

Accidit verò hoc veri ſilentium, vel vitio { 1. *Potentum*; 2. *Aulicorum*. Vitio ſuo vt plurimum,

*1. Potentum.* Quidam enim ex ipſis non adpetunt, quidam etiam oderunt vera dicentes. *Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum,* aiebat Rex Achab de Michea propheta. 3. Reg. 22.

Cic. de Amicitia. *Hos delectat adſentatio, & fictus ad eorum voluntatem ſermo.*

*Congregant ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur.* Timoth.

*Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, quæ non exaudiet vocem venefici incantantis ſapienter.*

Nero in hoc numero de quo ita Suetonius; *Nero, vt ad patranda facinora promtus erat, ita audiendi quæ pateretur inſolens.* Sueton. in vita Neronis.

Et Pilatus, qui ex Chriſto quæſijt quidem de Veritate, dicens: *Quid eſt veritas?* ſed *cum hoc dixiſſet*, id eſt cum dumtaxat propoſuiſſet, non etiam Chriſti reſpõſum expectaſſet, è Prætorio foras ad turbam prodijt.

Et ij, qui ſic apud Iſaiam; *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à nobis viam* (Iuſtitiæ:) *declinate à nobis ſemitam* (Pœnitentiæ:) *ceſſet à facie noſtra ſanctum Iſrael.* Iſai. 30.

*Scientiam viarum Dei nolumus.*

Delicatis ſcilicet ſunt plerique Magnates, & oribꝰ, & auribus: neutris vllam vel tenuem acrimoniã propinari patiuntur.

Vtq; illi in menſa corporum, ſinapi ferè nullo, niſi

affatim ſaccari puluere reſperſo veſci poſſunt; ſi
cõuiuio & paſtu animorum, nullum niſi dulcem
adulatorium ſermonem admittunt.

*Loquimini placentia*, proponite mellita, prop
ſaccaro temperata.

Vt Iſaacus quondam ad filium ſuũ; ſic illi ad O
tores (digniſſimos ſanè illos, qui potiùs fiant
res) ſuos: *Cum venatu aliquid adprehenderis, fac mi*
Geneſ. 27. *dè pulmentum ſicut velle me noſti, & affer vt comedam*
*benedicat tibi anima mea antequam moriar.* Audiſtis
*velle me nôſti?* id eſt, *loquere placentia.* Audiſtis &
*& benedicat tibi anima mea?* id eſt, vt tum te non
1. Cor. 13. *hominum* loqui, ſed *Angelorum*, dicam; vt tum te E
ſiaſtarum principem; vt tum ſacri pulpiti Regem
Concionatorem meritò regium, te paſſim decl
vel, vt *antequam moriar*, pingui vel Abbatia vel E
patu quaſi nouiſſima benedictione te donem?

Poſcuntur ergò adulatoria, & adulatorijs pla
bona fama, beneficia promittuntur.

Itaq;, proh dolor! omnia ſua heſternæ noctis,
neſcio quam de lana caprina, aut aſini vmbra,
lam multa arte tornatam narrabit aliquis
Demades, aut Chiquotus, aut M. Gulielmus, aut
Horat. de Arte. libet paraſitandi benè peritus; alius vernaculi p
*verſus inopes rerum, nugasque canoras, non prodeſſe*
*ſed delectare*, longo ordine recitabit; tertius
quis qui melior, quaſi aues nondum viſas conſ
& aërem verberans, ſublimia quædam de fide,
ribus, & bona, & bellè, & benè quidem omnia; ſed
vt quorſum aut in quem ſcopum ſuum tàm ben
rigat nemo Auditorum, ac ne ipſe quidem fortaſſe
rator ſciat; ſed ſic, vt nec hæreſes æui ſui feriat, ne
tia vel ſui temporis, vel præſentium Auditorum
modo carpat. Audientur illi perlibenter, & au
mè vorabunt ſimiles labra lactucas; & aures M
cantum Panis aut Marſię, Apollinis ſymphon
Nonnunquam & vitio Auditorum, teponent; Si interrumpens vel tantiſper, fari qu
iuſmodi ſunt, hortabuntur. Sit verò alius, qui de
te publica, vel cuiuſq; priuata, pro re nata, pro
temporis, pro qualitatę Auditorum ordinatur,

prurientes Procerum aures animiq́ue in vltimis Hiſpanijs peregrinabuntur, ſermo adhuc dicentis, dato ſigno interrumpetur: quid? in alterũ etiam diem aliquando ſilentium indicetur; ad ſuos Orator indonatus, parũ commendatus, condemnatus etiã fortaſſis authẽtico præiudicio relegabitur &c. Alius poſcetur, & dabitur. Ioannis Thauleri hæc fuit quærimonia: *Hiſce temporibus ait in id loci res redijt, vt ſi quis ex nobis ipſam fortaſſe veritatem dicere velit, in nullo penè monaſterio libenter toleretur, eique concionandi officium interdicatur. moxq́; in locum illius ſubrogetur alius, qui quicquid prior dixerat, reijcit atque refellit.* **Ex vita Thauleri, ſerm. qui incipit: Quid dicam &c.**

*2. *Aulicorum*, vel {
1. *Studio placendi;*
2. *Metu diſplicendi;*
3. *Auaritia & ambitu.*
}

*1. *Studio placendi*; Nam, vt *veritas odium*, ſic *Obſequium amicos parit*. Contrariarum cauſarum, contrarij ſunt effectus, **Terent. in Andria.**

*Vt præficæ, & qui conducti plorant in funere, dicunt,* **Vel placere volentium.**
*Et faciunt prope plura dolentibus ex animo;* ſic quidam **Horat. in arte.**
ad oculum *ſeruientes*, plura quàm Domini ipſi vel vetabunt dici, vel iubebunt. His inquiet animus Principis audiendis delectatur, his irritatur.

Ad omnia Domini ſcelera, quiſquis talis eſt *clamabit pulchrè, benè rectè,*
*Palleſcet ſuper his, etiam ſtillabit amicis* **Idem ibi.**
*Ex oculis rorem, ſaliet, tundet pede terram*. oleum etiam camino addet.

*——illi rei ſtudet,* **Plautus in Aſinaria.**
*Volt placere ſeſe amicæ, volt mihi, volt pediſequæ,*
*Volt famulis, volt etiam ancillis, & quoque catulo meo.*

Cum Gnathone illo Terentiano ait; *Negat quis? nego: ait? aio: Poſtremò imperaui egomet mihi*
*Omnia adſentari*, oratione vinula venuſtula.

Ita quidam oculatas habent linguas, manus, geſtus; quæ vident placere, hæc dicunt, offerunt, repræſentant, quæ diſplicere, iubent valere. De Potentum ſtudijs ſtudia eorum ſunt omnia.

Æſopũ, credo, docentẽ audierũt & crediderũt, *Cũ Regibus aut omnino non loquendũ, aut quæ ſunt iucũdiſſima*

*loqui oportet*; non Solonem, qui ſic correxit, *...*
*ſunt optima.*

Hierem. 9. *Docuerunt linguam ſuam loqui menda...*

Oſeæ 7. *In malitia ſua lætificauerunt Regem, & in men-*
*dacijs ſuis Principem.*

Oſeæ 12. Hoc eſt *fœdus inire cum Aſſyrijs*, id eſt ...
potentiſſimis, quales olim Aſſyrij.

Sed & ijdem nuntium illum prauè imitantur, ...
2. Paralip. 18. *ierat ad vocandum Michæam*, qui ait illi: *En verba* ...
*um Prophetarum vno ore bona Regi annunciant: quæ*...
*te, vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquarisque* ...
*ra*; quaſi dicant, ſapiat licet vt pauci, prædica tu ...
Regem vt multi: ſequere plurimorum ſententia...
ge lata illa & ſolo plurimorum trita via.

Vel diſplicere metuentium. Ita, Ita; Aulicelli quidam neſcio qui ſic ſunt ...
parati, vt Magiſtros coaceruent loquuturos Pr...
placentia, imò & ſuggerant, ac pæne dictent di...
&c. ſi quem Iohannizantem, & mòx dicturum H...
di illud *Non licet tibi &c.* nôrunt; arcent à Curia
longiſſimè, atque aditus ei omnes præcludunt.

Horat. li 1. ep. 1. Ita nôrunt *Regibus vti*, dicam? imò abuti. Ge...
hominum orbi, & Regibus ipſis, pernicioſiſſimi ...

*ij. *Metu diſplicendi*, ac pereundi. Senecam enim ...
ceptorem Nero, imò & Agrippinam matrem ...
iuſſit, quòd vitijs eius aduerſarentur.

Herodes quidam Atticus Secundum Sophiſtam ...
thenienſem doctorem ſuum diſſentientem interem...
Flau. Philoſtrat. li. 1. de vitis Sophiſtarum de Secundo, Aelianus lib. 3 var. hiſt. ca. 32. de Lino Sueton. in vita Neronis. Linum Hercules; Ioannē noſtrū Herodes hic ...

*Difficilis* certè *cultura potentis amici*, vt ille ait.

*Dicet* ergò aliquis, iam aliquis & potens, apud ...
Herodem: *cur ego amicum*
*Offendam in nugis?* Horat. in Arte.

Demens, ſi malim bonum amicum, quàm bon...
vel verbum vel conſilium, perdere.

Pereat potius illud & quidquid tale, amicus ...
vt ſeruetur. Cur *eructabit cor meum verbū bonū* ...
filiū ſanū, vt perdat os meū bolū bonū, & conu...
bonū &c? Cur propter vocē vnā, & vnū *Nō licet* ...
(ego, quē iam Herodes *metuit, obſeruat, libēter audit* ...
*qua...*

*quo audito multa facit*, quaſi non tã Rex me*, quam iam ſeruus meus; vt quem auribus iam captum, aureis catenis vinctum teneo) de Herodis gratia ita derepentè excidam, vt deinceps non tam de me audiendo, quam perdendo aut occidendo cogitet, quod Baptiſtæ accidit, qui ſi in tempore tacuiſſet, viueret, & adhùc amico Rege vteretur? *Fœlix, quem faciũt aliena pericula cautũ!*

Cui vita & pax cordi ſit, illi audiendum, videndum, tacendum, omnia.

Væ linguæ, & voci, quæ Dominum perdidit.

Rariſſimus nunc eſt Philoxenus, qui ad fodinas lapidarias reduci ſe maluit, quam probare Dionyſij verſus, contra animi ſui iudicium.

Quis Arſenius fugere nunc malit ex aula, quã Arcadium Theodoſij Imp. filium merentem non verberare dicam? imò adtingere? *Michael Glycas annal. p. 4. de Arſen.*

Multi nunc in Curijs non iam Duces, ſed Comites maiorum Principum degunt, niſi pediſequos & ancillatores potiùs vocem.

*Facta (inquiunt) Domini cogitur populus ſui*
*Quam ferre, tam laudare.* Senec. in Thyeſte.

Alexandri Magni ſaltem magiſtrum imitarentur.

*Ælianus l. 3. var. hiſt. c. 32.* Alexander Philippi filius puer adhùc, cùm nondùm ad puberem ætatem perueniſſet, citharam didicit pulſare. Magiſtro iubente chordam quandam tangere modulis conuenientem, & quam poſtulabat artis ratio, *Et quid intereſt*, inquit, *etiam ſi hanc pulſauero?* in aliam digitum intendes. Qui reſpondit, *Nihil intereſſe tuum Regis, ſed non eodem modo nihil intereſſe futuri citharœdi.* Alia citharœdum, alia Regem decent.

Sic pleríque, ſic ſaltem Magnates, quos conſilijs aut concionibus formandos ſuſceperunt, monerent: *Nihil intereſt tuum Regis* ſi hoc, aut illud, ſi ſic aut aliter feceris (quis enim Regem iſthic multauerit?) *ſed non eodem modo futuri*, aut manſuri *Chriſtiani, Catholici &c.*

Reges gentium alia, alia Chriſtianos & Catholicos decent.

* 3. *auaritia*, & ambitu. Aut enim ſperãt lucra, & officia Vel ali-

ficia dum vel loquuntur placentia , vel ſubtice[...] cerbiora ; vel dum occultant vera & venditant[...] aut meruunt damna , atq; exautoramẽta.

Vel *ſeruiunt vt regnent* ,vel ne non ſemper regn[...]

Alanus de complanctu Naturæ *Quid eſt adula[...] vnctio, niſi donorum emunctio?*

Idem ibid. *Caput diuitum oleo adulationis inungun[...] latij canes, vt munera eliciant, & emungant.*

Irrigant, ſtercorant, agrum, arborem, tantum[...] fructibus comedant.

*Scurror ego ipſe mihi : populo tu* ò Diogenes. [...]
*hoc, &*
*Splendidius multo eſt, equus vt me portet, alat Rex* [...]
bat de ſe Ariſtippus.

Equum ſuperbiorem manu & popiſmis demul[...] vt aſcendere, geſtari, portari, & ſublimes in eo ſp[...] ri poſſint.

Hos ſibi quaſi gradus faciunt ad honores mag[...]

Vident enim tales in cælum vſque extolli, hono[...] bus augeri, Baptiſtas verò oris paulò liberioris, g[...] tia Herodis & Curiæ excidere, vitam amittere &c.

*Naturali* enim *ducimur malo : & adulatoribus* [...] *libenter fauemus* , ait Hieronymus ad Fabianu[...] 21.

Gen. 27. *Fac mihi pulmentum ſicut velle me noſti, & affer vt* [...] *medam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar.* [...] quicunque Placentinis & Laudenſibus eiuſmodi [...] lectatur: perge perge ita loqui placentia; non mo[...] antequam *te faciam in gentem magnam,* donec te [...] *populi conſtituero.*

Hac ſpe ergò excitati adulatores, ſermonem [...] auribus ipſorum deinceps adcommodant.

Vt amatores laudant etiam illaudata, in ama[...] vel quibus ob diuitias , aut proſaplam illuſtrio[...] frui volunt; ſiciſti.

Amatores, ſpeculum ipſum amaſiæ mendax [...] peierant, ſi quem in facie eius næuum renuntiat [...] ſti refellunt omnes , quos contigerit fautoribus [...] tibuſque ipſorum quamlibet exiliter aduerſari.

Id[...]

Inſuſurrant & hoc alijs; *Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.*

Quemadmodum Sacerdotes olim Idolorum, vt ſuum, ex impijs ſacris, quæſtum tuerentur, magno ſtudio ſemper conati, ne Doctores Veritatis ad aures regias admitterentur (vt Danielis liber, & D. Bartholomæi martyrium facit fidem:) ſic non contenti ſuo Veritatis ſilentio, etiam valdè cauent, nequis eã inferat.

Poculum (vt aiunt) roſaceum diſcooperiri metuũt, ne lucroſus odor exſpirando euaneſcat.

Publicarum rerum ſcenam inuerſam, religionem moreſque euerſos, expilationes, concuſſiones, fraudes, belli cauponationes, ludos humani ſanguinis &c. ne digito aut verbulo notare audent, imò ſtudiosè occultant veris Dominis & Correctoribus futuris, ne à vacca pingui, quam mulgent, & à torculari, lacte & melle perenni manante amãdati, hircum mulgere, & *ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo* exprimere cogantur.

In meſſe aurea ſcilicet, & aquis turbidis, vtpote piſcoſis, libenter verſantur.

pſal. 77. *manducauerunt ac ſaturati ſunt nimis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo?*

*Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirundo.* Horat. in arte.

Silentio ſuo ſe fatentur inuidere *orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.* Regibus ac Principibus ſuis AErarium locuples, Honores, Amicitias plebium, Deo ſuo cultum, templa, aras; Eccleſiæ Reformationem, omnibus Bonum ſuum.

*Imperia ſoluit, qui tacet iuſſus loqui* Senec.

*Regum opes ſæpiùs aſſentatio, quam hoſtis euertit.* Curtius lib. 8. rerum Alex.

Cic. lib. de Amicit. *aſſentatio vitiorum adiutrix.*

Senec. in ep. *Habet inſitum venenum blanda oratio.*

Quàm multorum animas cælo excludunt, Inferno addicunt, quorum blandior oratio eſt, vel nimium ſilentium.

Nõ ita olim Nautis, exitioſus Sirenũ cant⁹ neq; ſic

oleæ

oleæ peſtifera eſt capræ lingua (etſi eius adtactu
Plinio, ſterileſcit) vt ſunt Regibus, vniuerſæque
adſentatorum linguæ, per quos & ipſi, & res ip
vna intereunt.

Vt *ſilentium Amyclas perdidit*; ſic hoc ipſum ſ
lias reſpublicas.

Vtinam verò illi, regiam Magni Theodoſij
ad Arſenium, audientibus Arcadio & Honorio
adtenderent; *præſtat piè mori, quam impiè regnare*
& quam impiè ſeruire, vt regnes?

Præſtat benè latere, quam his artibus in theatr
quoque cum magnis Mundi actoribus prodire,
quid videri.

Quid iuuat fama magna, ſi non eadem & bo
Quid iuuat *propter vitam, viuendi perdere cau*
uenal. ſat. 8.

Aut *vniuerſum mundum lucrari, animæ verò ſuæ*
*mentum pati?*

Miſeri, qui ſic emergunt, bis miſeri, qui hos a
do, fouendo, ſe perdunt, & ſuos.

Herodes ergò (Auditores) etſi alijs multis nom
bus miſer, hoc tamen vno valdè fælix, quod Bap
habuit Curiæ ſuæ Oratorem, prædicatorem V
liberrimum, qui nihil ſperans, nil metuens, cla
lam, maxima oris vultuſque conſtantia dicere
ſus ſit odioſiſſimum illud *Non licet tibi &c.*

Nec deſperatiſſimæ ſalutis Herodes, qui nihilo
nus *libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat.*

Vtinam (vt quondam D. Franciſcus fratris Iu
raram pietatem ſpectans, *vtinam (ylusm vna* 
*niperis plenam haberemus!)* vtinam inquam deſerta
bus Anachoretis, templa talibus Eccleſiaſtis,
talibus oratoribus, cuiuſmodi Iohannes hic
na haberemus!

Quantũ fructus à dicendi libertate.

Imò, Quis mihi det in Curijs ſingulis vel Ioha
nem vnum!

At quorſum, niſi habeamus & Reges ac Po
ſi qui Herodem ſequuntur errantem, etiam ſe
tes libenter audientem ſuum reprehenſorem, &

rum cenſorem Iohannem, quamlibet liberè publiceque corripientem?

Saltem, ſi non libenter, ſaltem patienter, & non indignanter audirent!

Fierent, credo, etiam Herodi iſthàc ſimiles, qua *multa audito* ſuo Iohanne *faciebat*; Vitam & ipſi ſuam aliter inſtituerent, & totis non Curijs tantum ſuis, ſed regnis, libidines, atque ipſarum irritamenta &c. explo-derent.

Aurea mox ſecula, ſi Iohanne Reges, ſi Iohannes Regibus hac Herodi ſimilibus vteretur, videremus.

*Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*

*Si modò culturæ patientem adcommodet aurem.* Horat. lib 1 ep ep.1.

*Maxima* enim *culpa* corruptioris nunc ſeculi *in eo eſt, qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur* Cic. lib. de Amicit.

Idem Ibid. *Cuius aures clauſæ Veritati ſunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda.*

Non vt velim omnia omnibus Concionatoribus in omnes licere, & in libera cathedra non tam linguę libertatem, quam licentiam quandam, maledicentiæ affinem, vſurpari; minimè gentium; ſed cenſuram morum ſeueram illam, & prudentia Baptiſtæ comitatã, qua nihilo minùs vitia Potentiorum notentur, quàm infimorum.

Nam licentioſis illis, & malè feriatis notatoribus, qui maledicentiam, *zelum* Baptiſtæ putant, *non ſecundum ſcientiam*, iure dixerim, quod Memnon neſcio quis militiæ dux, militem maledicentiæ arguens, aiebat; *ſtipendium illi ſe dare, non ad maledicendum, ſed ad pugnandum*; ali, & viuere de altari, opibuſque Crucifixi, Concionatores & Paſtores, non ad detrahendum hominibus, ſed a prauis moribus diſtrahendum: Suggeſtum ita Cathedram Veritatis adpellari, vt in ea etiam ſit ſuus locus charitati, ſine qua potiùs ſit *cathedra peſtilentiæ.*

Illic *pacem, & veritatem* diligamus. Non pacem, ſine

ſine Veritate, nec veritatem, ſine pace.

Illic viciſſim ſe *Iuſtitia & Pax* oſculentur.

I I.

*Regibus, aut quomodolibet Potentibus, non lice[t] quid libet.*

Sed plerique, (vt dixi) & plures, magis Pacem [...] Iuſtitia aut Veritate, quam Veritatem aut Iu[...] ſine Pace & Charitate, in Cathedram impe[...] peccamus; maximè, quibus in Curijs, aut in [...] auribuſque Herodis, concio eſt, vbi plus fort[...] ſtitiæ & Veritatis, quàm Pacis ac manſuetud[...] adhibendum.

Altum vulnus fortiore medicina curandum.

Serioque, & ſæpè inculcandum in Curia, [...] bus Herodis iſtud, *Non licet tibi &c.* Non licet, [...] cet, non expedit, quidquid libet &c.

Potentiorum enim ferè commune omnium [...] malum, arbitrari, omnia ſibi licere, omnia dec[...] mnia poſſe, & paria Deo, qui *omnia quæcunque* [...] *fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis* [...] oblatam potentiam, falsò ſentire.

Fallor? Atrei illa in Thyeſte vox apud Senec[...] aliud clamat? *Vbicumque* (inquit) *tantum honeſta* [...] *nanti licent;*

Quæ pro Regum licentia videntur militare.

*Precariò regnatur.*

Et iſta: —— *Sanctitas, Pietas, Fides,*

*Priuata bona ſunt: qua iuuat, Reges eant.* Ibid.

Quid iſta Clytemneſtræ famoſæ illius adu[...] *Lex alia ſolio eſt, alia priuato in toro?* Senec. in Aga[...] none.

Et iſta AEgyſthi, qui cum ipſa adulterate [...]

*Id eſſe regni maximum pignus putant,*

*Si quidquid alijs non licet, ſolis licet?* Senec. in [Aga-] memnone.

Quid Medea? *Si iudicas,* inquit, *cognoſce, ſi regna[s]* [...] quaſi dicat regium eſſe, dicere

Iuuenal. ſat. 6.

*Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas,* & Vol[...] SIC NOBIS BLACET.

Iulius Cæſar dicebat, *debere homines pro legibus* [...]

*re, quæcunque diceret.*

Iulij Antonij Caracallæ Imp. Nouerca, an non & in hoc errore craſſiſſimo? Nam cùm ipſam Caracalla, priuignus Nouercam, impotenti amore deperiret, & diceret, *Vellem ſi liceret*; oſtendens ſe eius concubitum affectare, niſi intùs Conſcientia, quaſi quidam Iohannes Baptiſta, illi remurmurans, diceret, *Non licet tibi habere eam*; tam Iulia effrõs, & animo iam meretrix inceſta, reſpondit: *Si libet, licet: Neſcis te Imperatorem? Leges dat Imperator, non accipit*. Quibus verbis Caracalla factus audácior, Iuliam Nouercam ſibi copulauit, cuius iam filium Getam paulò antè interfecerat. *Autores Sex. Aurelius, & Ælius Spartianus in Ant. Caracalla.*

Caligula Imperator nihilo hic modeſtior. Is enim cuidam ſupplicanti iactare auſus eſt, *Memento mihi omnia, & in omnes licere.* Sueton. in Calig. capite 29.

Non Pilatus ipſe qui ſic aliquandò ad D. N. Ieſum Chriſtum; *Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te?*

Et ad Iudæos; *Quòd ſcripſi, ſcripſi* q. d. Omnia mihi licent, æqua iniqua, æquè omnia.

*An non mihi licet quod volo facere?* Matth. 20.

Dionyſij ſenioris adoleſcens filius eiuſdem farinæ. Nam quum eius Pater ſubaudiſſet, eum cum ingenui viri coniuge adulteraſſe, iratuſque interrogaſſet, an vnquam tale aliquid in patre comperiſſet, reſpondere auſus eſt: *Tu non habebas Patrem Regem*, ſimul & ſe Patre nobiliorem indicans, & hoc maiorem cuique peccandi eſſe licentiam, quo ſit genere nobilior.

Putant *in ſumma fortuna id æquius, quod validius*. Tacitus lib. 15 Annal.

Putant *ius in armis.*

*Lex iuſtitiæ fortitudo noſtra.* Sap.

Quis ferat tantum hominum arrogantiam?

Quid

Quid, quod non deſunt etiam digna his p…
opercula, & quales Domini tales ſerui? imò h…
quoque docti, qui vel cum ipſis adfirmant, vel …
conniuent, nec audent vel ſemel hiſcere illud B…
ſtæ, *Non licet tibi habere*, facere, dicere hoc aut …

**Qui fautores,**

*Quod Principi placuit lex eſt*, ait prou.

Anaxarchus Alexandrum conſolans, ob C…
dem animo ſe angentem, *An ignoras* (aiebat) …
*Ioui aſſidere, vt quidquid Rex agat, id fas iuſt…*
*tur?* Plutarch. to. 2. mor. tract. ad Principem …
ctum.

Cambyſi Perſarum Regi aliquando inquiren…
*liceret ſororem vxorem ducere?* auſi ſunt Conſiliar…
dam molles, & in omnem voluntatem, nutu…
principis, pinnarum ac rotarum inſtar, flexiles …
ctiles, ei reſpondere, *Regi licere, quidquid velit.* …
lationem explodendam.

Baptiſta noſter reclamaret, & diceret: *Non lic…*
*habere eam* nec forte ſi liceret deceret.

Plinius in Panægyrico quem Traiano dixit, …
vergit quoque, cum ait: *Principi eas* (leges) *nemo …*
*ſit*.

Machiauellus ille multorum Aulicorum Pa…
tus, pænè totus in huius licentiæ regiæ p…
nio.

Legiſſe mihi videor, a quibuſdam etiam illud …
uidis, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci,* …
hi; quaſi dicat Dauid, ſe adulterando, Vriam … *psal. 50.*
in nullas hominum, aut Patriæ leges peccaſſe, …
ſolas ipſius Dei.

Confirmant huius licentiæ vitilitigatores …
ſuam ſententiam, ſententia Dei, quaſi authent…
dam Curiæ Cœli præiudicio, atque indè ſpera…
aduerſariis certum triumphum.

**Dei de hac re præiudiciú, ſenſo quorúdã.**

Iſraëlitis enim aliquandò Regem à Samuele …
gitantibus, ſic aiebat (inquiunt) Dominus De…
*ergo vocem eorum audi, veruntamen conteſtare eis, …*
*dic eis ius Regis &c. & ait Samuel,* aut potius D…
Samuelis, quaſi præconis: *HOC ERIT IVS R…*

*qui imperaturus eſt vobis,*

*Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis,*

*Facietque ſibi Equites, & Præcurſores quadrigarum ſuarum,*

*Et conſtituet ſibi Tribunos & Centuriones,*

*Et aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum,*

*Et fabros armorum, & curruum ſuorum* ; vtetur filijs veſtris, vt volet, quaſi mancipijs.

*Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas.* Videtis ius Regum, in liberos ſubditorum?

*Agros quoque veſtros, & vineas, & olueta opt. tollet, & dabit ſeruis ſuis &c.*

*Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo.* En ius Regis in opes, ac peculium populorum, vel digito ipſius Dei ſcriptum, vel ipſius ore pronuntiatum. 1. *Reg.* 8.

Hoc ius Regis, hoc Potentum priuilegium, vt Rex exlex dicatur potiùs, cùm quiduis facit, quam legirupa.

Quaſi dixerit tùm Deus, vt quondam Rex Aſſuerus ad Eſtherem ſponſam ſuam: *Non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Eſther. 15.

*Quiſnam* igitur *iſte ignotis nunc hoſtis ſurgit ab oris* (inquient quidam aulæ canes) — *Prudent. in Pſychomach.*

*Importunus, iners, infælix, degener, amens,*

*Qui ſibi tam ferum ius vendicat* dicendi cuiquam Regum, *Non licet tibi &c?*

Quid eremita iſte, & ſtultus deſerti incola, Helleboro multo apud Anticiram ſanandus, homo aſſidua ferarum ſocietate efferatus, clàm, palam ad populum Herodi Regi obgannit, & declamat, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui? non licet tibi, Non licet tibi?*

*——Nunc aduena nudus*

*Nititur antiquos, ſi fas eſt, pellere Reges?* Prudent. in Pſychomach.

Quid Monachi iſti indocti, olidi, aquæpotores, politiæ ſubtilioris ignari, frigutiunt cum ſuo illo

*Non licet tibi &c?*

Quid aſini iſti clitellarij rudunt, quid Cyni hommes, & vix è dolio ſuo, & dormitorio longiùs, quā ad ſuggeſtum vſque ſuum, egreſſi, trant, non plus licere Cræſo, quam Iro? non zaro, Magdalenæ opulento, quam Lazaro pulonis mendico? pariter legibus teneri No cum Villico?

Itane perperam iſti pares facient omnes, & ſolùm humana, regia, ſed etiam diuina, ſacr expreſſa, peruertent, dùm *ſceptra ligonibus æquan*

Extorquebunt tandem Regibus homuncio nebriones, Eudymiones, Timones miſāthropi, ipſis expreſſo diplomate iam olim indulſit ipſe minus maieſtatis, *Princeps Regum terræ*, quaſi de manu Herculis?

Quorſum, tamdiu pati moroſum hunc nius Eremitæ grunnitum, *Non licet tibi? Non bi?*

Reponamus & nos illi aliquid, & dicamus *licet tibi habere* eiuſmodi conciones; ſilentio premenda talia fuerant, aut procul digito tan dicanda.

Si *Herodi non licet* facere; fortè nec tibi, quæ fa facere non poſſit Herodes, Herodi tam apert re.

*Sæpè enim grauiùs vidi offendere animos audi os, qui aliena flagitia apertè dixerunt, quam eos, q miſerunt*. Cic. reſponſ. ad Salluſt.

Tibi ô egregie Baptiſta, ratio habenda eſt, quid Herodes, aut quicunque Rex & Potens, debeat audire, ſed, vt ea dicas, ſi qua tu honeſt poſſis, ſine periculo ſeditionis &c.

His aſſentatores Herodis, Baptiſtam; his no paria noſtris dicimus, Potentiorum adulatores piunt.

Pergit tamen Iohannes inculcare ſuum *No tibi &c.* paratus potius quiduis pati, quam

Regem ſuum, ſi proderet Veritatem;

Pergamus & nos, quæ hùc pertinent dicere, parati etiam dura, & quæ Herodi collibuerit, eadem conſtantia pati, qua loqui fortia.

Quoniam igitur, æuo hoc vlceratiſſimo, nonnullos proh dolor! legimus, audimus, videmus, qui ſi non verbo idem dicunt, ſcilicet REGIBVS LICERE OMNIA, decere omnia, & vel hoc ipſo, quod ipſi illa faciunt, iuſta eſſe omnia; tamen factis declamant: ita enim gerunt omnia conſulto nullo, contradicente nullo, ac, ſi quis conetur, abſterrito: imò nonnunquam iuxta bonos & malos libidinosè interficiunt, totos alienos dehoneſtant, &, quod eſt ſceleratiſſimum, *Ieſum perdunt, & Barabbam*, id eſt filium confuſionis & ignominiæ, nefarium quemque *dimittunt*; Video mihi nunc, vocante hùc ac tantumnon cogente textu iſto *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*, propè neceſſariò, in iſtam non Chriſtianorum, ſed Barbarorum, non hominum, ſed beluarum ſententiam; pro Baptiſta, imò pro iure & Iuſtitia, vel gratis, vel ſtipendio Baptiſtæ, id eſt mortis, militandum. *Matt. 27.*

*Nobis non licet eſſe tàm diſertis,* *Martial.*

*Qui Muſas colimus ſeueriores*, vt vnico tantum verbulo tantam Herodianorum quorundam licentiam adtigiſſe contenti eſſe poſſimus.

Non pro rota mè vnquam in re tanta, imò rerum cardine, vti cuiquam Herodi licebit.

Sed primùm vim verbi (*Licet*) intelligamus. Nam (vt docet Cicero) in vſu huius verbi perſæpè *ſermonis errore labimur.*

Licere dicimus, quod
- 1. *Vetitum non eſt,*
- 2. *Vſurpatum contra leges;*
- 3. *Sanctum & iuſtum eſt.*

* 1. *Non vetitum*, id eſt, quod leges, quod mores maiorum, quod inſtituta concedunt, quod ſignificatum verbi maximè proprium eſt.

Cic. 5. Tuſc. *Id licere dicimus, quod cuique conceditur.* *Cic. lib. 5. Tuſc.*

* 2. *Vſurpatũ* cõtra leges, id ẽ, quãdò vi gerit᷑ res omnis,

nec vis vlla maior aut potentia metuitur, au
omninò eſt, quod poſſit nondum facta impe
fiant, aut iam facta caſtigare. Impunitatem voca
libertatem immoderatam, vndè & fortè dicitur li
tia poëtica.

* 3. *Sanctum, & iuſtum*, & rectum, id eſt quan
quod fit, aut dicitur, quidquid tandem id ſit, a
ctum eſt, aut rectum eſſe conceditur, hoc ipſo, q
tali aut tali fit, etſi tale eſſe rationi nõ ſatis adpa

Sic licita ſunt opera, & iuſſa Dei qualiacunq
quibus omnibus & ſingulis dicendum; *& erant*
*bona*: &; *benè omnia fecit*, dixit, imperau .

Pythagoras in philoſophicis apud ſuos tantu
toritatis adeptus, vt quidquid dixiſſet, quia di
tà eſſe ab illis cenſeretur. Hinc famoſum illud
*Cic. l. 1. de Nat. Deorum.* *ſe dixit*.

Cicero in re Latina tantus, vt ſi quid dicat ſ
ſic, ita licere dici, omnes fateantur, & imitari ſ
tent, quia ipſe dixit.

Primo modo inſitior, REGIBVS LICE
OMNIA, id eſt nihil vetitum eſſe, ſed tantum
legibus, moribus maiorum, inſtitutiſque omni
re.

Altero illo, multa licent non omnia. Aliqua
nim Ariſtogiton & Harmodius aliquis Hipp
centiorem caſtigat, aliquandò Eccleſia, aliqu
nemo: Deus tamen ſemper, aut citò aut ſerò, v
lud:

*Virgil. 1. Æneid.*
*Si genus humanum & mortalia temnitis arma,*
*At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.*

Tertio modo, nego, & pernego REGIBVS LI
RE OMNIA.

Alioqui mentitus Baptiſta, homo ille miſſus à
protomartyr ille, quum dixit, *Non licet tibi habere*
*rem fratris tui.*

Iure cæſus, vt qui læſerit Maieſtatem, Regis
tatem iuſque accidere tentauerit, ſeditioſum al
ad populum declamarit.

Iure Eliam, & eius auditorem Eliſæum, Ach

alij fuerint perſequuti.

Iure Thomam Cantuarienſem Epiſcopum Henricus II. Thomam Morum, & Iohannem Roffenſem Henricus VIII. Anglorum Reges peremerint, illũ affirmantem non licere Regi, quæ in clerum vſurpabat; Iſtos aſſerentes, non licere Henrico VIII. ad ſecundas nuptias, prima vxore adhùc ſuperſtite, procedere.

Iure Iohannes Staudoncus, à Ludou. XII. Gallorũ Rege, toto regno exactus, qui inceſtas eius quoque nuptias damnarit.

Iure D. Lambertum, Dodo, vel Comes Arauiæ vel Dux Arduennæ, frater Alpaidis, alterius Pipini vxoris aut veriùs pellicis, interfecerit; nec fuerit, cùr cari Leodienſes mei, vt martyrem illum colant, tanti faciant, ac de illo cantare poſſint, quod de Eliſæo legitur; *In diebus ſuis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod.* *Eccl.* 48.

Iure caput martyrum Chriſtus fuerit actus in crucem, qui Pontificibus, qui Regibus, qui Cæſaribus multa dixit non licere.

Stulti Principes, qui legibus Dei, Patriæ, ſuis ipſorum ita colla ſubmiſerunt, vt ſi quid vel ipſi, vel ſui contra eas commiſiſſent, ſponte pænas darent.

Salethus ſtultus, qui Crotone princeps cùm legem tuliſſet, vt mœchi viui cremarentur, cum fratris vxorem ipſe polluiſſet, etſi pænam vellent ciues remittere, ſponte in ignem proſilijt, ſicque Princeps ipſe ſua lege, ſuoque igne conſumptus eſt. *Hieron. Cardan. lib. 3. de conſolat.*

Zaleucus ſtultus, qui filio adultero vnum oculum, ſibi alterum iuſſit expungi.

Diocles ſtultus, is qui Syracuſijs leges ſcripſit, *cui viro memorabile quoddam facinus obtigiſſe proditum eſt* (ait Diodorus.) *Nam cum ſeueritate inexorabili delicta perſequeretur, errantesque ſummota prorſus venia punire pergeret, inter leges hanc inſeruerat, ne cui cum armis in forum & concionem prodire liceret. Si quis id tranſgreſſus eſſet, capite puniretur. neque imprudentiæ, ne alij cuipiam in ea re*

*neceſſitati vlla exceptione cautum erat. Quadam die* [illegible] *tiatum eſſet, hoſtes in agrum irrupiſſe, gladio accinctu* [illegible] *am properabat: tum repentè ſeditione & tumultu* [illegible] *rum excito, conuerſus imprudenter, vti erat accinctu* [illegible] *procurrit in forum: ibique à quodam priuato forte* [illegible] *tus cum clamaſſet ille, quod leges ipſe ſuas tranſgredi* [illegible] *antiquare cœpiſſet: ad incuſantem conuerſus, magna* [illegible] *reſpondit: Vtique per Iouem, ſed non ſic quidem,* [illegible] *comprobabo illas, maieſtatemque & ius ſuum re* [illegible] *Quo dicto, gladium illico ſtringens, ſibimet* [illegible] *lum adegit.* Sic Diodorus Siculus libr. 13. Biblio [illegible] fine.

Conſul ille ſeu (vt vocant) Burgimagiſter Le [illegible] ſis, ſtultus, qui cum legem tuliſſet, vt domus [illegible] que, aduerſus quemcunque, pro aſylo & quaſi [illegible] ſet, quam ne pugno quidem, niſi periculo capi [illegible] iram ferire liceret, cum ipſe in legem ſuam [illegible] ſet, capite ſe plecti voluit.

Traianus Imp. ſtultus, qui cuipiam Præfecto [illegible] gladium porrigens (*Accipe* (inquit) *gladium hunc, p* [illegible] *ſi benè egero, ſi malè, contra me.*

Stulti, inquam, illi omnes & quotquot tales [illegible] certè Principibus non omnia licent.

Sed quis ferat Antiſtites Sapientiæ ſtultos [illegible] haberi?

Ergò nullus etiam tulerit dicentes, Principi [illegible] cere omnia, damnarique Baptiſtam qui dixerit [illegible] *Non licet tibi &c.*

## III.

*Quam periculoſum, contrarium affirmari.*

Si Herodi, & Princi-pi cuicunque licent omnia,
- *1. Væ gloriæ Dei;*
- *2. Væ Nobis;*
- *3. Væ Vitæ Potentium,*
- *4. Væ gloriæ Regum.*

*1. *Væ gloriæ Dei,* quæ pænè tota illi tollitur [illegible] à Gigantibus extruditur, ſi aliquis in homin [illegible] cui ipſe imperare non poſſit.

Si aliquis eſt, qui iactare auſit, ſe non mino [illegible] ris independenter, & arbitrio ſuo viuere, om [illegible]

reposse, quam poſſit in Cœlo Deus ipſe, qui *omnia quæcunque voluit, fecit.*

*Quid ſupereſt* hominibus eiuſmodi, *niſi ſolum regnum,* & ſceptrum Dei?

Id demum eſt dicere cum Lucifero; *Aſcendam in altum, & ſimilis ero altiſſimo.* *Iſai.*

*Eritis ſicut* Dij, non *ſcientes* tantum *bonum & malum,* ſed & vtriuſque agendi potentes. *Gen. 3.*

*Ecce Adam quaſi vnus ex nobis.* *ibid.*

Id demum eſt, ſimilitudinem Dei affectare, dicere licita ſibi omnia, omnia iuſta & æqua eſſe, quia faciat.

Dei enim ſolius eſt, vt dicere illius, facere illius, velle illius, Iuſtitiæ regula ſit; id eſt, vt omne, quod vult, aut facit, eo iuſtum ſit, quòd ipſe vult aut facit, vt dicere poſſit quiſque de ipſo, *Benè omnia fecit*; & illud Pythagoræorum, *Ipſe dixit.*

pſal. *Iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.*

Adeò, vt ſi Iſaacum filium Abrahamus pater obtruncaſſet, benè feciſſet, gratiamque & gloriam à Domino meruiſſet, quoniam actus, alioqui iuri naturæ omninò repugnans, à voluntate iubentis Dei (quæ ſemper recta eſt, ad quam quidquid componitur, rectum eſt, quod non componitur, curuum eſt) procedebat.

*Iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa,* ſed & iuſtificantia.

Cum Iſraëlitæ, ab Ægyptijs commodato tantum petita & data, ſibi vſurparunt, non peccarunt, non modò quia mercedis loco retinere potuiſſe cenſeri poſſint, ſed quia volente, & dante ipſis Deo, rerum omnium iuſto poſſeſſore, acceperunt.

Inde Polygamia vett. Patr. Patriarcharum, ſeu Regum ſanctorum, iuſta.

Indè iuſtum Oſeæ connubium cum vxore fornicationum.

Ergò, qui Reges iuſta putant omnia & licita, quæ faciunt, quia faciunt; videntur *Deo paria ſentire.*

Blaſphemia iſta eſt, vt non videatur.

*Quis vt Deus? Quis vt Deus?* ait Michaël in blaſphemia.

*Quis ſimilis tui in Legislatoribus?*

Quis ei dicat, *Cur ita facis?*

* *Deindè*; id ſit imperij diuini fines nimium ... re, & arctare.

Nàm ſi REGIBVS OMNIA LICENT; ho... tum ſupererit Deo, vt ſolis Regum ſubditis, ... ci populorum, parti generis humani viliſſimæ, ... dare poſſit, & ipſis ſolis dominari, & quidem ... ex æquo cum Regibus imperio, vt qui tunc & ... & cum Deo, non ſub Deo, ſed quaſi Collegæ ... bunt.

Quod quia auditu horrendum, dicendum; ... *ipſos imperium eſt Iouis.*

* *Denique*, id ſit probroſum Deo, ad cuius ... nem ſunt Reges imperio in homines gerendo, ... ſtrum quiſque Dei imago quædam etiam eſt, ... dominando.

Imago enim ſi deformis eſt, eum quem repr... tat, dehoneſtat, &, vt ſpeculum mendax virgine... rioſam, irritat.

Sed nihil deformius Regibus futurum, ſi ... illud, REGIBVS LICERE OMNIA. Fient ... exleges quauis beſtia beſtialiores, & deforma... Ergò.

* 2. *Væ nobis*, vxoribus, Liberis, Peculio, Dom... litiæ, vbique. *Cui plùs licet, quam par eſt, plùs vult, ... par eſt* Pub. Mimus.

*Non expedit regno, vt inſoleſcat* qui præeſt, ... *tiam*, vt nec Regi, eum, qui ſubeſt, inſoleſcere. ...

3.

2. Nec populis expedit. Reges exleges eſſe,

Nàm ſi nunc quoque nondum admiſſo ill... rum ſceleroſo & Tyrannico axiomate, eſt tamen ... per aliquis Achab, qui, per calumniam cædem... neã Nabotho adimit; aliqua Eudocia, q̃ Calli... viduæ ſuum agrum aufert; aliquis Herodes, qu...

lippo fratri vxorem eripit; aliquis Henricus Anglicanus, qui in autoritatem iuſque Eccleſiæ præſidenter inuolat &c. quorſum euaderet Potentum audacia, admiſſo illo iam & autorato?

Si adhuc ſub aliquo ferulæ diuinæ atque humanæ metu poſiti quidam ita ſe gerunt; quid facerent emãcipati & iam extra omnem diſciplinam?

Philo lib. 1. allegoriarum legis. *Quemadmodum perfecto Grammatico, Muſicoue nullis harum artium præceptis opus eſt; et verò qui aberrauit in horum conſideratione, leges præceptaque adhibenda ſunt: ſic perfectus homo nullius indiget præcepti: vilis autem homo tum præceptorum interdicto indiget, ſtulto vero admonitione doctrinaque opus eſt.*

Nimia illæc licentia profectò euaderet in mala, mole & numero ingentia.

*Ceruicibus noſtris minaremur*: Thren.
*Sederet ſola ciuitas* omnis *plena populo:*
*fieret quaſi vidua Domina Gentium:*
*Plorans ploraret in nocte, & lachrymæ in maxillis eius:*
*Eſſent ſacerdotes eius gementes, & virgines eius ſqualidæ:* Qui etiã ſub legib: inſoleſcunt ne nunquam
*Omnis populus eius gemens, & quærens panem:*
*Auferret oẽs magnificos meos Dominus de medio mei.*

Si Auguſtus aliqua adhuc legum reuerentia ſatis bonus, tamen aliquandò præ ira tam multos capitis dãnauit, vt vir quidam ſapiens eo tempore, chartam literis notatam verſus ipſum eiacularetur, quæ ſic diceret; *Deſine pro tribunali ſedere carnifex;*

Si idem tum quoque mulieroſiſſimus fuit, illasq; præſertim affectabat, quæ maritos haberent, & ô pudorem! etiam maritis vel inuitiſſimis imperabat, vt in eiuſmodi piaculo ſibi obſecundarent, adeò vt ſemel virum in Senatu principem cogeret, vxorem ſuam operta lectica incluſam ad ſe mittere abutendam, abuſuſque eſſet profectò, ni Athenodorus quidam vir Sapiens Alexandrinus, Auguſti monitor, ſumto ſecũ gladio ſtricto, pro matrona lecticã ſpontè ingreſſus, ſicque ad Cæſarem deportatus; indè exiens, vibrato in Cæſarem gladio, territum, ſacramento pol- Mich. Glycas p. 3. Annal.

liceri coëgiſſet, nunquam ſe deinceps toro
contaminaturum (vt refert Glycas;)

Si Maxentius Romæ Tyrannus, quum de So
niæ matronæ Romanæ (cuius vir vrbis Rom
bat Præfecturam) pulchritudine cognouiſſe
*Eccl.* mos erat ait Euſebius Cæſar.) miſſis ſtupro
*li.8. hiſt.* ſtris deduci ad ſe fœminam iuſſit, tamque
*Eccl.c.17.* vt maritus re cognita exclamaret, *Et quid*
*ciemus, quibus aut hæc toleranda ſunt, aut anima*
ipſa verò Sophronia, cū priùs in cubiculo
nibus oraſſet, tanquam pudicitiam ſuam Deo
latura, pectus ac viſcera, correpto, mucron
uerberaret, vt veritos amplexus effugeret;

Si Maximino Imperatori in Oriente, mo
hoc ſingulare ſtudium erat, *ne vllam non dico*
*Euſeb. locis citatis.* Euſebius) *ſed vel breue oppidum, abſque adulteri*
*matronarum*, quæ per loca fuiſſent repertæ,
*tione virginum præteriret*, eſſetque pudicitiæ p
hoſtis, quietius tutor eſſe debuerat;

Si alij alia auſi quæ collibuerunt, cum no
mnia Regibus licere conceſſum eſſet; Deus bo
& qualia Potentes non auderent, ſi in conſe
eſſet, omnia ipſis licere; & ſemper vanè Bap
Baptiſtæ ſequaces, apud quemuis Regem
um *Non licet tibi? &c.* Sceleribus ſtupendis
dundaret.

*Magna eſſet* (ô grex puſille) magna eſſet
*contritio tua*. Thren. 2.

Tanti mors hominis, quanti pulli gallin
deretur.

Tanti matris filiæque concubitus, quan
& pulli, aut oui ipſius comeſtio; vt ille A
Magnus Inferni Vicarius Henrici VIII. ſ
cabatur.

Quid enim faceret libertus & manumiſſ
huc in compedibus, & ſeruus inſoleſcit?

*Terent. in Heaut. act.3. Sce.* Quomodò raberet ſolutus, qui ſic furit
*Nam deteriores omnes ſimus, aut ſumm*

quidam. Tum Tyrannus *quodcunque inciderit in mentẽ, volet: neq; id*

*Putabit, prauum an rectum ſiet, quod petet.*
*Iterum pertre & ipſum, non poteris pati.*

Plurimum libet, quibus plurimum licet, quos deceat minimum libere.

Somno & Inſomnia, dormiens & vigilans ſomniaret, quid primo mòx diluculo perpetraret.

*Nemo ſatis credit, tantum delinquere, quantum*
*Permittas, adeò indulgent ſibi latius ipſi.* Iuuen. ſat. 14.

Porrexeris digitum, manum arripiet. Exigua rima permiſeris aquæ perfluere; regiam viam vi faciet.

*3. Væ vitæ Potentium.* Nam illud (LICERE OMNIA REGIBVS) quam latam feneſtram ad ambitionem, ad cædes, ad toxica, ad fraudes, ad omnia facinora aperiret! — 3. Nec ipſorum & egũ ſecuritati,

Quis enim tùm, non Regnum affectaret, quo iure, quà quà viâ, vt cum regno, etiã vnà hanc omnia prælicenter agendi inuaderet poteſtatem?

Non eſt alia certior & mollior ad aſtra, quàm è regnis via, ſi Reges omninò per licentiam tantam peccare non poſſunt.

Iulianum illud Cæſareumve multis tum erit ſi non in ore, certè in pectore, & volũtate; *Si violandũ eſt Ius, regnandi gratia violandum eſt, alijs rebus pietatem colas.* — *Cic. li. off.*

Cùr enim eſſe non coner vehementer ſcelestus, vel ſemel (ſecum dicet tùm vnuſquiſq;) vt ſcelera materialiter (ſic ſchola loquitur) ſine ſcelere formaliter, liceat perpetrare; vt eſt *ingenium hominum natura procliue ad libidinem, & cuncta cogitatio humani cordis intenta ad malum omni tempore?*

Quæ antè regnum peccata erant certa & magna, ea Regi creato aut non erunt, aut non imputabuntur, non magis quàm renatis per Baptiſmum, & iam Chriſtianis, fomes peccati & Tyrannis illa membrorum.

Et ſi *non ſunt facienda mala, vt veniant bona*; tamen *ex malis, & minima, & pauciſsima* eligenda, inquiunt.

Item;

Item: Certa incertis præferenda. Certior pe
num ſalutis via. Igitur præoccupanda.

Quorum licentia vel per ipſorum cædes adfectabitur,

Nam, ſi etiam nunc cum falſum illud (Reg
LICERE OMNIA) nondum admiſſum eſt,
audimus à vulgò; *Melius eſt Dominum eſſe, quam*
& vidimus quoſdam, plures legimus regni affe
res, vixque lupatis legum, vix Sapientum ratio
negantium REGIBVS LICERE OMNIA,
ptiſtę voce adhuc clamantis in deſerto, in Pala
rodis, NON LICET TIBI &c. ambitio
fraudibus, à turbis, à cædibus, à venenis te
quò nō affectatio illa regni peruaderet, ſi tam
nes toti in peccatis & ad peccata nati intellige
Sapientibus, à Baptiſta, a Concionatoribus,
tiore aliqua conciuncula concedi illud Reg
LICERE OMNIA, licere rapere, habere,
rodis, vxorem alterius, & quidem fratris ſui,
fœcundi, & viuentis, & videntis?

Cauſa ambitionis cuiuſcunque, quæ nunc e
lim fuit, ſenſo meo eſt, adſpectus illius tantill
nunc vſurpatur a quibuſdam Potentibus,
atq; impunitatis, qua videntur abuti faſtigia
thedrarum ſeu Tribunalium.

Ea ergò ſi tanta eſſet, vt Regibus licere
& plurium & ardentior ſanè fieret iſta regni
tio. Regibus ipſis tunc minimè tutum eſſet
eſſe.

Ex multis regni adfectoribus, certè vnus
poſſit vi aut dolo ad regnum peruenire.

Non capi aliquando non poteſt, quod &
& diu, & ardenter, & ſolerter obſidetur.

Vel vindicabitur,

*Inque ſcopum è multis vna ſagitta ferit.*

**Deindè*, quia in Tyrannum degenerat, qui
*licere omnia* putat, non poteſt non patere
ſequenter pœnis & periculis Tyrannorum,
ad cædem ipſe ſui prouocare.

Quàm pauci leguntur mortui *ſicca morte T*
Ergò inter tot vel ambientium, vel vim
tium tela aut venena, ne Regi quidem tam

centia frui.

Vt Tarquinio Superbo Rom. Regi vltimo, ſibi cō- *Liuius l.*
cio male quærendi regni exemplum capi à ſe poſſe, *decad.1.*
quòd Tullum & Regem & ſocerum trucidâſſet, neceſſarium viſum eſt, deinceps corpus armatis circumſæpire; ſic iſtis nimium licentioſis, opus ſit ſtipatoribus infinitis.

Videris ergò, & ſi per Baptiſtam, per ſapientes liceret autorari illud REGIBVS LICERE OMNIA, exautorata hac Baptiſtæ voce *Non licet tibi habere eam*, non tamen per ipſa Regum pericula, Regibus licere, id velle, aut poſcere.

Quàm ſapienter Paulus, *Omnia mihi licent, ſed non* 1.Cor. 6.
*omnia expediunt!*

*4 *Væ gloriæ Regum.* Nam *remota iuſtitia, quid ſunt* 4.
*regna, niſi magna latrocinia?* D. Auguſtin. libr. 4. ciuit. Denique
cap. 4. nec Regũ

Quid Reges aliud tum erunt, quàm autorati præ- gloriæ,
dones, & (vt ſic dicam) priuilegiati quidam adulteri, raptores &c.

Quid niſi Nemrothi rediuiui, *robuſti* hominum *venatores*?

*Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus ætatem agunt; fures publici in auro atque in purpuro*, vt ait M. Cato.

Quid Regum Curiæ, niſi ſcelerum officinæ, Vni- *M. Cato apud Gelliũ*
uerſitates iniquitatis, ſpeluncæ latronum, antra Cy- *lib.11.noct.*
clopum & Cacorum, & mera Augiæ ſtabula? *c. 18.*

Quod de Corcyra olim, hoc tum Iure de Curia vulgò diceretur; Curia vt *Corcyra libera eſt, caca vbi libet.*

Quid de Curia Regis cuiuſcunque dici aliud tum poſſit, quàm quod olim Lacedæmonius quidam de Athenis per ludibrium; *Athenis omnia honeſta? in Curia nihil turpe?* id eſt, ibi malum boni & liciti nomine honeſtatur.

Ferunt enim Lacedæmoniorum quempiam ali- Qui præ-
quandò Athenas veniſſe, vidiſſeque illîc præcones, donum
qui muriam promitterent, qui obſonium, qui pub- loco ha-
lica- berētur.

licanos & lenones, aliaſque parùm honeſtas ... nes proſiterentur, neque quidquam ſibi turpe ... rent; tandem in patriam reuerſum, ciuibus ... tantibus, *ecquomodò Athenis ſe haberent omnia* ... diſſe, *Omnia honeſta*, ironicè, & innuendo, ... reuera & natura turpe ac ſordidum, quod Athe... ſes non ſibi licere, ac decere cenſerent. *Plutarch.*

*Plutarch. in apoph. Laconum.*

Sic redeunti cuilibet è Curia liceat tùm ... re, ſi quis ſciſcitetur, quid ſit, quid dicitur, ... tur noui in Curia huius aut illius? *Omnia hone... niſi bonum*, ac tùm commentariolum adderet ... magis nouum & hodiernum, quã REGIBVS ... NIA LICERE? Nam in Curia, licere & dec... ges creduntur, adulteria, inceſtus cum vxore ... ſui, oppreſſiones, cędes &c. nunquã illic (quid... ciat Rex) auditur vox illa *Non licet tibi &c.* ſed ... *dis*. Denique bona, honeſta, ibi omnia.

Ita, ſi admittitur REGIBVS LICEN... NIA Regibus peribunt omnia, vitæ, regna, ... ria.

*Et Tyrannis accenſerentur.*

**Deindè* Nec Reges à Tyrannis, nec hi ab ill... que re, neque nomine deinceps diſtinguerentur.

Sed vt infame ſit, Reginam caſtam proce... tu meretricio; aut quampiam, quæ vitam ... retricis, Reginarum, matronarum & caſtarum ... ne, & nomine cenſeri; Ita inglorium Regi ... dere, dicere, agere quæ ſolent tyranni, ... ſceptris licere omnia; vel Tyrannos meros, & ... nia gerentes, quaſi liceant ipſis omnia, non ... Tyrannos, ſed Reges velle ſe deinceps adpell... alter ab altero tantum diſtent, *quantum diſtat ... terra*, quantum ab ouibus lupi, & hæ ab illis.

Nam *quidam Regnum definierunt, legitimam ... feſturam, vel ſupra omnes Principatum peccato ... noxiam*. Baſil. in pſal. 87.

Plato: *Qui vnus rectè adminiſtrat ciuitatem*, ... τύραννος, καὶ βασιλεύς.

Et verbum ipſum regendi, vndè Regis no...

dicitur, quaſi rem populi agat Rex magis quàm ſuam.

Tyrannus autem (vt nunc vocis quoque huius, vti aliarum multarum, ſignificatio Principum vitio degenerauit) is dicitur, *qui ſæuo violento, & ex lege ſuos premit imperio, & putat inſolenter omnia licita imperanti;*

*Cum tamẽ latè Reges Tyranni-que differant.*

Nuncinquam. Nam (niſi Suidas nos fallit) *Poetæ, qui Troianum bellum anteceſſerunt, Reges Tyrannos appellabant,* etiam optimos; Poſteri verò peſſimos tantum.

Suidas in Hiſtoricis dict.

*Et dictus eſt Tyrannus* (vt idem ait) *à Tyrrhenis, qui ſæui homines, & latrocinijs dediti fuerint.*

τύραννος.

Nec improbi tantum Reges, Tyranni adpellati, ſed & quicunque alijs grauiuſculè moleſtiores.

Pompeij Magni temporibus Heſtiæus Amiſenus quidam, quendam diſcipulum ſuum, cui antea Theophraſti nomen fuerat, tyrannionem ſolitus eſt adpellare, quòd condiſcipulos exagitaret.

Plato & Ariſtoteles Tyrannos eos adpellant, qui Remp. ad ſuã, non ad eorum, qui ipſis commiſſi ſunt, vtilitatem adminiſtrant.

Alfonſus à Caſtro vir inter noſtros doctiſſimus, *Tyrannus* (inquit) *iuxta eam vocis ſignificationem, qua nunc omnes vtuntur, ille dicitur qui non iure dominatur in Republica, aut vltra iuſtas dominij ſui leges poteſtatem exercet*, id eſt, & is qui in libera ciuitate dominationem per vim occupat, vt quondam Iulius Cæſar, qua ſignificatione maximè à latinis vſurpatur; Et is, qui etiam legitimus regni hæres, aut populi & Patrum iuſſu creatus, tamen ex libidine magis, quam ex ratione, & legum dictamine, imperat.

*Caſtrius aduerſ. hæres. lib. 14. tit. Tyrannus.*

At ſi *Regibus licere omnia* nunc tandem admittitur; vti

*Multa renaſcentur, quæ nunc cæcidère, cadentque*
*Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus* (qui eſt proprietate potentior) & *conſuetudo* (*quæ cum*

*Horat. in Arte.*

omnium

*A. Gall. lib. 12. noct. c. 13.* *omnium domina rerum, tum maximè verborum* ... Tyranni, & priſci & noui, volent Tyranni ... inceps iterùm in bonam partem (vt olim) ... Rege, pro Domino, qui habeat plenam in ... poteſtatem, pro eo, quem fortitudo & Virtus ... num prouexerit, idemque & vnum eſſe, ſeu ... tur) ſynonyma & vniuoca dici Rex & Tyrannus.

Et Phalaris & Buſyris quiuis, Regem ſe ... volet deinceps adpellari, a ſuis, a ſcriptoribus ... *Suidas hiſtoricus ti. Tyrannus.* olim *Homerus omnium mortalium atrociſſimum* ... *Regem appellat, non tyrannum,* vt ait Suidas.

*Parlam. 8. Henrici 8. anno 26 c. 13.* Henricus VIII. Angl. Rex tunc immeritò ... tionem Tyranni exhorruerit, qui tamen olim ... lem pænam ei decreuit, quicunque Tyrannum ... ret. Æquè vel glorioſum, vel contumelioſum ... rit, ſeu Regem ſe, ſeu Tyrannum adpellari.

Richardus III. Angl. etiam Rex tunc ... gari nomine *Richardus Tyrannus*, hiſtorijs Ang... vocabitur, vt antea ſolebat.

De vocabularijs demùm Græcis, Latinis, ... ris fuerit abradendum alterum illud Tyranni ... catum, quo Tyrannus dici cœpit, Dominus ... libidine faciens.

Nullus tum neque erit, neque fingi poterit ... Natura Tyrannus, ſi quæ olim Tyrannica ... ſtè cenſebant, ea nunc Chriſtianorum Aul... terici, Iuris eſſe Regij obtinebunt.

Nihil tum fecerit, aut facere poterit vnqua... quiſquam, quod facere non potuerit. Pulch... Regibus fuerint (Deo ſc. ita cum ipſis diſpen... mnia. Decorè nedum impunè illi facient, ob... vulgus & turba damnamur.

Tyrannum ſeu Regem dicere & audire, ... priſcis nouiſque Tyrannis ita volentibus, ... ment noui Reges, nec vnquam Tyrannos di... lint.

Quidni? Nam ſi eadem definitio & no... tialis rei vtriuſque, cur non & eodem nomin... antur?

Aut, ſi iam Reges occœperint rem atque opera Tyrannorum vſurpare, cur non & Tyranni, ſaltem nomen Regis etiam vſurpent? aut Tyranni vocem, vetei ſignificato, id eſt, pro Rege?

Vtrius in vtrum tunc maior iniuria aut cõtumelia, an Tyranni, nomen Regis non ſuum? an Regis, rem Tyranni occupantis, & tamen Tyranni nomen vehementer dedignantis?

Vter tunc inſolentior, Rex an Tyrannus? Rex opinor. Nam Tyranni, & Veteri iam more, & quaſi præſcriptione adſolent alienum vſurpare. Et ipſis ſaltem vt Regibus, quod libet; licet.

Quam igitur Reges dehoneſtauerit illud REGIBVS LICERE OMNIA, ſi admittetur! Tyrannus dicetur, qui antè Rex appellabatur, & cum Tyrannũ iam leges aut audies, nil niſi optimum Regem intelliges, qui nihil fecerit, niſi quod licuerit.

Niſi forſitan quidam Reges etiam volent ſibi licere adeò impudentibus eſſe, vt, quod ſint, eſſe nolint, **Regibus** ſed nec dici quidem, aut putari: imò vt poſſint, quod **pauciora** ſunt, non eſſe. **licere quã** **cæteris,**

Non ergò Reges poſſunt, aut quiſquam in gratiam Regum alius adſerere, REGIBVS LICERE OMNIA, niſi maximo gloriæ quoq; ſuæ dehoneſtamẽto.

Cic. Philip. 8. *Scelerum promiſsio* & permiſſio, *& ijs qui exſpectant, pernicioſa eſt, & ijs qui promittunt*, aut permittunt.

Tantum vero abeſt à vero REGIBVS LICERE OMNIA, vt potiùs præfidẽter auſim adſerere, ipſis licere pauciora, quam cæteris. *Peccare nemini licet*, ait Cic. addo ego, Regibus minimè omnium. *Cicero 5. Tuſc.*

Multa priuatis licent, & Regibus, quà homines ſunt, quæ Regibus quà ſunt Reges, omninò nõ licẽt.

Henricus Imp. Friderici filius quàm benè! *Priuato quidem homini*, inquit, *omne tempus cibi eſt, cum id lubet, aut ſolet: at Regi, ſi nomen ſuum non abdicat, id ſolum, quo vacat.*

Quid, quòd nec quæcunq; Regibus licent, eadem mox & Reges decent?

1. Cor. 6. *Omnia mihi licent, ſed non ego ab vllo*
*centioſſor*, vt vertit Caietanus.

1. Cor. 10. *Omnia mihi licent, ſed non omnia*
Vbique, & omni modo, ſeu ſtando, ſeu
mnibus licet mori; ſed Regem, ſed *Imperatorem*
*decet aliter, quàm ſtantem mori*, vel Titi Imperat
ſura.

Fugere Regi vt aliquandò liceat, decet
nunquam.

*Nobis* Regibus, Pontificibus, Doctoribus
*interficere quenquam.* cauſa & manu noſtra ipſ
iure illis maximè liceat, neminem minùs dec

Tributum non pendere licebat quidem C
lio ſc. Regum antiquorum: ſed demus (ait
mus, *ne ſcandalizemus eos.* Quod licebat, non
Infirmitati etiam ſubditorum conſulendum.

*Minimum decet libere cui plurimum licet.* Senec
Regis maximè eſt, iſthoc audire; *Ignoſcas a*
*nihil tibi.*

Et cur? *Cui peccare licet, peccet minùs.* Quidni? Ipſ
*Semina nequitiæ languidiora facit.* Ouid. lib.
eleg. 4.

*Permiſſum fit vile nefas.* Cornel. Gallus,
quiuis, eleg. 3.

**Quos minùs* morbus ille ſubditorum omn
communis, nitendi ſcilicet in vetitum vetat,
Ouid. li. 3. Sæpè *interdictis imminet æger aquis*, vnde &
Am. eleg. *veniſſet mandatum: peccatum reuixit*, eos quoq
4. decet peccare; Prægrauant enim peccatum
Rom. 7. ad illud ſeu momenta, ſeu irritamenta.

Sed Reges minùs vexat morbus ille, vtpo
quibus communis ſubditorum Indulgentia
conniuet (vti & debet:) vtpote contra quos eti
ciores leges feruntur, quam in reliquos; & ſi
runtur, ipſorum Regum vel electione, vel con
ne, feruntur, vt hinc illis videri debeant facil

*Ergò, vt in ſubditis peccare ſit humanum,
veniabile; in Regibus non item.

**Adde*, & erectiores ferè animos Regum

ac fieri, qua ſtirpe, & longo ordine maiorum illuſtrium, qui præeuntes exemplo, poſteros, vt ſequãtur, admonent, & pænè cogunt detrectantes; qua à fortunæ celſitudine, cui pares virtutes non præſtare, probroſiſſimum intelligunt. *Notas illis fecerunt vias* Pſal.
*vitæ* præierunt, & quodammodo *poſt ſe trahũt, vt cur-* Cant.
*rant in odorem vnguentorum ſuorum.*

*Magnam fortunam magnus animus decet.* Senec. li. 1. de Clementia.

Reformidant ferè magni, in humiliorum vilitatẽ, degeneri cõuerſatione redire.

Itaque & tales deceat minùs peccare, quàm plebeculam.

Plebeculæ, quam nec ſtirps facem præferens, & ad alta Virtutis cacumina præies, nec fortuna ad ſumma inuitant, humi repere licet, & nonnunquam plus decet; Potentibus verò non dico peccare non licet, aut non peccare omninò ſatis eſt, ſed nec ſufficit mediocribus virtutibus contentos eſſe.

Sed huius ſermonis iſte ſit finis.

Sperauera m quidem argumento ex libro Regum 1. perperam depromto hodie reſpondere; ſed quia habet quæſtionem moleſtiſſimam & Labiryntho ſimilem, nec breuitate, quam horæ anguſtia nunc imperat, coarctanda eſt, in craſtinum rem totam amandabimus, vt poſſit commodiùs vberiuſque (ſi Dominus voluerit) explicari. Ite in pace.

## ECHO CONCIONIS XIV.

THEMA *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodie mihi:
1. *Sapientum, & Regum ipſorum dictis probari, Regibus non licere quidquid libet;*
2. *Probari idipſum rationibus;*
3. *Quid reſpondendum obijcientibus ex libro Regum; Hoc erit ius Regis &c.* AVE.

I.

*Sapientum, & Regum ipſorum dictis probari, Reg[...]*
*licere. quidquid libet.*

*Plinius Sec. lib. de viris illuſtribus c. 28.*

T. Manlium Torquatum adeò ſeuerum fu[...]
runt, Auditores &c. vt genij ſui conſcius, & popu[...]
jmpatientiæ ſub ſeueris Iudicibus, Conſulatum [...]
ſârit, *quod diceret neque ſe populi vitia, neque illum [...]*
*tatem ſuam poſſe ſufferre.*

Si ea cauſa, Manlio, ad recuſandum Conſul[...]

**Concionandi prouincia cui Autori iniucũdior;**

valuit; forſitan eadem mouere iure poſſit, vel [...]
abdicandam omninò ſuſceptam jamdiu concio[...]
di, id eſt populi dirigendi, & verbis caſtigandi, [...]
uinciam, vel alios multos, ad nunquam ſuſcipien[...]

Eo enim ſum & ego ingenio, vt nunquam vit[...]
puli (ac ne Potentum quidem) non magis, quã [...]
lius, aut Baptiſta noſter, ſufferre poſſim, aut diſſ[...]
lare: ſed nec viciſſim populus ſeueritatem meam [...]
ferre, magis, quàm populus Romanus illam Ma[...]
aut Herodes iſtam Baptiſtæ noſtri, poſſit.

*Virgil. 4. Aeneid.*

Forſitan, *Si me fata meis paterentur ducere vitam*
*Auſpicijs, & ſponte mea componere curas;* altum [...]
perpetuumque ſilentium indicerem.

Sed *augurijs agimur Diuum*, id eſt voluntate Pr[...]
rum, Dei interpretum, loqui cogimur, & ſalutem [...]
puli, noſtræ requieti anteferre.

**Cur nihilominus ſuſcepta.**

Quandoquidem ergò Concionatoris, & qua[...]
ni Conſulis perſonam Deus, humanæ fabulæ ch[...]
gus, mihi quamlibet Manlianum genium ſpiran[...]
poſuit, vt partes delegatas decenter agam, ſ[...]
ceſſario eſſe prouidendum.

*Si adhuc populo tuo* (ô bone Ieſu) *ſum neceſſarius, n[...]*
*recuſo laborem.* non odia, non pericula pro Verita[...]
eſt, cauſa Dei viuentis: non recuſo, vel cum hoc [...]
cione, id eſt, cum Baptiſta noſtro pro Veritate mo[...]
mori reſtat.

Nouimus & nos cum verbo Dei, & cum Chriſ[...]
pſo, ob veritatem flagellari.

Veritas ſi quem hîc perdit, cælo reddit.

Epaminondas tùm naſcitur, cùm ſic moritur.

*Non peritat, qui per virtutem interit.* Senec. Trag.

*Solatium eſt, pro honeſto dura tolerare.* Senec. libr. de diui. prouident. c. 3. Solatium cum ſocijs huiuſmodi, cum Phocionibus & Baptiſtis mori.

Famam, aut vitam paucorum annorum aufert homo? Deus reponit ſempiternam.

*Otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem.* D. Aug. lib. 19. ciuit. c. 19.

Da igitur (bone Ieſu) *quod iubes*, qui iubes quod vis, *da ſermonem rectum & benè ſonantem in os meum, vt placeãt verba mea in conſpectu Principis*, & Potentum.

Iterùm enim hodiè incunda mihi Charybdis illa periculoſiſſima, & multorum naufragijs infamis; iterùm inquam adtingendum illud, REGIBVS OMNIA NON LICERE; *Durus ſermo, & quis* Herodes, aut Princeps huius ſæculi *poteſt eum audire?* **Impugnata rurſus Potentiorum Omnilicentia,**

NON LICERE autem REGIBVS OMNIA, teſtis eſt inprimis vox iſta Baptiſtæ, ad ſuum Regem; *Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui.*

Nam ſi ſaltem hoc non licuit, ergò falſum, Regib. licere vniuerſa.

Adſtipulantur deinde & { 1. *Sapientes*, 2. *Reges*, 3. *Eccleſia*, } **4. *Scriptores.***

*1. *Sapientes.* Solon imprimis, qui aliquando interrogatus, ecqui poſſet ſalua ſtare Reſpublica, reſpondit: *Si ciues quidem Magiſtratui obediant, Magiſtratus autem legibus.* Vides Solonem putâſſe, non licere Potentibus, quidquid libet? *** 1. Dictis Sapientum; *Maximus ſer. 50. & Stob. ſer. 41.***

Bias quoq; eam *Rempublicam ſaluam fore* cenſebat, *in qua leges perindè ac tyrannum omnes metuant.* Omnes inquit, omnes, puſilli & magni, Reges & plebes. ***Stob. ibid.***

Euripides, *Non fas*, inquit, *potentes poſſe, quod nefas.*

Senec. in Troade. Seneca *Minimum decet libere, cui nimium licet.*

Claud. l. 2. Claudianus: *Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,*

*Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti;*
*Tu ciuem, patremque geras; tu conſule cunctis,*
*Nec tibi nec tua te moueant, ſed publica vota.*

D. Ambr. ep. 32. Vt Ambroſium taceam, qui ſic ad Valentinian. *Præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti & tibi. Leges enim ... vatos ſerui, quas primus ipſe cuſtodiat.*

Quæ Reſp. aut quis vnquā Legislator, leg... is voluit aut permiſit, Principem pro ſua ... uere?

Imò quæ Reſpubl. aut quis Legislator non ...

Ficklerus quidam a Iohanne Molano citat... cet gentes, populique ordines, ſibi fere retinu... frenandorum Regum: cui nulla temporis præſc... obeſſe poteſt.

Ioh. Molanus de fide v-bel libus ſeruanda lib. 4. ad obiect. 9.

Ne Archipiratis quidem, peralios piratas, ... nia licent. æquabiliter illos volunt prædam ... tiri.

Meminiſſe igitur oportet Regēm quemcun... ſolùm quantum illi commiſſum, ſed etiam qu... permiſſum ſit.

*2. *Reges ipſi*, ſed ſanctiores illi.

2. Regum meliorū. Antigonus quidam, cùm neſcio quis dixiſſet, ... nia Regibus & honeſta, & iuſta eſſe, *et ...* *Regibus Barbarorum; ſed nobis ſola honeſta ſunt, ... ſola iuſta.* Plutarch in apopht.

Theodahad apud Caſſiodor. Var. libro de... *Cùm omnia,* inquit, *poſſimus, ſola credimus nobis ... da.*

Theodoſius Imp. dignam Principe vocem ... it, *Se legibus ſubditum eſſe profiteri.*

Traianus Imp. & quidem Ethnicus etiam qu... non licere potentibus oſtendit, cùm Suræ T... militum, & Prætorij Præfecto enſem porrigens... *Cape hunc, & ſiquidem rectè & ex voluntate omnium ... peraueró pro me: ſin aliter, contra me vtere.* q. d. ... ſi Reip. viuo; ſi mihi, arma hæc in me verte.

Idipſum faſſi, quicunque Domini rerum, tamen ſua ipſi in ſe peccata vindicarunt, aut vindicari voluerunt.

Quoſdam ſuperiùs memoraui, vos ad animum reuocate.

*3. Eccleſiæ cenſuris.*

*3. Eccleſia. Nam, ſi Herodibus omnia licent, fatendum non modò peccaſſe veteres omnes Tyrannorũ percuſſores, aut depulſores: peccâſſe Ethnicam Romam, quæ olim Tarquinium Superbum exploſerit, ſed etiam peccâſſe Rómam Chriſtianam & Catholicam, quæ Reges, quæ Imperatores nequiter viuentes, & olim, & nunc excommunicat, exautorat &c.

Peccat enim, qui torquet immerentem. Non meretur, qui nulla lege tenetur.

Innocentius tamen Papa Rom. literas ad Arcadiũ dedit in hæc verba perſcriptas: *Vox ſanguinis fratris mei *Iohannis, Imperator, contra te Deum appellat &c. Dabis autem omninò pœnas, qui non hoc tantùm feceris, verum etiam ipſo pacis tranquillitatiſque tempore, perſecutionem aduerſus Eccleſiam Dei, & ſacerdotes ipſius molitus ſis. Magnum illum orbis terrarum doctorem epiſcopatus ſui ſolio, cauſſa indicta, expuliſti, vnaque cum eo Chriſtum abegiſti &c. Te à participatione ſacrorum Chriſti Dei noſtri myſteriorum ſecludo, & arceo.* Michael Glycas parte 4. Annalium.

**ſc. Chryſoſtomi.*

Henricus IV. Imp. à Romanis Pontificibus excõmunicatus, & talis, in natali Domini MCVI Moguntiæ, maximo Principum conuentu, à Legatis Apoſtolicæ Sedis promulgatus. *Otto Phriſingenſis li. 7. hiſtor. c. 8. & 11.*

*Excommunicatione Imperatorũ.*

Henricus V. Quarti filius, ſimiliter à Calixto Paſchalis & Gelaſij ſucceſſore, vt qui Paſchalem Papam, Romę, cum magna tamen reuerentia, capere auſus eſſet. *Idem Otto li. 7. c. 14. 15. 16.*

Theodoſius Imp. etiam ob cædem Theſſalonicæ factã, ingreſſu Eccleſię à D. Ambroſio eſt prohibitus. *Brev. Romanum 7. Decemb.*

Philipp. Imp. Gordiani ſucceſſor año Dñi 246. ipſis Paſchæ vigilijs, à myſteriorum cõmunione p Epiſcopum

pum loci abſtentus eſt, & inter pœnitentes
ſus, donec peccata confiteretur. Euſeb. *Caſ.*
*Eccl. c. 25.*

Maximum Imp. Gratiani Imp. interfectore
nitentiam agere recuſantem D. Ambroſius
um communione ſemouit.

Ludouicum Imperatorem Gregorius IV.
rio incluſit, iuſſum illic flere adulterium, quod
Iuditha perpetrârat.

Lotharium Germaniæ Regem, quòd Tilberg
rem fugâſſet, & Valdradam duxiſſet, Nicolaus
nus excommunicationis gladio percuſſit.

Regum; Henricum VIII. Angliæ Regem publicis
rijs, & ſacrorum profanationibus &c. infamem,
lus III. Pont. Max. excommunicauit. *Sanderus*
*ſchiſmate Anglic.*

Henricum III. Gall. & Polon. Regem Sixtus
cædem Guiſianorum, maximè Cardinalis,
ter.

Non video, quòmodò (ſi Regibus omnia
Pontificibus Eccleſiæ Catholicæ iſta licuerunt.
rutrum neceſſariò verum eſt, aut REGIBVS
LICERE OMNIA, aut Pontificibus in ipſos
licuiſſe.

Exautoratione eorundẽ. Quid? etiam Reges exautorati ab ipſis, nunc
peccata, nunc ob delicta.

Hildericum Gallorum Regem vt inertem &
lem, Zacharias Papa regno exuit, Pipinumque
lia proſapia ſuffecit.

Certè, *ob inertiam depoſitum docent Gelaſius Papa,*
*habetur 15. q. 6. c. Alius item. & Henricus Gandauenſis*
*VVernerus Rouelinck VVeſtphalus, qui perbreuem*
*riam texuit ab origine mundi vſque ad Innocent. 8.*

Philippum Hugonis Cupeti pronepotem,
ci I. filium, etiam Gall. Regem Vrbanus II.
infames cum Comitis Andegauenſis vxore (
us ſuperſtite) nuptias, multos annos excommun
tionis nodo vinctum tenuit, & diademate
exuit.

Hen

Hæccine nimia Eccleſiæ in Reges licentia eſt, ſi Deus Regibus fecit dedit ue omnia audendi licentiam? Alterutrum confitendum.

Sed Eccleſiæ iſta haud dubiè licuerunt; ergò Regibus non licet, quidquid libet.

* *4. Scriptores.* Nam ſi nihil non licet Herodi, & Regi cuicunque, cùr tot Philoſophi, Oratores, Poëtæ, Regum vitia ſuggillant? Quod licitè agitur, illicitè reprehenditur.

## I I.

*Rationibus probari Regibus non licere omnia.*

Rationes verò quam multæ, quam validæ Deus bone! contra iſtam Herodis Herodianorũque licentiam, pro Baptiſta, militant! — Agmine quadrifario Rationum,

Agmen quadruplex rationum eſt,

1. *A fine creandorum Regum,*
2. *A pari Regum & plebis Iureiurando, in Baptiſmo;*
3. *A tributo Deitati ab omnibus æquè debito;*
4. *A differentia Dei & creaturarum,*
5. *A incommodis ambientium tantam licentiam.*

* *1. A fine* creandorum Regum, qui hac licentia omninò interuertatur. — 1. A fine creandorum Regũ triplici, ſic læſo;

Non licet medium ad finem, contra finem ipſum, recta militare, atque in contrarium trahere, aut ducere.

Sed Herodes & Herodiani, huius affectatione aut conceſſione licentiæ, finibus ex inſtitutione Regum ſpetatis, ex diametro aduerſarentur; Ergò.

Fines enim creandorum Regum, aut Capitum qui, niſi

1. *Quieta ſuorum poſſeſſio?*
4. *Ciuium diſciplina & profectio?*
3. *Religio?*

* *1. Quieta ſuorum poſſeſſio*, tuta ab hoſtibus externatibus, ab internatibus. Contra vim, vice ſcuti & propugnaculi, poteſtas regia ab hominibus reperta eſt. — 1. Quieta ſui poſſeſſione,

Ariſtot. lib. 5. polit. c. 10. *Regnum, in præſidium probo-*

*rum hominum, contra iniurias popularium eſt* ...
*& Rex ipſe ex numero proborum virorum creatu*...
*tercà quod virtute, aut rerum virtute geſtarum* ...
*ne* (emineret) *aut propter talis generis excellentiam*

Græci ἄνακτας Reges dixerunt, vt Plutarch...
pretatur ἀπὸ τοῦ ἀνακῶς ἔχειν: quod eſt *curam* ...
*tueri.*

Cic. lib. 2. off. *Mihi quidem non apud Medos ſ*...
*ait Herodotus) ſed etiam apud maiores noſtros*...
*dæ iuſtitiæ cauſa, videntur olim benè morati Reg*...
*tuti.*

Seneca ep. 91 *Officium eſt imperare, non regnum.*

D. Thom. lib. 3. de regim. Principum c. 11. ...
*non eſt propter Regem, ſed Rex propter regnum,* ...
*Deus prouidit de Regibus, vt regnum regant &* ...
*& vnumquemque in ſuo iure conſeruent: & hic* ...
*giminis.* Nota nota *hic eſt finis regiminis.*

Diſperſi enim, & palantes olim ouium ...
inſtar homines, ſeparatimque habitantes, ...
te ſolus, qui in valle, qui in ſylua, qui ad ...
pam, quiſque *ſub ficu & vite ſua*, cum viden...
miorum ſolitatem patere iniuriæ, prædæ, ...
tiorum, confluere & coire agminatim cœper...
uitates quæ mihi à coitione dictæ videntur ...
re, vt ſic vi vnita, quæ ſe diſperſa fortior eſt, ...
ones retunderent fortiorum & graſſatorum, ...
fœlicitate & concordia maiore ſe ſe in ...
rentur, ad vnum aliquem virtute cæteri...
tem, viſumque reliquis æquiorem, fortiorem, ...
riorem, confugerunt, & *ſeceruntque ſibi caput* ...
que illum hominem cæteris præfecerunt, ...
ſe, ſuos, aras, focos, fortunas omnes tuend...
gladij, commiſerunt, *qui cum prohiberet* ...
Cic. l. 2. off. *res æquitate conſtituenda,* (vt ait Cicero) ...
*fimis pari iure retinebat... Ergo hoc quidem p*...
*eos ad imperandum deligi ſolitos, quorum de iu*...
*na eſſet opinio multitudinis.*

*Patrocinium potiùs populi à populo, ...

rium in populum quæſitum ac ſperatum eſt in Regũ electu, & quædam (vt Antigonus vocabat) *ſplendida ſeruitus* vnius vniuerſis ſeruientis.

Non tam Domini quæſiti, quam Patres, & Reipub.

Senatores Seruitoreſque, vt ſic loquar, & Tutores, contra domeſticos, contra exteros, ne domi, ne foris, à fortioribus, lege manuaria & vi armata, res omnis gereretur.

L. Craſſi viri eloquentiſſimi voces iſtæ; *Eripite nos ex Seruitute: Nolite ſinere nos cuiquam ſeruire, niſi vobis vniuerſis, quibus & poſſumus & debemus*, fortaſſis hanc regnantium ſeruitutem ſpectabant; *Cic. Paradoxo 6.*

Ergò, *duo ſunt quæ ab egregijs Principibus expectantur, Sanctitas domi, in armis fortitudo.* Sext. Aurel. Victor in Traiano.

Sed, ſi Herodi, & Capiti cuicunque quidquid liberet, liceret; peius ſibi miſeræ plebes caput creando, quam ſolitariè & ſparſim degendo, conſuluiſſent, & cupientes vitare Charybdin, in Scyllam incidiſſent.

Liber videre? Palpare & videre, iam oſtendo, à
{ 1. *Subneruatione,*
{ 2. *Exautoratione.*

* 1. *Subneruatione. Nam ſi*, quodam modo ouem lupo commiſerint, & ouilis ſepta latius aperuerint, ſo ſcilicet hinc plus quam antè exarmatis, illinc magis armata, gladio poteſtatis conceſſæ, nequitia Herodis. Antea, clauſis adhuc ſeptis, id eſt nondum creato Rege, & armis adhùc in manu, nondumque hoſti traditis, & hoſtem manifeſtum ſolicitè formidando, contra vim ſeu illius, ſeu alterius Luxi, tueri ſe vel vtcunque potuiſſent; Semiuictus enim, & ſemiſepultus ille hoſtis iacet, qui adhuc foris diſtinetur excluſus: Poſitis autem iam armis, iamque hoſti traditis, id eſt creato Rege licentiore, victi captique ſunt.

Boet. 3. de conſolat. *Nulla peſtis geſtis efficacior ad nocendum, quam inimicus domeſticus.*

D. Bernard lib. 4. de conſid. ad Eugenium. *Non eſt qui te ſubducas malo inteſtino.*

Non

Non tibi peiore loco is videtur, qui hoſti vi-
rium ſuarum diminutione auxit, quam qui
ſeruatis tantum habet cū pari certamen? Sic
to aliquo Herode Reſpublica.

*1. Exau-toratione*

* 2. *Exautoratione. Nullo* adhùc capite electo
bat omnibus, & cuilibet ſui ac ſuorum tuend
cauſa poteſtas aduerſus quemcumque vim inf
etiam illum ipſum, qui deindè Rex creatus eſt,
gendi, per auream & magnam illam bullá, ſeu
turæ, quod cum lacte omnes hauſimus, quo
VIM VI REPELLERE LICET, nulli adhùc
ſe ac ſua iure conceſſo.

Creato autem Capite, & iure ſuo in ſe ac
creationem ipſam in ipſum translato, non
liberum ſubdito, vim à Capite illo degeneri
ram, alia vi repellere, vti nec ſeruo in Dominum
gere. *Rara eſt in Dominos iuſta licentia.* Senec.
act. 1.

Vt ſemper melior cauſa poſſidentis, ſic P
Agentem hoſtilia, pro hoſte habere, quam
quam ægrè poterit ſubditus! Direpta, vaſtata,
antè erunt omnia. Inientatis adhuc Subditis,
iam cænam ſumpſerit, vt eſt in prou.

Sed omne genus hominum, vt vt barbarum,
tam vitam, & ſuorum ſecuram poſſeſſionem
cum Regem adſciuit. Ergò nihil minùs, quam
omnia licere.

Ad regna imaginaria Diaboli deflectant
qui licere regnanti volunt omnia. Nam eo
ceps *Cui volo* inquit *do ea*, non digniori, non
merito, ſed *cui volo*.

Et in illis regnis facilè omnia licent, cùm
ſi vt incentori vitiorum, quo eſt quiſque
hoc illi eſt gratior, & illi optimus, qui nequi
*Ipſe eſt, Rex ſuper omnes filios Superbiæ.*
ait, id eſt veſtri, ex nullius placito pendentes.

*2. Bona diſcipli-na.*

* 2. *Ciuium diſciplina* & profectio.
Iſidor. lib. 3. de ſummo bono c. 47. *Principes*
*electi ſunt, vt terrore ſuo populos à malo coercerent*

*rectè viuendum legibus ſubderent* , qui finis priore illo melior atque auguſtior.

Reges & leges in pace colimus, vt belli cauſas præſcindamus.

Ad iſta Regum Omnilicentia, & quaſi Omnipotentia faceret indiſciplinatiſſimos
1. *Reges,*
2. *Subditoſque.*

*1. Reges* Nàm mòx in meros Protagoræos, & Diagoræos id eſt Atheos, euaderent plerique omnes.

*Lactant. l. 1. inſtit. c. 2. de Protagoræ & Diagoræ Atheiſmo.*

Adfixi & curuati animo in terras, nullo adficerentur deſiderio æternorum.

Mundi contemptores eſſe nullo modo aut ægerrimè eſſe poſſent , in tanta licentia & fruitione ſecura Voluptatum, tanta rerum adfluentia , tanta Conſcientiæ Pace, tanta Salutis ſuæ certitate.

Quæ claudicarettū in Regib*, Atheis mòx futuris,

Dicerent ſecum, & apud alios , & annulis ſuis inſculpi vellent (vt olim quidam, de quo Magnus Gueuarra noſter) *Cælum Cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum*, id eſt, maneat Cœlo ſuo contentus Deus; mihi placet, illi cedo perlibenter; dum ego hic regno meo, vxore, & prole numeroſa fruar.

*Vide R.P. Ant. Gueuarā epp. aureis.*

Viuerent tum pancratores iſti Reges, Adamo ipſo adhùc innocente liberiores, beatiores.

Cæleſtiū contemtoribus,

Quærendum porrò non eſſet tam anxiè Theologis, qua mundi regione ſita ſit terreſtris paradiſus? Nā in Curijs omnibus Potentiorum eſſe, dici facilè & verè poſſet.

Quid? nullum non ſcelerum genùs tùm Reges excogitarent, quandoquidem ſcelera atrociſſima, fœdiſſima, inculpatè, & ſine vlla infamię nota, ſine Conſcientiæ flagello, perpetrare omnia poſſent.

Sceleroſiſſimis,

*Deteriores* enim *omnes ſumus licentia*, ait ille.

*Terent.*

*Cui plus licet, quàm par eſt; plus vult, quam par eſt.* Pub. Mimus.

Fierent mòx Reges, *omnium mulierum viri*, fornicarij, adulteri &c. & *omnium virorum mulieres* (id eſt in non nominandas turpitudines defluerent ) cuiuſmodi Cæſarem Curio pater quadam oratione olim adpellauit.

Xerxem Perſarum Regem (credo) omnia p…
ſim cõſectarētur; illiuſque inſtar, etiam Spu…
uarumque Voluptatum repertoribus, præmi…
tuerent. *Valer. Max. l. 9. c. 1. & Cic. Tuſ. 5.*

*Valdè magnum periculum eſt; ne cui licet ſ…
vult, is velit, quod non debet.* Plutarc. to. 2. mor…
ad Principem indoctum.

Nullas deinceps Regum aulas; caulas m…
**Infamibus;** nes videremus: Palatia in proſtibula, in fo…
lupanaria teterrima, ſubita metamorphoſi, …
tur; atria maiorum, olim templa honeſtatis &…
tatis, mox in ſtabula belluarum, in macella, …
ficinas degenerarent.

Fierent Curiæ, *ſpeluncæ latronum,* qualis illa…
*ſto ſubmota receſſu*

*Semihominis Caci: facies quam dira tegebat,*
*Solis inacceſſam radijs; ſemperque recenti*
*Cæde tepebat humus, foribuſque adfixa ſuperbis*
*Ora virum triſti pendebant pallida tabo.*

Paucis: Augiæ ſtabulum, & *Vniverſitas* …
quælibet Curia meritò vocaretur, veriſſimum…
dem vulgatum illud fieret; *Exeat aula qui vult…*
Migremus hinc ex iſta Babylone.

*Virg. 3. Æneid.* *Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.*

**Tum in Subditis,** *2. Subditoſque.* Nam ſi ipſi Soles in tantas…
verterentur, *ipſæ tenebræ quanti eſſent?* Corpul…
do) & palpabiles, quales totum triduum in …
olim fuere.

**Exod. 10.** Vt tunc ibi *nemo vidit fratrem ſuum*, ſic…
nes hic non agnoſceres; ita videres peccant…
immutari, & bruteſcere.

Non amplius vrbes, ſed caueas leonum & …
non oppida, ſed ſyluas & luſtra ferarum vbi…
remus, omnia in chaos antiquuum confund…

Nam quæ Probitas Subditorum eſſe po…
potius quæ non Improbitas populorum, …
peſſima, tantæ licentiæ Regum ſuorum ex…

*Quod Principi placuit, lex eſt,* veriſſimum fo…
iam ſenſu iſto, nempè: Regum libidines, & …

cita, plebes, quaſi legem ſacroſanctam, conſequenda putant atque imitanda.

Capiti membra conformantur.

Vbi caput, ibi membra.

*Vbi ego ſum.* ſeu in luto, ſeu in auro, *ibi & miniſter meus.* Ioue rapiente, adulterante, prædicante &c. eadẽ non faciat homo adoleſcens? *Terent. in Eunucho, & D. Aug. lib. 2. ciuit. c.* 8.

* *Et verò* qui auſit Rex legibus ſuos coërcere, ipſe Legum primus, maximus, & effrontiſſimus violator?

* *Exemplo* tandem peſſimis irritatus, nullis legum repagulis retentus populus, qui peſſimus repentè non fiat?

Regnatura tùm maxime iſta {
1. *Ambitus,*
2. *Contemptus Regum ſuorum,*
3. *Tumultus, & bello.*

*1. *Ambitus.* peſtis illa Ciuitatum & regnorum certiſſima. Adpeterentur regna, non tam ſtudio regni & imperij, quam omnia audendi, & cuiuſdam diuinæ omnipotentiæ, ad ſe homines hac ſubitò deriuandæ, deſiderio. **In quibus vigeret ambitio,**

Nam vt licentiæ vel nomen ſolum ſit bonis omnibus auditu horridum, res tamen ipſa Improbis ſemper optatiſſima.

Nec tùm ambitum illum, regniq́ue adfectationẽ, vocarent homines regnandi libidinem; ſed potiùs pium Salutis animæ, ſecuritatis & Pacis Conſcientiæ ſtudium, ſed certam ad perfectionem viam. *Hæc ſumma Virtus: petitur hac Cœlum via,* inquiant. **(Prætextu Perfectionis)**

Quidni? Nam, ſi REGIBVS LICENT OMNIA, vel; quòd Regibus nihil diuinitùs humanituſque prohibitum ſit; Vel quòd, quæ verè rectéque prohibita ſunt, & lege non licent, eo ipſo licita Regibus fiunt, quod ipſi faciant (vti olim terra & ſaxa, non aurum quidem erant ante Midæ contactum, ſed in aurum probatiſſimum vertebantur, mòx vt Midas vel leuiſſimè & ſummulo vngue lapſa attigiſſet, vt Poëtæ fabulantur, quaſi *virum* aurifex *de illo exiret*; Nam **Senec. in Octau. act. 2.**

Tol-

*Ouid. lib. 11. Meta.*

*Tollit humo ſaxum? ſaxum quoque palluit auro.*
*Contigit & glebam? contactu gleba potenti*
*Maſſa fit. Arentes Cereris decerpſit ariſtas?*
*Aurea meßis erat. Demtum tenet arbore pomum?*
*Heſperides donaſſe putes.*
*Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens*
*Omnia:*) Si, inquam, omnia, alioqui ante regnum
cita, licita mox poſt regnum, aut in regno fiunt,
à Regibus fiant, adeò vt in poſterum *manifeſti*
*ante tribunal Chriſti* cum reliqua fæce populorum
tùm cadere cauſa nullo modo poſſint, non dam
ſed contrà mòx beari, mòx *ex hoc in illud*, de tem
rio terreſtrique regno, ad cæleſte illud æternum
transferri; neque, dùm in terris agunt, vllis Con
tiæ terroribus, & furijs (vt nos plebecula) ob
intùs agitari, vt qui nihil ſibi malè conſcij
ſint, cum liceant ipſis omnia; ac ſic vitam iſthic
in Paradiſo terreſtri, & horto omnigenæ Volup
agant beatiſſimam, tandem de Paradiſo in Par
ſum, de delicijs ad delicias (media tantum mort
gelorum, & totius cæleſtis Curiæ humeris impo
di; Profectò iure, quiſquis regnum tunc adfect
Salutem ſe potiùs animæ quæſiſſe, Conſcientiæ
quietem, & rectam in Cœlum viam, quam reg
& honorem, qui cum regno eſt, præſidenter ad
uerit.

Mouerit meritò cœlum & terram quilibet,
libet de cathedra, de ſolio, detrudat, ſe intrudat
dio tantæ, non dico tantum Voluptatis, ſed
ſed ſecuritatis Conſcientiæ.

Non ſi per Simoniam ſacrum Principatum
rit, iure tùm damnaueris.

*Opus eſt in quibuſdam iniuriari, vt iure quoque*
*cere poßis*, aiebat Iaſon Theſſalus. *Ariſtot. lib.*
c.12.

*Imperia pretio quolibet conſtant benè*. Senec.
baide.

*Regia res, ſcelus eſt: Socero cape regna necato.* V
liæ ad maritum, apud Ouid. l. 6. Faſtorum.

Sic *regnandi gratia, ius omne violandum.* Cic.lib.off.

Stabit verò tùm ſemper *abominatio deſolationis in loco ſancto.* Sedebit ſemper pro tribunali, qui viribus vicerit, non qui meritis anteceſſerit, ordine rerum præpoſtero & deplorando.

Quid? etiam ridebitur, ſi quis tùm quoque (vt olim Antigonus, opinor, diu deliberabit), oblatumne diadema capiti imponat, an relinquat. Coronas, Diademata, Sceptra, Mitras, Infulas &c. certatim alteri alteris præripient.

Væ væ tum tergoribus equorum velocium, quos certum eſt grauius, quam nunc curſibus fatigari, ad procos Offi iorum præuertendos.

*2. Contemptus Regum ſuorum.* Nam quæ poſſit eſſe ſeruorum in Dominos amentes & ſtultos reuerentia? quæ filiorum, in Patres nihil a morionibus differentes? Helotas aliquis honoret? ſcilicet. — Contemptus Principum ſuorum.

*Principes eius iniquè agunt: & ideò nomen meum iugiter tota die blaſphematur.* — *Iſai.*

Vt Noacum ebrium & nudum pudenda, Chamus filius irriſit, atque irridendum fratribus propinauit; ſic Regem licenter inſanientem, a Subditis ludibrio quoque libenter haberi, in procliui eſt. *Effuſa eſt contemptio ſuper Principes.* — *Gen. 9.*

Eſt tamen Regum contemtus rarò iuſtus, vt nec Noaci a Chamo filio fuit, cuius poſteritas propterea diris deuota eſt.

At quid facias? id Licentiatorum iſtorum Regum proiectiſſima vita, & vitia meruerunt.

*3. Tumultus & bella* Nam quæ Pax Principi, cum populo Principis contemptore? — Bella frequentia.

Quis amor ciuium in Principem illum, qui ſub oculis Mariti, Patris, Soceri, Vxorem, Filiam, Nurum, adulterijs, deflorationibus, ſtupris, fœdabit, violabit, temerabit? qui *Natum ante ora Patris, Patrem obtruncabit ad aras?* — *Virgil. Æneid.*

Bella, & lites numeroſiſſimæ ex Regum concupiſcentijs & tanta licentia, vti vnda ſuperuenit vndæ, ex perenni fonte.

 *Vndè*

*Vndè bella & lites? nonne ex concupiſcentijs ve*
Iacobus.

*Opus Iuſtitiæ, Pax*, Iſai.32.

Quorum vera origo iniuſtitia, *Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt*. pſal. altera alter
plexè complexa comitatur.

Quam benè id præfiguratum in eo, quod
*Hebr.c.7.* *lem*, id eſt (interprete Paulo) *Rex Pacis, Melch*
eſt Rex Iuſtitiæ vocabatur! Iudicatum ſcilice
magno myſterio, Principem nullum pacat
habere Rempublicam, qui non Iuſtitiam m
leret religioſiſſimè; habiturum haud dubiè m
pacem, qui coleret.

Vndè in apum Repub. pax tàm alta Sub
inter ſe, & Regum cum Subditis? quoniam
colunt omnes religioſiſſimè.

Pariter laborant, pariter veſcuntur, ne in
operis, aut cibi fiat, aut temporis. Inertes no
*A.Gell.l.1.* ſtigant & puniunt morte,

*noct.c.9.* *Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.*

*vt act. 4.* Vt laborum, ſic totius vitæ æquiſſima co
eſt. Cænobium Pythagoricum aut Apoſtolic

Non obprimit ſubditos apum Imperator,
xat; non putat licere ſibi omnia.

Vt aculeum gerat, omninò tamen in vſum
ſerit.

Patiuntur Reges primùm plebeis domos
cari, ac demum ſibi. Melius ſuis eſſe malunt,
bi. Reipublicæ viuunt, non ſibi. Non ſibi reg
ſe regno totos deuouent.

Itaque viciſſim Reges ſummam plebeior
dientiam, fidem, obſeruantiam experiuntur.
uitauit amorem.

Procedentem circumcingũt ſubditi, cert
lædi) à quoquam Regem non patiuntur; c
paſtum pendunt, non operanti, ſed benè
feſſum humeris ſubleuant, validiùs fatigat
portant; peſte conſumptum plebs mœret
uo dolore! ô beatam tali pace Rempublica

**Sed hanc altiſſimam Pacem Iuſtitiæ cu**

*Opus, opus Iuſtitiæ, Pax*; Iniuſtitiæ, & licentiæ, bella & lites. Mortes licentiatorum iſtorum Regum, non fletum populis, ſed plauſum adferunt.

Ergò ſi hæc tanta licentia rectæ ciuium diſciplinę quoque, quæ ex Regum creatione ſperabatur, recta aduerſatur; iure Baptiſta Herodi dixit *Non licet tibi &c cæt.* & perperam dicitur, REGIBVS LICERE OMNIA.

*iij. *Religio* & cultus Dei. Sed qui colatur Deus à iam Atheis, aut mòx futuris; quibus Deus, & altera vita, nomina tantum ſine re vel iam creduntur, vel poſt paucos dies? **iij. Religione.**

Nam illud (REGIBVS LICERE OMNIA) non feneſtras modò, ſed portas omnes latiſſimè aperit Regib⁹, ad omnem in Deum contumeliam, iniuriam, oppreſſionemque eius, in populis, viuis eius imaginibus.

Nam Regem mòx a creatione, ſeu inauguratione ſua, vſurpare ius adulterãdi, iurãdi, abiurãdi, deierãdi, peierandi; ius obprimendi; ius libidinoſas, exilij, necis, mulctæ, ſententias, in quemlibet, etiam Abele aut Ariſtide iuſtiorem, ferendi; ius cuiuſque, quomodocunque, vbicunque vel in ara, trucidandi, & mille talia (quæ Tyrannis ſæpè collibent, ſed per legem Dei non licent) perpetrandi; quid eſt, ſi Deum non eſt iniuria afficere & contumelia?

Ius peccandi in leges Dei, quemquam publicè vſurpare; autoritate humana, Dei decreta abrogare; vnius libidini omnes omninò deuotos poſcere aut dare, an non Dei purus putuſque contemptus eſt?

Ergò falſum REGIBVS LICERE OMNIA, quoniam id finibus creandorum Regum nobiliſſimis rectà aduerſatur.

Ergò rectè Baptiſta Herodi, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Ergò nos rectè quædam in Potentibus reprehendimus.

* 2. *A iureiurado Regum* & plebis æquali, in Baptiſmo. **2. A iureiurando Baptiſmali.**

An alia tum catecheſis Regum, alia cerdonum?

An alia recipiendorum in gregem , & in
Chriſti myſticum inſerendorum Regum & ſ
in Baptiſmo formula, vt non ad paria teneant

Ex Rege vti ex me æquè ante baptiſmum
*Credis? Abrenuncias?* æquè à Rege vt à me reſpo
cum; *Credo; Abrenuntio.*

D Chryſoſtom. hom. 21. ad pop. Antiochen
baptizandos inſtruit; *Vocis*, ait, *recorderis*, quam
*cris iuſſi itueveris, emiſiſti. Abrenuncio tibi Sathana*
*pæ & cultui tuo.*

Tertullianus lib. de corona militis; *Aquam*
*ibidem, ſed, & aliquantò priùs in Eccleſia ſub Ant*
*nu conteſtamur, nos renunciare Diabolo, & pompa,*
*gelis eius.*

Eadem omninò verba profeſſionis noſtr
que.

Tàm Conſtantinus Imp. quam médiciſſim
que Chriſtianus, neceſſariò fatetur illud Dau
*raui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ*; Idem
bus militiæ Chriſtianæ Sacramentum.

Sed quis neſcit, quorum idem Iuſiurandum,
eſſe & vinculum: Ergò.

Itaque , niſi nobis Priuilegiarij iſti Her
quibus tam *durus eſt hic ſermo, Non licet tibi &*
è Cœlo allatas bullas aureas , ac priuilegij
mata digito Dei ſcripta (vt erant Moyſi tabul
Æterni Triumuiratus ſigillo maiore, vel ſalte
ce, *ſigno filij hominis* Chriſti ( cui *data eſt omnis p*
*cœlo & in terra*) perſpicuè autorata, (quæ R
OMNIA LICERE expreſſim contineant
gelus aliquis, quaſi quintum quoddam Euang
ad ipſos pertulerit, protulerint, publicè exh
& Catholicæ Eccleſiæ Principi authenticum
uerint; non video, cùr on & ipſi Reges pa
Subditis, cum Agricolis , & tenuiſſimæ for
minibus, ſanctis Dei, atque Eccleſiæ Matris,
teneantur.

*Virgil. 1. Æneid.* *Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri*, ô R
nunquam audire debeatis, aut velitis, duru

Baptiſtæ ſermonem, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui Philippi &c?*

* 3. *A tributo* Deitati ab omnibus æquè debito. **3. A tributo Diuinitati pariter debito.**

Non eſt in Potentibus & Satrapis adeò anguſti dominij quiſquam, cui nō tributum aliquod, quaſi Auguſto alicui vel debeatur à ſubditis, vel exigatur, ab his plus, ab iſtis minùs. Hominium ſeu homagiū vulgò vocant, fidelitatem atq; exhibitionem ſeruitiorū.

*Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Matth. 22.

*Cui tributum, tributum, cui honorem, honorem:* & ſaltem reuerentiam, atque obedientiam.

Sed Deus *Princeps Regum terræ* eſt, *Rex Regum & Dominus Dominantium.* Apoc. 1. & 19.

*Numquid non ipſe eſt pater,* & Dominus *tuus, qui fecit te, & creauit te?* inſuper & captiuum redemit *pretio* ſanguinis ſui, quod habuit, *maximo?* Tibi Orbem totum quaſi feudum vtiliter fruendum ac dominandum dedit, retenta dumtaxat illius proprietate.

Ergò ei ab omnibus (etiam Regibus, quorum æquè Creator eſt ac Redemptor) tributum aliquod tribuēdum, & quidem eo maius à Regibus, quo pluribus beneficijs ipſi atque honoribus, quaſi feudis nobilioribus, ab ipſo ſunt aucti, vti quondam Dauidi poſt adulterium atque parricidium, Propheta Nathan vice Dei improperabat. *2. Reg.*

Vt Baſſarum ſis potentiſſimus, non tamen aliud es, quam Magni huius Domini ſeruus.

*Reddite quæ ſunt Dei, Deo* nonne hùc ſpectat? *Matt. 22.*

At quod tandem tributum? Non aurum, non argentum, non percuſſum, non ſolidum; non tauros, non vitulos &c.

pſal. *Bonorum meorum non leges.*

*Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* inquit ipſe.

*Meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues.* Non tributa, aut hominia eiuſmodi Deo poſtulentur.

Quæris quæ? Reuerentia, religio, perſonalis mandatorum eius obedientia.

Malach. 1. *Filius honorat Patrem, & ſeruus Do*-
*ſuum. Si ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Do*-
*nus ego ſum, vbi eſt timor meus, dicit Dominus*
*tuum?*

An ſe Regum quiſquam putat, Regnum ac ſe
adeò francum, id eſt liberum, diuinitùs accepi
nihil ſeruitij Deo præſtare illius ergò teneatur
vt cum Pharaone dicere audeat, *Quis eſt Dominus*
*audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Domi*
*& Iſrael non dimittam?* Exod. 5.

A quone Adamus quidem ipſe exēptus, *Aut, non licet mihi quod volo, facere?* Matth. 20.

Nullus Regum (credo) Adamo potentior,
cior (quæſo, ſinite me Auditores nunc ita loqui
peritorum more, in hoc iuris argumento:)
damo liberior, vt plus ſibi licere, quam ipſi vel

Ille quidem mòx à creatione, Magnus totius
Dominus, & Thalaſſiarchus, ſeu totius maris
ctus (gallicè Hamiralus, græca voce in francica
torta, nam ἅλς mare eſt) viua Dei voce fuit inſ
Gen. 1. *Subijcite*, inquit, *terram, & dominamini piſcibus*
pſal. 8. *volatilibus cœli*, vndè & illud Pſalmiſtæ, *Omnia*
*ſub pedibus eius & cæt.* non literis patentibus
miſſis. Magna Adamo potentia.

Sed tamen ne ipſi quidem & Primo, & Tam
tàm Legitimo Regi omnia licuerunt.

*De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas*, ai
giſlator Deus: *Quocunque enim die comederis ex*
*te morieris*. Geneſ. 2. Quod etſi non audiſſ
bolus, tamen certò nouerat ipſi aliquam
qualis qualis ea eſſet, præfectam fuiſſe: gnarus
quid eſt rationis particeps, & non particeps,
aut inuiſibile, cenſeri ſub aliqua lege, quæcunq
cuerit Creatori.

Tantillum ergò Monarchæ illi Ter M
Dei feudatario, homagij (vt Feudiſtæ loqu
tantillum quidem, tamen aliquid ſeruitutis
tum, ne neſciret, in tantis opibus & tàm la
rio, ſe Dominum habere & Conditorem;

eſſet liberi arbitrij probandi materies, vt docet Nazianzenus. *D. Greg. Nazianz. orat. in natalibus Chriſti.*

Ergò nec tu Herodes aut Rex quicunque qui Adamo comparatus, vix benè Regulus, & Satrapa dici poſſis, aut quamlibet non comparatus, latè imperes, & regna numeres, quot Magnus Turcarum Tyrannus, ab Adæ lapſu exlex omninò, & ſine iugo eſſe potes. *Matth. 5.*

Non eſt beneficium ſine officio, nec feudum ſine ſeruitio.

Quàm illud auidè, tàm iſtud libenter ſuſcipi oportebat. *Si reddimus vxorem, reddamus & dotem*, aiebat M. Aurelius. Si Deo ſeruire quis refugit, reddat & feudum, & regnum.

Quid? Ne ipſi quidem Dei Filio in Terris, quidquid libuit, facere licuit. *Non veni ſoluere legem* (inquit) *ſed adimplere.* **Nõ filius Dei naturalis;**

Et, *Sicut mandatum dedit mihi pater ſic facio.*

Ne omittere quidem libuit, quæ licuit, vt Circumciſionem, Baptiſmum &c.

Didrachma, quod non debuit, quia filius Regum antiquorum, tamen ſoluit. *Matt. 17.*

*Non ſicut ego volo*, de calice iſto Paſſionis, fiat, *ſed ſicut tu.* Vitam perdere maluit, quam obedientiam.

Quin etiam erat *ſubditus illis*? Quis, quibus? Deus hominibus: Faber orbis, fabro lignario, & virgunculæ, Ioſepho & Mariæ.

Tu hominis & Terræ filius, paucorum iugerum, quaſi tot terræ punctorum Dominus, omnia tibi licere impudenter adfirmabis?

Imò ne Pater quidem ipſe omnia licenter facit. Redimere enim nos ſine Iuſtitiæ ordine, & ſine ſanguine, etſi potuit, noluit. **Non Deus Pater.**

Si verè dicitur REGIBVS LICERE OMNIA, cùr igitur Deus in Deuteronomio Regem recenter creatum iubet, *Deuteronomium Legis in volumine deſcribere, habere ſecum, legere illud omnibus diebus vitæ* *Deut. 17.*

 *ſuæ,*

*ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum?* Quorſum il-
lud vni & ſoli Regi præceptum, ſi Rex vnus & ſolus
Deo ex uectigalis eſt, atque adeò exlex, vt ei liceant o-
mnia?

An forſitan librum legis habere iuſſus eſt, vt ſcho-
læ, non vitæ diſceret, & ex libro legem alijs prælege-
ret, aut memoriter conceptam memoriter plebecu-
illam dictitaret faciendam? Ad populum phaleras, &
fallacias ad peregrinos.

Legiſperitum ergò, Lectorem, ſeu legum publi-
Doctorem dumtaxat, non etiam factorem legū Reg
volebat Deus? Imò verò & factorem, & hoc maximè.

Rex, Reges Legibus etiam ſubditos eſſe indicat,
Pſal. 2. cum dixit, *et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudica-
tis terram, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum
Matt. 22. tremore. In timore* (inquit) *& tremore* q.d. *Cæſares qui-
bus*, vt Cæſaribus, *quæ Cæſarum ſunt*, à populis *red-
dи*; etiam *reddite quæ ſunt Dei, Deo*, timorem legum,
tremorem ſuppliciorum.

Alioqui, vt olim D. Andreas Apoſt. Ægeam Procon-
ſulem, prædicationi Euangelicæ reſiſtentem, ſic nos
iure licentiorem quemque Principem increpare-
mus, *Quod qui iudex hominum haberi vellet, Chriſtum De-
um omnium iudicem, à Dæmonibus eluſus, non agnoſceret.*
Breu. Roman. 30. Nouembr.

An non iniquiſſimè homines ab hominibus exi-
gant, quod ipſi aut non præſtent Deo, aut non præ-
ſtandum putent?

Merces licentiæ regiæ quæ vt plurimum.

Æquiſſimè autem ità prouidit Dei Sapientia, vt pro
modo obedientiæ Regum legibus Dei, ſic modus o-
bedientiæ populorum Legibus Regum ipſorum. *Qua
menſura menſi fueritis, remetietur vobis.*

Obedientes enim Deo Reges, ferè populis vtuntur
obedientiſſimis, recalcitrones, contumaciſſimis.

Adamum, primum illum & maximum mundi Re-
gem, omnium inſtar, recogita Illi, quamdiù innocen-
ter, & obedienter Deo, ac legè magis quam Regè vi-
xit; omnia, etiam ferociſſimæ quæque animantes,
ad nutum ac ludum paruerunt; in ipſius, vt in

virg-

virginis ſinu vnicornis ludibunda tunc conquieſcebat; caro ſpiritui ac rationi obtemperabat; at recalcitroni, legirupæ, & iugi excuſſori mòx omnia recalcitrarunt, ſed nec ipſe ſibi ſatis conſentit, *factus eſt ſibimetipſi grauis.*

Hinc illæ lachrymæ, illa carnis in ſpiritum rebellio, *hæc enim ſibi inuicem aduerſantur*, bello inextincto & ſempiterno.

*Qua menſura menſi fueritis* Deo, ô Reges, ô Cæſares, &c. *eadem remetietur vobis* a ſubditis veſtris.

Florimundus Ræmundus veriſſime & religioſiſſimè de Henrico IV. Gallorũ Rege; *Vt primum* (inquit) *Rex agnouit Eccleſiam; & Francia agnouit Regem ſuum. Quamprimum beatum hoc nomen Catholici adeptus eſt; Chriſtianitas vniuerſa, vno conſenſu, Regem Chriſtianiſſimum appellauit. Vix templi S. Dionyſij valuas regias ſacraſque iuſſerat aperiri, vt Eccleſiæ ibi leges acciperet; cum omnes regni eius portæ ſponte apertæ ſunt, vt imperia illius vicisſim audirentur. Fælicitatem animæ eius, fælicitas regni eius eſt conſequuta.* Epiſt. dedicatoria ſui Anti-Chriſti.

4. *A differentia Dei* & creaturarum. *Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire*, aiebat piè impius Antiochus animam pænè iam agens. 2. *Machab.* 9 — 4. A Differẽtia Dei & Creaturæ.

*Quis vt Deus? Deus qui ſimilis erit tibi:* pſal.

*Nullus ei ſimilis in Legislatoribus.* Iob. 36. *Non eſt ſimilis tui in Dijs Domine* pſal. 85.

Sed vt Dei ſolius eſt, a nullo eſſe; ſic eiuſdem ſolius nullius arbitrio quam ſuo viuere, & cuncta agere *Omnia quæcunque voluit fecit, in cælo & in terra.*

Dionyſij ſententia celeberrima eſt, Tria eſſe in vnaquaque re, quæ ſibi inuicem eadem menſura reſpõdeant, videlicet *Eſſentiam*, *Potentiam*, & *Operationem.* Id eſt, *Eſſentiæ* dignitatem ſequitur *Potentiæ* magnitudo, *Operationis* autem dignitas, *Potentiæ* magnitudini reſpondet. Tanta hæc, quanta illa.

*Item*; Dei ſolius eſt non peccare, ac ne poſſe quidẽ, ſed regulam eſſe Iuſtitiæ & Veritatis; id eſt, vt omne quod facit, ideò iuſtum ſit, quia ipſe facit, & quod di-

cit, ideò ſit verum quia *Ipſe dixit*

*Confeſsio & magnificentia, opus eius*; id eſt, quidq facit, magnificè facit, & cum laude. Ne Momus obgannierit.

*Vt* (pro quamuis) *det illis* (Iudæis ſuis) *hæreditat gentium* (terram Chananæorum, & vaſa Ægyptio tamen *opera manuum eius, Veritas, & Iudicium*; in Iudicio facit. Quæ praua iudicio noſtro ſunt, ſunt recta diuino: & aſpera, viæ planæ, quoniam *Ipſe* quoniam *Ipſe fecit*. Omnis ratio dicti, facti, Sapient & Iuſtitia facientis.

*Benè omnia fecit*, dixit, decreuit.

*Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bo* Geneſ.1.

Recognitionum libris, qui reliquorum oper errata caſtigent, ſolus hic autor tot tantorumque perum non eget.

Non Criticos timet. *Quis ex vobis arguet me de pecca to?* aiebat Zoiliſſimis.

*Rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fid* pſal.32.

*Senec. in Herc. furente*

Quis dicat, *Cur ita facis?*

*Quæris huic Alcidæ parem? Nemo eſt, niſi ipſe.*

Ergò omnis Creaturæ omninò eſt, ſiue Regis, Ducum ab eo miſſorum &c. a Deo eſſe, ab eius pendêre, viuere, cuncta ex eius imperio agere, ſibi licere arbitrari, niſi quod per Deum licuerit. *ſub regno grauiore regnum eſt.*

*Senec. in Thyeſte.*

Michaëlis illa vox, *Quis ſicut Deus?* (à qua & Mi chaëlis nomen habet) qua in Sathanam altiora ſca bientem, ſe ac ſuos armauit, animauit, excitauit, indicat, niſi nullius meræ creaturæ eſſe, non etiã An gelicæ, non Luciferi Angelorum gemmæ, à nullo dêre, nullius legibus ſubiacere? *Omnem animam,* ad que omne eius creatum, *poteſtati ſublimiori ſubditũ e*

*Iſai.14.*

Quid Luciferi præceps ruina, qui mòx vt dixit, *cendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo*, eſt, ero arbitrij & iuris mei, è ſummo cœli cardine *tractus eſt in profundum laci*, nunquam neq; emerſu neq; extrahendus?

Qui

Quid Protoplaſtorum miſeriæ, quos illud ERITIS SICVT DII, ad ſpem libertatis, & totius licẽtiæ erexerat, quid clamant, niſi non eſſe homini vitã exlegem adfectandam?

De hac re eſt iſtud Prophetæ, *Gloriam meam alteri nõ dabo*; id eſt, non permittam cuiquam, ex nullius arbitrio ac lege pendêre, quod propriè meum eſt. Nedũ priorem, ſed nec parem feram.

Nec coniuges riualem, nec Reges ſocium volunt, cur feram Deus?

Hoc vno creaturę à Creatore diſtinguũtur, ꝙ hę naturæ ſubeſſe, hic præeſſe, & omnia arbitrio ſuo facere.

Quicquid Deus non eſt, alicui ſubeſt.

Pſal. 9. *Conſtitue Domine Legiſlatorem ſuper eos: vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.*

*Moſes Bar Cephas Syrus lib. de parad. p. 1. c. c. 28.* cauſſas, cur Adamo Deus legem dederit, has imprimis arbitratur; *Vt ſciret* (inquit) *ſe Dominum Conditoremque habere, qui ſibi eam legem imperauiſſet: Nam Dominorum eſt leges ſancire.*

*Deindè, vt ſe creatum effectumq; agnoſceret, quippe lex creaturis atque effectis ſtatui ſolet.*

Ergò, cum dicere REGIBVS LICERE OMNIA, idẽ ſit, quod gloriam quam nulli concedit Deus, hominibus arrogare, ꝙ ex ordine hominũ hoẽs ſecernere, quod Dei ſocios conſtituere, ꝙ Deos, ꝙ pares ſeu ſimiles Altiſſimo facere (illud REGIBVS LICERE OMNIA, abominandũ eſſe, & prorſus explodendũ.

Dicere, *qui Rex eſt, Regem, maximè, non habeat*, non legem vllã; eſt Luciferi ambitus reũ eſſe, eſt nolle hominem re vlla à ſuo Creatore diſtingui. O intolerandam impudentiam!

Quàm benè dictum, ſceleratorũ maiorũ *progeniem* ſemper naſci *vitioſiorẽ*; &, malos mores, quaſi herbas irriguas, ſubcreſcere vberrimè. *Nefasq; nullum, per nefas nati putant.* Seneca in Thebaide act. 1.

Eccè .n. Adamus & Eua, maiores noſtri, olim affectãrãt eſſe *ſicut Dij, ſciẽtes bonũ & malũ*; nos poſteri nũc aliquid altius adfectamus, *eſſe* ſcilic. *ſicut Dij potentes boni & mali*, potentes inquã, potentia, quæ dicit licentiam atque impunitatem,

Qua in re poſteri, peccatum Adami ſuperem⁹.

Maio-

Maiores olim intellectum acutiſſimum; Poſteri etiam Voluntatem liberrimam, potentiſſimam *...* adfectant. Volunt etiam vt Dii, exleges eſſe.

Dederis vnguem; pollicem & manum totam, & *...* pedem vſurpabunt.

*In vitium Libertas excidet, & vim*
*Dignam lege regi.* Horat in Arte.

Ita in vitium pendula turba ſumus, vt gradatim *...* vitio in vitium potiùs, *quam de virtute in virtutem* *...*

*Senec. in Herc. ferente. act. 2.*

*Finis alterius mali*
*Gradus eſt futuri*, ait Seneca. *Veterem ferendo iniuri*[*am*] inuitas *nouam*. Mimus.

Vtrum peius, ambirene Scientiam an Potentiam.

Nam (quæſo) vtrorum ambitus arrogantior? Maiorumne qui rationales creati, optime ratiocinari, & plurima ſcire adfectârunt, adfectu Naturæ ſatis conuenienti, an noſter Poſterorum, qui lutea vaſa, & vitro quouis Veneto fragiliora, latiſſimam, diuinam potentiam, ampliſſimamque libertatem ambimus, à quo auocat nos omnis Natura?

*Ouid. 1. Metam.*

Poſteri, Gigantum priorum pronepotes, Pelió Oſſæ ſuperponimus, ad Iouem propiùs aſcenſuri.

Ecquorum, quæſo? odioſior affectatio? An Scientiæ, in Philoſophis; an Regni, & diuinæ potentiæ, in Regibus? An non in Regibus?

Multis laudi fuit, ad culmen Scientiæ adſpiraſſe. Nullis, ad diuinum nomen atque Potentiam.

Fulminatos Gigantes regni diuini adfectatores fabulantur omnes, nemo Philoſophos.

Vnde ſæpiùs, ex Scientiæne magnitudine, an ex Potentiæ amplitudine omniaque faciendi libertate, volunt homines Dij appellari, pro Dijs adorari? Nonne ab amplitudine potentiæ?

Empedoclem in doctis vnum ferè numerant diuinitatem ambiſſe; in Regibus verò Alexandrum, Salmonem, Domitianum, Nabuchodonoſorem, & alios quàm multos!

Ergò huius, quam illius affectatio ſceleratior.

*Si extra diſciplinam eſtis* (ô Reges) *cuius participes facti ſunt omnes: ergò adulteri, & non filij eſtis ... Patres quid*[*em*]

*carni*

*carnis noſtræ, eruditiores habuimus, & reuerabamur eos: non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & viuemus*? Hebr.12.

*5. *Ab incommodis ambientium* tantam licentiam. **5. Ab incõmodis eius ambitionis,**

Ambitur illa { 1. *Arrogantiſſimè.* 2; *Turpiſſimè,* 3. *Periculoſiſſimè.*

*j. *Arrogantiſſimè,* **j Vt arrogãtiæ nota,**

Nam licentiam poſſcens omnium, iactat ſe, vel { 1. *Deum,* 2. *Sapientem.*

*1. *Deum*, cui omnia iure proprio licere iam iam oſtendi;

*2. *Sapientem*, cui ratio pænè id donat, cum Sapiẽs, quà eſt Sapiens, velle non poſſit, niſi quod rectum eſt. Illi enim recta ratio pro lege eſt, pro pædagogo, pro Magiſtratu.

1. Timoth. *Iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis &c.* vt frenum equis indomitis.

Galat. 5. *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Quorſum fræni equis, & quò, & qua, & vti oportet, ſpontè gradientibus? ***Stob. ſer. 42.***

Antiſthenes negabat Sapientem viuere iuxta leges, ſed iuxta normam virtutis. *Stob.*

Si Deum ſe iactat; manifeſta arrogantia, & mendax blaſphemia.

Si Sapientem; faſtus etiam non obſcurus. Eſſe, quã dici malle, id demum verè Sapientis eſt.

*Pythagoras non ſapientem ſe, vt qui ante eum fuerunt, ſed ſtudioſum Sapientiæ vocari voluit*, quem Græcè dicunt Philoſophum, nomine minùs arroganti, ait Quintilianus. Sapiens enim vno minor eſt Ioue, Dominus affectuum, reliqui mundi Pædagogus. ***Quintil. lib. 12. inſtit. Orat. c. 1.***

Quæ malum! eſt iſta hominum longiſſimè etiam à lumine Philoſophiæ tota vita abſentium, nilque magis quàm Philoſophiam Philoſophoſque omnes odientium effron audacia, Philoſophorum tamen iura efflagitantium, imò & Dei ipſius?

*ij.

ij. Turpitudine. *ij. *Turpiſsimè*. Nam ſi ſe Deum aut Sapientem
pellare erubeſcit, & tamen adhuc vult licere ſibi
nia, Beſtiam ſe fateatur neceſſe eſt. Nam poſt D
& Philoſophos, ſolis Beſtijs quadrat licentioſa
exlex omnipotentia.

Beſtijs enim, quibus adpetitus naturalis pro
eſt, licent omnia quæ collibuerunt. Quas enim
præſcribas non intellecturis, expertibus rationis
Licentioſus ergò beſtia. *Quid* enim *intereſt*,
*homine ſe conferat quis in belluam, an in hominis figura*
Cic. lib. 3. off. *manitatem gerat belluæ*? ait Cicero.

An non turpiſſimum inter beſtias cenſeri?
in throno beſtiam coronatam? Aſinum aureum
leij, vel vitulum aureũ Iſraëlitarũ? *Cor feræ* ſub hu
na, imò regia facie confiteri? Beſtiam vulgò Reg
pſum adpellari, vt ille L. Beſtia, qui in coniura
Catilinæ à Salluſtio memoratur?

Ergòne, tantum vt OMNIA REGIBVS LI
RE impetret, eò ſe Herodes, aut Rex quiuis proj
Apoc, 13. vt à populo ſuo, de ſe audire velit; *Vidi de mari Beſt*
*aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem*
*ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius*
*mina blaſphemiæ* affirmãtis REGIBVS LICERE OM
NIA, omnia Regum facta, dicta, decreta, hoc ipſo
Iud. 19. ſta eſſe, quod à Regibus emanârint?
1, Reg. 10. Vel iſtud; *Venerunt filij Belial (id eſt abſque iugo)* Ta
ti æſtimant iſtam licentiam?

Non vident quàm turpe ſit, & fœdum, ſi quis
te corporis ſui, quo ratiocinandũ eſt, loquendum,
perandum, diadema regni geſtandum &c. etiam
Antipodum inſtar vt adparet, ambulandum,
culcandum, ventrem (quod faciunt ad vomitum
ebrij) exonerandum &c. quæ ſunt membrorum
poris humani viliſſimorum functiones; Tam tur
eſſe Principi, Reip. Capiti, ſi ipſe alijs regendis, at
ad virtutem omnem dicendis, datus, corruptorem,
lenonem, latronem, prædonem, parricidam gerat
Niſi malimus paulo clementius dicere, non beſt
ſed Stultis dumtaxat eiuſmodi Reges adcenſendos

Nam

Nam non memineram, etiam Stultis licere omnia, aut pænè omnia.

*iij. *Periculoſiſſimè* ⎧ 1. *Deo,* iij. Periculis,
Nam licentioſis illis ⎨
pericula à ⎩ 2. *Subditis.*

*1. *A Deo.* Eum enim, qui ferè Superbis imminet, vt ſe de throno deturbet, inuitat. Diuinitus

*Sequitur Superbos vltor à tergo Deus.*

*Depoſuit potentes de ſede*

*Domus Superborum eradicabitur.* Protaplaſti, quòd ſicut Dij eſſe adfectârāt, atq; exleges; infra hoēs, infra ſe deiecti ſunt; & legibus ſubditi propemodū infinitis.

Nabuchodonoſor qui aliquid homine altius ambierat, aliquid homine minus factus eſt, & trāſiēs pæne totus in beſtiā, ad ſeptennē, cū feris, ferino victu ritug; habitationē, damnatus. Ne dicā iſtā diuinę paritatis humanā ambitionē adeò inuidendam, vt diu Superi ferre non poſſint. *Dijs te minorem quod geris, imperas* ait rectè Horatius. Humanitus,

*2. *A Subditis* ⎧ 1. *Odium,*
pericula ex- ⎨ 2. *Ambitum ſimilitudinis,*
truſionis ob ⎩ 3. *Contemtum.*

*j. *Ob odiū* Homines .n. nō magis licentioſos regnatores, quā equi ſeſſores moleſtos ferre poſſunt. Excutiūt iſti ex ephippio, illi ex throno, aut valdè conātur. j. Odio ſubditorum,

Eccl. 10. *Odibilis coram Deo eſt & hominibus Superbia.*

Ibid. *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.*

Verū Superis Superbi ac licentioſi nil timeant, ab hominibus habent abundè quod pertimeſcant. *Multis terribilis, caueto multos. Vt ameris amabilis eſto.*

Vt Tarquinium cognomento Superbum, filij in Lucretiam inſolens laſciuia non expuliſſet, expuliſſet tamen ſua vel ſola Superbia.

Quis populus illū imperādi ritū, per *Sic volo ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas*, qui proprius eſt Tyrannorū, diū ferat? Quis ita ſuperſcribi edicta: *Edictum Domini Deiq; noſtri, Quo ſubſellia certiora ſiunt*, quos verſiculos ad Domitiani gratiā ſcripſit poëta quidā aſſentator? Iuuenal: ſat.

Quis

Quis ſic literas prænotari aut ſubnotari, vt ol
Sapor ſuas ad Conſtantinum Imp. *Rex Regum Sa
par iceps ſiderum, frater Solis & Lunæ?* Ammon. M
cellinus lib. 17.

Aut, vt ſuas Solymannus ille Turcarũ Tyrann
Carolo V. Imp. ſemper Auguſto Belgæ coquus: *S
man ex victrici nobiliſſ imaque Ottomannorum proſapi
tus, Imp. Turcarum, Rex Regum, & Dominus Domi
tium, Imperitor Trapezuntinorum ac Conſtantinopolita
rum, Dominator Mundi, & terræ Domitor &c.*

Aut, vt ali⁹ illi procul ſucceſſor, *Deus in Terra, Im
perator Imperatorum, Prætor Paradiſi terreſtris &c.* ar
gantius, quàm Perſarum Reges, qui ſe *Reges Reg*
vocitabant?

Non videtis, vti gentes pænè omnes æui noſtri, h
mines illos abominentur atque explodant, qui ſe p
tria ſua lingua frequenter *æquè nobiles ac Regem ſu*
iactant? De Regis ſui corona illi gemmam non m
mam aut parùm pretioſam faſtu illo ſuo verbis fa
que expreſſo, vſurpataque omnia audendi licen
tempore noſtro expunxerunt (vti futurum aliquan
prædixerat, quidam auguſtiſſimæ memoriæ Rex ip
ſorum, vates hac parte nimium fidelis & verax) pl
res forſitan expuncturi, niſi, vt piſcator ictus, ſape
vel diſcant ipſi, vel a ſuis Imperatoribus compella
tur.

Si autem nemo fert eos qui Regi ſuo ſe comparan
quis populus tàm patiens, vt commodè Regem qu
cunq; ferat, paria Deo de ſe ſentientem, ac vocitan
ſe Omnipotentem? Nam quid aliud eſt dicere, R
GIBVS LICERE OMNIA, quam Reges dice
Omnipotentes? Clamitat in cœlum vox illa inſole
tiſſima, REGIBVS LICERE OMNIA, & rebo
omnis terra, & toties garrula Echo repetit, vt no
pugnare non poſſit orbis totus, contra eiuſmodi in
ſenſatos.

Non zelari non poſſunt populi pro Deo, pro ſe.

* *Pro Deo*, cui hominem æquari, aut ſocium eſſe vel
le, intolerandum.

*Pro ſe*

**Pro ſe.* Homines enim infinitos homine vno adeò inferiores, ab homine vno cenſeri, vt ipſi quamlibet multi, vix homines habeantur: vnus verò, & ex ipſis natus, & ab ipſis prouectus pro Deo obtrudatur; cõculcatio non ferenda.

Quaſi dicant; *Incuruare, Vt tranſeamus*: minorare, vt maiores ſimus: Immò aſcendamus, vt plebs tantò adpareat minor.

Extollatur, vt ruant. Vetus eſt, *Regem Perſarum, qui Theodoſij hominem ſe confiteri nolebat, in his Imperatorem coluiſſe templis, in quibus ipſe colitur.*

Pacatus ad Theodoſium. Vide & Pan. vi. Hon.

*Dimidiũ plus toto*, ſi ſaperent Potẽtes & intelligerẽt.

**ij. Ob ambitum* Similitudinis. Tanto enim optabilior cuique fit licentia, quo maior; & ad illam fit via vi maiore & crebriore, quo optatior. ij. Ambitu.

**iij. Ob contemtum.* Nam ſi Herodes, aut Rex quicũque, Omnilicentiam beſtiarum vſurpat; an non vel ſimpliciſſimo cuique videtur mereri, vt eam ſubditi mòx throno deturbent, diademate & ſceptro exuant, immò *ab hominibus eijciant*? iij. Contemtu.

Vt dicant *Nolumus hunc regnare ſuper nos*?

1. Reg. 10. *Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera*

*Proijciamus à nobis iugum ipſorum.* pſal. 2.

Vt beſtia homini dominetur, ordine naturæ præpoſtero!

Vt aſinus aureus Apuleij! vt vitulus aureus Aaronis, tantam hominum illuſtrium, prudentum, fortiũ multitudinem iugo premat! Non ita.

Vt gentes aliæ dedignentur ſibi mulieres, imò effœminatos dominari; nos etiam Beſtiam, & beſtia beſtialiorem nobis dominari patiamur? Ne nos belluę bardiſſimæ ſimus, ſi feramus. ſic populi tunc ſecũ.

Profectò, vt maieſtas actionum & vitæ totius, Regibus conciliat maieſtatem, & throni ſtabilitatem; ſic vilitas illa, & proiectio filia tantæ licentiæ contemtũ Regum, & proculcationem. *Foris canes.* Ad ſimiles, ſimiles relegantur?

Sardanapalos & Nerones ſexum mẽtitos qui
morem?

Hildericus Rex Francorum an non regno e
Pontifice Zacharia, quòd iners atque inutili
regno eſſet?

Henricus III. & ipſe Rex Francorum in homi
ſtiam viuens, quantillo abfuit, quin tonderetur
in monaſterium intruderetur: Monachum, Re
um vidiſſet Gallia, niſi ipſe malè peieratus arch
ante obpreſſiſſet.

Et certè, contra naturam eſt, viliora præeſſe d
oribus; brutum animal, animanti ſanctiori, i. ho

*Dominamini* (inquit Deus protoplaſtis) *beſtiis*
Geneſ. 1.

Pſal. *Impoſuit* quidem *Deus homines ſuper capita n*
ſed homines, non beſtias, non feras, non ſemife
ſemihomines, qui licere ſibi ſorbere, haurire ſa
nem humanum putent, *comedere Iacob*, & equi
inſtar Diomedis, homines vorandos objicere:

Qui ſubditis omnibus ceruicem vnicã, inſtar C
gulæ optet, vt vno ictu omnes perdat.

Qui inſtar Timonis neminem præter Alcibia
& cruentos amet.

Cicero noſter, Poſtquam memoráſſet, à quo
cui nomen eſſet Beſtia, M. Antonij ſocio, ambi Co
ſulatũ, ſubiecit: *atq; hoc quidem deteſtabile omen*
*tat Iupiter.* Qui Beſtiã ſolo nomine Reip. præeſſe
horruit, quantum à Beſtia opere & vita, regnum
aut regi abominaretur? *ic. Philipp. 11.*

Brutos, nõ ſapientiſſima ſtultitiæ imitatione
Liu. dec 1. lis quondam ſub Tarquinio L. Iunius Brutus, & D
libr. 1. uid ſub Rege Achis fuit:) ſed brutos vita bruta & fe
1. Reg. na, & Beſtias nõ tam nomine, quã moribus parũ à b
ſtiarum differentibus, ſibi dominari quis non pop
etiam ſi ſit Pygmæorum imò Amazonidum & fe
narum, tulerit impatientiſſimè? Vel Rex apum il
ſtriſſimus.

Senec. in Medea. * *Deniq;: Iniqua nunquam regno perpetuò manent*, ait Se
neca, ſed nec diu quidem. Cic. 2. off. *Lacedæmonij*

*iuſtè imperantes, nonne repentè oẽs ſocij deſeruerunt, ſpectatoreſque ſe odioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis?*

Videtis igitur ex his libidinoſam illam, de omnipotentia &(vt ſic nunc vocem) Omnilicentia Herodis & Regum, ſententiam, neceſſariò retractandam, niſi Reges diu ſalui eſſe nolint?

*Vt lege opus eſt legibus, quæ ipſas corrigat*, ſic Regibus: *nam & ſale piſcibus: & oliuaceis oleo*, ex quibus tamen oleum gignitur. *Ariſt. li. 2. Rhet. c. 23.*

III.

*Quid reſpondendum obijcientibus ex lib. Reg.* HOC ERIT IVS REGIS *&c.* — *1. Reg. 8.*

Sed repetunt, quod nuper obiecerunt: *Hoc erit ius Regis &c.* quo Sauli futuro Regi, & poſteris, omnis in ſubditos licentia concedi videbatur, & quidem ipſius Dei priuilegio irrefragabili. Itaq; & cæteris Regibus, Saule nihilo inferioribus, eandem congruere. — Præſidiũ licentioſorum quod,

Fateor (Auditores) magnum videri hoc regiæ licentiæ aſylum, & quaſi arcem, Capitolio vett Rom. inexpugnabiliorem. Hùc Curiam, hùc Senatores, huc Optimates omnes, cum B: ennus aliquis nimium premit, quaſi ad aram aut anchorã ſacram perfugere.

Fateor, inquam, ita videri, ſed hoc tantum.

Quale, Et mihi minus libranti aliquandò ita viſum: creditumque inexpugnabile, cum turrim è longinquo ſpectarem. Nunc re ita poſcente, & cælitus nunc iuſſus tota vi Capitolium illud impugnare, quatere, capere, luteum ſatis & argilloſum iudico, tamq; infirmum, vt Reges dedeceat loco tam imminuto, cũ premuntur, includi, nec magnæ gloriæ mihi, aut victori cuicumq; futurum, cepiſſe. Inuadamus tamen, quoniam & textus & Deus iubent.

*1. *Reſpondeo* igitur; Ibi Ivs non dici, quaſi iuſſum p̃ apocopen, quaſi Deus hæc à Regibus Iſraël geri iuſſerit, quo modo vocem Iuris capi poſſe certum eſt. — Impugnatum variè.

Neq; dici pro licentia, aut permiſſione talis impunè perpetrandi, quã Regibus Deus ipſe concedat, ſed pro licentia, quã Reges Iſraëlitarũ eſſent vſurpaturi, Regum barbarorum vſum ſequuti.

j. **Interpretatione ſaniore;** Dupliciter enim poteſt genitiuus iſte *Regis* ſignificare { 1. *Paſsiuè*, 2. *Actiuè*.

*j. *Paſsiuè* ſic; *Ius Regis*, id eſt, quod Regi à Deo, à Natura, à Ciuitate, à Populo, à Gente, a Conſuetudine aut aliter, vel imperatum, vel permiſſum ſit. Ac ſi iſtud (*hoc erit Ius Regis &c.*) ſignificaret, Deum Saüli Regi futuro & poſteris, aut imperare, aut permittere inculpatè facere, quæ ibi latè dicuntur, quo ſenſu Licentiati iſti & Priuilegiarij noſtri, Herodem reſpirantes, accipiunt, cum hùc, quaſi ad Omnilicentiæ ſuæ aſylum, confugiunt. Sic dicimus, leges ſeruorum, leges vxorum, leges militum, non quas ſerui, aut vxores, aut milites ſibi condiderint, ſed quæ illis poſitæ ſint. Non enim ſeruorum eſt leges dare, ſed accipere.

*ij. *Actiuè* ſic; *Ius Regis*, id eſt, q Rex ipſe vel ſibi, vel alijs decreuit, quomõ dicũtur Leges Solonis, leges Lycurgi, lèx Moyſi &c. quod ab ipſis ſunt poſitæ: Et hoc modo ego hic accipi oportere contẽdo (Ius Regis ne arx iſta, vlli præſidio malè Licentiatis iſtis eſſe poſſit; vt ſit quaſi dicat Samuel: Rex, qui vobis imperaturũs eſt, hæc & iſta frequenter faciet dura & tyrannica, & conſuetudinem ita agendi ſibi, vobis illa patiendi, ſenſim introducet; ſed & volet credi, illa & ſimilia Regibus licita eſſe; Hic enim potentiæ abuſus, Regibus ferè in vſu eſt. Hic *mos*, hæc *conſuetudo* imperantium eſt, hæc praxis, hæc licentia, hæc fingendi ſibi iuris ratio, ea vſurpatio. Hæc Regalia vocabuntur.

Hebræum ſanè nomen, idem quod *diſpoſitio*, *mos*, *ſtatum. Vide Genebrardum in Chronolog. li. 1 pag. 102.*

Franc. Vatablus annot. 14. in 1. Reg. 8. ſic ait: [Ius] *vel, iudicium, quaſi dicat, His moribus, & hac conſuetudine vtentur erga vos Reges.*

Ius vocat, conſuetudinem ſimilia perpetrandi, poteſtatem nimiam.

Scriptura enim ſancta res aliquandò vocat nominibus, non quas ipſæ merentur, ſed quibus vulgò vocantur.

*2. Re-

*2. *Reſpondeo*, impunitatem dumtaxat à iudicio humano denotari, & poteſtatem ſeu vim iſtã, nullo ſubditorum audente reſiſtere, faciendi. **ij. Acceptione Iuris pro impunitate, publica,**

Ac tum, quod in hac ſententia Herodi perfugium, vt nolit à Baptiſta audire *Non licet tibi &c* quaſi iure diuino ei omnia liceant?

Non enim diffitemur, ita ferè ſolere Reges, aut talia viribus regijs poſſe.

Ita autem, vti nunc dixi, accipiendum hoc eſſe, fidem faciunt, quæ ſequuntur;

Scilicet
- *1. Achabi reprehenſio;*
- *2. Iezabelis vltio in agro Naboth;*
- *3. Regum & Tyrannorum differentia;*
- *4. Coniugij & regni ſimilitudo;*
- *5. Eccleſiæ Doctoris cenſura.*
- *6. Legum multitudo.*

**Quæ probantur variè.**

*j. *Achabi* grauis reprehenſio ab Elia, de rapta Nabothi vinea.

Quod benè reprehenditur, non benè & iure exercetur.

Sed Rex Achab, qui ſuſtulit Nabothi vineam, nil fecit, quam quòd textu illius iuris continebatur; *Agros quoque veſtros, & vineas & olineta optima tollet*, aiebat egregius ille Iuris regij textus: ab Elia grauiter, & benè, eſt reprehenſus;

Ergò malè Achab qui vineam ademit. Ergò ius illud Regis, Regibus nullum ius omnia audendi facit.

Alioqui, Naboth potius ab Elia fuerat increpandus, qui Regi petenti, & quidem blandè, prece & pretio, ius ſuum non reddiderit.

Elias ſeditioſus & turbulentus, Regem accuſans vtentem iure ſuo.

Alterutrum neceſſarium, vel Achabum facientem, vel Eliam accuſantem peccâſſe;

Sed hactenus nemo ſanus Achabum ab Elia temerè reprehenſum, aut etiam Nabothum non concedẽdo peccâſſe, adſeruit. Ergò neceſſarium Achabum eripiendo, peccâſſe.

Deniq; , cur Achabus voluerit vineam emere, ſi
cebat tollere?

Etiam Chryſoſtomus inconſultè Eudoxiam Au-
ſtam Arcadij vxorem de ademto Callitropæ vidua
gro reprehenderit? Abſit.

Dauid ius iſtud Regis neſcierit, qui aream Orna
Iebuſæi non antè accipere acquieuit, ad altar
Deó ædificādum, quàm ille pretium iuſtū ſuſcepe

*ij. *Ieſabelis vitio.* In agro enim cæſi, & vinea ſpolia
Nabothi, Reginæ ſanguinem canes diuino inſtinctu
linxerunt

Aut iniuſtè rapta vinea, etiam ſtāte iure illo reg
aut iniuſtè pæna inflicta.

Nam cur Dominus tam barbarè Reginam, Reg
filiam, Regum matrem tractari voluit, ſi nihil tum
cerat, niſi quod ius illi diuinum iam olim vel imp
rarat vel permiſerat?

Si erat *ius Regis* paſſiuo ſignificato, id eſt *ius Regi*
uinitus datum etiam vinearum tollendarum; cur
lata vita pro vinea?

Cùr Dauid factus inſolentior; cur tot alij Reges
ob inſolentias quiſq; ſuas, malè à Deo mulctati?

Quis æqu⁹ Iudex punit ꝙ fieri præcepit aut pmiſ

Sed abſit, vt à iuſtiſſimo Deo dicamus & iniuſtam
iram, & iniuſtè inferri.

*Ioſep. l. 6. antiq. c. 4.* *Vide Ribadeneirā in Principe Chryſ. l. 2. c. 9.* *Plaut. in Moſtell. 4*

Igitur *ius Regis*, non ait præſcriptionem, aut per-
miſſionem Dei, ſed vſurpationem, ſed vſitatam Reg
licentiam, ſed productionem, *in quantis incommodi-*
*bus erit viuendum,* ſub Regibus, vt loquitur Ioſephus.

*iij. *Regum & Tyrannorum* differentia. Regem enim
dicunt Principem qui Remp. ad vtilitatem commune
adminiſtrat, qui oblitus quodammodo ſui, Gentibus
viuit: Tyrannum, qui ſibi: cum Rex ſit propter re-
num, non regnum propter Regem, vt tutor propter
pupillum, paſtor propter gregem.

An ergò credibile, Deum cunctarum rerum ſapi-
tiſſimum ordinatorem res tàm contrarias, Reges &
Tyrannos, voluiſſe confundere, *quaſi quem vna mul*
*iura confundit coquum?*

Con-

Confudiſſet autem, facta tunc ac data Regibus licentia, eadem omninò, quæ Tyranni ſolent, perpetrandi, per illud (*Ho erit ius Regis &c.*)

Nam quid aliud ſolet, vel audet Tyrannus, quam quæ egregium ilud IVS REGIS (quod Licentiati & Priuilegiarij iſti noui ſomniant) falsò videtur permittere?

*iiij. *Coniugij & regni ſimilitudo.* Caput regni Rex; Et *caput mulieris vir.*

Eſt populus ſub Regis poteſtate? Et mulieri dixit Deus; mox a lapſu *ſub viri poteſtate eris.* Geneſis 3.

Rex in Regno ſuo, quam latè patet, Dominus eſt? Hoc in domo ſua etiam eſt maritus. Ferè vndequaque par Regis & mariti regnum.

Vulgo etiam iactatur adagium, *Suæ quemq; domi Regem eſſe*, quod ab ipſa vſq; antiquitate manaſſe Roterodamus ex Homero comprobat.

Regis, & Carbonarij hoſpitis, fabella id indicat, cũ parata Regi cænula, ita vterque adagium illud verum conſitetur; *Io. VVlteius. lib. 1 epigram.*

*Parce, inquit hoſpes quiſquis es, miſello,*
*Et vultu placido potens recumbe,*
*Hæc eſt cænula, iam precor, recumbe,*
*Rex inſtat, tamen & precatur ille*
*Hoc dones mihi, tu prior recumbas.*
*Rex inſtat magis, ac magis roganti.*
*Vrget ruſticus, & premit negantem.*
*Cum nullis precibus mouere poſſet,*
*Tandem te volo, dixit, hic cubare,*
*Sum Rex ipſe domi meæ, recumbe.*
*Quod vis, hoc volo (Rex ait) recumbo.*
*Seruit imperio, accubatque iuſſus,*
*Ridens obſequitur, refertque ſecum*
*Non eſt hic dominus, ſed imperator.*

Cicero libro 1. de Oratore tale regnum agnoſcit; *Quare inquit, negâſti, te fuiſſe laturum, niſi in regno meo eſſes?* id eſt in Tuſculano, & domi meæ?

Sed nulli marito omnia in vxorem licere voluit Deus, non quæ iure ille Regio in libr. Reg poſito

continentur, ſed ipſos voluit certis omninò legi[bus]
coerceri.

Aliquas maritis leges Deus, alias homines po[ſuê]re: alioqui *non expedit nubere.*

Ergò nec Regum ius in Subditos illud eſſe vo[luit]
quod ibidem decretum eſſe noui iſti Licentiati in[ter]pretantur; ſed dumtaxat prænuntiauit quædam [inſo]lentiæ Regum vſitatiora.

5. *Doctoris Eccleſiæ cenſura.* Gregorius enim Mag[nus]
ſic in hunc locum: *Cùm ergò ius Regis prædicitur, mo[re]rum in vnius carnalis Præpoſiti conuerſatione oſtendi[tur], quod carnales cæteri ex tyrannide acturi ſunt, non quod [ele]cti debeant imitari.* D. Gregor. lib. 4. ca. 2. in c. 8. 1. li[b.] Reg.

*6. *Legum multitudo.* Diuinarum, Humanarum.

Nam ſi verum eſt REGIBVS LICERE OMNIA, cur Deus olim tot leges Regibus, tot ipſi homines poſuêre?

Cur dictum; *Cum fuerit conſtitutus Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatu[s]*
Ioſue 1. *numero ſubleuatus?* Deut. 17.

Si maiora illa licent, cur non hæc minora?

Si Deus verbis illis, HOC ERIT IVS REGI[S]
&c. Licentiam omnem Regibus fecit, & infrænes eſ[ſe] voluit; cur, ex ipſis ipſiſſimis quædam vetuit, quæ[dam] alia præcepit?

Cur ſic ad Ioſue, quaſi ipſi ſoli data lex eſſet, & ab ipſo ſolo imperatore obſeruanda; *Confortare, & eſto robuſtus valdè, vt cuſtodias & facias omnem legem quam præcepit tibi Dominus?*

Scilicet, ita iniquus in populos, & ſubditos omnes, fuerit æquiſſimus ille omnium legum & iurium fictor Deus, vt ipſis tam multa præceperit aut prohibuerit; Regibus autem nihil omninò, ſed OMNIA LICERE voluerit? Populum obprimere, Reges abtollere ad Deos vſque?

Quàm multis tam magna occaſio vſurpandi Terentianum illud: *Verum illud Chreme*

Dicun[t]

*Dicunt, IVS ſummum, ſæpè ſumma malitia eſt!*

Cic.lib.1.off. *Summum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium.*

Profectò: Si Ivs illud Regis, pro iure diuinitùs Regibus indulgenter conceſſo, accipi oportet; Deus Opt.Max. Ius indignum ſua Bonitate, ius amariſſimum, incoctum, & inſalubre corporibus Rerumpublicarum ſorbendum propinauerit: Ius cicutę, ius equiale, Ius ad mortem pro antidoto miſcuerit. *Matth. 11.*

Dederit iugum, Iugum ferreum, Iugum indignum non modò collo filiorum Adæ, ſed ne boum quidem; indignum illo, qui dixit *Iugum* ſuum *ſuaue, & onus* ſuum *leue*; *Iugum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare* poſſimus. *Act. 15.*

*3. *Reſpondeo* notandum, dici *Ius Regis, non Regum,* vt ſolius Saulis illud fuiſſe intelligeres, non poſterorum Regum gentis Iſraëlitarum, non omnium, qui reliquis Gentibus imperaturi eſſent. 3. Reſtrictione ad vnũ Saulẽ,

Saulem enim tandem in Tyrannum multis modis degeneraſſe, certum eſt.

Et id Deum permittere congruum fuit, vt iam mòx ſub primi Regis dominatu, diſcerent, inutiliter ſe Reipub. formam, inaudita Dei diſſuaſione, commutaſſe. Cui talia permiſſa vel iuſſa, in populi mòx vltionem,

*Seruient ei, vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meæ & ſeruitutis regni terrarum*, aiebat olim Dominus. 2. Paralip. 12.

Nec alienum, credere, Sauli ſoli pleraque dura vel diuinitùs imperata, vel permiſſa in Iſraëlitas fuiſſe, quaſi tormenta, & pænas iuſtas iniquæ petitionis noui dominatus, quæ iure & ſine peccato exercere potuerit, ac fortè cum merito, vt quiuis tortor, & iuſtitiæ legitimæ miniſter, cum verberat, cum vrit, aut ſecat meritos, ex Iudicum placito, ac decreto. Non tortor tùm, ſed Prætor hæc facit.

Itaque nec hoc ſenſu vllum præſidium volentibus Regibvs Licere Omnia, ab his verbis, *Hoc erit ius Regis &c.* Nam ius vnius, non eſt omnium; nec omnes populi eadem, quæ Iſraëlitę, meruerunt.

Cæterùm ſi verum eſt REGIBVS LICERE[...] NIA, ſi hoc erit ius Regis, ſi ea Regum legum[...] re omnis gens libera, vt quondam Romani, reg[...] nomen oderit; iure omnis Reſpubl. decretum qua[...] lim Roma, condiderit, ne Regem aliquãdò patere[...]

*Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt*

*Sueton. in Auguſto c. 94.*

Suetonius enim refert auctore Iulio Maratho[...] te paucos, quàm Auguſtus naſceretur, menſes, pro[...] gium Romę factum publicè, quo denuntiabatur, [...] turam Regem populo Rom. parturire: Senatũ au[...] exterritum cenſuiſſe, ne quis eo anno genitus edu[...] retur.

Cur enim Leunculus educetur, vt Leo factus o[...] nia deprædetur?

*Cic. orat. pro lege Manil.*

Conciliatio per diſtinctionem.

Ne verò ego, homo pacis, & amator charitatis [...] gio nomini, quod Romæ aliquandò & alibi, tam [...] ctum fuit, vt afflictis eorum fortunis libẽtiſſimè [...] curreretur, parùm fauere cuiquam videar, quædam [...] fauorem Regiarum Maieſtatum, candidè ſubijcia[...]

Notandum ergò Ius aliud eſſe
- 1. *Diuinum*,
  - 1. *Naturæ*;
  - 2. *Moſaicum*;
  - 3. *Chriſtianum*.
- 2. *Humanum, Politicum*,
  - 1. *Ab ipſis Reg[...] poſitum*;
  - 2. *Ab alijs ac[...]*
- 3. *Mixtum, Canonicum*.

* 1. *Diuinum*, quod vel Deus ipſe nobis indiderit, [...] dederit per Angelos, vel per hominem Deum.

j. In ius diuinum Naturale, quo omnes æquè tenentur.

* j. *Naturæ*, Nam & illud Deus animis omnium [...] ſculpſit.

Ioan. 1. *Lux vera* Chriſtus *illuminat omnem homin[...] venientem in hunc mundum.*

Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, [...] legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſ[...] lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, [...] monium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe [...] uicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus, & cæt.*

Tertull. apolog. c. 1. *Omne malum aut timore, [...]*

*dore natura ſuffudit.*

Ariſtot.lib.1 Rhet. c.13. *Eſt quoddam Natura iuſtum, & iniuſtum, quod omnes vaticinantur, etiam ſi nulla inter ſe ſocietas aut pacto ſit.*

Cic.orat. pro Milone. *Eſt enim hæc, Iudices, non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa adripuimus, hauſimus, expreſſimus; ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus &c.*

Ea enim nihil aliud eſt, quam liberalis communicatio legis æternæ, quam Deus rationabili creaturæ, cum ipſo mòx ortu, præſtitit.

Vndè in illud Rom. 2. *Gentes quæ ignorant legem, naturaliter quæ legis ſunt faciunt*; dicit gloſſa; Etſi non habẽt legem ſcriptam; habent tamen legem naturalem, qua quiſque intelligit, & ſibi conſcius eſt, quid bonum, & quid malum, de qua etiam ait pſalmus; *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine &c.* id eſt, impreſſum hominibus eſt diuinum quoddam lumẽ, quædamque mentis irridiatio, qua videat, quid bonum, quid ad ſalutem vtile, quid non.

pſal.88. *Domine in lumine vultus tui ambulabũt.* Et alibi: *In lumine tuo videbimus lumen.*

**Moſaicũ,**

* ij. *Moſaicum*, ita dictum, non quod Moyſes illud condiderit, ſed quod eius quaſi baiulus, atque interpres fuerit.

**Chriſtianum,**

* iij. *Chriſtianum*, ſeu Euangelicum, quod mundo propoſuit Chriſtus ipſe Legifer noſter, filius Dei, Ius æternum & vltimum, cæterorum origo & plenitudo.

**Quæ ſuos æque omnes obligant,**

De cuius triplicis Iuris decretis, illud Regis Pſalmiſtæ ad omnes æquè pertinet Reges populoſque: *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*, facta tamen temporum commoda diſcretione, vt ad mandata legis Moſaicæ, ij tantum qui ſub illâ vixere: ad mandata Euangelicæ, etiam qui ſub ipſa; omnes verò ad Naturæ æquè tenerentur.

Nemo tã eximiꝰ, aut egregiꝰ, vt in ordinẽ his legibꝰ, aut earũ aliqua nõ cogatur. Profectò leges Dei ſcriptæ

Virg. 1. Æneid. non ſcriptæ *ſceptra ligonibus æquant.*

*Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur*; par Re[gum] priuatorumque vinculum.

Vt *Regum timendorum in proprios greges imperium*, ità *Reges in ipſos imperium eſt Dei*. Maieſtatis læſæ, greges Regeſque æquè tenebuntur.

Non magis Alexandro, aut Cæſari, latroci[nio] prædari iuſto exercitu regna aliorum integra li[cet] quam piratæ, ſeſquipedali ſcaphula, merces aut q[uo]uis peculia priuatorum.

*Non* magis *Herodi licet habere vxorem fratris ſui Phi*lippi, quam mihi è fæce vulgi mei, aut tibi tui.

Non cædibus pro libidine indulgere &c.

Regibus Lex etiam tota Naturæ ad vnguem [ob]quenda eſt, vt alteri faciat aut nō faciat, quo mod[o] cùm tranſigi ab alio velit.

*Princeps illis quæ ex Iure Diuino & Naturali placuit ligatur*. Bald. l. final. C. de Leg.

Illud Hadriani Imp. Reges oportet perpetuò m[e]miniſſe, quo aiebat, *Talem ſe præſtiturum Imperatorem, qualem ſibi optaſſet priuatus*, id eſt leges Naturæ, Reip. Publ. ſeruaturum. O dignam quolibet rerum pot[ente] ſententiam!

Aliter Regibus non licere, vel Ethnici ipſi etiam milites profeſſi, qui Deorum iras aliter ſecum age[n]tibus propoſuere.

Ilioneus, Æneæ, ad Didonem Carthaginenſium Reginam, Orator, cum quæſtus de feritate popul[i] forte regiorum miniſtrorum eſſet, dicens; *Hoſpitio prohibemur arenæ*,

Virg. 1. Æneid. *Bella cient, primáque vetant conſiſtere terra*, id eſt, litus quidem naufragis nobis permittunt, cuius po[ſ]ſeſſio ferè eſt occupantis, crudeles nimium, qui [in] communibus, etiam ſumma neceſſitate, vetant. [Sub]iecit; *Si genus humanum, & mortalia temnitis arma*;

*At ſperate Deos memores fandi atque nefandi*; id eſt, [ſi] neminem timetis, aut nimium imbecilles nos, & [vires] noſtras putatis, qui poſſimus de vobis pænas ſumere, aut gratiam referre; ſaltem vel ſperate à Dijs imm[or]ta[l]-

talibus ſeruati iuris naturalis, vel ab ijſdem pænam timere (quem ſenſum malim, ſequutus Seruium, & pueritiæ meæ præceptores, qui hic *ſpero* pro *timeo* interpretabantur) iuris. Naturæ violati. q. d. Vt Regibus omnia liceant, per humanarum virium imbecillitatẽ ad reſiſtendum; non tamen ius Naturæ licet, propter vltionis diuinæ certitatem, violare. **Horat.**

*Raro antecedentem ſceleſtum deſeruit pede*
*Pæna claudo*, ait ille.

Nam cùr in hæc iura plus liceat Herodi Regi, quam cuiuis homini?

Ecquò nobis quæſo in Iudicio illo Dei abibit, quod in Herode regium eſt, quum damnabitur in eodem quod homo eſt, quod homo hominem non geſſerit, nec hominem vixerit?

* 2. *Humanum*, politicum. **2. In Ius humanũ,**
* 3. *Ab ipſis Regibus poſitum*,

De illo eſt, quod dicitur REGIBVS OMNIA LICERE.

*Princeps ſolutus legibus traditur, hoc eſt, nulla Iuris poſitiui ſolemnitate arctatur*. Bald. l. final. C. de Leg.

Vt Regibus aliquid hic aliquandò liceat, diſſimulo, etſi magis deceat, & ipſos iſtud quoque ius cum primis ſeruare. *Sic agitur Cenſura, & ſic exempla parantur*,

*Cùm Iudex alios quod monet, ipſe facit*. Ouid. 6. Faſt.

Vt de hoc iure dicatur *Reges eſſe ſupra leges*, extorqueri quidem, ſed inuitus tamen, patior. **Vel quod ipſi Reges poſuerũt,**

Illud Regis Aſſueri, ad Reginam Eſtherem, *non pro te, ſed pro omnibus hæc eſt lex conſtituta*, hùc quadrare poſſit, *Eſther* 5.

Vt, ordinaria poteſtate, in hoc Ius REGIBVS NON LICEANT OMNIA, extraordinaria tamen illa & egregia, OMNIA LICENT. **Supra quod ipſi ſunt,**

Sicut Deo Patri & *impoſſibile* erat, aut non licebat, ordinaria poteſtate *transferre calicem* à Chriſto, *niſi biberet illum* (vndè & Chriſtus iam iam paſſurus aiebat; *Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua*;) Et idem poſſibile tamen erat abſoluta **Matt. 26.**

(vndè

(vndè & filius quoque ait, *Omnia tibi poſſibilia ſunt* *vis potes:)* ſic Regibus hic & non omnia licent, & li omnia.

Nec inſolens, ipſum Deum quædam etiam con Ius & Ordinem a ſe initio poſitum facere (etſi non ſi magnis de cauſis, nec frequenter) quæ vel mira la, vel monſtra adpellantur.

V. c. Iam olim ita ſaxerat; *Cunctis diebus terræ ſem tis & meſsis, frigus & æſtus, æſtas & hiems, nox & di non requieſcent*. Gen. 8.

At quoties mutatus ordo tempeſtatum? quoti *tenebreſcere fecit Solem in meridie*? Mementote tenebra rum illarum ingentium in Ægypto, toto triduo, ſu Pharaone: & illarum, toto orbe, tres horas, cum D naturæ pateretur; & illarum, quę in morte tam C. C ſaris, quam Cocceij Neruæ Impp. contigerunt.

Sanxerat iam olim, *In ſudore vultus tui veſceris p tuo*. Geneſ. 3.

*Qui non laborat, non manducet.*

At tandem aliquandò, totos 40. annos, Iſraëlit rum populus manducabat, & non laborabat.

Ordinem hunc quoque perpetuum idem vo luerat, vt homines quinque digitis in qualibet manu quinque articulis in quolibet pede, & ex mare & fœmina omnes naſcerentur, & ab Adæ lapſu omnes *lij iræ.*

At quam multi cum ſex digitis atque articulis pro dierunt?

Et nonne Chriſtus, contra rerum ordinem natu ex Maria virgine?

Nonne & aliquot Diui antè in vtero, priua quad gratia, renati Deo & facti ſancti quam nati Mundo Ieremiam & Baptiſtam in his omnes numerant, ple que gemmam Virginum Mariam ne in peccatis qui dem conceptam adfirmant, quibus facilè adſen tior.

Itaque, & Regibus, viuis Dei imaginibus, in ſu ipſorum leges, aliquid nonnunquam licet, dum & ra rò, vt a magnis cauſis id vſurpent.

Hæc

Hinc illud, *Eius eſt legem violare, cuius eſt condere.*

Plus deceat tamen (ſenſo meo) & hoc ipſum Ius ſuum ab ipſis autoribus ritè ſeruari, idque varijs de cauſis. Subeſſe tamen magis expediat.

* j. *Ne iſtud* iactetur in Reges; *Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere* Matth. 13.

* ij. *Ne imprudentiæ* notentur, qui cum leges ſanciunt, hæc aut illa non viderint; neque de his aut illis, ob quæ contra leges ab ipſis agitur, exceptiones legibus adhæſerint, dicendo ſic aut ſic; Ita fiet, niſi forte hoc aut hoc acciderit.

* iij. *Ne alios* ipſi doceant Ius à ſe poſitum violare, & leges refigere.

Videntur imperia, primum ipſa imperantium obedientia ſancienda.

*Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur*
*Cum Iudex alios quod monet, ipſe facit.* Ouid. libr. 6. Faſt.

Alphonſus improbè agere Principes dicebat, qui alijs honeſtè decoreque viuendi legem præſcriberent, ipſi verò nihilo temperatiores ſe præberent. *Panormitanus l. c. de reb. geſtis Alphonſi.*

Maximi quique hic admodum religioſi.

Imprimis Deus ipſe, qui quædam ſua quaſi fata nunquam immutat.

Auguſtus Imp. quum aliquando legem tuliſſet de Adulteris, quo modo iudicandi eſſent de hoc crimine delati, & quo modo conuicti puniendi; aliquantò poſt, iræ impotentia, irruit in adoleſcentem delatum, quod cum Iulia ipſius Auguſti filia commercium habuiſſet, eumque manibus verberauit. Itaque quum adoleſcens exclamaſſet, (*Legem tuliſti, ô Cæſar.*) Tanta pænitudine adfectus eſt, vt eo die cœnam capere recuſarit. In ſua, tamque atroci iniuria tantus Imperator ſic doluit legem a ſe latam violatam. *Roterodamus* lib 4. *Apophth. ex Plut. in apophth.*

Lycurgus Rhetor, legem quam tulerat, ne in vxoris quidem gratiam abrogare voluit, potiùs mulctã, quã addi-

addiderat, de ſuo dependit.

1 *Reg.* Saul Rex, vix Ionathæ filio, vix pœnam tis remiſit, quòd contra ſuum edictum, ſumma neceſſitate, vel tantillum mellis delibaſſet.

Saleucus Rex Locrenſium, ne legem de expu dis adultero oculis temeraret, cum filius eius ter probatus eſſet, vnum ipſe ſibi, filio alterum uit eruendum.

*Diodorus Sic. l. bi-blioth. Hieron. Card. li. 3. de conſol.*

De Diocle Syracuſanorum Legislatore, ex Di ro Siculo; de Saletho Crotoniorum Principe ex ronymo Cardano, ſuorum in leges ſuas peccan in ſeipſos vindicibus, quæ dixi ſupra, dictione petam, vos ipſi cogitatione repetite.

*Verbum meum, Rex meus*, aiebant ſcilicet illi ſe vti & debeant Reges omnes.

*D. Ambr. ep. 32.*

D. Ambroſius ſapienter & fortiter ad Valen num; *Præſcripſiſti alijs, præſcripſiſti & tibi. Leges enim perator fert, quas primus ipſe cuſtodiat.*

Vel quod à maioribus poſitũ acceperũt priore ſtabilius.

*ij. *ab alijs* acceptum, vel Regibus aut Imper ribus; vel Legislatoribus anteceſſoribus ſuis; vel ab ipſa Repub. cum ſe, ſeruandi tamen talis aut pacti conditione, habendam regendamque tradi id eſt, dedit ſui poteſtatem.

*Io. Molan. lib. 4 de fide rebellibus ſeruãda reſp. ad obiect.* 10.

*Huc pertinent* (ait Molanus) *pacta inter ſubdito Principem in inauguratione inita ... Ad quæ aliquando ijcitur pœna amittendi Principatus.*

Plutarch. tom. 2. vit. in Pyrrho. *Mos erat vt in P* rone (Moloſſiæ locus eſt) Reges Ioui *Areo* (Mar ſeu bellicoſum Latini dicerent) *ſacrificantes iurame* ſe populo obſtringerent *imperaturos ſeſe ſecundum ges: ac viciſſim iuraret populus, ex legum præſcripto ſe conſeruaturum.* Benè hoc Ioui Martio, vt ſubindica tur Iouem bello & diſcordijs vindicaturum ſi qua pars pacto non ſtaret.

Sic ergò iuratis multò minùs licere arbitror om nia.

An non Pactorum, conuentorumque conſt Magnos, Paruos æquè obligat? Imò non æque, ſed Magnos maximè. Nam *Si fidem Nobilis & gen*

*ſen*

*ſeu Patritij*, quaſi Iuriſiurãdi & Sacramenti maximi loco vſurpant.

Seruanda autem maximè pacta Regum cum ſubditis & amicis, cùm omnium calculo fides etiam hoſti ſit ſeruanda.

Manus ſcilicet ſibi ipſi, vt dicitur, ſic ligauerunt, vt pro libito irritare, aut reuocare non poſſint.

* j. *Ne notam* perfidiæ toti Regum claſſi inurant.

* ij. *Ne obicibus* ſempiternis viam fidei ſibi habendæ in fœderibus percutiendis, & pacibus perficiendis, claudant.

* iij. *Ne poſteris* feneſtram, ad ſuarum quoque legum violationem, dum ipſi illas maiorum violare & antiquare audent, aperiant.

* iiij. *Ne credibile* faciant, illud vel Solonis, vel Anacharſidis, vel vtriuſque, quo leges telis aranearum comparabantur. *Vt enim* (aiebãt) *araneorum telas corui perrumpunt, muſcæ inhæreſcunt; Sic leges plebeculam imbellem vexant, à potentibus impunè violantur.* Valer. Max. li: 7. c. 2 & Stob. ſer. 431.

Poſſet enim tùm facetus aliquis, & ſapiens ſtulti imitator, ſcopis tabulas legum & decretorum publicas vertere, ac tum, ſi increparetur a quoquam, iuſtè reſpondere; *nihil ſe mali agere, ſed telis aranearum parietes Curiæ repurgare, alioqui oculos curioſiores offenſuris.*

* v. *Vt Deum* imitentur. *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum &c.*

De illis ergo legibus dicere nõ eſt illud Plinij, *Principi eas nemo ſcripſit.* Nam quibus alijs ab ipſo? Trecentis cæcis Pariſienſibus? *Plin. in paneg. Traiani*

S. Ludouicus Galliæ Rex piè in ſuo teſtamento (quod in theſauro Franciæ fertur aſſeruari) ad Philippum filium & heredem ſuum; *Iuſtas tui Regni leges obſerues.*

Vel Biantis Cenſura, *Is Princeps optimus, qui vtitur Patriæ legibus.*

Et Solon percontatus, qui ſalua poſſet eſſe Reſp. *Si ciues*, inquit, *Magiſtratui obediant, Magiſtratus autem*

*legibus*. Stob.ſer 41.

Ageſilans aiebat *bonum Imperatorem legum imp* *parere oportere*. Plut.in apopht.Lac.

Plebi imperent moderni, id eſt, Magiſtratu Magiſtratui, maiores, id eſt, leges moſque rum.

Theopompum Regem Lacedæmoniorum quam ſatis quiſquam laudauerit, qui adeò Le ſeruus eſſe voluit, vt etiam primus Ephoriam, magiſtratum inſtituerit, ità dictum ἀπὸ τοῦ quod eſt intueri, quòd, ad ciuitatis ſalutem, in R intentos haberent oculos, adeoque regiæ po tunc eſſent oppoſiti, vt poſtea Romæ Tribuni imperio Conſulari. Cenſores ſibi, & recognitor litiæ ſuæ aliquos volebat eſſe, nec mediocrites ros.

Studebat ſcilicet Rex iſta modeſtia regni ſtabi ti, atque exemplo impugnabat adulatorium iſtu xioma, REGIBVS LICERE OMNIA.

Cùm enim ei aliquandò vxor, paulò licentiæ ioris auidior, dixiſſet, *Egiſſe illum creatis Ephoris, vt minorem poteſtatem relinqueret*; *Relinquam* (inquit *diuturniorem*. Valer.Max.l.4.c.1.

*Plut.in Lacon. apopht.* Demaratus etiam modeſtè, qui percontanti, Sparta exularet, cum Rex eſſet, reſpondit: *Quoniam ges ſunt in ea potentiores*, inſinuans Reges ſubeſſe le bus.

*Zon. tom. 2.in Traiā.* Traianus Imp. quum gladium poteſtatis Prætori Romano tradens, dicebat; *Acciperet pro ſe nè; contra ſe, ſi malè gereret Remp.* an non docebat, Imperatores imperijs legum ſubeſſe?

Nonne hoc ipſum AEgyptiorum Reges, qui Ma ſtratibus tale iuramentum præſcribebant, *Se Reg mandatis, ſi cum æquitate pugnarent, morem non eſſe ge ros*? Quale Iuſiurãdum etiam Philippus Pulcher Ga lorum Rex dicitur ſuis imperaſſe.

Nonne idipſum Antiochus Tertius qui Ciuita bus ſcripſerat, vt *ſi quid per literas fieri iuberet, quod le bus aduerſaretur, non curarent, quaſi eſſet ipſo neſcio ſcriptū* Eraſ.l.5.apopht.ex Plut.

Inge-

Ingenuè illi profeſſi ſunt, ſibi, etſi maximis Regibus, non omnia tamen licuiſſe, ſaltem maiorum inſtituta ſequi oportuiſſe.

Ex quo fit, vt tanto minùs Chriſtianis Regibus liceant omnia, & non rarò poſſint, imò debeant, Eccleſiaſtæ Iohanniſare, & illud Baptiſtæ inculcare; *Non licet tibi habere vxorem fratris tui &c.* non licet tibi, hoc dicere, hoc agere &c. ô Rex, ô Imperator &c.

Et Tyrannica vox ſit illa Vitoldi Lithuaniæ Ducis, qua dicere ſolebat, *Plebem legi, legem autē Principi ſubiectam eſſe oportere.* Æneas Syl. lib. 4. comment. in res geſtas Alphonſi.

Vbi tamen Herodes aliqais cõtigerit adulter, inceſtus, polygamus, tyrannus &c. dicat priuatus quiſque ſecum, quod olim Sinnueſſani Concilij Patres ad Põtificem Max. pænitentem, quod Dijs etſi per vim ſacrificaſſet; *Summa ſedes à nemine iudicatur*, potiùs quàm priuatus Herodi manus inferat violentas. (In Reges legirupas vt procedendum:)

Quæ enim ad Rempub. ſpectant, non ſunt à priuatis perſonis hùc non autoratis, aut tractanda, aut peragenda, in quibus eſt cum primis Tyranni occidium. Fieri enim poteſt, vt Magiſtratus, & ordines populi, iudicent violentiam & tyrannidem eius eſſe ad tempus tolerandam, ne Reſpubl. ex vnius nece grauiora capiat detrimenta.

Expectet aut diuinam vltionem, aut publicam autoritatem.

Ioan. Molanus, *Gentes, populique Ordines, ſibi ferè retinuiſſe ius frænandorum Regum: cui nulla temporis præſcriptio obeſſe poteſt.* (*Io. Molan. lib. 4. de fide rebellibus ſeruãda reſp. ad obiect. 9.*)

D. Thõ. l. 1. de regimine Principũ c. 6. *Videtur magis, contra tyrannorũ ſæuitiam, nõ priuata præſumptione aliquorũ, ſed authoritate publica procedendum. Primò quidem, ſi ad ius multitudinis alicuius pertineat ſibi prouidere de Rege, nõ iniuſtè ab eadem Rex inſtitutus, poteſt deſtitui, vel refrænari eius poteſtas, ſi poteſtate regia tyrannicè abutatur. Nec putanda eſt talis multitudo infideliter agere, tyrannum deſtituens, etiam ſi eidem in perpetuò ſe antè ſubiecerat. Quia hoc ipſe meruit, in multitudinis regimine ſe non fideli-*

*ter gerens, vt exigit Regis officium, quod ei poſtea ſubditus non reſeruetur.* Eſt poſt pauca. *Si verò ad ius alicuius ſuperioris pertineat, multitudini prouidere de Rege, expectandum eſt ab eo remedium contra Tyranni nequitiam. Sic Archelai, qui in Iudæa, pro Herode patre ſuo regnare iam cœperat, paternam malitiam imitantis, Iudæis contra eum querimoniam ad Cæſarem Auguſtum deferentibus, primò quidem poteſtas diminuitur, ablato ſibi regio nomine, & medietate regni ſui inter duos fratres diuiſa. Deindè, cùm nec ſic à tyrannide compeſceretur, à Tyberio Cæſare relegatus eſt in exilium, apud Lugdunum Galliæ ciuitatem. Quod ſi omninò contra tyrannum auxilium humanum haberi non poteſt, recurrendum eſt ad Regem omnium Deum, qui eſt adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.*

Omnia tentanda, ne vnctis Domini manus inferantur.

Nonne vides trecentos aut circiter annos Iſraelem continuam Regum AEgypti, mòx à Ioſephi morte, tyrannidem tuliſſe, nunquam tamen arma cepiſſe?

*Io. Molan. lib. 4. de fide rebellibus ſeruāda reſp. ad obiect. 9.*

Et notandum cum Molano, *non iudicandos etiam ab Ordinibus populi, Reges pro priuatis delictis, quale erat homicidium & adulterium Dauidis, ſed pro iis, quibus publicus ſtatus euertitur.*

3. Mixtū, ſeu Eccleſiaſticum.

* 3. *Mixtum, Canonicum* ſeu Eccleſiaſticum. Et illo Reges pariter cum populi fæce teneri quis Catholicorum vnquam dubitauit? Hoc iure quam multa Regibus non licent!

Profuerit legere librum Gulielmi Roſſæi de iuſta Reipub. Chriſtianæ in Reges impios & hæreticos autoritate, eruditiſſimum iuxta & facundiſſimum.

# ECHO CONCIONIS XV.

THEMA *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Marci 6. Mattth. 14.

*Factarepetitione vſitata, ſic propoſitum;*

Dicendum hodiè mihi
- 1. *De ijs exemplis, quæ, ex S. Scriptura, pro Herode contra Baptiſtã proferri poſsint;*
- *.Quì ſit ipſis reſpondendum;*
- 3. *De ijs quæ tolerantur. Et acceſſum viri ad vxorem alterius adhùc viuentis vt hic, numquam toleratum.* AVE.

## I.

*De ijs exemplis, quæ ex S. Scriptura, pro Herode, contra Baptiſtam, proferri poſsint.*

Quamquam (Auditores &c.) cuiuis Probo plus ſatis eſſe iſtud Magni Baptiſtæ apud Regem Herodem ſeu fatum, ſeu præiudicium, *Non licet tibi &c.* vt quondam Pythagoræ Auditoribus, pro omni ratione fuit vox iſta, MAGISTER DIXIT, aut IPSE DIXIT: tamen quoniam in Eccleſia Reprobi Probis permixti ſunt, qui fortè adhùc pro Herode contra Baptiſtam; pro Rege, contra Concionatorem Curiæ, quo iure, quaqua iniuria (vt fit) ore tumido delitigent; cũ, vt ipſis ſatisfeciſſe, nihil qua fieri poteſt prætermittẽdo, tùm, vt ne de cauſa Regis temerè, & citò videar iudicaſſe; libet hodiè (niſi vobis diſplicet) proferre, quid malæ cauſæ Tyranni huius peiores patroni cauſari rurſus poſſint (quamuis

*Cauſa patrocinio non bona, peior erit.*) Illos audiamus.

*Quoſdam fortè tueri Herodis factũ, ſanctiſſimorum exemplis.*

*Ouid. lib. 1. Triſt.*

Vt Herodi omnia non liceant, licere tamen ſaltem volunt, *habere Herodiadem vxorem fratris ſui.*

Proferunt etiam è ſcripturis exempla
- 1. *Dauidis,*
- 2. *Abrahami &c.*
- 3. *Oſeæ.*

Sicque indè argumentantur;

* j. *Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant*, ait Cic. *Cic. l. 4.*



Sed *ep. 3. famil.*

Sed Herodes non habuit alienam ſine exem
& multis & illuſtribus; Ergò.

* ij. *Parum* in paribus, paria eademq́ue merito
priuilegia, & par, paria dicendi faciendiq́ue, libe

Sed Herodes Dauidi Regi, cui licuit aliqua a
vxore vti, par fuit; Ergò & Herodi licuit habere
nam.

* iij. *Quod minoribus*, & gregarijs hominibus l
quis licere egregijs eximijſque Regibus neget

* iiij. *Quod Prophetæ* ſancto, & ad perfectiora &
liora chariſmata æmulanda obligato, licuit, qui
gi non licere adfirmet?

At Oſeam cum fornicaria dormiuiſſe, norunt
pi & tonſores, norunt pueri, qui nondum æte la
tur. Ergò.

I. Regum Dauidis,

* 1. *Dauidis* ergò & Abſalonis exempla primò p
ferunt, vt ſceleri Herodiano ſimiliora.

Dauid enim ad vxores anteceſſoris ſui Regi
greſſus eſt.

2. Reg. 12. *Dedi tibi domum Domini tui, & vxores*
*mini tui in ſinu tuo*, (ait Dominus) quod de Egla,
Michal, vel Riſpha & Michal Hebræi intelligunt

*Ibidem*. Patrem proles ſequuta. Nam de Abſalo
ita Nathan, vice Dei, ad Dauidem; *Tollam vxores*
*in oculis tuis*, id eſt, tibi viuo ac ſano; *& dabo pro*
*tuo*, id eſt, filio vteri tui Abſaloni; *& dormiet cum v*
*bus tuis, in oculis Solis huius*, ſeu publicè, quod non p

Et Abſalonis filij eius.

multò ita contigit. De Abſalone enim dicitur 2. R
16 *Ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo I*
*rael*. in expanſo ſibi tentorio in regiæ domus ſol
ſuaſu perfidioſi Achitophelis. Tyrannus ergò & r
ni paterni inuaſor Abſalon etiam ad Regis legiti
& Patris clementiſſimi, qui pænam capitis paulo a
tè à nece Amnonis illi remiſerat; & quidem adhuc
uentis; & ô impudentiam! publice, ac velut in th
huc tecto, vxores plures ingreditur. abutitur: p
dignum mille fulminibus caput? Et terra ſuſtinu

Videte ergò (inquiunt) ſi Herodes etiam Rex & l
gitimus, vnam Herodiadem Philippi Regis vxore

tigit, quam immeritò ab vno iſto cucullato Eremita, à Timone iſto ſemihomine & inhoſpitali, publica traductione vexetur, petulantiſſimeque pro Concione agitetur, iterato iſto murmure *Non licet tibi &c.*

Ergone hominis Dignitate paris, impar erit viuẽdi licentia?

Ecquo tandem putat aquæpotor iſte, Herodem Dauide, aut Abſolone inferiorem, vt ſaltem paria illis non poſſit?

**ij. Patriarcharum, Abrahami,**

* 2. *Abrahami.* Nàm & is quoque pluribus ſimul vxoribus vſus.

Geneſ. 16. *Dixit Sara marito ſuo; Ecce concluſit me Dominus, ne parerem; ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios.... Qui ingreſſus eſt ad eam*, vndè & natus Iſmahel. Audin' vel ſecundam vxorem, vel concubinam?

**Et Iacobi,**

Geneſ. 30. Iacob, cùm Rachele vxore etiam infœcunda vteretur, paruit conſilio Rachelis dicentis, *Habeo famulam Balam: ingredere ad illam vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios*, vel (vt Chaldaica interpretatio habet) *vt pariat, & ego ero nutrix* id eſt, vt (vulgus loquitur) ero mater Panis, butyratas & placentas dabo non meis perlibenter: & genuit ex illa filium. Neque id tantum ob ſterilitatem omnimodam ab illo ita factum, ſed etiam ob fœcunditatem iàm tandẽ ceſſantẽ. Legitur enim tum quoque ad ancillam Liæ acceſſiſſe, atque ex ea filios procreaſſe. Videtis Probiſſimos etiam quoſque multarum mulierum viros fuiſſe?

Nam Abraham iſte quis, & quantus? Amicus Dei, ſator Hebræi populi, ac tandem ipſius Meſſiæ & Dei noſtri patens, homo iuſtiſſimus, martyr, exul, miſer, frequenter peregrinatus fidei nomine: nihilominus etiam diues valdè, trecentorum vernaculorum, & aliquot cum illis nobiliorum animarum Dominus, aut Regulo ſimilis, aut Regulus.

Iacob autem an non fons Patriarcharum?

Vterque certè Herode noſtro vel maior, vel minor, vel æqualis.

Si illi maiores, ad alteras ingreſſi; iure aiat Hero quod adoleſcens ille Terentianus, *Ego homuncio* *facerem? Ego verò ita feci ac lubens:* Quod fecit, fecer gnis autoribus, Principibus non modò Gentis, Pietatis noſtræ.

Si minores, etiam inferat; Ego Rex in ordinem gar, quo ne homines quidem, etſi illi priuatis p altiores, Regibus tamen inferiores, conſtiterunt fæci populi, quam Regi, licuerit?

Illis, ad has ad illas ingredi licuerit, non mihi liſſimam verò æquitatem.

*Senec. in Agememnone.*

Si non *Lex alia ſolio eſt, alia priuato in toro;* ſaltem lio & Regibus non ſit iniquior. Habere etiam co lijs poſſint Reges Herodiadem & amicam vnam alteram, dulcia poſt curas graues ludibria.

Si pares; rurſus arguet. Cur non de paribus eade iudicia? Poſſint Reges cum Regibus in omni vita p ſibus æquis procedere. *Fratres enim ſumus.*

**3. Prophetæ Oſeæ.**

* 3. *Oſeæ* Ieroſolymitani. Illi enim licuit, imò di nitùs imperatum fuit, vxorem ducere, publicam, dam, mulam populi, id eſt multorum libidinibu ſubactam meretricem, cuiuſmodi ſaltem mea h cariſſima Herodias non eſt, Regina Regis olim vxo ſic & nunc mea ſolius & Regis vxor. *Dixit Dominus ad Oſeæ: Vade, ſume tibi vxorem fornicationum, & cetera.*

*Oſee 1.*

Diuus enim Hieronymus ſcitè obſeruauit vocem Hebraicam *Zenunim* eſſe numeri multitudinis, non ſingularis, hoc eſt *fornicationũ*, (non *fornicationis*, in quem modum vertunt 70. multò melius numero multitudinis verſuri.) Itaque Vatablus *vxorem fornicarium*, Caſtalion *meretricem*, Gulli *putain* vertêre.

Et obſeruandum monent Iuriſperiti, meretricem non eſſe, quæ cum vno aut altero, etiam pecunia accepta, ſe commiſcet, ſed quæ palam, & pluribus ſe proſtituit. *C. Viduam XXXIII. diſtinct. c. Meretrices. XXXII. q. IIII.*

Sed hanc meretricem paſſim interpretes adpellant.

Thal-

Thaidem ergò aut Laidem, iſta referebat ſcilicet. Vt quondam famoſa illa Anna Boulena, ob impudicitiam inſignem, vulgò à Gallis adpellabatur. *Hacnea*, ſeu equa Anglicana; ac tandem, cùm in Regis Galliarum familiaritatem aſcita eſſet, cœpta eſt vocari *Mula regia* (teſte Sandero, & alijs:) ſic vxor Hoſeę, à libidinibus vagis, *Equa* vel *Mula publica*, & ſtabularia, cuius paruo ære mercabilis, & locanda, poterat adpellari. Fuit illa, *mulier in ciuitate peccatrix* maxima.

*Sanderus li. 1. de ſchiſmate Anglic. Liber gall. de martyrio Mariæ Stuartæ Scotorum.*

Fundum igitur tam communem etiam arare iuſſus Propheta.

*D. Thomas* 2. 2. *quæ*. 164. *art*. 2. *ad*. 2. videtur dicere, Hoſeam cum non vxore dormiſſe.

Ergòne (inquiet Rex Herodes) hoc licuerit homini ſiti, & priuato; & obſeruandæ legis Moſaicæ pariter mecùm debitori; & ciui ſanctę ciuitatis Ieruſalem; & Prophetæ, id eſt, homini, quem cæteris religione, mortificatione, & ſanctitate longè anteire oporteat; mihi autem Regi, per vnum Eremitam ſtultum iſtum, (cui caput Elleboro candidiſſimo in media Anticyra ſumendo digniſſimum) per vnum hunc ſeditioſum, & filium Sacerdotis, non liceat hanc quoque adire Corinthum, & cum Herodiade ſecundis quidem, tamen caſtis nuptijs recreari? O tempora! ô mores?

*Gell. li. 17. noct. c. 15. de Elleboro.*

A Regibuſne nunc plus mortificationis, ac diſciplinæ, ſyluestris iſte homo, piloſus, ac pellitus, aquæpotor & locuſtiuorax, *zelum* quidem *habens, ſed non ſecūdum ſcientiam*, quam à Prophetis ſuis Deus, exigat?

In qua tandem vrbe, aut ſede, hic Eremita diſputat? Monachum (credo) ille me ſecùm, ex Rege, fieri iubebit derepentè, & cilicium aut cucullum, pro purpura, gerere, qui tam anguſtis finibus regiæ vitæ licentiam terminat.

Hæc aut ſimilia (Auditores) vel ipſe Herodes pro ſe, vel patronus aliquis venalis linguæ pro Herode, ab his exemplis, poſſit inferre.

## II.

*Qui ſit ipſis reſpondendum.*

Sed in promtu ſunt reſponſa. Ordinem tamen mutabo, ſequuturus ordinem temporis, vt de Pri- bus tempore, etiam prius loquar, primum de A- hamo & Iacobo; deindè de Dauide; tandem de C ipſo.

*1. *De Abrahamo &c.* ſic *Iudicis officium eſt, vt res, ac- pora rerum Quærere.* Ouid. de Triſt.

Sed refelli, differētia temporum;

Gratianus 2. p. Decret. c. 32. q. 4. art. 2. *Hui- quit, reſpondetur, pro varietate temporum, varia dispenſatio Conditoris.*

*Abrahamus* ergò & Iacob non peccârunt, qua legem illa perpetrârunt.

Excuſat iſtos { 1. *Legislatio nondum facta,*
2. *Conſuetudo,*
3. *Diſpenſatio,*
4. *Intentio recta.* }

Excuſarique Patriarchas.

*1. *Legislatio &c. Virtus enim peccati, lex.* Tolle le & peccatum non erit.

*Peccatum non cognoui, niſi per legem.*

1. Quod nulla lex tū contraria

Peccatum eſt alicuius inobedientia præcepti cu cunque.

D. Ambr. lib. 1. de Abraham c. 4 *Conſidera prim quòd Abraham ante legem Moyſi, & ante Euangelium Nondum ergò interdictum adulterium videbatur. Pœna minis ex tempore legis eſt, quæ crimen inhibuit. Nec ante gem vlla eſt rei damnatio, ſed ex lege. Non ergò in legē misit Abraham, ſed legem præuenit. Deus autem in Para coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat.*

Hoc reſponderit, qui adulterium fuiſſe aut cum vxore dormiſſe, admiſerit; quod nolim, ne adulter feneſtra aperiatur.

*Steriles* quicunq; hoc prætextu ad ancillas conuo lauerint.

*2. *Conſuetudo* Polygamiæ, quæ tum à Lamechi emplo vigebat.

Nam opinio plurium communior veriorque e quaſcunq; fœminas Patriarchæ adtigerunt, vxor piorum fuiſſe, ſed ſecundæ claſſis eas ſub Saræ, ſub Liæ & Rachelis, alias ſub alterius heræ dom

Ante contraxiſſe, quàm duxiſſe, & quidem vel conſilio priorum vxorum, vel conſenſu vt plurimum. Vndè & ſubditur; *Dedit Agar ancillam ſuam viro ſuo vxorem.*

In hanc & ipſi *viam gentium* abierant, & vi conſuetudinis abrepti ſunt.

D. Auguſt. *Sufficiendæ prolis cauſa, erat vxorum plurium ſimul viro habendarum inculpabilis conſuetudo.*

Idem c.47. li.22. contra Fauſtum. *Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, crimen non erat.*

Idem li.15. Ciuit. c.16. *Ad humanum enim ſenſum vel alliciendum, vel offendendum, mos valet plurimum.*

*3. *Diſpenſatio diuina*, quæ conſuetudini antecellit, creditur etiam acceſſiſſe. iij. Quod priuilegium diuinum,

Ex. de Diuortijs c. Gaudemus. *Nunquam alicui licuit ſimul plures vxores habere, niſi cui fuit diuina reuelatione cõceſſum. Vndè propter hanc cauſam Patriarchæ & alij viri iuſti, qui plures leguntur ſimul habuiſſe vxores, ab adulterio excuſantur.*

*4. *Intentio recta.* D. Ambr. vbi ſup. *Abrahamo non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio cõiugalem poſthabuit thorum, ſed ſtudio quærendæ poſteritatis, & propagandæ ſobolis. Adhuc poſt diluuium caritas humani generis: erat etiam religionis, ne quis non reddidiſſe videretur debitum naturæ. Denique & Loth ſancti filiæ hanc cauſſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanũ, & ideò publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit.* iiij. Quod finis ſpecioſiſsimus.

*Promiſſum erat Abrahæ* (ait Gratianus 2. p. Decret. c.32. q.4. art.2.) *quòd in ſemine eius benedicerẽtur omnes gentes; promiſerat ſe quoque daturum ſemini eius terram peregrinationis ſuæ. Cum ergo, cæteris in Idololatria relictis, Abraham & filios eius, in peculiarem populum, ſibi Dominus elexiſſet; ritè, multarum fœcunditate mulierum, populi Dei multiplicatio quærebatur. quia in ſucceſsione ſanguinis, erat ſucceſsio fidei. Vndè in lege dicebatur: Maledicta ſterilis, quæ non reliquerit ſemen ſuper terram. Hinc etiam Sacerdotibus coniugia decreta ſunt, quia in ſucceſsione familiæ, ſucceſsio conſtabat officij.* Deut. 7.

Hoc

Hoc naturæ dabat; hoc Religioni; Huic, vt p
minata creſceret; Illi, vt non deficeret, vt velu
*Plaut.* nem redderet, & *hoſtimentum, operam pro opera.* Re
dium Naturæ dabat.

*Quæ in Herode non paria*

**Herodes* aũt hic noſter Herodiadis concub
tempore vixit? nunquid ſub lege & Moyſe, qu
terium vetitum iam diu clarigauerant?

**Conſuetudinem* non bonam, quàm iam prid
ſuperueniens abrogauerat, ille poſtliminio con
gem reducebat.

**Deindè*; Diſpenſationis nullum diploma He
nullum diuinæ reuelationis argumentum. Quo
enim? An, vt tam corrupti hominis multa, ex m
vxoribus, prodirent ſimulacra? Bona bonorum p
pagatio eſt. Egregia verò planta Herodes iſte, vt p
ſeminari debuerit.

Malitiæ potiùs ſuæ ipſe Herodes terminus &
mes extremus eſſe debuerat, aut ſtirpis ſuæ vltim
ſurculus.

**Inuentio* verò quæ? Sola, ſola *Mulieris ſpecies* (ô R
*decepit te.*

Quanquam, nec ſatis vlla, vel rectiſſima, inten
ſola in totum, factum excuſauerit.

Qui negat; Catholicis, ad vagos concubitus co
uolent, portam latè & bipatenter aperit. Quoni
nim ſe numero rareſcere. Hæreticos ſubereſcere
nim aduertent, polygamiam amplectentur.

Sed & Monachis & Sacerdotibus. Argutarentur e
nim forſitan plerique mulieroſiores, nolle ſe mag
quàm Abrahamum, videri, Naturæ debitum vel ho
ſtimentum illud non reddidiſſe: nolle, Sacerdotalem
aut monaſticum ordinem, perire.

Diſpenſationem ergò Dei oportebat acceſſiſſe.

Vbi autem tibi illa ô Herodes? Ecquod profers no
bis diuinæ reuelationis argumentum? quod vel leuiſ
ſimum ſignum, fuiſſe voluntatis aut indulgentiæ di
uinæ, vt alteram, ad tuam, tibi adiungeres, & quidē
alteri raptam, & quidem fratri tuo?

*Matth. 16.* *Caro, Caro & ſanguis reuelauit tibi,* non *Pater cœleſtis.*

Acqui-

*Acquieſti magis carni & ſanguini.* quam rationi, & *le-gimentis tuæ*; quàm legi Moſaicæ; quam Baptiſtæ Dei; quàm Prophetæ, quam Dei legato iterumque iterũ-que repugnanti, & inculcanti ſuum *Non licet tibi &c.*

Videris, Auditores, vt Herodi excuſando nihil pro-ſit, Abrahamos & Iacobos produxiſſe?

**Denique*; vt non diſpenſationem, non rectam inten-tionem, non morem, ſed humanum aliquid quale tu, & Abrahamus & Iacobus eſſent ſequuti (Sereniſſime Rex; ſpecioſiores tamen ſunt, & veniæ propiores, Pa-triarcharum illorum voluptates, quam tuæ. Faciam vt videas, imò vt manu tangas.

**Sed nec a-cta paria illorum, & Hero-dis.**

*j. *Non enim* illi ad alienas ingreſſi, ſed ad ſolutas, &, vt ad ancillas & dominij ipſorum, tamen, quà co-pula ſpectatur, adhuc iuris ſui, nulli nuptas, nulli de-ſponſas.

Tu verò Rex, ad alienum & coniugatam, & quidẽ fratris tui, ad Reginam, magna Curiæ totius infamia. *Perlucet omne regiæ vitium domiv*. Seneca.

**Illi* ad domeſticas ingreſſi nullius ſcandalo; tu ad traductam, omnium offenſione.

*Si non caſtè* illi, *ſaltem cautè*: Tu, nec caſtè nec cautè. Plena Galilæa

**Illi* ad ſuas & iuris ipſorum proprias, iure gentium; Tu ad raptam, ad Reginam: iniurius pudicitiæ, iniu-rius libertati.

*ij. *Illi conſenſu*, imò hortatu, ac precibus vxorum ſuarum, ad ancillas ingreſſi ſunt. *Intra* (aiebat Sara) *intra ad ancillam meam*. De Iacobo etiam ſubditur; *De-dit illi Rachel in coniugium*, vel (vt Chaldaica interpre-tatio habet) *in vxorem*. Humanitùs, *Volenti non fit in-iuria*.

Tu autem (Sereniſſime Rex) Herodiadem non an-te expugnare & trahere ad impias nuptias: nuptias? imò verò ad manifeſta adulteria, ad inceſta (ignoſcat quæſo Maieſtas tua libertati, quam & vis Veritatis, & ius Legationis meæ mihi extundit) potuiſti, quàm promiſiſſes Romam proficiſcens, te mòx à reditu, iu-ſtam tuam vxorem Aretæ filiam, volentem nolentem

repudia-

repudiaturum, locúmque Herodiadi vacuum f
rum.

Repugnat vxor, repugnat Aretas Socer, imò
cò æquo campo, vt collatis ſignis tecum prælu

Non igitur neq; idem, neque ſimile Abraham
Iacobi factum cum tuo, vt illud prætexas, v
paria paribus licere.

Ergò meritò in te Baptiſta declamitat ſuum,
*licet tibi &c.*

**Pro Dauide contra Herodem**

*2. *De Dauide*. Diſſimile quoq; eſſe illius factum
Herodiano.

*3. *Raptus* enim nullus in Dauide. Quas habu
uino dono, itaq; & iuſtiſſimè, accepit. *Dedi ti*
Dominus ore Nathanis loquens) *donum Domini*
*vxores Domini tui in ſinu tuo*. 2. Reg. 12. Nec vllum
us gratia toro aut domo expulit.

Tua verò (Sereniſſime Rex) Herodiadem, imò
tuam, ſed quam habes, quis tibi Superorum
quis hominum? Maritus Philippus? an Aretas So
Sed & vxorem quoq; tuam primam illius ergò e
liſti.

Certè Socero iſta non placuiſſe; acies eius
campo ordinatæ, pares aquilæ, & pila miniata p
& ſigna explicata quæ videntur, tubarum & tym
norum ſoni, qui in Aretæ caſtris aduerſum te
tur; clarigando vociferantur.

Quanquam neuter, nec alteruter, nec vterque
homines ſimul omnes, illius accipiendæ, alteriu
meritæ & nolentis abigendæ poteſtatem tibi f
potuêre.

*Quod* enim *Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

Vxorem ergò contra fas Socero remiſiſti; v
Marito eruiſti, vt faceres concubinam.

An fortaſſe Herodiadem ipſam ſe tibi dediſſe
bis?

Sed quid ſui dare potuit, quæ, quanta quanta
nil ſui poſſedit, ſed tota viri fuit? Quæ tandem
permittunt alienum dari, accipi?

*Mulier corporis ſui poteſtatem non habet, ſed vir,*
poteſ

poſtolus.

Quod ergò dari ab illa non potuit, non potuit aut iuſtè a te accipi, aut iuſtè retineri.

*ij. *Defuncti Regis* vxores fuerunt, & viduæ quas dicitur Dauid duxiſſe.

Herodias autem tua (ô Rex) adhuc Philippo marito viuo & ſano vtebatur, cum à te raperetur.

*iij. *Hoſtes* fuerant Dauidis, quorum ille viduas dicitur ſibi adiunxiſſe.

Philippus autem, cuiuis tu Herodiadem nunc habes, & frater tuus, & amicus, & tunc hoſpes tuus, cum tu illi ouiculam vnicam raperes, vxorem chariſſimā, *quæ erat illi ſicut filia.* 2. *Reg.* 12.

Quantum furti, & doni diſcrimen! Donantis ſe meretriculæ, & adulteræ; & donantis Dei viduas hoſtium, & defunctorum! Donantis ſua, & donantis aliena!

Quantum diſcrimen ducentis viduam, *ſolutam à lege viri*, & libertati ſuæ redditam, vt *cui vult nubat*; & ducentis mariti adhuc viuentis vxorem!

Quantum diſcrimen hoſtis & hoſpitis! fratris, & peregrini!

Nullum igitur (ô Rex) ab hoc Dauidis exemplo, tibi præſidium.

Vt ad Chriſtum vſque, legiſq; Euangelicæ clarigationem, vxores ſimul plures habere licuiſſet; nunquā tamen licuit alienam.

Durum iſtud *Non licet tibi &c.* idcircò maximè Baptiſta in te detonat, quod ſis Duumvir, aut maritus duarū; ſed quòd ſis, aut dici velis, vir fratriæ & adhuc alienæ.

Itane? vt Herodes? Rex Moſaicis legibus inſtitutus, Ægyptijs ipſis ſit irreligioſior? Romanorum amicus, Barbaris inurbanior?

Ægyptios .n. certè ferunt, olim adeò ab adulterijs abhorruiſſe, vt mallent antè maritum, quouis modo, è viuis tollere, quā illius adhuc viuentis vxorē adtingere. Vxorem viuo marito eripi, aut fœdari, grauius quàm ipſam ante occidi, opinabantur.

Du-

Dubitas? Fidem facit vox illa Abrahæ, in
Ægyptum ingreſſuri, ad Saram vxorem: *Noui,*
*pulchra ſis mulier, & quòd, cum viderint te Ægypti*
*vi ſunt; vxor illius eſt, & interficient me, & te re*
*Dic ergò obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt bene*
*propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.* Ge
duodecimo.

Quin & Abimelech ipſe Ægypti Pharao, ade
alienæ contactu abhorruit, vt Abrahæ ſuam Sa
mox mox reddiderit, & vxorem eius eſſe intell
*Ibid.*

Rex autem Galilęæ Herodes, homo imbutus
Moyſi tam ſeriò adulteria prohibente, etiam fr
adhuc viuentis vxorem apud ſe habebit? *Non licet,*
*licet tibi ô Rex habere eam*; Reddes eam Philippo fr
ſi me audies; aut dimittes volentem, nolentem,
nitam vt ad virum redeat, aut quo collibuerit a
tam, certè apud te non ſit.

*Dici quoque poſſe Dauidem hic peccaſſe.*

Eſt quiſpiam neque admodum Neotericus, ne
indoctus, qui aſſerat, polygamiam quamlibet a
licitam, nunquam tamen ipſis Iſraëlitarum Reg
fuiſſe conceſſam, & facilè concedat etiam hic Da
dem deliquiſſe. Adite ſaltem virum doctum ſua
reſonantem.

Iohannes Saleſberienſis Policratici libro 4. cap.
*Reges perpetuæ prohibitionis laqueus tenet, & à plurium*
*vxorum amplexibus arcet, & cum in alijs, plures v*
*eſſe, licitum fuerit; in Regibus perpetuo, vt vna va*
*obtinet.*

Ibidem. *Nec vxores Dauid quiſquam obijciat, qui*
*in hoc, ſicut & in multis alijs, ſpeciali priuilegio gaude*
*cet facilè conceſſerim, quod & ipſe in hac parte deliqu*
*rit.*

Si priuilegio facit, prode & tuum, quod niſi prod
audi patienter, *Non licet tibi &c.*

Si nullo priuilegio, ſed hic etiam, vt alibi, deliqu
nihil facis, ô Rex, proferens ſordes illius, vt purge
tuas.

**Sed ab Abſalonis* publico concubitu, cum Da

parta

patris ſui concubinis, quale ſit Herodi præſidium, etiam videamus.

*Abſalon* (inquit) *ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui, in oculis eius & coram vniuerſo Iſrael*, & dâte illi Domino: *Tollam* (inquiebat Dominus per ſuum Legatum Nathanem) *vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo* &c. *Dabo*.

Abſalonis factũ nihil Herodi patrocinari.

Cùr ergò ad vxorem fratris quidem non etiam Patris, ego Rex ingredi non auſim, & publicè quoque domi habere? Filio Regis rebelli plus liceat de Patris tot vxoribus, quam pio Regi de vna fratris vxore?

An perſonarum iniquus acceptor Deus?

Fateor (Sereniſſime Rex) eò ſceleris Abſalon proceſſit, quò nondum Maieſtas tua. Malus peiori comparatus, bonus adparet.

*j. *Abſalon* enim alienas plures ſimul; Tu vnicã occupaſti;

*ij. *Abſalon* etiam Patris vxores, Tu fratris vxorem vitiaſti;

Ille, ille & Numero, & Grauitate peccatorum, te vicit.

Itaq; *recedere* forſitan poſſis (Domine mi Rex) *iuſtificatus ab illo*, id eſt, illi comparatus, iuſtus adparebis, aut certè minùs iniuſtus.

(Malum enim maiori malo compoſitum, pænè bonum videtur:) Iuſtus certè reuera non eris, quod vnũ hic quæritur; non vter iniuſtior.

Imò (ſine, vt pace dicam tua) eſt aliundè cauſa tua peior illa Abſalonis.

*j. *Concubinas* enim Patris ille tantum, ſeu propriè dictas (quod malim:) ſeu ſecundæ claſſis vxores; Tu (Rex) heram, Dominam, Reginam præcipuam, ac fortè vnicam fratris tui vxorem rapuiſti, incaſtauiſti.

Herodem aliqua plus peccaſſe quam Abſalonem.

Dicerem & captiuas fuiſſe, & Ius belli permiſiſſe, niſi Chriſtianus eſſem: niſi etiam filij in Patrem bellum illud fuiſſet palam iniuſtiſſimum.

An non tibi grauius, quempiam Dominæ, quam ancillæ ſtuprum obtuliſſe?

Vlyſſi (opinor) moleſtius fuit, in vxorios pro[...]
quam in ancillarios incurriſſe.

ij. Quod vnicã vnius, *ij. *Ille abundanti* rapuit; tu vnicam haben[...]
An non & iniurioſius, inopi de pauculo, quam [...]
uiti, de pleno horreo, quicquam rapuiſſe?

An æquè moleſtum Cræſo talentum, aut Poly[...]
annulum amiſiſſe, ac Euangelicis illis viduis v[...]
minuta, vel drachmam vnam?

Si paria ſunt illa; cur Nathã, veluti amplifican[...]
de Dauide polygamo, vnicã præterea Vriæ mo[...]
mo tollente, ita dixit; *Pauper nihil habebat omnino [...]*
*ter ouem vnam paruulam &c.* id eſt vnicam vxorẽ B[...]
ſaben: *Diues habebat oues, & boues plurimos valde* [...]
vxores, & concubinas plurimas?

Cur Rex, Imò, cùr & ipſe Rex reus, auditis illi[...]
ſcius tamen de ſe fabulam narrari) *iratus indigna[...]*
*aduerſus hominem illum nimis,* mox *dixit ad Nathan,* [...]
ſuo ſe condemnans; *Viuit Dominus, quoniam filius m[...]*
*tis eſt vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum* [...]
Reg.12.

Grauius igitur parum habenti totum tollere, [...]
abundanti plus quidem paruo illo toto, ſed non [...]
tum.

iij Quod conſilio nullius, *iij. *Suaſu Achitophelis,* Conſiliarij illius admi[...]
lis, *cuius conſilium quaſi conſilium Dei* paſſim habeba[...]
fecit Abſalõ, arbitratus fortè non peccare in eo, qu[...]
tanto autore perpetraret; Tu verò (Rex) Herodi[...]
iſtam Philippi, ſola libidine victus, viciſti, abdu[...]
&c.

Eſt aliquid poſſe dicere, *Serpens decepit me: aut m[...]*
*lier dedit mihi de ligno, & comedi,* id eſt, aliquo culp[...]
transferre, in ſocios, in Conſiliarios &c.

iiij. Quod nullius dono * iiij. *Dono Dei*, ita Patris cum Bethſabe adulter[...]
cenſet fumans adulterium, adulterio filij cum [...]
cis, vlciſcentis illas habuit Abſalon. *Tollam* (ait [...])
Deus ad Dauid) *vxores tuas, & dabo proximo tuo.* [...]
din tu illud *Dabo*?

Nil iuſtius, quàm quod datur, obtinetur (vno[...]
ſtu[...]

ſtate prouerbio dicitur) maximè cum à Deo datur, cuius ſunt, quæcunque ſunt (vnde & Ægyptiorum vaſa, etſi tantum mutuo accepta, potuerunt filij Iſraël licitè retinere, & in hæreditatem gentium, vt Chananæorum &c. deindè inuadere, ac poſſidere.)

Tu verò (Rex) ecquam pro raptu Herodiadis, talem Dei donationem poſſis proferre? Quas Dei, de Herodiade rapienda & quaſi deuirginanda, minus aut prænuntiationes, vt de Dauidis concubinis?

Deindè; quę Philippi fratris adulteria, qui inceſtus, quæ culpæ producuntur, vt tuis adulterinis inceſtibus debuerint vindicari, & quaſi clauis clauo pelli?

Contra; Philippi fratris tui amabiles mores, atque innocentiam quis neſcit?

Atque, vt fuerit Philippus, qualis vel ipſe Dauid; tamen Regis alterius non fuit, de Rege non ſuæ iuriſdictionis pænas ſumere.

Nullum eſt paris in parem imperium.

Quamquam, nec iſta Dei donatio, nec ipſa Patris adulteria, Abſalonem neque à toto, neque à tanto excuſant ſenſo meo.

**Abſalonē tamen nullo modo excuſari.**

*j. *Non Patris adulteria*; quoniam filij non fuit, non legitimè autorati, Patris peccata caſtigare.

*ij. *Non Dei Donatio*, quoniam ea non ſemper iuriſdictionem dicit, aut alieni dominij in nouum dominum iuſtam translationem, ſed ſæpè aut ſolam permiſſionem, & non impeditionem euentus; aut poteſtatis & virium conceſſionem illi, qui quod Deus ipſe præminatur, eſt effecturus; aut directionem alicuius malitiæ futuræ, in pœnam alterius præteritæ.

**Donatiō Dei illi facta, vt intelligēda.**

Dare pro concedere: & non in contrarium niti, apud Latiniſſimos quoq; reperias.

*Ouid. li: Metam.*

*Da mihi perpetua genitor chariſsime* (dixit Daphne ad patrē) *Virginitate frui*, id eſt, permitte mihi cœlibem vitam viuere.

Diuus Auguſtinus in Enchirid. cap. 101. *Deus quidam voluntates ſuas, vtiq; bonas, implet per malorū hominum voluntates malas, ſicut per maleuolos Iudæos, bona voluntate Patris, Chriſtus pro nobis occiſus eſt.*

Magiſter ſent. lib. 1. diſtinct. 48. §. 2. *Sciendum quòd aliquandò mala eſt voluntas hominis idem volens quod Deus vult fieri.... velut ſi malus filius velit mori patrem, velit etiam hoc Deus.*

Abſalon ergò, mala voluntate tunc impleuerit bonam voluntatem Dei, Dauidem ſic iuſtè per iniuriam filij punietis, & malè ille voluerit, & fecerit, quod Deus benè optimè.

Quà aliquod eas, ille actus Abſalonis fuit, & pœna peccati, & opus Iuſtitiæ, benè voluit illum Deus; Abſalon verò illum malè voluit, & qua ſibi voluptas, & qua patri materia cordolij, & quà populo occaſio audacius coniurandi, fuit.

Hoc modo dante Deo, ad patris cōcubinas ingreſſus Abſalon, certè culpa ingenti non vacat. Quod Natura malum, peius tot peruerſæ intentiones faciebant.

Certè Abſalonem peccâſſe, diuinæ vltiones non multo poſt ſubſequutæ, nempè, ſuſpendium, confoſſio, & mors, quæ omnia è quercu pendens paſſus est demonſtrârunt. 2. *Reg.*

Itaque, nec hinc vllum cauſæ tuæ (ô Rex) ſatis firmum patrocinium.

Nullum, nullum; non etiamſi obſtinatè teneatur iſta Abſaloni licuiſſe, & Deo dante, id eſt probante & iubente, patris thalamos fædâſſe (quod tamen nemo doctus conceſſerit)

Vt enim hoc huic cauſſæ proſit; neceſſarium fuerit te (ô Rex) oſtendere aliquam etiam Dei vel conceſſionem, vel iuſſionem, qua potueris Herodiadem fratris tui vſurpare, ac tùm demum cauſſa cadet Baptiſta, qui ſic tibi inculcat tædioſum illud ſuum *Non licet tibi &c.*

Sin nullam oſtendes patenter; audias oportet patienter

tienter, *Non licet tibi habere eam.*

*3. *De Hoſea* nunc tandem, in cuius facto (vt olim Romani in triarijs, nunc Turcæ in Ianitzaris) totam ſpem belli Herodes, & cauſæ ſummam repoſuit. **Herodi nihil patrocinari Oſeæ factum.**

Hoſeas (inquit) tantus Propheta cum publica meretrice contraxit; quidni & ego Rex, cum Herodiade?

O baculum arundineũ! ô luteam, imò ſtramineã, indignamq́;, in quam, rebus deſperatis, Rex ſe recipit munitionem!

Subuerti enim tota poteſt vel digito, & momentis leuiſſimis, vt
1. *Infitiando,*
2. *Diſtinguendo,*
3. *Interpretando.*

*1. *Infitiando* verè ductam à Propheta meretricem, ſed dumtaxat per ſomnium, & nocturnam viſioné, ita ſibi viſum facere. **1. Si quis infitiatur**

*Ex Vatablo in Oſeæ 1.* Chaldæus Paraphraſtes dicit hoc dictum fuiſſe ipſi Oſeæ in viſione prophetica tantùm, non reipſa, quam ſequuntur doctiſſimi Hebræorum.

Sic Moſes Ægyptius, & Rabbi Moſes.

Tradunt enim illi regulam huiuſmodi: *Si quid durius, & à perſonarum decoro atque dignitate abhorrens, in ſacris libris offendatur; non reipſa & verè factum fuiſſe, ſed aut ſomnio aut viſione, atque mentis elatione fuiſſe repreſentatum*; vt illud Iſaiæ 20. quòd nudus & diſcalceatus inceſſerit &c.

Et alibi; quòd Hieremias lora ac neruos parârit, & his collum induerit.

Quòd idem 390. dies ſiniſtro latere cubuerit.

Significauerit igitur id totum quaſi dixiſſet: finge animo; vel, puta me vxorem duxiſſe meretricem &c.

Quid tum Regi, pro vero ſuo adulterio, à ſuppoſito illo & ficto prophetæ, præſidij?

Sed reuerentius agam cum Rege, quã inficier aut

negem , omninò factum , quod adfirma
ctum.

Nam certè & *Rupertus* vtramq; quaſi probab
adtexit ſententiã, vel quod res ita ſe habuit, vel
ſpiritaliter, id eſt, per viſum ſiue exceſſum, id ge
ſit.

Et *Diuus Auguſtinus libro vigeſimoſecundo contra*
*ſtum cap.* 80. vere meretricem ab Hoſſea ductam
ſe putat.

*Theodoretus* verò, inuehitur etiam grauiter in
qui non ita contigiſſe contingunt, ſed dum
ſpiritualiter.

Ergò reuera duxerit hic Propheta meretricem
am ſic hoc Herodis Capitolium facillimum
natu.

ij. Si diſtinguat, *ij. *Diſtinguendo* ſcilicet. Dici enim poſſit, for
cationem, ſeu meretricium duplex eſſe; Vnum C
porum, alterum Animorum, quod vltimum
pertius idololatriam adpellamus, quam
Scriptura fornicandi & fornicationis vocibus
nificat.

Hoſeas ergò verè duxerit meretricem; quid
Reſpondero; meretricem duxit, ſed quæ me
non corpore talis eſſet, id eſt, idolatram vxo
duxit.

D. Hieronymus in Prologo Hoſeę, ait fornica
adpellari, non elocati corporis meretricem, ſed
tilem Deum ignorantem.

*Idem in fine c.4. in Ezech.*

Hoſeam autem iuſſum talem vxorem ducere
ſent, præſignaturum Dei, in Synagogam Idola
iam vacantem, aut vacaturam, amorem; vel Chri
in Eccleſiam ex Gentibus aliquandò colligendam
lectionem; vt propheta expreſſerit nunc Deum,
Chriſtum: Vxor fornicaria ſeu idolatra, nunc Syna
gam, nunc Eccleſiam, Filij autem fornicarij,
Iudæos, nunc Chriſtianos. Senſus fortaſſe op
mus.

At hoc ſenſu, quid habes (ô Rex) ab Hoſeæ
vnd

vndè tuas cum Herodiade falſi nominis nuptias tueris?

Quæ conuentio? Corporum eſt, fornicatio tua; Iſta animorum.

Dormire cum infideli vxore atque alienigena, lex cuiuis Iſraëlitæ permiſit, dummodo illi vngues crineſq; præſecarentur &c.

At dormire, cũ non ſua & aliena, cum fratria, id eſt Herodiade, nunquam eadē lex vlli omninò permiſit.

Propheta aut quiuis alius idolatram & alterius, religionis fœminam ducens vxorem, incontaminatus manēs poterat reddere meliorem; Tu autem ſeu quiuis alius, ducēs alterius viri vxorem, & te perdis, & non ſeruas adulteram.

Ergò & hic vanum perfugium.

Sed agedùm, quàm poſſumus mitiſſimè atque vrbaniſſimè, cum Rege tranſigamus, concedamuſque corporis fornicationem intelligi iſthic oportere.

Quid tandem etiam hinc confici poſſit, ad inceſtus cum Herodiade purgationem? Subrui facile eſt, quidquid ſuperſtruatur.

iij. Si interpretetur.

*iij. *Interpretando, dicendo ſcilicet*, Vel appellari iſtã *vxorem fornicationum*, non quod fornicaria fuerit ipſa, ante ſuas cum Hoſea nuptias, ſed quòd filia meretricis, & nata è fornicationibus matris cum aliquo vno viro non ſuo ſæpiùs repetitis: ac ſic *filia fornicationum*; vel cum pluribus, qui *cum adulteris portionem ſuam ponebant* in vna matre oēs; Vel quod ante nuptias quidē caſta, ſed tandem vxor Hoſeæ effecta, etiã ipſa in adulteria, matrem imitata, collapſa ſit, ſicq; *vxor fornicationum* dicatur, non a præteritis ſeu nuptias antecũtibus, ſed a futuris, aut iuſtas cum Propheta nuptias conſequutis, libidinibus.

Quidni eadem, & filia meretricis, & initio caſta dicatur, ſi mulier illa expreſſura fuerat Synagogam, quę certè (ſi Abrahamus primus Synagogę fuit) ex Babylonia meretrice illa magna & idolatriæ omnis fõte perenni oriũda quidem, ſed tamen initijs ſuis, in Abrahamo, Iſaaco, Iacobo & reliquis illis primis patrib[9],

caſtiſſima fuit, id eſt religionis veræ obſeru
ſima?

Quidni rurſus & filia meretricis, & tamen ca
Eccleſiæ ex Gentibus, quæ non nôrant Deum,
gendæ, & per Chriſtum ſanctificandæ, & primu
poribus feruentiſsimè Deum & Chriſtum ſpo
ſuum amaturæ, figura fuit?

Quidni denique eadem, ex caſta primum, de
effecta vxor fornicationum atq; adultera, dici po
ſi præſignare, & doctis lineis repræſentare iam
debuit vel Synagogam, vel Eccleſiam, in Patrib
maioribus bonam, in nepotibus & poſteris de
turam, ac Deum ſuum in multis & ſæpè deſe
ram?

*Oſeæ:* An non huc ſpectat, quòd ſubditur, *Quia forni*
*fornicabitur terra à Domino*?

Si initio caſtra ducta, ſucceſſu tẽporis facta eſt
ſuo adultera, quæ Oſeæ culpa?

His ſenſibus ô bone Rex, quid facit ad cauſam
am Prophetæ cum tali vxore congreſſus? cum mu
& peruerſa lenis conuictus?

An idem filiam meretricis, cum caſta eſt, ducere
alterius caſtam vxorem rapere, & ſuam conſtitue
meretricem? inuitare ad bonum; & ad malum pel
cere?

Miſericordiæ quoddam genus eſt, è lupinari ado
leſcentulam adhuc virginem, ne deuirginetur, ne
meretricem ipſa quoq; abeat, in torum immacula
& iuſtas nuptias, abducere; crudelis verò libidin
Herodiadem caſtam adhuc Philippi vxorem è c
thalamo, ad inceſtum abripere, & honeſtam matr
nam transforma in meretricem.

An idem, maritum reſcire cum dolore (magno ta
men rerum futurarum myſterio) violatam iam e
ab vxore ſua, aut violatum tandem iri matrimo
fidem; Et alterius, & quidem fratris, thalamum inc
ſtè violare?

An idem, ſpontè ſua mala agere; & inuitum ma
pati?

Tu Rex malum egiſti; Hoſeas paſſus, & inuitus, & iuſſus, & quidem diuinitùs.

Si apud Reges idem omninò eſt, libidinoſè agere, inferreque iniurias, aut illas pati, & ægerrimè quidẽ, tamen ferre; cadamus nos cauſa cum Baptiſta, vincat Herodes, & *reſurgant impij in iudicio* Si non idem, vti *pſal. 1.* verè idem non eſt, vincamus cum Baptiſta, Rex cauſa cadat.

Quam Rex præpoſterè! Quoniam alius vim fortiter, q̃uis illibẽter, paſſus fuiſſe legitur vel auditur, idcircò vult Rex iuſtus dici, aut iniquus non haberi, qui vim ſimilẽ intulerit alteri; Quaſi diceret; quia alteri licuit eſſe bono, licet etiam alteri eſſe malo. Quære peregrinum.

Quoniam Hoſeas vxorem, quæ tandem inhoneſta, & non ſatis integræ famæ fuit, tulit vt potuit, imò vt debuit, quia ſic Deus propter myſterium iuſſit, cum illa diſſimulauit, meretricatam in gratiam recepit; idcircò iure Herodes quoque Herodiadem fratris Philippi viuentis & videntis vxorem poteſt habere. Id ex eo ſequi putat. At in qua tandem vel vrbe, vel Curia, vel ſchola, ita diſputatur? Sed Rex eſt Herodes, & Princeps alijs, quam literarum ſtudijs occupatus, ignoſcamus.

Cæterum à Patientia bonorum in malis, non conſequitur, malis licere, vt ad mala audaciores fiant.

Neque iſtud Hoſeæ exemplum, iſto, quem nunc dixi, ſenſu vllam eius licentiam narrat, qua Rex prætexat ſuam; ſed potiùs egregiam iniuriarum patientiam, &, in iniuriam mulierem, mariti clementiam, quam Rex poſſit imitari.

* Deindè, quidquid egerit, & vt vt egerit Hoſeas, egit non ſine diuino imperio; Rex quidquid hic egit, contra Dei imperium

Priuilegio non peccauit Propheta, ſine priuilegio Herodes imitando, peccauerit,

Si admittendum, Regi licere, quod Prophetæ (vt antè cauſatum eſt:) hinc diſcat Rex potiùs, ægrè quidem, ſed tamen pati (cùm ita iuſſerit Deus) ſuo toro

ab alijs inferri, quam alieno, ipſe inferre, iniuriam

Sic pati, magis quam ſic agere, regium atque ... manum eſt.

**Obiectio duplex,**

Sed rurs* reclamatur, & dicitur; Vulgò teneri ... Hoſeæ vxorē, etiā ante nuptias quæſtuarium corpus habuiſſe, & ſicut mulus & equus, in quibus non est ... hominum ſedet, ſic cuiuis, paruo ære, mercede ... proſtitiſſe; duxiſſe ſcilicet illum iam notam meretricem, vel profeſſam vel deprehenſam.

Imò (& Thomæ ſenſo) ipſum Hoſeam cum ipſa ... vxore dormiuiſſe.

Quid ſi & iſta quoque tibi (ô Rex, ità in Reges ... licet, quantum ſine Dei & Reip. offenſione poſſumus ... officioſi ſumus, ne nimio officij & veritatis ſtudio ... ficiamus) precariò concedamus?

**Vt ea etiā conceſſa Herodi nihil proſit,**

Neque ſic ex luto, in quo hæres, emerges; ... iam dum Æthiopem (quod aiunt) hoc velut ... to lauas, atras magis.

* j. *Ad primum* enim dicemus; Non id ad probi ... & prophetæ quaſi licentioſi, & intemperantis ... rium, ſed ad magnam eius laudem quaſi valdè ... cordis pertinere; qui ſcilicet erraticam illam & ... libidinis fœminam iam infamem, honeſtate ... velut clauſtro, colligendo, & vxorem ſuam ... endo, reddere ſtuduerit meliorem.

Fecit ille hoc inter probos nec primus, nec ... Ludimagiſtrum certè quemdam non indoctum ... noſtro, audiui, hoc ſtudio, quam nouerat ... duxiſſe, & valdè laudo. Id enim erat, cum Chriſto ... lut ouem perditam, toto deſerto quærere, ... que humeris in caulam reportare.

Collegit ergò Hoſeas vagam miſericorditer ... correctionis; Tu verò (Rex) Herodiadem ... benè collectam, in gynæcæo regio, inter choros ... ſtarum domicellarum ſedentariam, familiam, ... probi ſui mariti domeſticam probè caſteque ... tem, in vagam libidinem pellexiſti, non tu ... emendaſti; ſed probam corrupiſti.

Non colligis tu, ſed ſpargis.

Quæ igitur conuentio facti tui, cum Hoſeæ? quis tibi hinc prætextus?

* ij. *Ad ſecundum*; Hoſeam idcircò non peccaſſe, q. vt iā aliquoties dixi) diſpenſante, & cōceptis imperante hoc ſibi Deo perpetrarit, ſi tamen ſperpetrauit.

Deus enim, vt mulieris illius dominus, potuit illam Prophetæ tradere, citra matrimonium, fæcundandam, vt agrum Dominus cuiuis agricolæ ad tempus arandum; quod innui videtur hac adiectione (*fac tibi filios fornicationum*, id eſt, fornicatione, & non veris nuptijs, ex illa genera.

Tecum autem (ô Rex) quod ſæpè dixi, nullo Dei priuilegio diſpenſatum. Obſit quoque potius.

* *Denique*. Si meretrix fuit, nullius fuit, libera fuit: Herodias autem alicuius, Philippi viri ſui.

* iij. *Adde* meretricem illam non dici, fuiſſe vel conſanguineam Hoſeæ, vel affinem.

At liqdò Herodias iſta tua, imò nō tua, fratria tua ē.

Attamen ſaniùs dicatur, Hoſeam cum iam vxore effecta dormiuiſſe. Apertè enim dicitur *Sume tibi vxorem &c.*

Ita D. Aug. & Abulenſis in Exod. meritò S. Thomæ in 1. 2. q. 100. art. 8 ad 3. opinionē explodit q. 35. & ſup. prol. geneſ. c. 7.

Ac tùm *filios fornicationum* dicemus, non ex concubitu extranuptiali natos, ſed fornicarios & ipſos, inſtar matris, & idolatras aliquandò futuros.

Quo ſenſu, nihil eſt quod ab hoc prophetæ exemplo aucuperis (ô Rex) peccato tuo patrocinium.

Vt vt ſit, Illa mulier, de qua nunc ſermo, aut vxor iuſta Hoſeæ ex meretrice fuit, aut non fuit, ac ſic Hoſeas cum meretrice meretricatus eſt.

Si fuit, eſt quod ſequare ô Rex in Hoſea, qui collegit lapſam & correxit, aut corrigere ſtuduit, nō quod prætexas *velamen malitiæ* tuæ cum Herodiade, prophetæ quaſi *libertatem*.

Si non fuit, & iubente Deo (vt conſtat) in eius tamē fundo inculpatè ſeminauit vt, idem poſſis, oſtende & tu diploma, & patentes (vt ſic vocē) Dei viui, quib⁹ vel

iubea-

iubearis, vel vt minimum permittaris ac poſſ...
ris, alienum fratris tui fundum arare, tuum ...
incultum ſinere, id eſt, vxore priore repudiata ...
Herodiadem habere. Tùm libentiſſimè herbam ...
rigemus, tum toto fori campo cedemus, cum ...
ſta.

**Quorſum mortui cauſa tam fuſè acta.**

Sin autem priuilegium aliquod Dei proferre ...
chiuo tuo omnino non potes (vti reuera non po...
patere, te Sereniſſime Rex, obſecrari, argui, incr...
& opportunè importunè clamari à Baptiſta, ab...
dem ſortis hominibus faſtidioſum iſtud *Non licet ...
habere vxorem fratris tui Philippi.* Patere, ignes & ...
illas æternas tibi paratas repræſentari &c.

Hæc de hac cauſa Herodis hic adeò latè Audi...
res: non propter Herodem, cui iam æternum p...
prodeſſe nihil poſſunt, ſed propter viuos & viuen...
& maximè Reges, ne in Herodianas libidines in...
dant, aut ſi inciderunt, vt reſipiſcant.

III.

*De ijs quæ tolerantur. Et; acceſſum viri ad vxorem a...
terius adhuc viuentis, vt hic, nunquam toleratum.*

Nec tamen adeò Stoici nos, aut rigidi Catones ...
mus, vt nihil cuiquam, non etiam Regibus, de ſumm...
iure cedendum, cum nullo de nulla re diſpenſandum ...
aut nihil conniuendum cenſeamus.

Non ſum ego, qui dicam, *Nulli cedo Terminus*, vt ...
in fabb.

Et ſi quid cui cedendum, aut conniuendum; ...
*tuſa adeò geſtamus pectora* Franciſcani, vt non nonnu...
in gratiam Regum maximè id præſtandum, quo...
offenſos haberi, Reipub. vtile eſſe ſatis oſtenderunt ...
Anglicanum ſchiſma ſub Henrico VIII. & Gallica...
conuerſio, ſub Regum magno miraculo.

**Indulgẽda interdum quædam, maxima Potẽtiorib⁹,**

Decret. p. 2. cauſa 1. q. 7. num. 16. Cyrillus in ep. ad ...
nuarium Ep. referente Iuone. *Diſpenſationes rerum ...
gunt nonnunquam, parum quidem à debito rigore quaſi ...
exire foras, vt maius aliquid lucrifaciant. Sicut enim hi, qui ...
mare nauigant, tempeſtate vrgente, nauique periclitante an...
xiati, quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant: ...*

*& ...*

*& nos cum non habemus ſaluandorum omnium negotiorum penitùs certitu linem. deſpicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia.*

Cic.lib.4.epp.fam.ep.9. *Tempori cedere, id eſt neceſsitatē parere, ſemp . . ſapientis eſt habitum.*

Nauarchus prudens non ſemper, oppoſitis totis viribus ac remigibus, ſed cum rati ventos, pro arbitrio, tradere non poſt, ratem ventis aliquandò vel inuitus tradit.

Putant nonnulli, *non eſſe idem ferre, ſi quid ferendum eſt; & probare, ſi quid probandum non eſt.* Cic. ep. 6. lib. 9. famil.

Putant, non omnem tolerantiam mali, culpam habere; aliquam vacare culpa, nonnullis ex cauſis.

* *Primò*, cùm reſiſti omninò non poteſt, ob vim ex aduerſo maiorem. **Quãdò ſine culpa,**

* *Secundò*, cùm permittitur id, cui reſiſti quidem poſſit, ſed damno fortè maiori, quàm commodo, in quo genere multi vſuras publicas reponunt, Lupanapanaria &c. mala fortè neceſſaria.

Moyſes (inquiunt) innocens, etſi libellum repudij tolerauit potiùs, quam iuſſit, ſcilicet, ne vxoricidijs familiæ cruentarentur, *ad duritiam cordis veſtri*, aiebat Christus.

Bigamia, & vnius viri cum pluribus ſimul fæminis nuptiæ, initio innocenter diſſimulatæ, non modò vt populus Dei latiùs propagaretur, ſed ne vagi ferino ritu concubitus magno prolis, & publicæ honeſtatis damno, frequentarentur. **Exempla magnorũ virorum hùc facere;**

Timotheus à Paulò circumciſus, & Gentes ſub Petro iudaizarunt.

*Ad duritiam cordis* quorundam leges ſuas, quaſi Leſbiam regulam, Legislatores quidam aliquando inflexerunt.

Putant, quod *opinionũ commenta delet dies, naturæ iudicia confirmat.* Cic. 2. de Nat. Deorum.

*Quod ratio nequit, ſæpè ſanauit mora.* Senec.

*Curando fieri quædam peiora videmus*
*Vulnera, quæ meliùs non tetigiſſe, fuit.* Ouid.

Sordes corporis mauult medicus non omnes ... re, quam venas omnes ęgro, & viſcera, aperire.

A. Gell. lib. 17. noct. c. 15. *Vtriuſque Hellebori (can... ſcilicet & nigri) eſſe hāc vim, vt humores noxios, ... cauſſæ morborum ſunt, extrahant. Eſſe autem periculum ... inter cauſſas morbum omni corporum via patefacta, ... que ipſa, in quibus cauſa viuendi eſt, exinaniantur, ... omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhauſtus ... reat.*

*Matth.* 13. Seruis ante meſſem eradicate zizania ... ſtientibus reſpondit paterfamilias, *Nonne for... gentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.*

Deſierit potiùs bona mater prolis nates em... re, quam (quod dici vulgò ſolet) vel ſanguinem ... ciat, aut naſum auellat.

Iacturam partis mercium faciet potiùs, magna ... peſtate, cautus mercator, quàm dùm nimis vult ... amittere, etiàm quę ſalua eſſe poterant per iactura... (cum iactura importunè ſeruata) volens nolens ... tat.

Iactura in loco, pro lucro eſt.

D. Auguſtinus ep. 48. *Non propter malos boni deſ... di; ſed propter bonos mali tolerandi ſunt, ſicut tolera... Prophetæ, contra quos tanta dicebant.*

Bonos, iuxta obpoſitis malis poſitos, magis ... adparituros.

Imò & Dei ipſius. *Oportet hæreſes eſſe, vt, qui probati ſunt, manifeſti ...*

A Deo, Heuæos Iebuſæos, & reliqua talium ... barorum monſtra, inter Iudæos, exercitij cauſa, ... relictos.

Deum, fomitem peccati in homine omninò ... extinxiſſe.

Scipionem Naſicam laudari, qui Carthaginem ... deleri funditus noluiſſet, ne ſine hoſte langueret ... mana virtus, & vitia agminatim, cedente Virtute, ... rumperent.

Autor eur Romam ad Paulū V. motu proprio. Et alia multa, quæ nuper Romæ dixi, ſcripſi, ... Pontificem Opt. Max. Paulū V. anno 1607. cū de...

Belg

Belgicæ Paci: sũ ibidẽ pro religione, pro patria motu ꝓprio philoſophat⁹. Benedictus Deus, qui *dedit* ægrotanti, multis antè annis *velle*, multis moliri, & eidem infirmo, a multis deſerto, imò & impugnato *dedit perficere*. Tu Patria, ſi benè quid de te merui; viuo & mortuo benè precare; ſi malè, ignoſce, & mihi Superos placa.

profectus, anno, 1606.

Sed ad rem. Ergò ego Regibus & Potentibus, in nonnullis, quæ iuris ſunt merè humani ac poſitiui aliquandò putem indulgeri poſſe, aliquandò etiam oportere; in diuinis autem inuitè conniueri, poſtquam ſcilicet omnia monitis, minisque, & flagellis Eccleſiaſticis fruſtra tentata ſunt, & cum adparet, periculoſiora morbo ipſo fore remedia;

*Sanderus lib. 1. de ſchiſmate Anglicano.* Iulius 2. Henrico VIII. Angliæ Regi, permittit ducendam vxorem Catharinam, fratriam ſuam, id eſt, ex fratre ſuo Arthuro viduam, infœcundam, forſitan & intactam, vt Reginæ ipſius procuratores adfirmabant.

**In iuris diuini tamen tráſgreſsione nonniſi inuitiſſimè cõniuendum.**

Moneo interim eos, qui lege diuina vetitis, conniuentia tamen maiorum diſſimulatis, vacant, vt vſuris, vt lupanaribus &c. peccato apud Deum non carere, qui videt cogi Præfectos, ***ad duritiam cordis*** ipſorum, conniuere.

Reges quoque ipſos, quibus plus videtur licere, aut indulgeri poſſe, deceat minimum libêre, ſui primum potentiſſimos Reges eſſe, ſeque in plurimis vincere, vincendi genere auguſtiſſimo.

Egeſippi digna literis aureis ſententia eſt. *Sicut boni Principis vita, probitatis quædam præſcriptio, & per vniuerſos viuendi forma eſt: ità Imperatoris colluuio, lex flagitiorum eſt.*

Notandumque valdè ſeriò eſt (quod ad cauſam Baptiſtæ cum Herode facit) nunquam vlla bona lege, aut indulto, permiſſum, vt coniux vel non coniux ad alterius viuentis coniugem accederet. Herodes enim coniuge alterius viuentis (ne addam fratris) abutebatur.

*Geneſ.* 20. Abimelechi Regis Geraræ curia tota diui-

diuinitus flagellata, ſterilitate omnium mulie-
quod is vnus Saram Abrahæ vxorem ad ſe ... 
xiſſet. Antidoro illo ſcilicet tantum facinus ...
Deus præueniebat.

*Geneſ. 26.* Abimelech Rex Palęſtinorum in G...
etiam hic valdè religioſus: Vt enim primùm ...
ex colluſione coniugum mutua, Rebeccam ...
xorem eſſe, gauiſus eſt, eam nec à ſe, nec à quoq...
adhùc adtactam fuiſſe; *præcepitque omni populo ...*
*Qui tetigerit hominis huius vxorem morte morietur.* ...
eſt, vxor eſt, nefas ab alio, quam à ſuo contingi.

*Otto Phriſingenſis ep. l. 6. hiſt c. 3.* refert, Loth...
Imp. Excommunicationis gladio, à Nicolao P...
Max. percuſſum, quòd vxore ſua Regina Thieb...
falsò prætextu inceſtus, repudiata, VValdrada...
concubina vxorem ac Reginam feciſſet, Gunth...
que Archiepiſcopum Colonienſem, & Thiegau...
Treuerorum Archipræſulem, vetiti diuortij, in...
ceſſarumque deindè nuptiarum adiutores, exau...
tos, exuleſque in Italia factos, permiſſa eis tan...
laicali communione, è viuis exceſſiſſe.

D. Lambertus Leodienſium Epiſcopus, Pipin...
Principem, Toppiliæ coram increpare auſus, qu...
Alpaidem pellicem, Pleutrendæ ſuperinduxiſſet. C...
raturum ſe Orci faſtidium (ſic enim illam vocab...
tra Eccleſiam fieri. *Ioan. Placentius Dominicanus in Cata-*
*logo Antiſtitum Tungarorum &c. in Lamberto.*

*Sanderus lib. 1. de ſchiſmate Anglic.* Clemens Septim...
cum Henrico VIII Anglorum Rege valdè vrgente di...
penſare noluit, vt Catharina vxore fœcunda repudia-
ta, alteram, Annam Bolenam, illam Angliæ exitioſam
facem, Eliſabethæ illius Antipapiſſæ matrem ...
& ſororem (quis hoc credat, aut capiat) duceret, etſi ...
iam antè *libro doctiſſimo pro ſeptem Eccleſiæ Sacramentis*
Non etiā conſcien-tiæ iis, *conſcripto de tota Eccleſia optimè eſſet meritus, & præ...*
*Sedem Apoſtolicam nuper propugnaſſet, maximeque ...*
*Clementis ipſius perſonam ex manibus hoſtium ereptam, &*
*vindicatam ſibi perpetuò deuinxiſſet.* Optimè. Angliam
enim vel totam perire ſatiùs, quam Sedem, Sedem
pa-

principem, Sedis autori Chriſto contraria committere, aut Seſſorem, Aſſeſſorum gratia, ſpontè perire.

Non licet omninò, etiam ſi vel maritus ipſe aut vxor concedat, aut iubeat, ne quidem ſi vterque coniux conſentiat. *Quod enim Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

Nicolai cuiuſdam, vnius ex ſeptem Diaconis per Apoſtolos electis, iampridem exploſa ſententia eſt, communionem quoque vxorum, vti & Sanctorum facto ſuo introducentis. Is enim cum ad vxorem formoſam rediſſet, à qua religionis cauſa tantiſper ſe continuerat, atque ei ab Apoſtolis obiecta eſſet Zelotypia, vt notam adeò deformem detergeret, & calumniam oſtenderet, vxorem in medium Apoſtolorum dicitur produxiſſe, quaſique in orbem circum egiſſe, illaque propinaſſe, &, ſi quis vellet eam habere, permiſiſſe. *Quod eius factum* (ait Auguſt. libr. de hæreſib. c. 5.) *in ſectam turpiſſimam verſum eſt, qua placet vſus indifferens feminarum.* Sectam Nicolaitarum adpellarunt. **Contra Nicolaitas,**

Apoc. 2. *Sed hoc habes* (ait Dominus ore Iohannis) *quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.*

*Vide Epiph. lib. 1. cont. hæreſ. hær. 25.*

*Euſeb. lib. 3. hiſt. Eccl. c. 29.*

*Niceph. lib 3. c. 15.*

*Clementem Alex. lib. 3. Stromatum.*

Lycurgi leges ſimile aliquid permittentes, vel hoc nomine, nuſquam alibi, quam Lacedæmone, ſunt receptæ. **Lycurgũ,**

Anabaptiſtæ etiam idcircò cordatis viris omnibus *graues ad videndum*, & audiendum.

Semi homines illos, qui coniugum riuales ferunt, vel inuitiſſimi etiam patiuntur, ſumma contumelia cuculos vulgus adpellat; alij, ignominioſiſſimè (etſi abuſu profaniſſimo ſanctiſſimi nominis, iam antè à me damnato) *bonos Iohannes, aut Iohannem benè volo*; adeò vel vulgo viſa indigna, coniugis cum externate communio. **Et coniugũ cuſtodes neglĩgẽtiores,**

Catonem illum Vticenſem (quem Porcium potiùs,

imò porcum hic adpellarim) ferunt quidem He
ſio amico Martiam coniugem roganti ceſſiſſe,
dam imò abutendam, eandemque poſtea H
hæredem recepiſſe. Sed ei Cæſar auaritiæ cauſ
obiecit, *Dimiſit:* (inquit) *vt locupletem reciperet*,
ſanè operæ precium.

Faxit Deus, vt maritos eiuſmodi in Chriſtian
perire non ſit, qui vxores alijs cedant & locent,
benter earum adulteria diſſimulent, vt honores,
ficia, vt diuitias à riualibus illis, vel, riualium
interuentu, adipiſcantur, Vxoribus, quaſi equi
ductitijs, & mulis meritorijs abutentes.

Res enim ea pluſquam ferina, cum etiam fer
dem à riualibus ſi quas norunt planè abhorrent
ſitim extincturæ, inuicem ferè prælientur, ſi q
eodem riuulo hauſtum petunt.

Quò Herodes dānabilior.

Quo Regis Herodis adulterium cum Herod
quam contra leges, contra Philippi mariti &
voluntatem retinebat, nequius cenſendum eſt.

Ouid. libr. Heroidū, ep. Acontij ad Cydippen.

Philippi (non dubito) ad Herodem crebræ fu
huiuſmodi querimoniæ; *Ille ſinus meus eſt, mea*
*oſcula ſumis:*

*A mihi* donato *corpore tolle manus.*
*Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi;*
*Quid facis? hinc exi; non vacat iſte thorus.*

## ECHO
## CONCIONIS XVI.

THEMA *Dicebat enim Iohannes Herodi: Non*
*tibi habere vxorem fratris tui.* Marci 6. M
14.

*Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;*

Dicendum hodiè mihi:
- *Quæ cauſæ ex parte Herodis*
*Baptiſtam, vt Herodem*
*ſum, quam Herodiadem incre*
- *Quæ cauſæ ex parte ipſius Bap*

AVE.

## I.

*Quæ cauſæ ex parte Herodis mòrint Baptiſtam, vt Herodem ipſum potiùs, quàm Herodiadem increparet.*

Mirum fortè cuipiam videri poſſit, Auditores, cur ex duobus æquè adulterum tantum, Herodem ſe. Propheta increpuerit; in adulteram verò ne verbum quidem, imò ne oculum quidem conuerterit.

Satis mirabile, quod Baptiſta nullum verbum ad Herodiadem.

*Herodes* (ait Lucas) *cùm corriperetur à Iohanne, de Herodiade,* non verò etiam *Herodias de Herode.*

Dicebat enim illi Herodi; *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*; non autem & Herodiadi *Non licet tibi Herodi adhæreſcere.* & leuiro tuo, & vxorem alteram habenti. *Elige de vacuis, quem non ſibi vendicet vxor:*

*Sineſcis, Dominam Rex habet iſte ſuam.*

Herodiade præterita, totam belli molem in Herodem vnum recta contorſit.

In adulteri vnius caput tota concionum eius tempeſtas ruit.

Cùr ſocios ſceleris ambos, non ambos ſocialiter & ſimùl, vel viciſſim caſtigauit? Id enim ſi nullus miratur, ego certè & hoc, & hos miror.

Quis enim iſte nouus vel purgandi vel pugnandi modus?

Tonſor peritus an non æquè piloſum, æquè hirſutum caput, æquè calida lauat, & perfricat?

Et fullo noſtras Armentarianus an non pannos æquè maculoſos & ſordidos, æquè ſapone, & herba borith imbuit, & aquis paribus æquè præmit ac ſubigit?

Et pugnatores, an non quà facilior victoria, hac inuadunt?

Cùr aliter Iohannes? cùr non vtrique benè ſordido, benè vtrique (quod aiunt) caput lauit? non vtrùmque æquè increpuit?

Cùr quà facilior victoria videri poterat, non illàc aut primùm, aut ſolùm, aut tandem etiam, quaſſat, impugnat, atque irrumpit?

An nón ſexus fœminarum facilior vinci, q
rorum?

Geneſ 3. Certè *ſerpens* ille *callidior cunctis animantibus* olim ita credidit, qui genus humanum tenta
Eua initium belli fecit, & heu! victor, eodem
uaſit, & triumphauit.

An quia Eremita fuit, ideò tonſoriam ig
& quia Concionator, non Strategus, ideò ig
ta fecit?

Certè vt Baptiſta, fullonicam non penitus
bat. Sciebat vti ritè facienda erant baptiſmata.

Libet igitur mutatæ a Baptiſta fullonicæ,
gnó bellorum Dei bellatore militiæ variatæ,
indagare. Nam nonnullas, & quidem graues

Matt. 11. ſuſpicor. Nil enim temerè vir tantus; quo *inter natos mulierum non ſurrexit maior*.

Audite, ſi qui mecum hoc ipſum miramini
non miramini, quià cauſas iam noſtis, fauete
linguis tantiſper, dùm mirantes meque erudio,
hoc videatis, an in cauſis rei eiuſdem reddendis,
voſque conſpiremus.

Igitur dico, videri mihi Baptiſtam quædam in
rode, quædam in ſeipſo ſpectaſſe, quæ hùc potius
illuc ipſum inuitarint.

Dicam primùm de ſpectatis in Herode,
ſpectatis in ſeipſo.

Fecit autem id ob cauſas varias. 1. Quòd Herodes familiæ pręeſſet;

Baptiſta vidit Herodem eſſe { 1. *Superiorem.* 2. *Culpabiliorem.* 3. *Faciliorem perſuaderi.* }

* 1. *Superiorem*. Itaque ſi illum viciſſet, viciſſe
rodiadem vnico quaſi prælio; ſi autem Herodia
pænè nihil actum, iterùm nouoque bello cum
de certandum ruſuſque vincendum.

Herode enim vel ſolo iam perſuaſo & parat
uere has, quas falsò putabat, nuptias; nó poterat
rodias vel non velle idipſum ex animo, vel quà
uita, & volens nolens non parere; aut ſi non pare
bigi, aut ad virum reduci aut remitti Herodiade
ſola benè perſuaſa, & diſceſſionem iam adfectan

poterat Herodias in Herodem eandem vim exercere, aut ſe commodè ſubducere &c.

Comperi ego ita eſſe aliquandò Dunkercæ. Nàm cum fœminam quandam quæ a marito malè deſerta, deſperatione quadam militi cuidam ſe habēdam tradiderat, iam viciſſem vt reſipiſceret; neceſſariò etiam nouo bello militis animum expugnare debui, vt tutò femina, quod perſuaſeram, poſſet, potuit autem, & fecit tandem, animo militis, per gratiā Dei expugnato. Ita ſcilicet viro victo, plena victoria eſt.

Nam ſi cum maritus iuſtus vxori dabat repudij libellum, oportebat vxorem quālibet legitimā, illi, vellet nollet, parere, domoque abire; quanto magis Herodiadē concubinam, ſi Herodi benè perſuaſo idem collibuiſſet?

Caput enim *mulieris vir.*

*Geneſ* 3. Euæ, quaſi pœnitentiæ & ſatisfactionis loco, diuinitùs decretum; (*ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*; vel, vt interpres Chaldaicus vertit, *& ad virum tuum erit conuerſatio tua*: fortè mel. *conuerſio tua*:) id eſt, conuerſaberis, & conuerteris, iuxta exemplar tibi è viro monſtratum. Si conuertitur, conuerteris. *Pſal.* 1.
*Cum bono bona eris.*

Vt ſtylus ille, illa tremula & ſemper mobilis ferri acies, quæ horologiorum ſolarium velut temo eſt, & gubernaculum, cum a magnete ſemel adtacta eſt, ad Solem ſemper conuertitur, vt horas notet, ſic vxor ad mariti boni ſe componet arbitrium.

Vt plantæ quædam Soliſequæ ſunt, quædam Luniſequæ, ſic decet vxorem eſſe viri ſequam.

Qua ferè phraſi dictum; *creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*, id eſt, hùc, aut eo fine homo eſt conditus, vt Deum ſuum proximè non ore, ſed more viuendi agendique referret. *Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum.* *Geneſ* 1.

Induſtriè ergò pugnatū à Baptiſta Recta caput belli peritum; recta cum capite, & Duce tranſactum.

In vrbium aut caſtrorum deditionibus, cùm ritè cū Capitibus atque Principibus tranſactum eſt; grega-

rium militem, popellumq́ue, oportet, velint
pati, cedere, abire.

*Securis ad radicem poſita eſt.*

D. Chryſoſtomus conſentit, qui cum idipſum
nunc ego, quæſiſſet, ita reſpondet; *Quia principa*
*eſt* (inquit) *& poteſtas in illo.* tomo 2. homil. 49. op.
in Matth.

Idem op. imp. in Matth. ſic. *Quod id magis*
*valeret, ac eſſet potior.*

Qui vnum hunc vicerit, ambos vicerit.

In Matrimonijs, imò & in adulterinis quo
iugijs, aditum, & contractus firmitatem neceſſ
triuſque conſenſus facit; exitum verò & diſſol
ſaltem quo ad torum, non item. Olim vnius
& ſolius viri conſenſus aut adpetitio ſeparabat
mè coniunctos, quantò magis quos tantum v
mores coniunxiſſent?

Satis erat, Herodem vnum perſuaſum eſſe,
pudium.

2. Quod incentor peccati fuiſſet, * 2. *Culpabiliorem*, non qua conſummatio libid
attenditur, (nam hàc erat vtriuſque par adulter
& ferè par inceſtus: ſed quà principium.

Herodes enim primus ſoluſque mali huius
incentor; Itaque & increpatione, & pudoris
que incuſſione dignior.

Ipſe illex Herodiadis fuerat, ipſe illectam d
bebat, & tenebat, non ab illa ipſe tenebatur.

P. Martinus de Goy Obſ. Audomar. Quãquã potiùs (vt quidã pius & ſenex Pater
dinis mei, amicus meus, in ſimili cauſa dicere
neque iſte illam, neque iſtum illa, ſed Diabolus
que tenebat Herodem & Herodiadem, vt co
torem quemcunque & concubinam, catenis
adamantinis circum ligatos Dæmon habebat,
nebat animo aut corpore ſeparari. Martem
Venerem iſtam Vulcanus ille concatenauerat.

*Funes peccatorum circumplexi ſunt me.*

Reuera autem, & in foro fori (vt noſtri loquuntur
rodes Herodiadẽ corruperat, & corruptã ipſe ten

Itaque, vt *pro menſura delicti, eſſet & plagæ* huius

doris & verecundiæ *modum*, ad Regem totum ſermonis impetum Baptiſta maluit, quã ad Reginam conuertere. Noluit vt canis peccatum ſus dependeret.

*Nihil iſta nec auſa, Nec potuit.*

In vitium ſunt credula turba fœminæ, ſcilicet.

*Simplicitas* aliquo *digna fauore fuit.*

Prætendere illæ, nec rarò iuſte ſolent, *Serpens decepit me*; Herodes decepit me, pellexit me nihildum de ipſo cogitantem; Petulantiores enim hic atque importuniores viros, quam fœminas eſſe iam antè multis docui.

Optabat Baptiſta etiam, Herodem non minus fieri præitorem ad pænitentiam, quã fuerat ad culpam Herodiadi ſuæ; vt ſequuta errantem, ſequeretur pęnitentem.

* 3. *Faciliorem perſuaderi*, ad valedicẽdum adulterio, *ad faciendos dignos pænitentiæ fructus &c.* vt apud quem iam ſibi multum autoritatis conciliauerat, & veriſimiliter multò plus poterat. **3. Quod facilior perſuaderi videretur,**

*Herodes enim metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum* Marc.6.

Habebat in Herode Baptiſta, quidquid poſſit Orator de beneuolentiſſimo Auditore, ſperare, vel optare, ad finem dicendi qui eſt perſuadere dictione, cõſequendum; in Herodiade autem aduerſiſſima omnia, inſidias, occidendi voluntatem. Illa fortaſſis ne in conſpectum quidem Iohannem admiſiſſet. *Grauis eſt nobis etiam ad videndum* exclamaſſet, eijcite maledictũ (ſerui:) abigite foras ſtolidum iſtum, excludite Timonem & canem iſtum.

Habebat Herodem Baptiſta {
1. *Benè de ſe ſentientem;*
2. *Obſeruantem ſui;*
3. *Timentem;*
4. *Beneuolentem;*
5. *Obedientem;*
}

* 1. *Benè de ſe ſentientem. Sciebat* enim *eum virum iuſtum & ſanctum*, Marc.6. **Qui ſcilicet de Ba-**

 Orator,

**ptiſta tã benè iam ſentiret,**

Orator, quum eſt & creditur quoque, aut cert
ſaltem, vir bonus dicendi peritus, quid non poſſi
*Tùm* in ſumma ſeditione vulgi iam faces & ſa
culantis *pietate grauem ac meritis ſi fortè virum quem*
*Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant,*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.* Vi
AEneid.

Creditur enim tùm rectè ſemper ſentire, om
benè velle, nolle vnquam fallere. Illius verbis, q
goſſypio aut ſericis floccis Regum aures ſuauit
plentur, ac pænè animi incantantur. Reges reg
ab illo.

Contrà; Improbis etiam optima veraque dic
bus fides derogatur; videturque talis aduocatus
cauſſæ argumentum.

Athenienſes certè id opinati, qui conſilium b
& ſalutare ab homine non ſatis probo allatum, p
pulo non putarunt illius ore proponendum, ſed
ſtidis cognomento Iuſti, ne bonum ex malo fon
riuatum, crearet veneni aliquam ſuſpicionem.

Atquè vt Orator omninò vir bonus non ſit, hab
tamen bonum, plurimum facit ad perſuadendum.

Quo ſtudioſiùs omni Eccleſiaſtæ ad curandum
ne quid faciat, quod bonam de ſe opinionem lab
ctet; Laicis, ne Paſtores ſuos detractionibus e
rent.

Incredibiliter autem prodeſt, & bonum viru
dem eſſe, & haberi, imò & ſciri talẽ ab eis, apud
& ad quos dicit: Quæ omnia in Herode ſuo hab
Baptiſta. *Herodes metuebat Iohannem, ſciens eum v*
*iuſtum, & ſanctum.* Marci 6.

**Adeò coleret,**

* ij. *Obſeruantem ſui. Et cuſtodiebat eum*, ait Mar
6. id eſt, vt vertit Eraſmus *obſeruabat eum*, tàm dig
tis, quam virtutis cultu. Arias Montanus vertit
*uabat, eum*, id eſt adeò colebat, vt etiam contra H
diadis inſidias tueretur.

Sæpè enim quod rationi non datur, datur ob
uantiæ, datur notæ Virtuti, datur Dignitati & gr
datur Pietati.

Sic parentibus liberi, ſic Magiſtris diſcipuli, ſic Sacerdotibus Laici ſolent per obſeruantiam multa tribuere, & cedere.

Sic Veſtalibus ſuis multa Romani, qui, ſi vnica occurſabat, vitam damnato dabant.

Itaque Eccleſiaſtæ prouidendum, vt eam apud ſuos, non tam dignitate nominis aut tituli ſibi acquirat (quamuis nec talia, cum adſunt, contemnenda) quàm morum ſenio, vitæ ſanctimonia, rarò cum Auditoribus congreſſu & conuictu. Quod vltimum ſequutus Pericles, multum apud ſuos adeptus eſt maieſtatis, atque obſeruantiæ; eademque vna res cumprimis ordinem PP. Capuccinorum, & Ieſuitarum commendat plurimum. Vtinam reliquis idem per fortunas liceret! — *Plutarch.* — *Idem to. 1. vit. in Pericle.*

*iij. *Timentem; Herodes enim metuebat Iohannem*, ait Marcus c. 6. timore, vel filiali, vel ſeruili. — **Timeret,**

Ea ſcilicet vis eſt veræ Virtutis, vt etiam Regibus ſit formidabilis, vndè etiam ſæpè fit, vt quod amor ab ipſis non impetrat, timor extundat.

*Cum erit Verri, qui Verrem tempore quo vult*
*Accuſare poteſt*; ait ille;

*iiij. *Beneuolentiam. Libenter enim eum audiebat*, ait Marcus c. 6. — **Eique tñ bene vellet,**

Solenne eſt, Iudices ijs faciliùs credere, quos libentius audiant.

Certa pænè victoria etiam apud Deum, cum gratioſus aliquis ad orandum deſtinatur. Qui orator abierat, redit exorator.

Itaque non otiosè monent benè dicendi Magiſtri, orationis exordium pęnè conſumere in beneuolentię Iudicum, Auditorumque captatione, apertè, obliquè, artibus omnibus.

Cautiſſimeq; Areopagitæ (opinor) Iudices Athenis ſeueriſſimi, vim beneuolentiæ captatæ intelligentes, noctu ſolebant (vt ait Lucianus) non interdiu iudicare, quo non dicentes, ſed quæ dicerentur, obſeruarēt; item exordia, rhetorica pigmenta, & perſonarum vocabula interdicere, adfectuum commotionem nulli permit- — *Vide Iulium Pollu-*

permittere, vt nulla neque beneuolentia, neque
leuolentia, eorum auditione concepta, maiore
gritate & magna apathia de cauſis capitis pronun
rent.

Et ſapienter illa Summi Iudicis imago, apud T
banos oculis conniuentibus picta fuit, vt diſcer
Iudices nullius perſonam intueri, & nullius vult
aut ſic flecti. *Stobæus ſermone quadrageſimoquar*
*Plut.*

*Et tam ſæpe pareret,*

**v. Obedientem*, & pænè cereum flecti, in quamcu
que pæne partem vellet Baptiſta. Ille animum ip
inſtar ceræ præmollitæ, vt volebat informabat, du
bat, abducebat, reducebat &c.

Sequebatur Rex Baptiſtę conſilia, vt terra figul
& plaſtæ manum.

*Horat. in Arte.*

*Amphora cæperat* ab Rege
*Inſtitui? currente rota* leuis *vrceus* exibat Bapti
ſuaſu. *Audito eo multa faciebat* ait Marcus c. 6. mul
in rebus illius conſilijs obtemperabat, nec monach
nec Eremitam contemnens, vt nunc ſtultè plerumq
qui in Politicis nihil indoctius monacho putant, cum
tamen monachis, & quidem Franciſcanis, multæ pa
ces perfectæ æuo hoc noſtro, debeantur.

Non longè ille à ſalute, qui ſi non ſemper ipſe ſa
pit, ſaltem credit recta monenti. *Heſiod.*

Sic Baptiſtam Herodes, vt nunc magnus ille Gal
lorum & Nauarr. Rex Henricus IV. Cotonem &
non ita pridè inuictiſſimus ille Imp. Carolus V. Gu
uaram Franciſcanum, & quędam Regina Franciſcum
Regium cognomento Magnum, etiam Franciſcanum
Niuellenſem, opinor, habebat.

Optimè eſt Reip. non modò cùm Philoſophi re
nant, aut cum Reges philoſophantur; ſed etiam, cum
Philoſophos obedienter audiunt regnatores.

Tùm enim non tàm Reges, quam Philoſophi, im
quam ipſa philoſophia, dominantur.

Vides quàm mutata hinc rerum Gallicarum fa
cies?

Vtinam

Vtinam multos Herodes imitatores haberemus! vtinam Henricos, & Carolos multos, qui multa audito Baptiſta, & quouis Sancto viro, actitarent! Stater, quis neſcit? Reſp. loco meliore.

Baptiſta ergò ita obedientem Herodem habebat, vt temonem Galileæ, & gubernaculum, quaſi è puppi nauclerus, tenere videretur, dicique ipſe poſſet, vt quondam Elias *Currus Iſrael, & auriga eius.*

Ergò magna Baptiſtæ ad perſuadendum hinc momenta.

Victoriam pænè certā ſibi poterat polliceri, à tot, ab hoc cornu, præſidijs, & quaſi fauoribus cæli adiutus; ab altero verò, nempè Herodiadis cornu, deſperate, Sole, Loco, Vento, Puluere, & reliquis aduerſantibus. *Herodias* enim *illi inſidiabatur, & volebat occidere eum* ait Marcus c. 6. *Occidere* (inquam) ipſa manu ſua, non ab alio quouis dumtaxat occidi. *Vide Ariſtot. ſect. 30. Probl. Qui denique vir eſſet.*

**Deinde*: rationum vir capacior, quam fœmina, vt ratiocinantem ſubtiliter capere facilius Herodes, quā illa, Iohannem poſſet.

**Deniq;*: à deguſtata illa voluptate facilius viri, quā mulieres abſtrahuntur, quos vt plurimum mox ab opere triſtitia quædam naturalis conſequitur. Vt mulier difficilius quàm vir iſthùc adducitur; ita adducta, difficilius abducitur. Ignes tardè conceptos, tardè dimittit.

Pudorem, quem ſemel exuit, difficilimè rurſus induit.

Equit, taurit, & ſubat ſemper, quæ ſemel meretrix effecta eſt.

Itaque prudentiſſimè hic legatus Dei Herodē potius, quam Herodiadem eſt adgreſſus, detonans ſuū illud terribile, & machinis moliuomis ſimile, *Non licet tibi &c.*

II.

*Quæ cauſa ex parte ipſius Baptiſtæ.*

Sed

Sed alia quędam priuata conſilia ſic adgrediſ... tunt.

Adtendite Sacerdotes, & quos iam vota, Caſt... deuinxerunt.

Sciebat Baptiſta hunc ordinem eſſe legitima... ritatis, vt ſic ſtudeatur proximi bono, vt nihil ſa... ſius, quod ſit paris ponderis, derogetur.

**Ordo charitatis quis,**

Proximè poſt Deum, cautum eſt, vt nos ipſos ſ... dum animam diligamus. *Diliges*, inquit, *proxim... um ſicut teipſum*. Dilectio tui ſit exemplar, & pro... pus dilectionis proximi. Nam verbis illis dilectio... dilectioni proximi præfertur, ſenſo Thomę, 2.2.q... art. 8. ad 2.

Itaque cauebit ſtudioſiſſimè qui ordinatè dilig... ne committat quodcunq; peccatum, etiam valdè ... niabile, vt proximum liberet a mortali. *Non ſunt ... cienda mala, vt veniant bona.*

Idq́; eſt ex mente Auguſtini lib. de mendacio.

Idemq; recitatur in decretis xxij. q. ij. factat, vbi ... dicitur; *Factat homo etiam pro temporali ſalute homi... quod poteſt. Cum autem ad hoc venerit, vt tali ſalu... peccando, conſulere non poſſit; iam ſe exiſtimet non habe... quod factat.*

D. Leo Papa 1. epiſt. 1. c. 4. *Indecens eſt crimen ſuum ... modis alienis impendere, & exercere.*

Poſt ſalutem autem noſtram ipſorum, tum ſpi... tualem proximi ſalutem diligere tenemur, ante ... ſtram corporalem.

1. Iohan. 3. *Nos debemus pro fratribus noſtris animam p... nere.* vitā corporis, pro vita animæ, maximè qui ... paſtores.

Iohan. 10. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ou... ſuis.*

Procuranda igitur ſic ſalus aliena, vt non peric... tetur ſua.

Sed Baptiſtæ viſum, Herodiadem adiri, corrip... à ſe commodè non poſſe, ſine vel certa ſui ruina, au... ruinæ magno periculo, Herodem autem tutiſſimè, aut ſolo capitis vitæq́; periculo.

Itaque

Itaque rectè & ordinatiſſima charitate, Herodiade prætcrita, Herodem impediuit, malens ſibi vitam iſtam quā animam perire, dùm animam proximi ſaluam faciat.

Ducum ille prudentiſſimus, qui magnas neq; puluerulentas refert victorias; & minimo ſanguinis ſui & ſuorum profluuio, aut periculo, multos cædit aut domat.

Nam cruentæ illæ victoriæ, & lachrymoſa trophæa, quibus flet victus, victor interit, Ducem non valdè commendant.

Concionatorum etiam ille ſolertiſſimus, qui ſic ſalutem proximi adcūrat, vt periculo non obijciat ſuam.

**Baptiſta non adijt Herodiadem,**

Baptiſta igitur cauit periculis
- 1. *Famæ ſuæ.*
- 2. *Caſtitatis maximè.*

**1. Ne famæ ſuæ derogaret,**

*1. *Famæ ſuæ*, cui parandæ primum, ac deindè tuendæ multum cuiq; maximè Eccleſiaſtis, ſtudendum eſt, religioſiſſimeque cauendum, ne vt in pupillam oculi puluiſculus, ſic in ipſam rumuſculus ſiniſtrior incurrat. Vt pupilla oculi, ſic fama.

Oratori prouidendum *quæ vulgi fama* ſit dicturus, vel pueri docebamur.

*Ab omni ſpecie mali abſtinete.*

Suſpicionibus maledicorum magis patere poſſe videbat ſuum, tantus & tam rigidus Eremita cū muliere Regina, adultera; quàm cum Rege etſi etiam adultero; colloquium.

D. Bernardus. *Luxuria ſericum non timet, ciliciū non curat, laſciuit in plumis, infeſtat in paleis.*

Etiam ieiunatores quadrageſimæ & aquæpotores, & deſerti incolas Dæmon inuadit.

Fama autem caſtitatis res tenerrima, & ferè pariter cum pupilla oculi delicata, lædi facile, & ſuſpecta eſſe poteſt.

Plurimum vel tantillo, vt oculus puluiſculo, offenditur.

Et *nos in vitium credula turba ſumus*. Ouidius li[b.] Faſt.

Eſt enim delicata res fama, etiam ſanctiſsimorum:

Faciles in ſuſpiciones, in praua iudicia, in de[tra]ctiones, alteri de alteris ſumus, maximè de religio[ſis] ribus, & quorum vita in ſublimi poſita eſt, id pro[cu]rante Diabolo, ne proficiant, & ſpolia eius fortes armati deripiant; ſed & quadam maleuolentia p[er] fataliter eos conſequente, qui verè & ſeuerè in [vitia] velitantur. Strigilis paulò mordacioris preſſion[e] frictione curatus equus equiſonem ſuû calcibus p[etit] ſcilicet.

Quintilianus declamat. 18. *Peſsimum humana[rum] mentium malum eſt, quòd ſemper auidius nefanda [credun]tur, nec vſquam ſe magis operæprecium putant maligni [fa]cere ſermones, quàm cùm incredibilia, quaſi deprehen[sa, nar]rantur*

Ibid. *Adfirmationem ſumit ex homine, quidquid [non] habet ex veritate.*

*Iohann.* 4. Chriſto ipſo quid continentius? Tam[en] ipſi eius diſcipuli, qui eius continentiam intus a[tque] in cute nôrant, mòx vt eum tantiſper ſolum cum [mu]lie[re], & quidem in publico & docendi gratia, cum Sama[ri]tana ſcilicet, propter puteum, colloquia miſcentem repererunt; *mirabantur, quia cum muliere loqueba[tur]. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum e[a]?* neque id modò, quòd perſona eſſet de gente Sama[ri]tana, & quaſi excommunicata; ſed maximè quod [al]terius ab ipſo ſexus; Nam, quæ & qualis eſſet mulier, pudica an impudica, ipſi non nôrant, qui nec Chri[ſtum] dicentem, nec ipſam confitentem audierant, ab[ſentes] cum iſta tractarentur.

*Toletus comment. in hunc locum*, Non mirantur, [in]quit, diſcipuli cum muliere colloqui Chriſtum, qu[od] aliquid ſiniſtrum cogitarent, ſed quia inſolitum era[t] Chriſto loqui cum mulieribus, præter eas quæ con[iun]ctæ ſanguine ſibi erant, aut notæ. Nec hactenu[s] Chriſtum ignotis cum mulieribus, maximè remotis arbitris, loquentem viderent, proptereaque mirat[i] ſunt tanquam nouum quiddam, inſolitum, & inſpe[ra]tum.

Cyprianus de ſingularitate clericorum, hinc probat Apoſtolis fluxam familiaritatem diſplicuiſſe.

*Hoc ſi in viridi* & non arſili *ligno; in arido quid fiet?*

Hoc ſi de adamente; quid de palea, & ſtupa ignib⁹ admota.

Vt candela muris iuſto vicinior, etſi ipſos non comburit, tamen ſemper fuligine tingit & denigrat; ſic colloquia cum mulieribus, vt non ſemper noxia, tamen ferè ſemper ſuſpecta, & ſaltem bonæ famæ contraria.

D. Ambroſ. lib. 1. off. *Quanti non dederũt errori locũ, & dederunt ſuſpicioni!*

*D. Hieronymus in epiſt. quadam* narrat ſe antequam Paulæ matronæ domum frequentare cœpiſſet, dignum Pontificatu ſummo paſſim ab omnibus iudicatum, famæque fuiſſe admirandæ; deinceps ab ea viſitatione, neſcio quam notam incurriſſe, quamlibet familiaritas illa eſſet hominis valdè caſti cum caſtiſſima. *Sic nos in vitium credula turba ſumus.*

Itaque viri plerique magni id genus colloquia ſtudioſiſſimè deuitârunt.

D. Auguſtinus fœminarum, & in eis ſororis, & fratris filiæ contubernium, familiaritatemque vitauit, quippè qui diceret, *etſi propinquæ mulieres ſuſpectæ non eſſent, tamen quæ ad eas ventitarent, poſſe ſuſpicionem efficere.* Poſſidonius Calam. Ep.

S. Ludouicus Ep. Franciſcanus, Caroli Regis Siciliæ filius, mulierum conſortia etiam adoleſcentior vitabat omninò, adeò vt niſi fortè cum matre vel ſororibus) ſolus cum ſola nullo vnquam tempore loqueretur. *Ex off. SS. Ord. D. Franciſci.* Viderint, quam benè ſuo nomini conſulant, qui fabulas non neceſſarias Marſi Amazonide, aut Homeri Iliade longiores, & fartas cachinnis argumento dignis, potius quam ſanctis lachrymis, cum loquaculis neſcio quibus de picarum genere mulierculis, & locis, & temporibus minimè congruis, vltrò citroque miſſent.

Ecquam .n. quæſo tales de ſe, hominibus ſ[illegible]
nis generis, id eſt, minimè ferreis, & à Iohãn[illegible]
ſtæ victu, veſtitu, & totius vitæ aſperitate re[illegible]
mis, adoleſcentulis adhuc nonnunquam, c[illegible]
*mollibus veſtitis*, & domibus Regum conuenien[illegible]
tatis, opinionem vulgo creare poſſunt, aut ſ[illegible]
am extundere?

H Hieron. ep. *Solus cum ſola omninò non ſ[illegible]*
*infamiam metuis, & ruinam.*

Longa& crebra cum mulieribus colloqui[illegible]
amor non habet, ſed breuis eſſe laborat, & p[illegible]
noſyllaba (cum eius oracula illæ ſciſcitantur[illegible]
ſat.

Orationem mentis ad Deum pro ſexu ill[illegible]
giorem malim, quam orationem oris ad ill[illegible]
Deo.

D. Ambroſ. lib. 1. off. *Quid neceſſe eſt, vt dom[illegible]*
*laribus obtrectandi locum?*

2. Ne periclitaretur eius caſtitas, *2. *Caſtitatis*; Si Baptiſta non in concione t[illegible]
ſed domi quoque, & priuatim dixit, *Non licet[illegible]*
tè cum Herodiade ſic agere vix potuit, & de i[illegible]
ctare conuenienter, vt non intercederet mut[illegible]
dere & videri mulieris, & quidem adulteræ, &[illegible]
*Pſal.* frontis, & præterea pro dignitate regia, imò[illegible]
*Pſal. 44.* pellicatu *circumornatæ vt ſimilitudo templi, c[illegible]*
*varietatibus*; & mutuum longiuſculumque (ſalte[illegible]
ſenſionis prætextu) colloquium.

Periculum timuit alicuius Mortis, quæ c[illegible]
poteſt per oſtium, ſaltem vt fur *intrat per feneſt[illegible]*
(ita eſt incantatrix) etiam per tenues rimas.

Occaſio lapſus non parua fortiſſimo cuique, à
- 1. *Viſu mulieris*
  - 1. *Actiuo,*
  - 2. *Paſſiuo.*
- 2. *Ornatu, & regio, & meretricio;*
- 3. *Auditu & colloquio;*
- 4. *Publica libidine.*

*j. *Viſu.* Quis enim neſcit, Baſiliſci adſpectu, a[illegible]
ctum vtriuſque, vtrique eſſe nocentiorem, ſeu [illegible]

virum adſpiciat, ſeu vir illam? j. Per mutuum videre, & videri,

Mich. Glycas p. 1. Annal. *ſerpens is, quem Baſiliſcum vocant, cuius etiam ſapiens ille Galenus meminit, ad Piſonem de Theriaca differens, ſolo intuitu necat eum, qui ipſum adſpexit.*

*1. *Actiuo*, id eſt, cum vir in mulierem oculos vertit, & figit.

*Ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab ea.* Recurſatoris honos; oculus lætiſsimus & amabilis, lubricè introgreſſus, animo ſedet dominabundus, vix tardiſsimè expellendus.

*Oculi raptores ad culpam* ait Gregor. in illud Geneſ. 3. Vidit mulier &c.

*Oculi ſunt in amore duces*, ait Poëta.

*Oculi nos in omnia quotidiè vitia præcipitant*, ait Fabius: *Vritque videndo fœmina* ait Virg. id eſt dum videtur.

Vti oculos corporis excæcat fixior in Solem meridianam intuitus; ſic animi lumē, id eſt, rationem moroſior mulierum adſpectus extinguit.

Geneſ. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, acceperunt vxores ſibi ex omnibus quas elegerant.* Etiam filij Dei, etiam filij Dei, his retibus capti ſunt.

Hæ epulæ, hic paſtus oculorum mirè mentem viri peruadit, vaſtat, atque inebriat.

Eccl. 19. *Vinum & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes.*

*Iud.* 16. Samſon ille etiam aquępotor & abſtemius, & magno Dei dono natus, vt Dalilam vidit, mox perditè adamauit.

2. *Reg.* 11. Dauid nuper corculum & deliciæ Dei, vt *vidit mulierem lauantem ſe*, quò cecidit?

Vt muſcis quibuſdam lumen ipſum, quo maximè delectantur, quodq; circumuolitant, adfert exitium; ſic animos virorum perdit adſpectus mulierum quem maximè adfectant.

Eccl. 9. *Ne reſpicias mulierem maliuolam, ne incidas in laqueos illius.*

 *2. Paßiuo

*2. *Paſsiuo*, id eſt, cum virum mulier proliciri[illegible]
tur.

Oculiſſimum neſcio quid eſt mulier, eique[illegible] *ni omnis vis conſtat in oculis*. Plinus lib. 8. c. 16.

*Oculi, Oculi* Auditores *prima ſunt tela adultera.*

Vno momento fœmina ignita tela hinc iaci[illegible] nita, ſemperque abundat recentibus.

Inſtar Baſiliſci, quem vident, necant.

Inſtar vitri cryſtallini, quod Soli aliquamdiu [illegible] ctum, ignes, quos concipit, mòx transfundit, [illegible] ſtes & domos, quibus obijcitur, incendit; vi[illegible] tem, quem inſpectat, mulier inflammat.

Vt lupi, vocem ei, quem priores vident, a[illegible] (vndè illud Virgilij, *Mœrimque lupi videre priores*[illegible] mulier maximè adultera, viro mentem ſuam.

*Virgil. bucole*

Eiaculantur ex oculis introque figunt neſcio [illegible] quod inſaniam nullo Elleboro, nullis herbis me[illegible] bilem, intus creet. Galli vocant *le mal de v*[illegible] *zerie.*

Argutum neſcio quid loquuntur arguti mult[illegible] oculi, & neſcio quid pæne magicum, quo inca[illegible] miſellos, &, quaſi conſpecto Meduſę capite, a[illegible] tos impoteſque ſui faciunt.

Xenophon lib. 1. de factis & dictis Socratis. *D*[illegible] *bus Venereis ſuperandis admonebat à pulchris abſtinere v*[illegible] *hementer ipſe Socrates.*

Idem ibid. *An ſolus ignoras quòd phalangia (quæ ſi ma*[illegible] *nitudinem reſpicias, ne dimidio quidem obolo cõferri p*[illegible] *vbi ore tantum homines adprehenderint, doloribus e*[illegible] *ciunt, & à ſenſu mentis abſtrahunt? Per Iouem (inqui*[illegible] *nophon) infigunt enim aliquid morſu phalangia. O ſtul*[illegible] *Socrates) cenſeſne etiam oſculantes pulchros non imm*[illegible] *quippiam quod non videas? An neſcis id animal, qu*[illegible] *chrum & formoſum vocant, eo horribilius eſſe phala*[illegible] *quòd hæc tactu ſolum lædunt, illud verò etſi non tang*[illegible] *eminus tantum videatur, inſerit aliquid, quod in*[illegible] *faciat? Et hinc fortaſsis eſt, quòd Cupido dicitur ph*[illegible] *tratus: quoniam formoſi etiam à longè vulnera*[illegible] *gunt.*

Fabi[illegible]

Faſcinare quidam oculis, adſpectuq; ſolo dicuntur. (Eſt enim Oculorũ faſcinum mirabile)
Plinius enim certè ait *Eſſe in Triballis, & Illyrijs qui viſu faſcinent.*

Fieri poteſt, vt huic peccato Dæmones ſeruiant.

A. Gell. lib. 9. noct. c. 4. *In lib. Plinij Secundi naturalis hiſtoriæ ſeptimo* legis, eſſe quaſdam in terra Africa familias hominum, voce atque lingua effaſcinantium, qui ſi impenſius fortè laudauerint pulchras arbores, ſegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes paſtu atque cultu opimas, emoriantur repentè hæc omnia, nulli aliæ cauſſæ obnoxia. Oculis quoque exitialem faſcinationem fieri, in iiſdem libris ſcriptum eſt: traditurque, eſſe homines in Illyrijs, qui interimant videndo, quos diutius irati viderint: eoſque ipſos mares fœminaſque, qui viſu tam nocenti ſunt, pupillas in ſingulis oculis binas habere.* Creditum eſt ab inuidis illis & maleficis vetulis, ſi cui formoſulum infantulum matri inuideant, talia fieri. c. 2. *legimus.

*Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos*, ait Virgilius.

Fœmina & irata & pacata, oculis virum faſcinat, peccata autem & placida maximè.

Pueris & ætate paruulis (ait Hieronymus) faſcinũ nocet; at oculus mulieris etiã viris fortiſſimis ac valdè annoſis,

*Oculi tui auolare me fecerunt.* Cant.

*Oculus tuus deprædatus eſt animam meam.*

*Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, in vno oculorum tuorum* Cant.

Vt faſcino ſolent infantes langueſcere, miſerè torqueri, & tormenta continuis clamoribus fletibuſque teſtari, viri ſic quos mulier fixius intuita eſt, aut qui illam curioſius adſpexerunt.

Veraciſſimus eſt leoninus hic verſus;

*Eſt mulier tactu viſcus, viſu baſiliſcus.*

Qui enim ſe ab illa defixè & libenter videri cogitat, facilè placere ſe illi ſibi perſuadet, facilè item cõſentit adamari.

Ergò ab his valdè ſibi metuẽs Baptiſta, magno cõſilio Herodẽ quã Herodiadẽ adire alloquiq; maluit.

Noluit vel oculis tantum Veneres illas, aut ver[illegible]
oſculari.

Concionatori non ſolum manus, ſed etiam o[illegible]
à libidinoſo adſpectu continendos, docebat.

Sponſo animæ ſuæ, non tantum corpus à ta[illegible]
labia ab oſculis (vt Romanus ille filię ſuę) ſed etia[illegible]
culos animumq; illibatos conſeruabat.

2. Per cultũ Herodiadis non regium magis quam meretricium, Sueton in Aug. & Caligula.

*ij *Ornatu* & regio, & meretricio, qui etiam [illegible]
eſt potentiſſimus.

Prou. 6. *Mulier ornata habitu meretricio eſt p[illegible]*
*ad capiendas animas.*

Caligula Imp. curatã formam credidit adole[illegible]
centiuum; Auguſtus veſtitum inſigniorem [illegible]
nidum.

*Auferimur cultu:*

*Decipit hac oculos ægide diues Amor.* Ouid.

Vt orexin quamlibet dormientem excitant [illegible]
res, ſapores, colores, & condimenta ciborum; [illegible]
libidinem quamlibet ſopitam & ſepultam, mulie[illegible]
ornamenta, pigmenta &c. ferè dixi etiam condi[illegible]

Quo in genere nunc maximè peccant Chri[illegible]
Nam æuo hoc noſtro, vt viri quaſi frigidiſſimi & [illegible]
ximè nauſeabundi in Venerem pelliciantur, [illegible]
do *gemmis auroque teguntur.*

*Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui*; ſed colli [illegible]
mentis etiam pigmenta, cærulei aut violati colo[illegible]
& quædam velut condimenta viros iritatura, ad[illegible]
guntur.

Caput cirris vincitur, & aggeſtu adoptiuæ co[illegible]
aures etiam annulis intricandę vulnerantur, qua[illegible]
tis annulorum decem digiti, capere non poſſint.

Quaſi non ſatis ipſa viros mordeat ſpecies mu[illegible]
etiam ordines radiorum immò dentium (ſic enim [illegible]
cant) & quidem longiſſimorum ad collum, ad cap[illegible]
ad manus mulierum adſciſcuntur, quorum [illegible]
iritentur, & morſu magis teneantur. His quaſi au[illegible]
liaribus copijs fortiores mulieres viros expugnant.

Geſtant oſtentant Dentes dentibus leonũ & ap[illegible]
rum nocentiores.

Dentes earum *arma & ſagittæ.*

*De induſtria diſſuta ſit tunica, vt aliquid intus adpareat, operitur quod fœdum eſt, & aperitur quod formoſum eſt ... Palliolum interdum cadit, vt candidos nudet humeros, & quaſi videri noluerit, cælat feſtinà, quod detexerat volens,* ait D. Hieron. ep. ad matrem & filiam.

Sed Herodiadem, & Reginam Philippi ſc. vxorem, & Regis filiam, & iam pellicem factam atque adulteram, ſed & Herodis perpetuò retinendi ſtudioſiſſimá, quis dubitet fuiſſe comtiſſimam? Meretriciè potiùs, quàm dignè Regina, ornata Herodias incedebat.

Habitior paulò, reddebat ſe curatura iunceam. Gemmis auroque veſtes radiabant.

Ceruſſam, purpuriſſum, & melinum aliquandò adhibebat; aliquando fortaſſis, vti nunc ſtultulæ quędam, luridum, ac morticinum colorem quem Dominarum ſtultè vocarit) ſibi conciliabat.

Poterat vel ferream mentem emollire.

Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere comta.*

Baptiſta igitur cautiſſime qui illam vt ſcopulum, vt Charibdim declinauit.

O Stulti ergò vos, & digni periculo perire, quod amatis, qui mulieres ornatiſſimas, incultis antefertis, vocatis &c. pænè ſolis ſeruitis, pęnè ſolas vultis, pænè ſolas auditis.

Quàm vellem licentiorem hunc cultum mulierũ, virorumque compeſci.

Saltem deponi, aut ſtudioſè regi, cum Sacramenta, cum Conciones petuntur petuntur!

iij. *Auditu & colloquio.* Eſt vox etiam mulieris valdè loqueoſa.

D. Auguſtini ſententiam eſſe perhibent; *Malum eſt mulierem videre peius alloqui; peſſimum tangere.*

Prou. 5. *Fauus diſtillans labia meretricis*, quod exponens Hugo ſic ait; *In fauo duo ſunt, mel & cera: & in facie meretricis, ſimiliter duo, ſcilicet decor & gratia, hoc eſt pulchritudo oris & dulcedo ſermonis, Cera ſuccendit ignem, mel præbet dulcedinem: ſic pulchritudo meretricis, igne libidinis inflammat carnem; blandimento verò lenocinantis ſer-* *Hugo lib. ad iocium volentem nubere.*

*monis ſubuertit mentem.*

3. Per colloquium.

Pſal. *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi iacula.*

Vox illa ſuauis, & verborum muliebrium molli... nus, poteſt vel ſolus ferream viri mentem inflecte...

Vix olim nautis tam periculoſum, ſirenû ſem...

*Difficiles quondam mulierum; oſsibus albet adire,* ... viris, mulieris audire colloquium.

Nam quamuis Sirenes, monſtra illa marina, ſu... riore ſui parte virgineis vultibus conſtantia, inferiore in caudas piſcium deſinentia (qualem ferè Melluſi... neſcio quam Anglicanam quidam pingunt) ... cithararum, ac tibiarum blandiſſimis concentibus ... præternauigantes ſopire ſolerent, ſopitos merge... demerſoſq; deuorare, tolerabiliora tamen erant ... porum, quæ illic; quam animarum, quæ iſthic, n... fragia.

Sic & ipſa.

Lactant. lib. de opif. Dei c. 12. *Mulier (vt Varro inter-pretatur) à mollitie eſt dicta, immutata & detracta lit... velut mollier.*

Quam benè, ſeu paſſiuè, ſeu actiuè! Non enim ... mollis tantum, & cerea in vitium flecti ac molliri, ... etiam ad flectendos & molliendos virorum animos potentiſſima.

Alijs quoq; non malè *à mulceo*. Quidquid ... re, & circa mulierem, & ex muliere eſt, mera ... cera eſt; Crines vndoſi, oculi fulminantes, labia ... ta, vox ſuauis, caro niuea, inceſſus muſicè mo... tu, & arte compoſitus &c. quàm demulcent!

Quid? ipſe per ſe veſtitus, & panni muliebres, ... ræ mulciboræ ſunt, & muta quidem virorum leno... nia, ſed verbis ſæpè ipſis multò loquaciora.

Dixerit meritò mulier comta, ſed abutens ver... ſanctis, *Ego vox, ego clamantis in deſerto.* Tota ... certè vox eſt. Quidquid in ipſa eſt, vox quædam ... vociferans in deſerto cordis virilis.

Non tot aculeis circumtegitur ericius, quot mul... er peccandi irritamentis. Quà quà fœminam circum... ſpectes, inſidioſa eſt, captioſa eſt.

Phara...

*Pharetra eſt, Pharetra eſt*, imò panoplia, non *diuini amoris, ſed terreni, ſed animalis.* Portæ Inferi, & armamentarium, ferè dixi, Diaboli.

*Vel halitus eius prunas ardere facit.* Iob 41.

Hyenæ vmbra etiã canes dicuntur muteſcere, mortui ſepulchris exciti (ſi Plinio credimus:) At quot canes Dei, id eſt, Prædicatores, mulierum occaſione latratum prædicationis perdidêre, vel quia deinceps otioſi vixerunt; vel quia latrare, vti prius, auſi nõ ſunt; vel quia, ſi ſuo more latrârunt & baubârunt, inani tamen baubatu fauces exulcerârunt! quot religioſi aliàs mundo mortui, è clauſtris ſuis, velut quibuſdam ſepulchris exciti eruperes! Plinio li. 8

D. Ambroſ. lib. 1. off. *Prima tentamenta clericorum, ſunt fœminarum frequentes acceſſus*

D. Chryſ. in illud Matth. 19. Non expedit nubere: *Quid*, inquit, *aliud eſt mulier, quàm .... naturalis tentatio .... domeſticum periculum?*

Alexander Magnus apud familiares dicere ſolebat *Dolores oculorum ſunt Perſicæ puellæ*. Plutarch. in eius vita.

Vt in quibuſdam irrationalibus tàm animatis, quã inanimatis, neſcio quæ occulta vis ineſt, quędam corpora ad ſe mox adtrahendi, aut admota retinendi (à ſola enim remora piſciculo tantillo, maximam nauim, quaſi centum anchoris retentam, ſiſti ferunt; à ſuccina paleam, à magnete ferrum trahi, vt Mahumetis ſepulchrum ita ſuſpenſum ferant, & *ferreum Cupidinem in Dianæ templo, ſine aliqua illigatione pendêre* memoret Theodoricus Rex Gothorum: & ſtatuam aliam vndique ferro confixam, à pari cauſa penſilem quondam in Serapidis templo, quod erat Alexãdreæ, Glycas narret:) ita in rationalibus fœmina, neſcio qua obſcura vi, non obſcurè virum, quaſi ad centrum aliquod ſuum, ſic trahit, vt, vbi Chaldaicus Geneſ. 3. dixit de muliere, *& ad virum conuerſio tua*, dicendum potiùs videri poſſit de viro, *& ad mulierem conuerſio tua.* Theodor, ep ad Boethium. Mich. Glycas p. 4. Annal.

Quàm periculoſum ignem geſtanti, ad paleas, ſtupas, ad puluerem tormentarium & ſulphuratum propiùs accedere; tàm viro eſt, ad fœminam, propinquare, & contrà.

*Ariſt. in Eth. ex Homero.*

Itaque, vt Helenam olim fugiendam eſſe aiebant ſenes Troianorum, quam nulli, niſi auerſo vultu, terga vertentes, euaſerunt; ſic mulierem aut fugiendam omninò, aut auerſo vultu putem, etiam Baptiſtæ cuicunq; adloquendam.

Alexander Magnus Darij filias dum haberet captiuas, demiſſis oculis ſalutabat, idque raró, ſibi metuens ab illarum inſigni forma, *Plutarch. in eius vita.*

Sis tigride licèt, in via mandatorum Dei decurrenda velocior; curſum tamen ſiſtes, imò & forſitan gradum retrò flectes, ſi vt Tigris in ſpeculum, ſic tu in mulierem oculos defixeris. Tigrides enim certè aiunt cum ſpecula inſpiciunt, ab itinere diuertere, atque catulorum raptorum repetitione deſiſtere.

Iohannes ergò noſter, cum maluit Herodi, quam Herodiadı, dicere ſuum *Non licet tibi &c.* credo, hoc ſpectabat, ſibi ab eius vel adſpectu, vel ornatu, vel aſfatu metuebat, & adhuc igniculum communem in ſe viuere intelligens, vel ſimplex colloquium cum fœmina regina fugiebat.

Timuit, ne qui *Angelus lucis ex* Eremo, in Curiam ad Herodiadem abîſſet; rediret à Curia in Eremum *Angelus Sathanæ*, ſic ab Herodiade, quaſi quadam Circe, transformatus. Quam multis ita accidit?

*Plin. lib, 2 c. 105.*

Cenſuit, virile corpus, ita ſe ad fœminam habere, vt ignes ad naphta, bituminis quoddam genus circa Babylonem vberrimè proueniens, cui (autore Plinio) tanta eſt cum ignibus cognatio, vt flamma in eam vndecumque viſam tranſiliat; Itaque ne videre quidem, aut adfari Herodiadem, ſibi tutum duxit.

*A quo ſtudioſiſſimè canēdum Sancti viri exēplo docuerūt.*

Sic & ſancti Patres pleriq; omnes.

S. Ludouicus, ex filio Regis, mendic⁹ Franciſcanus effectus, Epiſc. tandē Toloſanus, cum ad eum in Aragonia viſitandum veniſſet eius ſoror Regina, & multis precibus

precibus rogaret eum; vt ſe in faciem intueretur, pernegauit, eam fatuam, quæ hoc peteret, adpellans. *Bartholomæus Piſanus libr. 1. conformit. fructu 8. fol. 66. col. 3.*

Virginem quandam, quæ ſe ab omnium oculis remouerat, cum D. Martinus loci Epiſcopus illac fortè tranſiens inuiſere voluiſſet, illa per interpretem aliam ſcilicet mulierem, ſe excuſans, nec ab eo quidem vel videri tantum, quamlibet per tráſennam aut cancellos, voluit, quod &, vir Sanctus non modò æquanimiter tulit, ſed & vehementer laudauit. *Seu. Sulpitius dial. lib. 2. c. 13.*

Pior Abbas D. Antonij diſcipulus, paris omninò ingenij erga ſororem. Cum enim ab ea accerſeretur dicente, ſi ipſum vidiſſet, tam ſibi gratum fore, vt indè poſſet conualeſcere, ire tamen omninò recuſabat. Mox tamen abbate iubente profectus eſt, ſed *ſororis cubiculum, oculis clauſis, alterius ductu, ingreſſus, ſe quidem illi videndum præbuit, ſed illam ipſe non vidit*, nec ab ea cognitus abijt. Cumque rurſum, vt veniret, inuitaretur: *Et fui tecum*, inquit, *& vidiſti me.* Pallad. hiſt. 87.

Iohannes quidam Anachorita & ipſe in Ægypto, ne Tribuno quidem roganti, vti ſe coniugi ſuæ conſpiciẽdum præberet, adſenſus eſt; dumtaxat ſe in quiete illi adpariturum promiſit, quod eam piè deſiderare intelligeret, proximaque nocte ipſum ſomnians mulier conſpexit. *Pallad. Lauſ. Hiſt.* 43.

Exercebat illud Hieronymi. *Fœminæ nomen tuum nouerint, vultum tuum neſciant.* *D. Hierō. ep. ad Ruſticum Monachū.*

Quid? Nonnulli etiam imagines atque ideas mulierum reformidarunt.

D. ille Franciſcus noſter, nullius mulieris vel ſolam imaginem mente conceptam reſeruauit.

Arſenius ille Magnus Abbas, cum quædam non obſcuri generis mulier, illum videre cupiens, de improuiſo ante hoſpitiolum ſuum occurriſſet, repentè auertit ſeſe, & muliebrem audaciam geſtu pariter ac verbis incuſauit. Rogo, inquit illa, ne indignè feras aduentum meum, quæ ſyncera mente & pio affectu

hùc veni. Aut, ſi eo quicquam offenſus es, ...
ac pro me Deum (cui ſoli ſeruis) deprecare. ...
**Deum**, reſpondit, & quidem multum, *ne vnquam ...*
*nerim tui.*

Viderint quam rectè, qui Corynnas ſuas in ...
is, lectulis ſuis, præ oculis, ſcitiſſimè Apellis ...
ctas, adpendunt, videndas, baſiandas, ...
&c.

**Quam periculoſus viris ad mulieres acceſſus.** Quàm ſit periculo proximum, aut ad mu...
propinquare, aut ab illa propinquari, oſtendit ...
la Vrſini cuiuſdam Nurſiæ quondam preſbyter...
nis, & animam pænè agentis, ad vxorem admo...
an adhùc ſpiraret, explorantem: *Recede mulier, ...*
*penitus extinctus eſt ignis, tolle paleam.* De illo enim ...
rè Greg. Cùm vxorem habuiſſet, preſbyter factus, ...
ab ea fuit alienus, vt nulla neceſſitate ipſam ...
propriùs accedere paſſus ſit. Poſt annos quadra...
in continentia tranſactos, dùm ille animam age...
tandem, ceſſante nouiſſimi ſingultus anhelitu, ...
ſiſſe putaretur, quæ fuerat olim vxor, admota ...
res aure an adhùc ſpiraret, cœpit explorare. ...
Perſentit mulieris tactum, qui ſeipſum iam non ...
tiebat. Tum quidquid vitalitatis in mor... po...
corpore reſiduum erat, totum ad os collegit, ...
pitque in vocem quam diximus *Recede mulier* ...
*Gregor. lib. 4 dial. c. 11.*

Ne Chriſtus ipſe quidem, ac poſt Reſurrection...
ipſam, a Magdalena tangi ſe voluit, ſed dixit, *Noli*
*tangere, nondùm enim aſcendi ad Patrem* Ioan. 20. ...
*1. Cor. 7.* dixiſſet, quamdiù hic agit homo, quamdiu non...
in cælum receptus eſt, *bonum eſt mulierem non ...*
periculis ſemper patet. Omnia etiam pura ...
da.

*Hoc ſi in viridi ligno, in arido quid fiet?*

Ruinam ſi mons marmoreus timere potuit, ...
caro, quid arundo?

Si Baptiſta, *homo miſſus à Deo,* homo ſpiritu ...
plenus iam ab vtero; homo, qui præ abſtinentia ...
ritate vſurpare poterat illud Iobi; *Pelli meæ, ...*

*carnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodò labia circa dentes meos*; Et: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*; homo vix oſſibus hærens, viua Mortis potiùs quam hominis imago, homo frigidior marmorea ſtatua; homo, in quo Adam non peccaſſe poterat videri, ſic ſibi ab vna muliercula cauit, vt compellare non auderet, etiam de ſalute, & dicere priuatim *Non licet tibi &c.* qua temeritate quidam, qui nil niſi ventres ſunt atque abdomina, qui ora gerunt quauis purpura aut cocco bis tincto rubicundiora, audent fabulas & nugas longas cum quauis miſcere? inſpectare? manus iungere?

In temerarios mulierũ frequentatores.

Tu iuuenis annis, iunior moribus, auſis, quod non audeat Iohannes, ſenſu & gratia Dei iam canus; Ioannes, cui labores, vigiliæ, ieiunia &c. & rugas & canos ante annos ita adduxerant, vt trigenarius *quinquaginta iam annos habere* dici poſſet, vt quondam Chriſtus à ſimilibus cauſis? *cuius rudimenta primææ ætatis, grauitatem ſapientiæ vicere ſenilis*?

*D. Guerricus ſer. 1. de Nat. Io. Bapt.*

Tu venter, & dromo auſis, quod ſic reformidet homo *non manducans neque bibens*; homo, quem inediæ, & longæ orationes & trophæa non Miltiadis, ſed Eliæ, dormire non ſinunt?

Quod metus pænè ſpiritus, quod Angelus non audet: tu caro, tu homule audeas?

Tu *mollibus veſtite*, vt mulier; tu vir ſic vt fœmina compte; tu ſic ornate, quaſi malè vir quæras habere virum, præfidenter vſurpes, quod non audet homo indutus cilicio, & pellibus camelorum?

Qui fiat, vt actus actiuorum non ſint in patiente tã bene diſpoſito?

Audaculos, iſtos, cũ vigente iuuẽta, cũ mero æſtuantes, cùm cultu amabiles, in oculis, in fabulis mulieribus, & ſæpè & diù agunt, ſi non vruntur flamma, ac ne fumo quidẽ libidinis vel tenuiſſimo fuſcantur, mirer magis, quam tres pueros illos in Babylonica fornace, inter flammas ſeptempliciter auctas vinctos, non arſiſſe. Pyrauſtas putes pennata animalcula, quæ ex igne nata, in igne viuentia, ab igne

tantillo

tantillo remota, mòx emoritura.

Sed verò *Quantos leones domuit vna infirmitas[...]*

D.Aug. de cohabit. cleric. & mulierum.

*Voluptates, vt vides, ſæua quoque ingenia [...]*

Seneca ep. 28.

Fœmina etiam *montium fundamenta combu[...]*

Illa *tangit montes, & fumigant.* Hàc meliùs [...] montes, quàm aceto Hannibal.

D.Hierony. ad Ruſt. mo. *Noui ego quaſdam [...] rioris ætatis, & pleraſque generis libertini adoleſ[...] delectari, & filios quærere ſpirituales paulatim p[...] perato, perfecta matrum nomina erumpere in licen[...] talem.*

**4. Per notitiam libidinum Herodiadis.**

* 4. *Publica libidine*, id eſt cum de lapſu fœmin[...] cuius iam publica eſt fama, qualis de Herodiade[...] quam Herodis adulteram eſſe etiam bimuli g[...] bant, & pueri qui nondum ære lauabantur.

Fiunt enim ferè viri Venereorum cupidiores, [...] ad petẽdũ audaciores erga eas, quas norũt vel pu[...] meretrices eſſe, vel certè ſemel lapſas. Nulla illi[...] lẽs inſolẽtia eſt. Parua gratiola, aut paruo ære[...] biles putant; titionẽ qui ſemel arſerit facile rea[...]

Faciliores etiam illas capi & minore peccato, [...] nore famæ, & pecuniæ in dotem periculo, pl[...] iactantia de triumpho, *ſecuriore, dum in præter[...] xuriantur opus.*

Terent. in Eunu. act. 5. ſcen. 5. *Quis homo pro m[...] quam vidit in domo meretricia deprehen[...], cum[...]*

Et ſunt omnia in meretrice, ad alliciendum [...] cunque potẽtiſſima, oculi, veſtes, riſus, geſtus [...] verba &c. Omnia ad lenocinium arte maxima [...] parata.

Baptiſta igitur, qui ſæpè ſic ſecum, *Homo ſum, [...] mani à me nihil alienum puto*; humanum aliquid [...] publicam adulteram adfari, non tam tutum p[...] quam ipſum adulterum.

*Nunquam periculum ſine periculo vincitur.* Sen. P[...]

*Qui amat periculum, peribit in illo.*

***Nec enim diu poteſt eſſe ſecurus qui periculo [...]***

mo. Iſidorus lib.3.de ſum.bono.

Quo magis illi temerarij cenſendi ſunt, qui tam extinctæ & emortuæ libinis ſe iactant, aut ſaltem putant, vt ſi cum nuda Phryne, aut quouis alio ſcorto (quod Xenocrati, ebrio contigiſſe narrat Valerius Max.) etiam ebrij dormiant, nullo libidinis ſenſu, nō magis quam ſtatuæ marmoreæ aut eburneæ, adtingi poſſint. *Valer. Max.lib. 4.c.3.*

Scriptum eſt; *Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Non eris funambulus, non capite in enſes te præcipitabis, non (vt gladiatorij illi choreæ macabrææ, vulgus vocat ſaltatores) inter nudos enſes tripudiabis; non in medijs ignibus, cum aliter poſſis, ambulabis, non cum meretricibus cùm poſſis vitare, verſaberis.

Scis quidem tu (vir optime) ſcis (adſentior) & quid liceat tibi, & quid nunc libeat, cum ex eremo in Curiam ad Herodiadem egrederis; at quid in Curia, Herodiadem videns, adloquens, ſis aut facturus, aut adfectaturus, omninò neſcis. Neſcis qui intrabas hoſpes, an hoſtis eris: qui veniebas correptor, an non receſſurus corruptor aut corruptior.

*Ego dixi in abundantia mea; non mouebor in æternum; Auertiſti manum dexteram tuam, & factus ſum conturbatus,* aiebat Propheta vndequaque te meque ſanctior.

*Etſi omnes ſcādalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor* (aiebat magnus ille miles in menſa, & ad ignem interque pocula fortiſſimus; ſed tamen eumdem ancillulæ vnius voculæ paucæ fœdiſſimè proſtrauerunt. Panico terrore perculſus Dominum negauit, eiurauit. &c.

Eccl. 9. ***Ne reſpicias mulierem maliuolam, ne incidas in laqueos illius.***

Semel decepta, decipi facilis iterumque iterumque. *An quia vim nobis Neptunius adtulit Heros Rapta ſemel, videor bis quoque digna rapi?* ſcribebat Helena Paridi hùc intuens? *Ouid. lib. Heroidum ep. Helenæ ad Paridem.*

Sed inquis; Non omnes ſunt Herodiades. Quam adeo, quam adloquor, ipſiſſima Penelope eſt, & Lucretia *Virgil. 4. Æneid.*

cretia quædam rediuiua; Ego viciſſim vir boni pho & Hippolyto ſtudio caſtitatis non ceſſim moriar *antè pudor, quam te violem, aut tua iura*

Matrem-Virginem te inquis imitari, quæ *cæus virorum inuiſere, quos miſericordia non* *neque præteriret verecundia.* D. Ambroſ. lib. 2. de bus.

Reſponſũ ijs, qui nõ niſi cum caſtis ver-ri ſe cauſantur.

Eſto. Neque ſic tuta tibi cum illo tàm con animali mora, ſed nec illi tecum, ne putes in mulieres debacchari.

Obiecta propria hinc & hinc mouent pot

Etiam *ferreas mentes libido domat.* D. Hier Nepotianum.

*Quantos leones domuit vna infirmitas delicata* D de cohabit. cleric. & mul.

Ferrum eſt, quod tamen ad ſe magnes trahi mas eſt ferri igniumque victor (vnde & nomen mita vis Græca adpellatione accepit) quem recens & calens hirci ſanguis rumpit, & parit *Plin lib.* 37 c. 4.

*Quanti & quales clerici ſimul & laici, poſt con* (id eſt, publicam & martyrio paratam fidei prof nem) *victoriarumque calcata certamina, poſt mag* *mirabilia vſquequaque monſtrata, noſcuntur cum* *bus naufragaſſe, quum volunt in n aui fragili naufrag* dem Aug. ibid.

*Corã Deo non mentior, cedros libani, duces greg* *peſte cecidiſſe reperi de quorum caſu non magis* *quam Ambroſij vel Hieronymi &c.* Idem ibid.

*Illic Hippolytum pone, Priapus erit.* Ouid. lib. 2. eleg. 4.

Timotheus Anachorita quidam in Ægypto cum nimia ſui fiducia, vt primum receſſerat, rem religioſam ſecum habitare eſt paſſus, corpus cum illa commiſcuit, eaque ſedecim an buſus eſt, vt Paſnutio Abbati tandem eſt faſſus men culpam illam, triginta annorum penitud perrima, tandem deleuit.

D. Hie

D.Hierony.ep.ad Nepotianum. *Nec de præterita caſtitate confidas. Nec Dauide ſanctior, nec Samſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior.*

D.Ambroſ.l.1.de Dauid. *Sampſon validus & fortis leonem ſuffocauit: ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit . . . Meſſes incendit alienas, ſed vnius ipſe mulieris accenſus igniculo, meſſem ſuæ virtutis amiſit.*

D.Bernard. *Luxuria omnem ordinem ſoluit, omnem gradum peruertit.* Etiam duros adamantes adamaſſe, lectum ſæpè atque auditum eſt.

Sed Sancti eſtis vterque, & probi.

Numquid verò Dauide ante adulterium etiam ſanctiores eſtis aut Bethſabe verecundiores?

Attamen & Bethſabe & Dauid, ex ſanctis, ex ſanctis & verecundis, poſtquàm conuenere, adulteri effecti ſunt.

Nec Clytemneſtram, nec Ægyſthum reor, antequam altera ad alterum, aut contra, ventitaret, inuiſeret, colloquia miſceret, adulterium vllum mente concepiſſe, ſed caſtos, ſed pudicos vltrò citroque veniſſe; Sedij tamen adulteri, & meretricijs amoribus ſordidi, ad ſe domum redierunt.

De Herodiade aut Herode antea nihil ſiniſtri auditum; Tamen poſt hoſpitij vſum & colloquia, hoſpes hoſpitã adamauit, hoſpita hoſpitẽ marito oppoſuit.

Sed Sancti eſtis. At hinc forſitan maius quoque periculum.

Non enim Forma tantum, aut Ingenio, aut Facetijs, aut Cultu luxurioſiore &c. ſed etiam Sanctitatis opinione ſolicitamur, expugnamur, capimur. *Centum ſunt cauſæ, cur ego ſemper amem,* aiebat ille.

*Siue aliqua eſt oculos in me deiecta modeſtos,*
*Vror, & inſidiæ ſunt pudor ille meæ.*
*Aſpera ſi viſa eſt, rigidaſque imitata Sabinas,*
*Velle, ſed ex alto diſſimulare puto.*
*Siue eſt docta; placet raras dotata per artes,*
*Siue rudis; placita eſt ſimplicitate ſua.*
*Non eſt culta, ſubit quid cultæ accedere poſſit.*
*Me noua ſolicitat, me tangit ſenior ætas,*

**Etiam in caſtitate inſidias latere,**

Hæ

*Hæc melior ſpecie, moribus illa placet.* Ouid.li... eleg. 4.

*Nihil amabilius virtute, nihil quod magis allic... mines ad diligendum: quippè cùm propter virtutem ... bitatem, eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam ... diligamus. Cuius ea vis eſt, vt eam, quod maius eſt, ... etiam diligamus.* Cic. in Lælio.

1. Pet. 1.

D. Petrus de fidelium erga Chriſtum amor... *Chriſtum cùm non videritis, diligitis: in quem nunc ... non videntes, creditis*

Spiritu cœpta, ſæpè carne deſinere.

Et ſpiritu quidem, ac ſpiritali amore prim... boni incipiunt, quorum tamen plærique ca... ſummant. Cataſtrophe fabulæ plerumque ... Terentiana eſt.

Vti nec ædium ſemper paria ſunt antica, & p... ſic nec actionum noſtrarum.

Domus illius cui Ianua ſeueriſſima, poſtic... rarò eſt deſolutiſſimum; Amicitiæ, cuius prolog... na caſtiſſima ſunt, epilogus atq; exitus non ... puriſſimus.

Paucæ virorum ac mulierum amicitię ità in... ac deſinunt, vt illa Magdalenæ & Chriſti. Na... non indoctorum hominum eſt opinio) cùm Mag... lenam luxu perditam, ſoror Martha ad audi... vel vnam Chriſti Concionem inuitaſſet, hom... diſertiſſimi, & præ filijs hominum ſpecioſiſſim... auditum viſumque mox ob pulchritudinem ... inſtinctu deperiſſet, paulatim tamen Dei gratia ... tante, carnalem illum amorem in ſpiritalem, & ... mè terſã caſtãq; amicitiã cõuersũ, terminaui... *ùs quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, deindè quod ſpi...*

1. Cor. 15.

Cæterarum ferè quamlibet ſpiritalium atque ... tiſſimè ſublimatarum perſonarum diuerſi ſexus ... res, amicitiæ, in amores impudicitiæ & libidin... minantur. In cauda multò plus, q̃ in capite, ven...

Horat. in arte.

*Humanum caput, turpiter atrum*
*Deſinit in piſcem,* aut ſerpentem, qui *inſidiatur ca...*
*eius* coniunctionis animorum, vt vel tandem ... ad illam corporum trahat, aut impellat.

Gen. 3.

D.Au...

D. Auguſt. de cohabitat. clericorum & mulierum; *Nec eo minùs mulieres fugiendæ ſunt, quià religioſæ videntur: quando quantò religioſiores, tantò citiùs adliciunt, &, ſub prætextu pietatis, latet viſcus libidinis.*

*Quantò caſtitas maior, tantò in eam vigilantior libido.* Franc. Petrarcha.

*In ſanctificatis maximè Diaboli tentamenta graſſantur.* Hilar. can. 3. in Matth.

Caſtarum atque hactenus intactarum forma ætatem vincens, & maior quam anni indicent, pudor, cōtinentia &c. tela ſunt ad virorum caſtitatem expugnandam acutiſſima.

Lucretia & Penelope, quo fuere caſtiores atque intractabiliores, hoc in amatoribus ſuis maiora excitarunt amoris incendia. *Quod licet ingratum eſt; quod non licet, acriùs vrit.*

Creditur & de talibus facilè, quod de alijs quidam amandi nimius artifex dixit;

*Forſitan, & primò veniet tibi litera triſtis,*
*Quæque roget, ne ſe ſolicitare velis.*
*Quod rogat, illa timet: quod non rogat, optat, vt inſtes:*
*Inſequere, & voti poſtmodò compos eris.*

*Ouid. de arte lib. 1.*

*Martial.*

Et poſt multa; *Veru licèt adpellent; grata eſt vis iſta puellis;*

*Caſta fuit, non tamen illa negat.*

*Quod iuuat, inuitæ ſæpè dediſſe volunt.* Itaque, quo illæ pro caſtitate fortiùs, ſeu verè ſeu fictè pugnant, eò obſtinatiùs ferè impugnantur. Dixi verè aut fictè; Nā ſunt, quæ ſic pugnant, vt vincere nolint.

Adde, & ſanctas illas, quas iactas, hinc eſſe ad ruinam proniores. quod *maiorem in virginibus patitur famem libido, dum dulcius putant omne quod neſciunt* (vt loquitur Hieronymus:) ſexumque illum præcipuæ eſſe curioſitatis atque àuiditatis experiundi, ac guſtandi, quidquid vel tenuiſſimè commendatur. Summus in fœminis experientiæ adpetitus.

*Hieron. eo. ad matrem & filiam.*

*Et vidit mulier* adhùc virgò, *quod bona eſſet arbor ad veſcendum, & quod ſalutifera eſſet oculis, & delectabilis*

*arbor ad intuendum in eam: & tulit de fructu eius, &* *medit* Gen.3 iuxta interpret. Chaldaicam.

Sed Sancti eſtis, ſed mundi eſtis, addo & frigi- ætate vel natura, eſtis.

Admitto Sed nunquid aqua mundiores eſtis, fiunt Iudaica corporum, Chriſtiana immunda æ- ſtimata? Arida, ſeu terra ſicca quid etiam mund-

Cùm terra, cùm aqua in loco ac centro ſuo ſola certè mundiſſima ſunt, quis neget?

**Ex duobus mundis lutum reſultare,**

Aut aqua forſitan frigidiores eſtis, quæ tam fri- da eſt, vt cùm quiſpiam latinè loquens, frigidam cùm dicit aut poſcit, aquam ſemper intelligat.

Aut frigidiores calce ſolitaria ſunt actus Clax enim ſolitaria lapidis frigus repræſentat? arbitror.

Tamen iſta tàm munda coniunxeris, & terram qua ſic miſcueris, vt ampliùs non *adpareat arida*, duobus illis mundis, tertium aliquid reſultauerit nè immundiſſimum, lutum lutoſiſſimum.

Vel coniunxeris frigidam illam, etiam in hyberna glacie concretam, & calcem ipſam, Deus bone, tùm ex vtroque fumus! quantus feruor! quantus nus crepituſque frigidiſſimorum ſimul bullientium. Vel oua intùs coxeris.

**Et ex duobus frigidis calorē magnū.**

An non etiam frigida eadem potati, qui frigidis bricitant, cum febres æſtuare cæperint, æſtuabunt impatientiùs?

Ardet ardet ignis amoris, vt is, quem græci gus adpellat, etiam in medijs fluminibus, imò in maximè.

Ergò verendum, vt vobis alioqui cum ſoli eſtis, mundiſſimis, & frigidiſſimis idē contingat, & eo- rum vicinitate propiore, reſultet tertium neſcio quid ſordidiſſimum, atque ardentiſſimum, nempe ne dicam meretricium.

Iordanus certè Ordinis Prædicatorum quon- dam Magiſter, hac parabola a terra & aqua ſum- pta, fratris cuiuſdam, alioqui boni, cum mulierc-

militi-

miliaritatem, quam ille ab illius probitate defendebat, improbauit.

Quanquam, quis admittat, frigidum quemquam omninò & tutum ætate fieri poſſe, aut cultu? cum dixerit vxori Vrſinus (de quo nunc nunc ſermo fuit) & ſenex, & cui frigida mors iam iam inſtabat, *Recede mulier, nondum penitùs extinctus eſt ignis, tolle paleam?* **Nemius ante mortem ſatis tutum.**

Cùm etiam D. Franciſcus ille iam totus Christo confixus cruci; ille vix oſſibus hærens; ille, cuius virtus tamquam teſta, & vt pellis pergamena, Solis aut ignis caloribus, multis ieiunijs aruerat, riguerat, rugiſque arata erat, diceret de ſe ſoleret, *adhuc filios & filias habere poſſum?*

Adeóne tu Salamandræ rigore es, vt ignem tactum extinguas, non alio modo, quā glacies? *Plin. l. 10. c. 67.*

Adeone in te Adam non peccauit, vt in Bonauentura?

Adeone tu lignum es alumine ſic oblitum, vt ardere non poſſis, etiam igni circumplexus, vt quondam turris illa Archelai lignea? *A. Gell. l. b. 15. noct. c. 1.*

Adeone tu ex tribus illis Hebræorum pueris vnus es, qui in fornace Babylonis non ardeas?

D. Guerricus ſerm. 4. in Natiuit. Ioh. Baptiſtæ; *Ipſi viderint, ſi ita extinctus eſt in eis ingenitus ille peſtifer ignis: vt ne fomentis circumpoſitis nequeat reaccendi, præſertim ventis ex aduerſo flantibus, id eſt verbis & riſibus laſciuis tentantibus. Soleo tamen audire, quia ſæpè viuit etiam in moriente, viget in ſene, ſuſcitatur & exurgit etiam ſine fomite, ſiue nullo irritante.*

D. Hieronym. in ep. *Libido nunquam ſatiatur, & extincta reaccenditur.* Ex cinere ſuo Phænicis inſtar ignis ille renaſcitur. Numquam hominem, niſi cum vita deſerit.

Angeli ad Paſnucium vox fuit; *Tunc te ignem, qui in te eſt, extinxiſſe crede, cum puellam nudam atque formoſam complexus, nullo te libidinis motu ſolicitari deprehenderis.* Ioh. Caſſian. collat. 15. c. 10.

Quod quia haud ſcio an cuiquam accidat, in nullis, aut raris, ignem illum extinctum ...

*Quodam modo exire de carne eſt, in corpore ... tem, & vltra naturam eſt, in fragili carne ...* re. Ioh. Caſſian. lib. 6. de inſtitutis monach.

* al. intrare.

*Nimium præceps eſt, qui * tranſire contendit, ... xerit altum cecidiſſe: & vehementer infrænis eſt ... cutitur timor, alte pereunte.* Diuus Auguſt. lib. ... clet.

*Incerta victoria eſt inter hoſtilia arma pugnare, ... poſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari, & ...* Ibid.

*Expedit multò benè timere, quàm malè fidere: & ... eſt, vt infirmum ſe homo cognoſcat, vt fortis exiſtat; ... fortis videri velit, & infirmus emergat* Ibid.

**Pericula ergo vitanda,**

Quærat hoſtem & certamen qui volet; ... ac vincat fortaſſis; mihi ſecurior videtur qui ... declinat, aut certè non adit, non inuitat, non ... pugnat tamen fortiter, quum ab hoſte inuadi... laceſſitur.

Fortior fortaſſe qui adit & vincit, ſed vinci, ... faſtum vlciſcente, dignior, qui in pericula ... ſta videns volenſque irruerit, qui crabrones ... iunt) irritarit.

Quin & ferè is imbellior, & in pugna infelicior, qui pompoſius hoſtem prouocat.

Goliathi vel vnius mementote, qui tàm Thraſ... cè, quadrageſima tota, Monomachiam Iſraeli ... bat.

**Baptiſtæ inſtar**

O te ergò ter & quater ſapientem Baptiſta, ... Herodem quam Herodiadē, adire malueris, & ... tuum illud, *Non licet tibi &c.*

R.P. & Dom F. Ant. Gueuarra noſter non ſine fructu videbitur libr. 2. Horologij Principum c. 21. vbi docet, *et quæ pericula nimiam cum fæminis familiaritatem comitentur.*

ECHO

# ECHO CONCIONIS XVII.

THEMA. *Cùm corriperetur Herodes à Iohanne de Herodiade & de omnibus malis quæ fecit.* Luc. 3.

*Factarepetitione vſitata, ſic propoſitum;*

Dicendum hodie mihi:
1. *Quæ adparenter fuerint cætera illa mala, de quibus omnibus corripiebat Herodem Iohannes;*
2. *Concionatores liberos eſſe oportere, & omnia omnium mala debere corripere, tam Regum & Curiæ, quam Popelli.* AVE.

## I.

*Quæ adparenter fuerint cætera illa mala, de quibus omnibus corripiebat Herodem Iohannes.*

Ex iam auditis verbis plus ſatis liquet (Auditores) Iohannem non modò in Herodis adulterium inceſtumque, ſed in cætera quoque ipſius vitia ſingillatim, diſtinctè, & magna oris libertate inuectum eſſe, vt ſe decuit, & Concionatores omnes maximè Curię, decuerit.

Quæ autem illa alia fuerint Herodis mala, nullus Euangeliſtarum hic adtingit; quod dolendum. Nam ſi adtigiſſent; intelligerent Reges, ex Iohannis tanti Cenſoris illo præiudicio, quæ ſe, ſine controuerſia aut exceptione, dedecerent.

Sed & nos quoque coniectandi quæ fuerint illa, vel labore, vel vanitate liberaſſent. Imò nulla vanitate.

Itaque quà poſſumus, quæ fuerint cætera Herodis alia ab adulterio mala, veſtigemus.

Contingit ergò aliquem peccare tripliciter, vel
1. *Vt perſona ſingularis;*
2. *Vt priuata;*
3. *Vt publica.*

Peccant homines tripliciter. 1. Vt ſunt ſolitarij.

1. *Vt perſona ſingularis*, vt homo ſolus alteri nulli ſubditus, nec vlli præpoſitus; vt eſt Petrus, aut Iohannes; Theobaldus, aut Gualterus nudus nulliqúe

 officio

officio publico deſtinatus, qualem imaginari p
mus Adãmum ante cõditam Euam, vel Erem
fortaſſe quemcunque.

Etiam ſic *in multis offendimus omnes*, in Deum
pè vel noſipſos.

*Non eſt homo, qui non peccet.*

*Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi*
*cimus, & veritas in nobis non eſt.*

Errare, labi, decipi humanum eſt, & cuiuſuis

2. Vt ſubſunt, * 2. *Vt priuata* non tamen ſola; Nam tali etiam
tingit peccare in proximum, vel læſa ſocietate
lium, vel maieſtate maiorum.

Cic. l. off. *Priuatũ oportet æquo & pari ciuib⁹ iure*

3. Vt præſunt. * 3. *Vt publica* id eſt vt homo Dei aut populi
præfectus, vt ſunt Pontifices, Epiſcopi, Reges,
&c.

Etiam ſic alia aliorum ſunt delicta, & plura,
uiora.

*Cùm enim creſcunt dona rationes etiam creſcun*
*rum.* Greg.

Peccant qui præſunt
- 1. *Exceſſu,*
- 2. *Defectu.*

Herodes igitur Qua homo & priuatus, etiã
adulterio potuit peccata perpetraſſe, domi &
ria, vt irreligioſiùs in Deum viuendo; vt ſocerum
tham minùs reuerendo, liberis & ſeruis
indulgendo, in Herodiade & filia omnia
&c.

Herodis, vt Regis, mala, hæc iſthic intelligi arbitror
- 1. *Sequelas huius adulterij cum Herodiade, varias, vt*
  - 1. *Bella,*
  - 2. *Salomes*
  - 3. *Pericula repudiatæ vxoris, Philippi.*
    - 1. *Infam*
    - 2. *Influx... rectã p... onem.*
    - 3. *Scand*
- 2. *Sacerdotij venditionem,*
- 3 *Exactiones varias, à varijs cauſis,*
- 4. *Iudæorum contemtum,*

*5. Libertatis oppreſsionem,*
*6. Iuris regij nimiam extenſionem.*

*1. Sequelæ* huius adulterij, cuiuſmodi fuerint bella duo aut tria, quæ hinc creari potuerunt; primum, a Philippo Herodiadis marito; alterum a nouo Socero Patre Herodiadis, ſi fortè in has inceſtas nuptias non conſenſerat; tertium a Socero priore, Areta Rege Arabiæ Patre vxoris legitimæ nuper ab ipſo repudiatæ.

Herodes peccauit bella creando,

Annon Helenæ raptus Troianos perdidit?

Ab Herodiadis raptu, & legitimæ repudio, etiam magnum Aretæ cum Herode bellum interceſsit.

Ioſeph. lib. 18. antiq. c. 7. *Vnde & inimicitiæ exortæ, ſequuta & de Gamalitici agri finibus contentio, & contractis vtrimque copijs bellum per Legatos geſtum eſt, commiſſoque prælio, Herodis exercitus internecione perijt*, Aretas victor euaſit. *Hæc quoque cauſſa nouit fœmina Martis erat.*

Salomes fama & inſtitutione recta priuando, Ouid. lib. 1 Faſt.

Itaque quid *delirant Reges, plectuntur Achiui.*

Horat.

Peccatum ergò hic ab Herode, vt Rege, quoniam Regis eſt Populi pacem adcurare.

*Item*; Salomes Herodiadis filiæ, à matris adulterio infamiam intelligi putem, & ab optimi Patris cõplexu, inſtitutioneque auulſionem.

Non enim futile damnum eſt liberorum à probis parentibus, rectaque inſtitutione auulſio.

Hinc Eteocles quidam Ephorus, vir omnium conſtantiſsimus, quum Antipater a Lacedæmonijs obſides quinquaginta peteret, reſpondit: *ſe pueros quidẽ nõ daturũ, ne paterna priuati educatione malis moribus imbuerentur, qua carentes ne ciues quidem eſſent*: ſed ſenes, mulieresque, duplo, ſi velit, plures daturum. *Plutarch.*

Et Turcarum Ianitzeris intellige, qui quod ſũt robur belli Turcici in Chriſtianos, debent iniquo illi tributo, quod ſingulæ Chriſtianorũ familiæ debent Tyranni exactoribus puerulum vnum ex omnibus lectiſsimum, quem a parentũ complexibus & catechiſmo auulſum, Alcoranicis mox ſuperſtitionibus ſedulò imbuunt, & Cœlo natum, Inferno interuertunt.

Fœlici Alban. Auraico Principi filiũ Louãio in Hiſp.

 ſub-

ſubduxit, Catholicè erudiendum, fortaſſis al
per hæreſin periturum. Certè hactenùs (laus De
mnia Catholico Principe digna præſtitit.

* *Item* Eiuſdem Salomes ſcandalum, fortaſſi
aliquandò matris adulteria imitaturæ.

*Scilicet expectas, vt tradat mater honeſtos,*
*Aut alios mores, quam quos habet? vtile porrò*
*Filiolam turpi vetulæ producere turpem* Iuuenal.

* *Item* Plebeculę, ſimilia adulteria & raptus
tæ, irritamẽtum. Vetus eſt populos de Regibus e
pla capere.

*Regis ad exemplum totus componitur orbis* Claud.

**Populum ſcandalizando,**

* *Item*; Vxoris repudiatæ ad lapſum occaſion
Viuat ſcilicet continenter, & Regina, & Iuuen
& vxor, & immeritò Repudiata; marito intem
luptatibus immerſo? Non habeat illa amicum
cùm Herodes maritus habeat vxores duas?

**Vxorem periculo exponẽdo**

Talium vt creberrima ſunt certamina, ſic ta
ctoria.

* *Denique* & Philippi violentum cælibatum,
libidinis, & multiplicis ruinæ cauſas datas; vt
vim Herodes frater, ſuum æmulum & remed
abſtuliſſet, iuſtam vxorem.

**Ij. Sacerdotiũ vendendo &c.**

* 2. *Sacerdotij venditionem.*

*Herodes* (ait Chryſoſtomus) *profanauit templum,*
*cerdotium ſuſtulit, confudit ordinem; temerauit*
*corrupit quidquid erat Religionis, quod Legis,*
*quod Morum quod Fidei quod diſciplinæ perdidit,*
*fudit* homil. 16. ex var. in Matth.

*Venales habens Magiſtratus, venale Sacerdotium*
raſmus paraph. in Luc.

Nicephorus poſtquàm dixit, Herodem vt pri
nominis illius, ita primum quoque auſum in a
includere veſtem põtificis ſummi magnificen
ſuoque ſigillo obſignare, atque ita venalem ſu
Põtificatũ Iudæorũ propoſuiſſe certo annui c
penſionis pretio, emtori cuicũq; q̃libet vili, è qua
qu

que ſtirpe, neglectis nobilioribus ab antiquitate familiæ commendatis; ſubdit, a Ioſepho Iudæorum hiſtorico tradi, Archelaum filiũ Herodis, & quotquot poſt eum Reges Iudæorum fuerunt, idem cum illo feciſſe, tam de veſte ſummi Sacerdotis, quam de omnibus Sacerdotij totius officijs, vt tam verè vnctio Iudæorum ceſſauerit, & fuerit *in templo abominatio deſolationis*. Rex Sacrorum creatus, contra legem, a Rege Daniel 9.
murorum. *Niceph. lib. 1. hiſt. c. 9.*

Tunc (ait Egeſippus) *apud Iudæos interierat ſummi Sacerdotij, auaritia interceptum, aut potiorum inſolentia qui licere quod vellent, ius putabant.* Egeſippus libr. 2. de Excid. Hieroſ. c. 12.

Simoniam palam exercebat, palam columbas, & dona ſpiritus Sancti iam tùm vendebat ex Rege mercator, peſſimo maiorũ exemplo, vtinam nihil ad nos deriuato!

Quæſtui habebat Pontificatum, pietatem, & rem publicam non minus ſacram, quam profanam.

Auctione Sacerdotiũ diſtrahebat, quod ſucceſſioni & ſanguini lege Moyſi debebatur. *Quid vultis mihi dare, & ego illud vobis tradam?*

Arguebat ergò eum etiam Iohannes opinor Simoniæ & Sacerdotij venditi, cum *eum de omnibus malis, quæ fecerat, corripiebat.*

Id verò ſi ita eſt, cur etiam corripere non auſimus eos, qui nunc Sacerdotia, qui Epiſcopatus, qui Abbatias aut mercedis loco ſuis adtribuunt, aut ijs quibus adtribuunt penſiones & quas & quantas volunt, imperant, additis minis, niſi imperatas impetrent, exteris ſe illas adtributuros?

Quanto perfectius ſublimiuſque eſt nouę legis Sacerdotium, tanto ſceleratior illius eſt mercatura.

Quis mihi det Iohannem aliquem, in hæc quoque mala Herodianorum æui noſtri liberè detonantem?

Latiùs ſerpet, quàm proſit, hoc malum, niſi agmi-

ne facto tempeſtiuè, ſerioque obcurratur.

iij Popolum vexando, *3. *Exactiones varias* a varijs cauſis. Populum (vt dicam) deplumabat, expilabat, & nihil aqua ... ante perfuſum & perfrictum duriùs radebat, ... tondebat arbitrio Tiberij, quam ſuo deglubeba... batis ſemper nouis imperatis, peſſimeque collec...

Qui aliter? Nam erat & meretrix Herodias, & Salome alia, duo ærarij regij barathra, non tam orna... auro, gemmis, conuiuijs, omnique luxu (vt ſit qua...) oneranda. Nouis ſemper aciculis indigebant.

*Horat. in arte.* Meretricibus lepidè adſcribunt quidam vt vocuos oculos, ſic oculos valde ablatiuos.

Harpagones ſunt harpagare res opeſque regni omnes doctiſſimæ.

Donis dona cumulanda, congerenda, hodiè ... culum, cras olfactoriolum, poſtridie palliolum ... *nec miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirundo.*

Plaut. in Truculento. *Meretricem ego item eſſe ... mare vt eſt. quod des deuorat, nunquam abundat.*

Nunquam dicit ſufficit, nec hoc nec illud os meretricis.

Tributis imperatis in meretrices, Macroped. in Aſoto act. 4 Chorus. *Lauiſſet adoleſcentulum.*

*Amant, ſeuen'que lubricum,*
*Dum poſſidet, quod porrigat,*
*Et porrigit, quod poſſidet.*
*Si quid feras; acceptus es;*
*Si nil feras, excluſus es;*
*Si quid feras; amator es;*
*Si nil feras; amaror es.*

Nunc *lunulas*, nunc *torques*, nunc *monilia*, nunc ... *millas*, nunc *mitras*, nunc *diſcriminalia*, nunc *periſcelidas*, & *murenulas aureas vermiculatas argento*, nunc ...

*Iſa. 3.* *ſtoriola*, nunc *inaures*, nunc *annulos*, nunc *gemmas in fronte pendentes*, nunc *mutatoria*, nunc *palliola*, nunc *linteamina & acus*, nunc *ſpecula*, nunc *ſindones*, nunc ..., nunc *theriſtra*, nunc *zonas* argenteas aureas, nunc *faſcias pectorales*, nunc adoptiuas criſpati pili comas, ... alia honora dicam? an onera potiùs & ſua quando-

que

que & noſtra, & ſpectatorum ſuorum tormenta?

*Nunc eadem labente die conuiuia quærit*; nunc tripudia, & quid non? in quarum rerum ſumtus vix vtraq; India amatoribus ſuffecerit; imò ne in ſolas pænè auriculas tota vna & benè locuples prouincia. Itaque peccato magno, plebes nouis exactionibus ſemper diuexandæ, in quod malum Herodem incidiſſe ob duas iſtas meretriculas matrem & filiam, credibile eſt, deq; illo ipſo malo cum primis ab Iohanne fuiſſe etiã correptum. *Virg. Aeneid.*

*Quare afferitis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?* Iſai. 3.

* *Adde*, & forſitan vxorem priorem, quamuis repudiatam, tamen regiè & pro dignitate tam ſua, quam ipſius, ab ipſo fuiſſe tractatam, miſſo quoq; ad illam auro ad cultum & victum regium. In cibum cultumq; regiũ repudiatæ.

* *Item*, Bellum, quod ſibi cum Areta creârat per filię repudium, inſolitos ſumtus requirebat.

Ab his cauſis fortaſſe factus eſt *Herodes ſicarius in ciues, in nobiles latro, in ſocios populator, in domeſticos prædo*, vt loquitur de illo Chryſoſto. homil. 16. ex var. in Matth. In bellum non neceſſarium.

Salluſt. initio coniurat. Catil. *Animus imbutus malis artibus haud facilè libidinibus carebat: eò profuſius omnibus modis quæſtui, atque ſumtui deditus erat.*

Vt prodigus eſſe poſſet, fiebat amariſſimus idem & rapaciſſimus.

* 4. *Iudæorum contemtum*. Exteris enim Herodes iſte quam ſuis impenſius fauebat, horum odio magis, quam illorum merito. IIII. Iudæos contemnendo.

Ioſeph. libro decimonono Antiq. capit. ſeptimo. *Ille enim malitioſus erat, ac procliuis ad ſæuitiam: & propter mutuum odium manifeſtè præferens erga Græcos maiorem, quàm erga Iudæos beneuolentiam: vt qui externas vrbes ornaret pecuniarum largitionibus, alias balnea, & theatra, aliàs templa & porticus exſtruens: Iudæorum autem nullum oppidum ornatu aliquo dignatus eſt, nec vlla liberalitate proſecutus eſt.*

Error

Error Regum non minimus, & publicæ Pacis m... bo maximus.

Sub Carolo V. in Hiſpania bellum grande D... Iohanne Padilla, quòd Flandri in Hiſpania Hiſpa... præferri viderentur. *Dom. Ant. Gueuara in epp. aure...*

Sub Henrico III. in Gallia turbæ, & tandem G... ſiorum cædes, ab exterorum (vt aiebant) nimia p... uectione.

Paulo V. Pontifici Max. indicatum certò ſcio, vi... ad Belgicam Pacem cum primis eſſe, Belgas non co... temni prælatione exterorum. A Carolo enim V. Im... & Belga, Hiſpanis ſuos honores in Hiſpania adtrib... tos, ſuis Flandris excluſis.

v. Libertatē opprimēdo.

* 5. *Libertatis obpreſſionem.* Hunc tundebat, hu... cædebat &c.

Fuit enim Herodes iſte *plebis interemtor .... in extra... neos homicida, in proprios parricida; inebrians terram ſa... guine, in ſiti ſanguinis permanebat.* Chryſoſt. homil... var. in Matth.

*Multa patrabat impiè tyrannice que, populum ex ſpilians, li... bertatem obprimens, in alijs puniens, quod ipſe commiſerat.* Eraſmus paraph. in Luc. 3.

Omnia iudicia, omnes leges ſub ſuam libidinē re... uocabat, omnium vitæ necíſq; poteſtatem.

Geneſ. *Manus eius contra omnes, manus omnium contra eum.*

Homo hominibus regni ſui lupus, & rabidiſſi... & rapidiſſimus.

Iſa. 14. Digniſſimus omninò, cui Iohannes in os, illud Iſ... fulminaret, *Tu terram tuam diſperdidiſti, tu populum ... diſti;* tu pro patriæ patre ac tutore, vitricum ac con... rem geſſiſti &c. Tyrannum, non Regem vixiſti.

vj. Ius regiū ampliando.

* 6. *Iuris regij* nimiam extenſionem. Vnius in ſacra, profana, æquè imperium vſurpabat. In mores, ma... roſque pariter decernebat.

Pontificem ferè non minus, quàm Regem agebat.

Pontifices ac Sacerdotum principes, non minus, quam militum Tribunos ac Centuriones creabat, au... torabat, exautorabat.

Forſitan, vt quidam, defuncto Sacerdotum Princi...

pe, mi...

pe, mòx ad Senatum Sacerdotum, & quale tunc erat Capitulum, deſtinabat, qui ab ipſis eligi quemquam aut ſufficí alium, quam quem ipſius nominaſſet, prohiberent, &, ne facerent, gladij ſeminudi oſtentatione, minarentur.

Forſitan, ſi quis Electus, aut deſignatus legitimis ſuffragijs fuiſſet, quem nollet, exautorabat, electionem reſcindebat, aliò transferebat. Certè Pontificatum ſummum, qui perpetuus eſſe debuerat, & cathedram, quam Mors ſola tollere ſolebat, annua faciebat, vt annis ſingulis indè auream meſſem referret.

Forſitan & cathedras alias cum alijs, cum libuerat, commutabat.

Corban ſeu ſacrum theſaurum, vt volebat, vel euiſcerabat, vel obſignabat &c. Omnia, opinor, faciebat, quæ Tyranni ſolent

Canones & decreta regalis Sacerdotij edi, niſi antè probaſſet, prohibebat: edita volebat retractari, abrogari &c.

Si qui aliter edidiſſent, his diem dicebat, increpabat &c.

Ad tribunal etiam ſuum cauſas Sacerdotum ac Leuitarum trahebat &c.

Synagogæ caput volebat eſſe, & videri.

Iam tunc Henrico II. & VIII. Angliæ Regibus futuris, alijs prauis eorum imitatoribus, præibat. Exempla peſſima iam tum illis pingebat ſe gerendi pro Capite Eccleſiæ.

Quaſi tam infulam, quàm diadema; tàm pedum Pontificale, quam ſceptrum regium geſſiſſet, ſic ſe ſacris Profaniſq; æquè diſpenſandis ingerebat. ita quidquid erat Religionis, quod Legis, quod Diſciplinæ cõfundebat. *Iura negat ſibi nata, nihil non arrogat armis.* *Horat. in arte.*

*Summum ius, ſumma iniuria.*

Illa illa fortaſsè, aut illis ſimilia *mala quæ Herodes faciebat, Iohannes in Herode omnia corripiebat.*

Vtinam ſyluæ omnes, tres aut quatuor ſingulæ, tales haberent Eremitas, tam publici boni ſolicitos,

tam

tàm liberos, & tàm conſtantes! Sed hæc alibi [...]liùs.

Adparere multa ex hoc loco, Indicat autem hic locus, quo dicitur Iohannes H[e]rodem *de omnibus malis, quæ fecit, corripuiſſe*, nec pa[uca] nec notatu indigna;

Nempè
- 1. *Studium verbi Dei in Herode;*
- 2. *Patientiam Herodis magnam;*
- 3. *Baptiſtæ eloquentiam;*
- 4. *Gratiam eiuſdem apud Herodem;*
- 5. *Fœlicitatem populi.*

1. Herodem libenter audiſſe verbū Dei; *j. *Studium* audiendi frequenter verbi Dei in Herode.

Mira res & in Rege, & tanto tyranno, & non ex[...]timis prædeſtinati hominis indicijs (vti nuper doc[e]bam)

Frequenter audiendi, inquam. Tam multa enim *mala, quæ* tam priuatus & domi, quam Rex & foris *fecerat corripi omnia* ab Iohanne, non niſi multis au[t] concionibus, aut priuatis monitionibus, potuerunt. Singula multas & iuſtas conciones requirebant.

Nec enim ſuffeciſſet illa tantum indicari, & ſola cenſura Iohannis damnari, niſi & rationibus, & [lon]gis demonſtrationibus talia eſſe euincerentur, quæ omnia vnius horæ anguſtia fieri nec ſemel, nec [...] de omnibus poſſunt.

Adibat igitur Herodes Iohannem, aut admittebat ad ſe, atq; audiebat ſæpiuſculè.

O, quis nobis det Reges & Magnates tàm aſſiduos verbi Dei auſcultatores! *Audiens ſapiens ſapientior erit.*

Sed maluit opinor, Reguli plerique muſti ſonum pateratum, quam philoſophantis linguæ, audire.

*Habet neſcio quid latentis energiæ viua vox*, ait Hieronymus ep. ad Paulinum.

2. Increpationum patientia *ij. *Patientiam* Herodis magnam ſanè, qui to[t]ies ab vno Eremita veritatem ſibi obtrudi, ſua vitia, domeſtica, publica ſibi obijci, aures pænè obtundi, &

occa[l]-

occalleſcere, moleſtiſſima eiuſdem aut ſimilis, & alioqui male gratæ cantilenæ repetitione, patiebatur.

*Offendit teneros crambe repetita magiſtros.*

*Obtundis, tametſi intelligo*, aiebat ille.

Semel & iterum reprehenſus non abegit, nō in carcerem intruſit moleſtum Cenſorem, ſed neq; vel tandem vnquam forcaſſis incluſiſſet, niſi Herodias inſtitiſſet, preſſiſſet, coegiſſet.

Oportuit certè patientiſſimum fuiſſe Veritatis audientiæ hunc tyrannum, qui aliquoties de his & illis reprehenſus, perſtiterit tamen adire, aut quomodolibet audire Baptiſtam, quoties in vitia eius vellet inuehi. Paratior ferè audire Tyrannus iſte, quam ipſe Iohannes dicere. Tyranni aures os Doctoris nunquā fatigabat.

Philippicas (credo) non modò quatuor, vt Demoſthenes in Philippum Macedoniç Regem Græciæ inſidiantem; non decem, vt ego aliquando in Ottomānidarum barbariem, & importunas Chriſtianorum diſcordias; non quatuordecim, vt Cicero in Marcum Antonium, ſed tot dixit Iohannes in Herodem audientem, videntem & patiētem, quot vitia ipſius vt priuati, quot, vt Regis, fuerunt.

De omnibus, & contra omnia, tamdiu Iohanni dicere Herodes permiſit, dum ipſus ſponte diceret, Dixi.

Non hæc valdè miranda patientia, & hominis libidinibus occupati & pænè amoribus furioſi, & Regis, & Tyranni, in re omnium moleſtiſſima, Legenda ſcilicet (vt ſic nunc adpellem) ſcelerum ſuorum omninò omnium audienda? Quam ſedulus erat in iucūdioribus, qui talis in triſtibꝰ & mordacibus audiēdis?

Herodes iſte, Auditores, *ſurget in iudicio aduerſus generationem iſtam*, & illos æui noſtri Regulos, qui ſemel & obiter carduū aut vrticā linguæ medicæ Concionatoris experti, ſemel tacti, ſemel vſtulati, freneticorum inſtar, inſaniunt, medicum ſuum diris deuouent, mordent, canem adpellant, imperioſè repellunt, atq;

ſuggeſto

ſuggeſto æternùm explodi volunt, dicentes, *Durus eſt hic ſermo & quis poteſt eum audire*: & lapides loquatur Concionator iſte; homines incircumciſis auribus licet.

Quidam immitiores etiam malè tractant, & contumeliose excipiunt, vt olim Næuium Poetam Triumuiri Romæ, quaſi ob maledicentiam & probra in Principes Ciuitatis. *A. Gell. lib. 3. noct. c. 3.*

Velitationem Veritatis vel tantillam non ſuſtinent Reguli Chriſtiani, cum certamina & prælia molestiſſima, acerrima, & diuturna illius, Herodes Tyrannus ſuſtinuerit?

Viderint tamen ipſi, ego interim *lauabo inter innocentes manus meas* in die iræ & vindictæ, qui non tacui, non ſilui, non diſſimulaui.

3 Baptiſtam eloquentiſſimum fuiſſe,

*iij. *Baptiſtæ eloquentiam*, quâ ita dixit, & tantâ arte corripuit, vt Rex iraſci non poſſet, non ad peiora irritari, non ipſum poſt primam Concionem aut monitionem explodere, ne poſſet cætera perſequi.

Et prudẽtiſſimum morborũ tractatorẽ

Baptiſta non ancillarum ruſticiorum inſtar, ollam Herodis ſordidam & fuliginoſam tam durè perfricabat, vt potiùs frangeret, quam purgaret, non: nec inſtar fabrorum æreorum adhuc tironum, tam duriter rigideque circum fractæ aut tuberoſæ patellæ foramina tundebat (*Cor enim fatui quaſi vas confractum*) vt potiùs foramina multiplicaret, aut maiora redderet, vel totum vas confringeret, quàm vel vnum obſtrueret; non, non: ſed ea dexteritate & arte fricabat, quatiebat, limabat ollam Regis ſordidam, tam ſcitè librâtis & menſuratis tunſionibus tubera quatiebat, clauos infigebat, vt & olla Herodis multum ſordium & fuliginis abraderet, & ſi vas de integro reparare, *& noua facere omnia* non poſſet, ſaltem valdè corrigeret. *Audito enim eo Herodes multa faciebat*. Sed Iohannes erat, homo totus gratia Dei imbutus, aut potiùs donum Dei.

Sunt *ſunt* (Auditores) *vitia animi, ſicut vitia corporis leniter tractanda* (ait Seneca) ſunt arte maxima medicanda. Regum maximè, & his proximorum

Concio-

**Circa quos opus dexteritate maxima.**

Concionantis in vitia Potentiorum eadem pænè ars quæ *venefici incantantis aſpidem ſapienter*, aut periti Tonſoris, qui primum nouaculam leni cote; docta manu optimè acuit; deindè capillitium omne tepida perfundit, delinit, ac demum de capite aut mento crines tam nullo ſenſu doloris abradit, vt antè miretur, qui tondetur, carnem politam & raſam, quàm fieri ſenſerit.

*Sicut nouacula acuta feciſti dolum* bonum, ô Baptiſta. Baptizâſti haud dubiè primùm, & tepida leniter caput mentumque Herodis irrorâſti, vt molle capillitium nouacula inueniret; edentâſti etiam, & *oleo* non tamen *peccatoris*, ſed periti tonſoris *impinguaſti*. lenîſti nouaculam, atque ita lubricâſti, vt per caput mentūque regium ducta, manu nihilominus lubricāte, multa abraderet, ſi non omnia, nec tamen dolorem faceret Regi, aut exilem valdè.

Tam dextrè Baptiſta iſte dicebat, vt planè ac plenè diceret, nec tamen dicere, aut attingere videretur.

Antè tactum, captumque ſe Rex videbat, quā cingi indagine, aut peti perſentiſceret.

42 **Et apud Regem gratioſū.**

Dicere Herodes potuit, de Baptiſtæ concionibus, *Vulnerauerunt me, & non ſenſi.*

IIIJ. *Gratiam Baptiſtæ apud Regem*, quem inoffensè offendere toties potuerit, *de omnibus eius malis* ſæpius dicendo, populo contra Regem apud Regem patrocinando.

Vt in amantibus, & ipſa vulnera placent, & ipſa quæ vulnerant; & *amantium iræ*, & propter neſcio quam dulcedinem iraſcentis, & mixtam mordacitate ſuauitatē, qualis eſt quorundam malorum aureorum rixæ ipſæ ſæpè *amoris redintegratio eſt* (vt ait quidam) quoniam doctè, ſcitè, & amanter vulnerant (eſt enim & ars amandi magna:) ſic Herodem Iohannes tam ſcitè configebat, vulnerabat, vt amaretur tamen ab ipſo quem vulneraſſet, & iterumque iterumque peti ſe ab illo ac vulnerari vulneratiſſimus Rex pateretur, atque ita ſenſim ac viciſſim *de omnibus*

*Terent. in Andr.*

*malis quæ fecit*, Herodem Iohannes facilè co[…]
bat.

Theocritus eleganter & verè, quum *Amor*[…] *comparatum* dicit, *vt et pleraque non pulchra, pul*[…] *tamen videamur* & acerbiſſima melle quouis […] ſimo dulciora.

*Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſcon*[…] *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta o*[…] *dientis*. Prou. 27.

*Dextera præcipue capit indulgentia mentes;*
*Aſperitas odiũ, ſæuaq; bella moue*[t]. Ouid. 2. de[…]

Hùc igitur gratiam potentum ambire, hic […] diſcere ſalutare.

Amara pharmaca aut catapotia quamlibet ſ[…] ria, ſunt non minùs quam venena, melle, & […] dulcius eſt, præcondienda, ne reſpuantur; cur […] monita, & increpationes? &c.

Vt ſunt qui cibis, ſi non propter cibos, cert[…] morem offerentium, aut propter coquorum a[…] condimenta veſcantur, fœminas ament, propter […] namenta; ſic ſunt, qui Veritatem & reprehenſ[…] non propter ipſas quidem, ſed propter ami[…] modumque dicentis, vel libenter, vel patien[…] mittant.

Vulnerarius enſe reciſurus membrum corpo[…] immedicabile, & ſectum cauterio aduſturus, ne p[…] ſincera trahatur; præſopire ægrum ſuum co[…] tur, aut alijs diſtinere ferrum ignesque p[…] rum.

Quid? Deus materiam Euæ de corpore Adam[…] quaſi ex viua quadam latomia exciſurus, & ſu[…] rus *os ex oſſibus eius, & carnem de carne*, nonne […] dulci altoque ſopore ſecandum ante ſectionem p[…] uenit? *Immiſit Dominus ſoporem in Adam, cumque obdor*[…] *miſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro*[…] Geneſ. 2.

Eſt eſt omninò quibuſdam, Auditores, dono D[…] tanta corripiendi dexteritas, vt vituperari te ab […] malis, quam ab alio quouis laudari; malis ab ipſis […]
di, quam

di, quàm ab alijs paſci. Niſi fortè non ſit dexteritas duntaxat, ſed & fœlicitas.

Lacrymas illi cient atque eliciunt volentibus nolentibus ſolo linguæ verberatu, quales quantaſq; alij non extundant, neq; verborum fulminibus, neq; verberum rigoribus.

D. Hieronymus Lietart vir egrediè doctus & pius, Abbas Ghislenopolitanus, Mæcenas quondam meus (quem honoris & gratitudinis cauſſa nomino) viſus mihi hoc dono Dei cumprimis claruiſſe. Nouitium eum quempiam aliquandò priuatim in cellula verbis ita caſtigabat, vt plus lacrymarum & pænitudinis illi extunderet, ſua illa monendi ſuauitate, quam virgationibus quiſquam inſtitutor. Viuat Cœlo beata viri anima, viuat mundo glorioſa eius memoria. Quid debeā illi, ego ſcio. Rependo quod poſſum hoc linguę & calami beneficium, duraturum tamen, vti ſpero, monimentum.

(Laudatus obites quidam Mæcenas Autoris defunctus

Apage apage procul tonſores & raſores illos regios, qui ſine aqua tepente (vt aiunt) ſine irroratione, ſine præfrictione, ſine nouaculæ expolitione, temerè in mentum, in barbam, in caput, in capillos regios inuolant, & a barbis Regum diſcunt tondere nouelli, adeoq; imperitè & ſine arte artem totam concionandi exercent, vt ſæpè pro capillis carnem abradant, & ſanguinem eliciant.

Reprehēſiq; acerbiores moniteres:)

*Verſibus exponi Tragicis, res Comica non vult.* Horat. in Arte.

Tam dentatas rubiginoſaſque nouaculas in delicata capita vſurpant quidam, vt malint homines hirſutiſſimi, intonſi ſemper viuere, quàm talium non tonſorum ſed tortorum manibus tractari, & tam duros magiſtros pati.

Vt Tyrannus quidam aiebat *Sentiebat ſe mori*; ſic quoſdam putes dicere *ſentiant ſe pungi &c.*

Conuitijs vitia Herodis non curantur; vti nec flagellis, ſed popiſmis, equi feri & indomiti cicurantur.

*In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.* Horatius in Arte.

——— *In vitium libertas excidit, & vim*
*Dignam lege regi. Ibid.*

Imperitiùs *curando, fieri quædam peiora videmus*
*Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.*

*Qui* vel *nimis*, vel imperitè *emungit, elicit ſanguinem*
*Dabiturque licentia ſumta prudenter:*
*Singula quæque locum teneant ſortita decenter.* Horat. in arte.

*Eme eme* ergò à *Domino moderatam correptionem* ... *omninò quoddam bonum, & datum optimum eſt, &* ... *habeant pauci* D. Bernard. ſer. 2. de Reſurr. Domini.

*5 *Fælicitatem populi,* cuius miſerijs hoc fuerit di-

* Populum Galileæ beatum tali Concionatore,

uinitus intertextum, vt cum iugo Tyranni dur... premeretur; cum virgis, imò & ſcorpionibus cæde-tur; cum ab Herode non tam tonderetur, quam gluberetur, excoriaretur, euiſcerаretur &c. habe... ex aduerſo etiam tātum Concionatorem pro ſe, ... Regem aduerſus Regem Regiſque inſolentiam ... uerſam, tam crebrò, tam liberè declamantem. ... ſcilicet *Deus cum tentatione prouentum.*

*Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Pſal.

Stante pro ſe cōtra Regē vbi oportuit,

Quæri non poterat Galilæorum populus *Domine, hominem non habeo &c.*

Habebat hominem, habebat, & quidem miſſum à Deo, *plenum gratiæ & veritatis*; hominem nihil magis cum Rege, ac minùs fortaſſe, quam cum plebeis ... diſſimulantem, veram regiæ luxuriæ ſecurim, ... Herodianæ licentiæ &c. hominem, qui gratia, qua a-pud Regem valebat, ad aliorum ruinam non abute-retur, vt olim Aman fauore Aſſueri, contra Iudæos innocentes, & vt nunc plerique multi.

Emoriar, niſi fuerit qui me non ita pridem tenta-uoluerit, dicendo; *Vides vt nunc Principibus & ...bus charisſimus &c.* cui reſpondebam, ſi animi ... rentur; apparitorum, non tam caros eſſe, quam ... rentur; cui quaſi ſuffragando ſubiecit *multos nunc Po-liticos eſſe.* id eſt, ſimulata pænè omnia: inſinuans ta-men initio ſatis, non tàm ſe æquitatem ſpirare, quam

poten-

potentiam apud magnos, alio ſanè genio quàm Baptiſta, qui potentia ſua & gratia apud Herodem, tueri miſeros & innocentes, quam premere, maluit. O virum verè magnum!

*Ecce homo, ecce homo*, qualem inſtar Diogenis accenſa in meridie lucerna, multi quærunt.

**Neq; abutente potentia ſua quod ſolent quidam.**

O hominem! ô hominem æuo noſtro neceſſarium! ô hominem in omnibus Curijs exoptandum! *qualem vix repperit vnum*,

*Millibus è multis hominum conſultus Apollo*.

Talis, vel ſolus & *vnus, homo nobis* ita agendo *reſtituit rem*.

Quàm ſtaret meliore loco Reſp. ſi qui ſumus Baptiſtæ pares officio, etiam animo, libertate, & oris conſtantia pares eſſemus, pro Regibus, pro populo, quoties res ita poſcit!

Sed heu! *puluillos* nonnulli xylo, lana, lino, & floccis ſericis ſaburratos *conſuunt*, & cubitis Potentiorum ſubponunt, quibus apud ſaburranas ſuas, & in fecibus ſuis, altiùs ſecuriuſque molliter innixi indormiant. Loquuntur placentia, & pænè, vt in nuptijs citharędi meritorij, petunt ecquam audire libeat.

**Adulatores obiter flagellati.**

Quam multi nunc meritò deplorando dixerint Deo, *Domine hominem non habeo*.

Et illud Pſalmiſtæ; *Saluum me fac Domine, quoniam defecit talis ſanctus*; id eſt Vatablo, deeſt beneficus, omnes corruptè viuunt: *quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum*, vel nolentibus vera loqui, qui poſſunt & debent; vel volentes prohibentibus ijs, quibus ea audire eſt maximè neceſſarium. **Pſal. 11.**

*Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum*, id eſt Vatablo, veraces ac fideles inter inter mortales deſierunt.

*Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt*; labio blando: at corde duplici, ac diuerſo loquuntur. In eadem enim naui nunc plebes multæ nauigant.

Querebatur generatim his verbis Propheta con-

 cidiſſe

cidiſſe, tunc vbique Iuſtitiam & Fidem; verùm
fraudulentos adſentatores omnia occupare, &
rumpere, aliud ſentire, aliud loqui, mel in ore,
corde gerere. *Defecit ſanctus*, deeſt beneficus, id eſt
los tunc fuiſſe, qui aliorum commodis ſtuderent
apud oppreſſores pro oppreſſis vel hiſcere auderent

Vel, quod magis reor, Aulicos Saulis ſpecia
notabat, *Defecit Sanctus*, id eſt, deſijt pius, non eſt
qui de alijs benè mereri ſtudeat in Curia Saulis,
patiendo, paucula loquēdo ſuper conditione
Aulici Saulis omnes adulatores; delatores, &
lyci vrgent & premunt adflictos, quamlibet
publicæ ſtudioſos; pro me Dauide, patriæ patr
beratore, a Saule tamen iniquiſſimè oppreſſo,
nato, & quæſito ad necem, nullus & nemo apud
gem ingratum & iniquum interceſſor, nemo alere
ex aduerſo; nemo ſe mirum regio furori obpoſuit,
eſt cui me credere aut per quē ſperare meliora
am.

Ita tunc omnes ſcilicet Saulis aulici iſta perdiſc
rant; Aliquem Rex *arguet? arguito: quidquid proba*
*probato:*

*Quod dicit, dicas: quod negat ille, neges.*

Ouid li. 2, de arte. *Riſerit? arride: ſi fleuit; flere memento,*

*Imponat leges vultibus ille tuis.* Verbulo repu
nare aut refragari non audebant, ne duo eſſe vide
3. Eſdr. 4. tur, peſſimi malæ vnitatis adfectatores. *Si dixerit*
*occidite, occidunt; dixerit remittite, remittunt, dixerit ex*
*terminate, exterminant &c.*

Quiſque Xerxæum mandatum, ad ſuos Aſiæ Prin
Herod. 7. cipes, adamuſſim & literatim obſeruabat. Ferunt e
Iuſtin. 2. nim Xerxem, quum Græciæ bellum eſſet indicturus,
adhibitis Aſiæ Principibus ita dixiſſe; *Ne viderer meo*
*tantummodò vſus conſilio, vos cōtraxi, Cæterùm mementote*
*parendum magis vobis eſſe, quam ſuadendum.* Valer. Max.
lib. 9. c. 5.

Parere Sauli contra Dauidem aut certè omnia di
ſimulare etiam in iniquiſſimis, quā verbulo pro Da
uide, Regi aduerſari, aut ab iniquis cæptis, diſſuaden
do,

do, reuocare.

Coniuratio iſta erat, non concordia.

Si quis forte in iniuſtitias Saulis quidquam audebat, muſſitabat aut hiſcebat potiùs, quam aperto ac rotundo ore dicebat. *Diminutæ erant veritates à filijs hominum.* Ita tenuiter frigideque dicebat, vt tacenti ſimilem dixiſſes, ac ſilere maluiſſes.

Et nunc quis in pleriſque locis ſic viui, ſic conniuenti, ſic taceri ab Aulicis, ab Amicis, ad omnia Herodis & Saulis vitia, ſcelera &c. non videt, & quis bonus nō dolet? O tempora! ô pectora non virorum, ſed fœminarum!

Et quod magis angit, plerique, à quibus Baptiſtã, vti officio, repræſentari oportebat, & *arguere Herodem de omnibus malis quæ fecit*, tam ſunt etiam ipſi ad illa muti, quam piſces. *Defecit, defecit Sanctus*, defecit beneficus, defecit oppreſſorum patronus, defecit plebeculæ aduocatus &c. *defecit*, inquam, id eſt, vel tam rarus eſt ſic Beneficus, vt nullus eſſe cenſeatur; vel ſi aliquem reperire eſt, *defecit* tamen, id eſt, non tota libertate more maiorum, *corripit Herodem de omnibus malis quæ fecit*: adtingit tantum, non premit, & quidē paucula de multis, leuicula de grauiſſimis, *Diminutæ diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.*

*Saluum* ergò *me fac Deus*; tu patronus, tu tutor eſto ſic deſerto cuicumque.

Tu Deus, paucis fortibus etiam me accenſe, ſegregatum a peccatoribus, ab adulatoribus, a diminutoribus, & circumciſoribus, monetæ Veritatis.

Da, vt qualem, quantamque iam olim ab æterno ſuper incudem Sapientiæ tuæ, monetam Veritatis cudiſti, talem tantamque exponam Regibus & Principibus Iuda, ſuo & toto ſono reſonante.

*Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque.*

*Loquar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non cōfundar.* Reſpondeã ſymbolo meo, quod Romæ a colloquio & tractatu meo cum Paulo V. Pont. Max de Pace Belgica &c primum adſumſi, ſpirem ſemper & loquar PACEM, ET VERITATEM. Symbolũ eiuſdem à qua cauſa.

 Diſſer-

*Pſal.* *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa.*

Da mihi, da cæteris, maximè autem Curiarum Con-
cionatoribus, Baptiſtam tuum imitari, fidentes
Deo, pro popello dicere Herodi adulteranti, op-
menti, venalia etiam ſacra habenti, *Non licet*
*corripere Herodem de omnibus malis quæ fecit*, qua
quà Priuatus, quà Defectu, quà Exceſſu &c.

## II.

*Concionatores liberos eſſe oportere, & omnis*
*mala debere corripere, tàm Regum & Curiæ quam*
*pelli.*

Eſt enim libera Veritatis prædicatio res toti Re-
Quanta neceſsitas Veritatis. maximè neceſſaria.

Socrates homo, æui ſui ſapientiſſimus vel omni
cenſura, veriſſimè; *vt minimè*, inquit, *Solem è mun-*
*ta neq; dicendi fiduciam à recta inſtitutione tollere con-*
Stob. ſer. 11.

Dederis duorum optionem, vel Solem & lucem
hunc globum è mundo tollendi, vel explodendi pa-
rhiſiam & dicendi libertatem; hunc potiùs tollendi
cenſuerim, quam hanc omninò explodendam.

Et quis Sapiens non ſic? aut cùr non ſic? Vt enim
Sole nihil ſit pænè vtilius, aut magis neceſſarium; ta-
men præit longis paraſangis Veritas, Vtilitate, Ne-
Maior quàm So-lis, ceſſitate.

Animum in teneris verſari quis malit, quàm cor-
pus?

Quę lucis corporeę vtilitas, animo cęcutientibus,
non verè intelligentibus, quid ſequendum, quid fu-
giendum?

Cæci, ſine Solis huius vſura, viuere poſſunt, cum
intùs animo vident veritatem; Videntes autem, &
Lynceum acumine oculorum corporis vincentes, &
in meridiana luce verſantes, non poſſunt, ſi animo cæ-
ci ſunt, ſine lumine rationis, ſine cognitione Veritatis
rerum quarumcunque.

Tempus erit, cum Sole & luce iſta carebimus, tam-
mē beati erim⁹; tempus nunquā erit, quo beati ſimus,

Veritate carebimus. Imò verò, Veritatis æternæ increatæque plena cognitio & viſio, tota merces futura eſt.

Apoc. 21. *Ciuitas* (vtique beatorum) *non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.*

Vtſcias Veritatem eſſe Sole vtiliorem, *Democritum Philoſophum in monumentis hiſtoriæ Græcæ ſcriptum eſt, virum præter alios venerandum, autoritateque antiqua præditum, luminibus oculorum ſua ſponte ſe priuaſſe: quia eſtimaret, cogitationes, commentationeſque animi ſui, in contemplandis naturæ rationibus, vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris, & oculorum impedimentis liberaſſet.* A. Gell. l. 10. noct. c. 17.

Lucubraturi, & veritatis cognitioni ſeriò vacaturi; ferè omnes, aut tenebris, aut locis raræ lucis, & ſolitudine abſtruſa delectantur; Demoſthenes etiam loco ſubterraneo.

Ita Democritus, Solis obiectamento, quam Veritatis voluptate carere maluit. Forſitan & idcircò,

*malis benè*
*Eſſe ne videret ciuibus.* Laberius Poëta in Mimo.

Vt aliqui Solaria, ſic Solem aliqui eſſe nollent potiùs, quam nullam lucem Veritatis.

Paraſitus quidam apud Plautum in Bæotia com.
*Vt illum*, inquit, *Dij perdant, primus qui horas repperit,* *Vide Gell. lib. 3. noct. c. 3.*
*Quique adeò primus ſtatuit hic ſolarium,* horologium ſc.

*Qui mihi comminuit miſero articulatim diem.*
*Nam, me puero, venter erat ſolarium*
*Multò omnium iſtorum optimum & veriſſimum.*
*Vbi iſte monebat eſſe, niſi cùm nihil erat.*
*Nùnc etiàm quod eſt, non eſt, niſi ſoli lubet.*
*Itaque adeò iàm oppletum'ſt oppidum ſolarijs:*
*Maior pars populi aridi reptant fame.*

Reuera tamen magna Solariorum & ſolis vtilitas ac neceſſitas; at Veritatis tamen multò maxima.

Hoc autẽ vno maximè à Sole Veritas differt, quod Solis adſpectu omnes delectantur, pauciſſimi auditu

Veritatis; quin etiam illa ipſa grauiſſimè, vt oculi
pi radijs ſolaribus aut facis lumine, aut vt aures
**Cic. in Sōn. Scip.** ſuetæ ſono aquarum multarum Nili ad illa, quæ C
tadupa nominantur, ex altiſſimis montibus ruent
offenduntur; & proh dolor! ij maximè, quibus ea m
ximè neceſſaria, Potentiores.

**Et Salis.** Cum dixit Chriſtus Apoſtolis; *Vos eſtis lux Mun*
item; *vos eſtis Sal terræ* vtroque neceſſitatem non m
norem veriloquentiæ, quam Lucis & Salis indic
uit.

Quis rerum vſus ſine luce? quis ciborum præ o
mnium ſine Sale? Tantalo ſimilis ero, vel in Solis
moſiſſima illa menſa, ſi ſal abeſſe contigerit.

Plin. lib. 31. c. 7. *Vita humanior ſine ſale nequit degere*
*deoque neceſſarium elementum eſt, vt transferri intellect*
*ad voluptates animi quoque. nam ita ſales appellantur,*
*nisque vitæ lepos, & ſumma hilaritas, laborumque requi*
*non alio magis vocabulo conſtat.*

Idem ibid. *[illegible] honoribus etiam militiæque interponitur,*
*Salarijs inde dictis.*

Non primitiæ olim Dijs, non ſacrificia vni vero
Deo ſine ſale, offerebantur.

Adeoque Sal, vitæ hominis tuendæ neceſſarius eſt,
vt olim tam capitale eſſet, hoſtibus ſalem, quam fe
rum & frumentum, vænundare. *[illegible]*

Et qui olim aſperrimè vixerunt Sancti, Salem ta
men ad panem, quaſi æquè neceſſarium, ad victu
adhibuerunt.

Sol, Sal, & Veritas tria Mundi maxima ſuſtenta
la.

Diuiniſſimum tamen omnium Veritas.

Pythagoras interrogatus, *quid Deo ſimile facere*
*homines? cum Veritatem exercent,* reſpondit. Stob. ſer.
9.

**Veritatis laus maxima,** Magi quoque, homines olim apud Perſas ſapien
tiſſimi, maximum Deorum (quem Oromagdem ip
vocant) corpore quidem adſerunt eſſe luci ſimilem,
anima verò Veritati, quaſi dicerent animam ſumma
Deitatis Veritatem.

An vero

An non & Filius Dei, Vnigenitus qui eſt in corde Patris, ſe Veritatem adpellauit? *Ego ſum* inquit *Via, Veritas, & Vita.*

*Principium verborum tuorum*, Verbum illud eſt, quo facta ſunt omnia, *Veritas*. pſal. 118.

Tam diuinum quid eſt, diuinitatique cognatum Veritas, vt Plato *indignum* dixerit eſſe *eodem illo ore falſificari, quo Deum adoraris.*

Antagoniſta verò Dei, & incorporeus ille ſeu Antitheus, ſeu Anti-Chriſtus, non modò *mendax ab initio* adpellatur, ſed *vanitas* atque *mendacium.*

*Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* quorſum Sathanam pro Deo colitis, & Idolatriæ falſitatem conſectamini? pſal. 4.

Igitur vtiliſſimi, maximè neceſſarij mundo, maximè venerandi, pæneque inſtar Deorum adorandi, qui Veritatem hominibus important, ore, calamo, prædicando, ſcribendo; id eſt, Deum ſummam Veritatem imitantur; contra verò, Diabolum mendacium purum purum, & mendacij omnis parẽtem, inhonorato Deo honorant, colunt, eiuſque cauſam egregiè agunt, qui ad mendacia & fabulas dicendas, ſcribendas conuertuntur, quique prurientes auribus, Veritatem ſeriam, & ſerios homines, liberos, veriuerbioſq; Concionatores, Baptiſtæ huiꝰ noſtri imitatores, nullo modo ferũt. **Quã ſint neceſſarij Conciona tores veri & veraces,**

Cauſam Dei agunt alteri, alteri cauſam Diaboli, factione prorſus miſeranda.

Vt olim Oratores liberè populo, belli tẽpore, quæ ſentirent pronuntiantes, beneque conſulentes, hoſtibus, quorum ita victoriarum curſum & quaſi volatũ retardabant, plurimum nocuerunt; ſic Baptiſtæ oẽs, liberique oris Concionatores, *Veritatẽ Dei in iniuſtitia non detinentes*, nec *lucernam accenſam ſub modio ponentes*, ſed conſtanter ac *ſine inuidia omnibus communicantes*, multas Diabolo, in hac vitæ noſtræ militia & colluctatione, moleſtias faceſſunt, cui victorias de Populis, de Regibus, de Sacerdotibus &c. infinitas è manu extorquent, ciues & fratres iam captos detrahunt, **Quã proſint Eccleſiæ:**

hunt,

hunt, *ſpolia fortis armati diripiunt, & captiuam ducunt ca-*
*ptiuitatem.*

**Quam no- cẽant qui tales no- lunt,**

His ciuica debetur, & *ſeruati gratia ciuis*, non Ro-
ni, ſed cœleſtis.

Qui tales coërceri, tradi, ſilentioque imperari
honeſtari, volunt; illi ciues cæli, & Rempub. Chriſti-
nam Diabolo dedi, prodique indefenſam volunt.

Philippus Alex. Magni pater, cùr aliquando Athe-
nas obſidens, Oratores illos decem maximè ſibi do-
popoſcit, pollicitus ſe tùm ab obſidione diſceſſur
Scilicet, vt ſic, ſine ſanguine & puluere, nullo ſpecula-
tore, nemine amplius benè conſulente, nemine do-
detegente, nemine claſſicũ dante, nemine inermes a-
mante, Athenis indefenſis potiretur. *Iſid. lib. … e-*
*mol.*

Demoſthenes hac fabella de Lupo & Canib.
quid poſſent fortes cõſtanteſque Oratores demõſtra-
uit. Ferunt (inquiebat) olim (eo tempore fortaſſis, quo
beſtiæ, vt quondam aſina Balaam, loquebantur) Lu-
pos animalia, tàm doloſa quàm crudelia, legatione
pacificatoria Paſtoribus ſuaſiſſe, vt deinceps amicè &
concorditer ſecum viuerent; Paſtoribuſque adſen-
tibus, tùm iſtas Pacis conditiones popoſciſſe, vt ſcili-
cet primum canes pecuarij (quos totam, ſolamque diſ-
ſidiorum cauſam, inter ſe ac Paſtores, calumnioſe
cauſabantur) cæderentur, aut abigerentur, aut ipſi
Lupis, quaſi quidam pacis obſides, dederentur. Paſto-
res, malum! nimiùm credulos, Lupis annuiſſe, canes
dedidiſſe, quos vnos ouium peruigiles fidiſſimoſque
cuſtodes hactenùs habuiſſent. Quid tùm? Lupos ...
que iam periculorum, à canum latratu morſuque
ſecuros in gregem ouium inuadentes, balantem de-
ſertumque, tùnc vniuerſum non modo pro neceſſita-
te aut ſatietate, ſed pro libidine dilaniaſſe. Exitum
ergò doloſæ Pacis, & deditionis incautæ fuiſſe fune-
ſtiſſimum. Et non putatis viri Athenienſes (ſubijciebat
poſt fabellam Demoſthenes ille populi robur, & ve-
ritatis Capitolium) Philippum iſtum Græcanicæ li-
bertatis inſidiatorem, ſi Oratores quos poſcit dede-
den-

deritis, quaſi canes illum adlatrantes, in vos Luporũ illorum inſtar graſſaturum? Quis neſcit?

Sic ſic (cari mei Auditores) ſic Diabolus ille humanæ ſalutis inſidiator, ibi longè lateque victor nõ graſſari non poteſt, in ſyluis, in agris, in monaſterijs, in vrbibus, in domibus, in Curijs Regum, in ipſis Reginarum gynæceis vndè canes vel abiguntur, vel in vinculis habentur, vel vt muti ſint, aut hyenæ vmbra, aut canina lingua in calceamẽto pollici ſubdita, aut muſtelæ cauda, aut oſſe medullato, aut *melle ſoporata & medicatis frugibus offa* incantantur, id eſt vndè Baptiſtę & Veritatis liberi præcones exploduntur, vel loqui liberè prohibentur, aut muneribus obligantur, vel ipſi vera dicere neſcio quo Panico terrore verentur.

*Plin. li. 8. Idem libr. 29 c. 5. Virgil. 6. Aeneid.*

Pericles ſapienter, *quantum in bello ferrum valeret, tantum in Repub. valere* aiebat *orationem*. Illic enim rem geri viribus, hic perſuaſione. *Laert. libr. 5. c. 5.*

Vt Pyrrho Regi Epirotarum frequẽter in ore fuit, oratione vnius Cyneæ Oratoris ſui longè facundiſſimi, plures vrbes imperio ſuo additas, quam ſuis armis; ſic opinor, nulla alia re, plures animæ, de Diaboli *Principis & Dei* titulotenùs *huius ſeculi* manibus & ditione, quaſi tot animatę ciuitates, extorquentur. Deique veri ditioni & regno adijciuntur, quam libera Veritatis prædicatione. *L. Domit. Bruſon. libr. 4. ex. c. 31.*

Imperator quidam æui noſtri (Carolus V. opinor, Belgarum gloria) de Bellayo Langeij Domino iam defuncto, ſic aliquandò pronuntiauit; *Calamum Langeij ſibi plus belli creaſſe, ac reſtitiſſe, quam totius Franciæ haſtatos, & cataphractos vniuerſos.* Franciſc. Billonius in Anticuniculis pennæ.

Baptiſtæ vnius libera dictio, libera lingua, *calamus Scribæ velociter ſcribentis* in Herodem, in populos, in omnia mala quæ quiſque facit, plus belli & damni Sathanæ creat, quam credere quiſquam poſſit.

Cre-

**Cùr Euangelij prædicatio dicta regnũ Dei.**

Crediderim facilè, idcircò Euangelij prædicationem nùnc *regnum Dei*, nùnc *cælorum* adpellari, ab effectu, quod ea ſcilicet conſtituat homines *Deo* ſubiectos *regnum*, & faciat quaſi tot cælos Deo habitabiles.

*Fides ex auditu; auditus autem per verbum* Dei liberè prædicatum *Iudæo primùm, & Græco*. Rom. 10.

*Quomodò* enim *credent ei, quem non audierunt*: Ibid.

*Quomodò inuocabunt, in quem non crediderunt*: Ibid.

Ignoti nulla neque cupido, neque odium, non Virtutum, non Vitiorum. *Quomodò* amabunt, & *credent* Virtutibus; quo modo odiſſe poterunt vitia Herodes, Herodias, & plebeculæ, de quibus *non audierunt*? *Quomodò audient ſine prædicante*? *Quomodo prædicabunt, ſi mittantur*, & liberè dicere *quid Spiritus dicat Eccleſijs* permittantur, &, docere *Quid deceat, quid non, quò Virtus, quò ferat Error*? Horat. in arte.

Veritas libera facit Fideles, facit Sanctos; & Diaboli fortis illius armati atrium & ſpoliarium perrumpit, & ſpoliat.

***Horat. in arte.***

*Cur adquirere pauca*
*Si poſſum, inuideor?*

3. *Eſdræ c. 3. & 4.* Veritatis liberæ quanta ſit vis, Zorobabel vnus ex tribus illis corporis Darij Regis cuſtodibus, & otioſis diſputatoribus, oſtendit, qui pronuntiauit, & probauit, tam *Vino* contra primi antagoniſtæ ſententiam; quam *Rege*, contra alterius; & *Mulieribus* (quarum ipſe nihilo minùs fortitudinē primum deprædicauerat) Veritatem vnam omnibus potentiorem.

***Blondus l. 1. decad. 1.***
**Bren. Rom 22. Nou.*
**ibid. 26. Sept.*

Vt Vino & conuiuijs aliqui emantur; vt Mulierum & vxorum blandimentis (vt Athaulphus Viſigothorum Rex, Alarici ſucceſſor, Gallæ Placidiæ deſpōſatæ, mirabiliter cicuratus; vt Valerian⁹* Cæciliæ ſponſæ ſuę, prima nuptiarum nocte, conuerſus; vt Diui Aug. pater, Monicæ uxr, valdè mutatus; vt Clodouæus Francorum Rex Clotildis ſuę mulieris Chriſtianus, vt* Cyprianus magus, Iuſtinę virginis quam deperibat, conuerſus) blanditijs, aut aliter, ad Chriſtum pleriq; conuertantur; vt Regum armis, decretiſque in nuptialem

Agni

Agni cænam intrare nonnulli compellantur; vt pecuniæ, cui obediunt omnia, multi, in fide atque officio in Deum ac ſuos, contineantur; Veritas tamē vna plures Chriſto lucrifacit, & Eccleſię immobiliter adiugit.

Adde quod *iniquum Vinū, iniquus Rex, iniquæ Mulieres, iniqui omnes filij hominum & iniqua illorum omnia opera, & non eſt in ipſis Veritas & in ſua iniquitate peribunt: & Veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſecula ſeculorum. Nec eſt apud eam accipere perſonas, neque differentiam, ſed quæ iuſta ſunt, facit omnibus iniuſtis & malignis.* 3. Eſdræ 4.

Premitur, non obprimitur.

Et *venit Veritas in lucē internū non quæſita* Menander.

Fælicem igitur Regem & populum Galilæorum, cui Baptiſta liberrimus Veritatis doctor contigerit! fælicem Baptiſtam, qui Herodem tam patientem obiurgationum auditorem habuerit!

Baptiſta enim certe, cùm tam armatæ Palladis miniſtris, id eſt duris militibus, quam togatæ Mineruæ aſſeclis, id eſt Phariſæis & Scribis, & plebeculæ dicenda verè libereque dixiſſet, indè recta ad Regem Herodem, Tyrannum non obſcurum, eadem conſtantia corripiendum ſe conuertit, & nil muſſitans, nil balbutiens, aut interruptè loquens, ore rotundo dixit *Non licet tibi &c.*

**Herodem Iohanne concionatore eximio felicē fuiſſe.**

Tyranno tyranniſſimo in os dixit clàm, palàm, priuatim, publicè, blādè, aſperè, piè verſus vt Proteus in omnes formas, *Non licet tibi habere eam.*

Quid? etiam Herodem *de omnibus malis, quæ fecit, corripuit. De omnibus* omninò. nihil diſſimulauit, non quæ domi, in fratrem Philippum peccaſſet, non quæ in filiam eius Salomen &c. non quæ foris, in totum Galilææ regnum, non quæ in Arabiam repudij ipſius occaſione turbatam.

Oeconomiæ totius & Politiæ Herodianæ vitia, omnia & ſingula, reprehendit.

Regnare enim apud Regem Reginamue quorumdam inſtar, Ioh. noſter etſi facilè poterat, nō volebat.

Aiunt enim iam vulgò mali Concionatores quidā,

mol-

molliores & magis ſerici, quam ſerij, *Qui neſcit diſſimu-*
*lare, neſcit regnare.* non in palatio, non in foro, non
pulpito. Quaſi cuiquam regnandi gratia, ſit
landum.

Non Rex ille fori, aut pulpiti, aut palatij eſſe
ctabat, non in Terra regnare, Regis aures animum
demulcendo & Regem regendo, ſed in Cœlo, quò
diſſimulando, ſed per Eliæ veſtigia libere & in
*& virtute Eliæ* crimina quæque, cuiuſcunque,
Achabi, & Herodis corripiendo, peruenitur.

His gradibus Eliæ, Iſaiæ, Ieremiæ &c. in cœlum
cenderunt, & mortui apud Superbos & viuos
ros regnant, qui viui apud conuiuos, apud malos
nare contempſerunt.

Quod Chryſippus de Reipub. id Baptiſta de
Dei prædicatione ſciebat quidem, nempè
*miniſtrauero, Deos; ſi benè, ciues habeo iratos;* & illud
A. Gell. li. 3. noct. c. 3. ſanne, *ſi hoc egero, mors mihi eſt, ſin autem , non effugiam*
*manus veſtras; Verbo ſi non fecero: ſi faxo, vapulabo.*
cum concludebat, quod Suſanna; *melius eſt mihi*
*dere in manus veſtras aut Herodis, quam in manus D*
*mei.*

Cum Theona quodam, Scythiotici monaſterij A-
bate, *Melius eſt mihi cum homine, quam cum Deo habere*
*diuortium.*

Surius tō. 4 in vita Ant. Cum Magno Antonio, *Se cum Deo & hominibus ſi-*
*mul omnino eſſe non poſſe: Non poſſe ſe diuidi Deo, & homini-*
*bus. Deo facilius placere, quam iſtis. Hominibus*
*voluntates.*

Cum Dauide, *qui hominibus placent, confuſi ſunt, quo-*
*niam Deus ſpreuit eos.*

Cum Paulo, *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſer-*
*uus non eſſem.*

Cum Iacobo, Amicitia huius mundi *inimica eſt Dei.*
*Quicunque ergò voluerit amicus eſſe ſeculi huius,*
*Dei conſtituitur.* Iac. 5.

Matth. 6. Cum Chriſto, *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.*
Fidem veſtram! Vtrum ſatius hominibuſne place-
re, an Deo?

Reg-

Regnare in cœlis, an in terris?

Poſt mortem me æternum eiulare ob ſilentium intempeſtiuum, & dicere, *Væ mihi quia tacui?* an in Vita, temporaria iucunditate, & tantulo tantiſper priuari, ab Herode deſpici, deprimi, eijci, capi, vinciri, obtruncari, ob importunè oportunè ingeſtam in inceſtum veritatem?

*Anguſta* quidem hæc *via* & aſpera; ſed ea tamen ſola quę *ducit* ad anguſta, & *ad vitam*: & oh, oh, oh! quam *pauci ambulant per eam*! Per anguſta auguſta obtinentur.

Auditis Concionatores & intelligitis hæc omnia?

Herodes autem etiam hactenùs laudabilis valdè Auditor, & dignus, qui tali Concionatore vteretur. Audiuit enim & patienter, & ſæpè, & diu, increpantē Baptiſtam, ſi verum eſt, Iohannem *de omnibus malis quæ fecit*, illum increpuiſſe. Non enim credibile, Baptiſtá, ſi ſemel aut iterum fuiſſet ab Herode indignante exploſus, toties fuiſſe in Curiam rediturum, vt Regem de reliquis increparet, ne vllum de *omnibus malis quæ fecit* præteriſſe videretur.

**Iohannes vero Herode auditore patientiſſimo.**

*Vbi enim non eſt auditus, ne effundas ſermonem.*

Sed nec ſatellites & Curiæ cuſtodes Eremitam ſemel durè eiectum à Rege, toties redeuntem admiſiſſent, in quorum oculis oculi Regum & Dominorum.

Niſi dicas, Herodem à Iohanne, non ſemper domi & priuatim, de omnibus fuiſſe correptum, ſed publicè pro concione, abſentem præſentem, ſiue audientem, ſiue non audientem, ac tùm tantum ſilum tot reprehenſionum à Regis patientia non proceſſiſſe, ſed à quadam velut audiendi neceſſitate.

Ego verò maximam Tyranni patientiam eluxiſſe adfirmo, ſi publicè à Iohanne de omnibus corripiebatur. Moleſtius enim eſt cuilibet, vitia ſua omnia de plauſtro, ſugilari & ex theatro aut pulpito palàm traduci ac tantũ non catamidiari, quam priuatim in penetralibus. Vt publicũ multũ ad gloriam, ſic facit ad infamiam.

Ira & dolore tranſuerſi aguntur, qui corā iis repre-henduntur, apud quos volunt in pretio & æſtima-tione proba eſſe, vt ſi maritus vxore audiente, pa-ter coram liberis, apud diſcipulos doctor, apud po-pulos Magiſtratus corripiatur.

Ferat aliquis domi ſe moneri, qui ſe vel tenuiſſimè notari in cathedra, aut in menſa, aut alibicunque pu-blicè, ferat impatientiſſimè.

Auguſtus Cæſar ab Equitis Romani liberto ver-tactus patienter tulit, ſed priuatim tactus opinor.

Amicitiam alterum & familiaritatem; alterum ma-ledicentiam adpellamus; alterum interceptionem ma-li, & Seditionis præuentionem; alterum eiuſdem na-centiuum.

Commotiones populorum, fomenta aut irritamen-ta turbarum & ſeditionum, publicæ illæ Concionato-torum in vitia Procerum inuectiuæ, imò ſolæ tenues & primulæ notæ, adpellantur; *commones populū* inqui-unt, *ſeducit turbas* &c. itaque ſtatim ſilentium putant imperandum, vt extemporatus Concionator cœpta perſequi non poſſit.

Herodes autem publicè, & heri, & hodiè, & cra-no, & poſtridiè ac continuè, ab eodem vno Concio-natore correptus præſens, abſens, relatu ſuorum edo-ctus quæ & quomodo dicta eſſent, paſſus eſt, non ne-ſit qui ſilentium indiceret, qui pergenti vitia Regis proſcindere, minaretur; pertulit & obdurauit, cum traductis *omnibus malis quæ fecit* Iohannes abſolueret &c. *Seſſurus, donec, cantor, vos plaudite, dicat.*

*Horat. in arte.*

An ea exigua cuiquam videtur talis Auditoris pa-tientia?

**Quales nunc rari,** *Idē ibid.*

Vbi mihi nunc delicati iſti Auditores æui noſtri, non dico Reges, aut Proceres *quibus eſt equus & pater & res*; ſed Patritioli, vix tantillo plebe altiores, imò è plebeculæ, adeò nunc prurientes auribus, qui vel di-gito tacti, vel ſyllaba notati, vel oculis ad ſe tantum inter dicendum conuerſis ſignati, imò ne notati qui-dem nec ſignati, ſed ſignatos ſe ſuſpicati, ita indignan-tur, tumultuantur, ac ſi hoſtis iàm in medio foro vi-
deat

ctor conſiſtens paſſim miſceret incendia? Ita ſcilicet faces, ita arma, ita ſagittas acutas linguarum, ita Perſicas perticas corripiunt; ita ad ſaxa calumniarum cõuolant, ita illis furor in ſuum Concionatorem miniſtrat.

*Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes.* Horat. in arte.

Vitio vno acriùs reprehenſo, per ipſos ad ſecundum non ſic proceditur. Temperari volunt ab illo ſtridore, aut alium depoſcunt &c. *coacervabunt ſibi magiſtros* qui citharas & linguas ipſorum auribus adtemperẽt, Oratores *loquuturos placentia, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Benè dixerit, quiſquis vitia ipſorum non adtigerit.

Inueniet, qui *dum vitat humum, nubes & inania captet,* — *Horat. in arte.*

*Legitimumque ſonum digitis callebit, & aure;* & proponet.

Diſcurſus *inopes rerum, nugaſque canoras;* expertia frugis.

Non magis quam puſiones, quàm feles curari ſe patiuntur, medicinam tormentum putantes.

Igitur Reges *intelligite,* & ab Herode *erudimini, qui iudicatis terram;* nos verò Eccleſiaſtæ, Baptiſtæ parrhiſiam imitemur, etſi multis iniucundam.

Vtrique tamen in vtriſque viciſſim aliquid humaniter diſſimulemus, alteri alteros, homines eſſe ſemper meminerimus, tam Doctor, quam Auditor.

**Inuicem diſſimulãdum aliquid, Auditori & Doctori.**

*Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe velimus:*
*Nam neq; chorda ſonum reddit, quẽ vult manus, & mens,*
*Poſcentique grauem perſæpè remittit acutum;*
*Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.*
*Verum opere in magno fas eſt obrepere ſonum,*
*quandoque bonus dormitat Homerus.*
*Verum vbi plura nitent in carmine, non ego paucis*
*Offendar maculis, quas aut incuria fudit,*
*Aut humana parum cauit natura.* Horat. in arte.

Regibus tanta negotiorum mole penè obpreſſis, facilè nõnũquã labi, errare, decipi &c. neceſſariũ etiã oble-

oblectamentis quibuſdam, vigorem animi & corpo-
ris reparari &c.

**Concio-natores ſæpè eu-thouſiaſmũ pati.**

Concionatoribus verò in multiloquio, in tam fre-
quentibus, tàm prolixis concionibus, etiã facilè pec-
catum vt hominibus ſurrepere, verbulum maleſona
in tanta linguæ lubricitate, in tanta inter tot Audito-
res iudiciorum diuerſitate, in tanto ſtrepitu circum-
ſtantis coronæ, in tantis delatorum relationibus, e-
rumpere.

* *Deindè*; Sciendum ipſos ſæpè non iuris ſui eſſe, ſed
diuini ſpiritus, animos, linguaſque ipſorum agitan-
tis, & nõ rarò facientis, vt meditata ſileant, inopina
pronuntient.

*Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.* Nos interim
illius vocis nihil, niſi Echo ſumus.

Alteri ergò alteris aliquid humaniter ignoſcant.

*Apud miſericordem Iudicem, nequaquam ſine venia cul-
pa relinquitur, quum per feruorem zeli ex eius amore pecca-
tur. Sæpè namque magnis hoc Doctoribus mirandiſque con-
git, quod vt alta charitate feruent, modum correctionis exce-
gerent, & lingua aliquid quod non debet, dicat: quia mentem
dilectio quantum debet inflammat, ſed verbum prolatæ con-
meliæ tanto citius partitur, quantò & ex qua radice prodeat
penſatur*, ait Greg. in Moralibus.

## ECHO CONCIONIS XVIII.

THEMA. *Herodes cùm corriperetur à Iohanne de
Herodiade, & de omnibus malis quæ fecit. Luc.*

*Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;*

Dicendum hodiè mihi:

1. *Baptiſtæ fuiſſe, Herodem, etiã pec-
catorum in Politicis, corripere, &
noſtrum. Quid obijciant, qui negant.*
2. *Concionatoribus nec Scientiã Politi-
corũ, nec ius de ipſis dicendi deneganda.*
3. *Quid reſpõdeãt obijcientibus Memo-
riæ Errorẽ, & Vitã minus ſãctã. AVE.*

I

I.

*Baptiſtæ fuiſſe, Herodem, etiam peccatorum in Politicis, corripere, & noſtrum. Quod obijciant, qui negant.*

Nonnulli fortaſſis libenter conceſſerint (Auditores &c.) Regem quidem fornicationum, adulteriorũ cum Herodiade, & cęterorum circa Herodiadem cõmiſſorum, à Baptiſta noſtro potuiſſe reprehendi (etſi quidam vix hoc etiam:) At peccatorum in Politiam, non item. Corripi (inquiunt) de reliquis *malis omnibus quę fecit Herodes*, a Iohanne non debuit.

**Concionatores Politica adtringere, ſemper odioſum,**

Non noua eſt iſta nimis anguſta terminorum noſtrorum à Politicis circumſcriptio.

Iohãn. Saleſberienſis l. 6. Policratici c. 1. *Si miſertus fueris pauperis, ſi occaſũ iuſtitiæ fleueris, ſi decreueris ſubuenire, ſi obmutire audes vt ad ſingula quæ dicũt aut faciũt* (Publicani & Præſides) *nõ dixeris euge euge; accuſantibꝰ Herodianis leſæ Maieſtatis reddes corã Præſide rationẽ. Cui niſi in omnibus acquieueris, Cæſari contradices, & quidquid dictet, niſi liceat, & niſi ſic ſtet, eſt in perſonã Regis, cõtraq; coronã. Cõſurget, ingeminabitur, & vſq; ad nubes inualeſcet clamor Officialiũ replicãtiũ voce magna, Hũc inuenimus ſubuertẽtẽ populũ, & prohibẽtẽ tributa dari Cæſari, negãtẽq; Regẽ eſſe, & miniſtris eius vniuerſa de iure licere. Hunc inuenimus euacuantẽ paternas leges, nouas introducentẽ, & vetuſtiſſimæ conſuetudinis cõtẽtorẽ. Huius rei teſtes ſumꝰ. Quod ſi tuã purgare volueris innocẽtiã, aut pro Iuſtitia quidquã adſtruere; ſi Chriſtum dixeris Regem eſſe, cui magis oporteat obediri, quam hominibus; ſi Eccleſiæ eius, quoniam hoc odioſiſſimum eſt, aliquod protuleris priuilegium, continuo vociferantes intonabunt; Quid amplius deſideratis teſtes? Ecce vos ipſi audiſtis blaſphemiam. Quiſquis aſſerit talia, contradicit Cæſari.*

Videte, quid iam olim Amaſias, pſeudo Sacerdos ille in Bethel, de Amos tota libertate prædicante iactauerit: *Miſit* (ait Scriptura) *Amaſias Sacerdos Bethel ad Ieroboam Regem Iſrael dicẽs: Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael* (id eſt, vel in templo, & concione populi, vel in Curia; vbi vbi fuerit, tamen loco publico) *non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius. Hæc enim dicit Amos, in gladio morietur Ieroboã, & Iſrael captiuus migra-*

*migrabit de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos. Qui vid*
*gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & pro*
*phetabis ibi. Et in Bethel non adijcies vltrà vt propheti*
*quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni eſt.*

Semper aliquis eſt, qui Concionatorem Veri
ad Principem deferat, & quaſi coniurationis acc
efficiatque vt aliò relegetur.

Quaſi verò oporteat tàm Concionatores veri
bios, ab auribus Curijſque Regum ac Potentum,
Magiſtratuum Lictores aut Apparitores, propter pri
uilegia immunitatis, abeſſe. & Baptiſtas apud Hero
des & Herodiades tacere, vel loqui placentia. On
guſtos & ſeruiles terminos Legatorum Dei!

Tamen aliquandò neceſſarium; Imò verò aio ego & Baptiſtæ fuiſſe hoc opus, &
neceſſarium in Regum domos Veritatem, etiam d
bus Politicis, à Baptiſtis importari, vt ſi eam illic v
ipſi, vel homines hùc delecti, loqui non ſinantur,
aſina Balaami alicuius, vel ipſi Curiæ parietes,
ſint publicaturi, & muris (quos iāpridē aures hab
vulgus dicit) etiam linguas ſit daturus Dominus D
ad declamandū, in vitia ſurdorū ad Baptiſtarū vo
Principū & Dominorū. *poteſt, poteſt De⁹*, vti ex lapid
*facere filios Abrahæ*; ità & pdicatores, & ſaxa loqu

Aut ipſi lapides declamaturi. Abacuc. 2. *Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti po*
*pulos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete*
*clamabit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum eſt, re*
*ſpondebit. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & pre*
*parat vrbem in iniquitate*. q. d. Si exſtruxeris domum, a
palatium, de materia aliena, per vim aut dolum
pata, quod propriè eſt *ædificare in ſanguinibus*; ipſi la
des ipſæque columnæ, ipſa ligna & tigna trabe
ædificiorum, iniuſtitiam tuam deteſtādo vociferab

*Poteſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*
fertiores, quam nos ſimus.

Nunquam contigit? Quum Balthaſar Rex Baby
Dan. 5. nis, in epulo ſolenni, cum Principibus compot
ſuis, cum vxoribus & concubinis, ſacros templi Hiero
ſolymitani calices, ductos in orbē epotandos pro
maret, an non *eadem hora adparuerunt digiti, quaſi manus*
*homi-*

*hominis ſcribentis contra candelabrum, in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis?*

Satius Reges à nobis, quam ſic argui.

In marmore Pario, ne facilè deleri poſſet; In ipſa Aula & oculis Regis, ne diſſimulari; Ad lumen candelabri, vt legi facilius poſſet, ſcribebatur: ità erat Veritas Regi neceſſaria. Qui ab hominibus reſpuebat, à lapidibus legere & intelligere coactus eſt veritatem.

*Ex ore* non modò *infantium & lactentium*; ſed etiam ex lapidibus *perfeciſti* & *laudem* &, vituperium. *pſal. 44.*

Vtrum igitur malint Reges? an ſua ſcelera, liberè quidem, tamen verbo hominis, eoque velociter trãſeunte corripi; an literis Dei in marmor inciſis, ad memoriam ac pudorem ſempiternum? *Scribunt in marmore leſi.*

Vox noſtra audita perit citò, & eſt tamen efficacior: Litera autem Scripta æternum manet, & minùs emendat profectò, vndè nec Balthaſar lectione ſcripturæ in pariete factus emendatior.

*Habet neſcio quid latentis energiæ viua vox.* D. Hieronym. *D. Hier. ep. ad Paulinum de omn. diu. hiſt. libb.*

*Quid ſi audiſſetis* (aiebat lecta oratione Demoſthenis Æſchines) *ipſum ſua verba reſonantem?*

Quanto differunt homo pictus & viuus, tanto auditio & lectio. Deeſt ſcripturæ, anima & ſpiritus Oratoris, actio illa & pronuntiatio.

Stilus acutus adeſt, deeſt malleus, & qui incutiat.

Sed à Baptiſtis Politica reprehendi nolunt, & iure facere videri volunt.

Tollunt enim nobis
- *1. Scientiam Politiæ;*
- *2. Ius dicendi de ipſa;*
- *3. Memoriæ firmitatem;*
- *4. Sanctitatem.*

Cauſantur aduerſarij deeſſe nobis, 1. Scientiã Politicorum,

* *1. Scientiam Policiæ.* Putant enim ibi Monachos, & clerum adeò omnem plus talpis ipſis cæcutire.

*Vndè* enim (inquiunt) hic Iohannes; vndè hic Eremita, & cucullatus iſte, *literas* has & ſciẽtiã iſtã *ſciat cũ nõ didicerit*? quũ nihil à puero quã pergameno, in choro hacten⁹ adlatrarit (ſic. n. illi loquũtur) id eſt, quum

 nihil

nihil aliud, quàm in ſuo monaſterio cantarit? qui
nihil quam lapides & fumos clauſtri ſui videnti?

Vndè vndè, & ſub quo imperatore hic equeſtris ca-
thedra, hic ſculptus in ærea tabella miles, tantum ar-
tis militaris accepit? Cur igitur Magiſtros doce-
nondùm diſcipulus?

2. Ius tra-ctandi in cathedra,

* 2. *Ius dicendi de ipſa.* Vt percalleant illam mona-
chi & perdidicerint; quis tamē ferat radicophagi ſo-
cio cuius, & aquæpotoris, dicendi ex cathedra de tan-
tis rebus licentiam? quis poſſit inter olores canoros
anſerem ſtrepentem pati? philoſophum coram Anni-
bale de arte militari diſputantem?

*Quod medicorum eſt,*

*Promittunt medici; Tractant fabrilia fabri,* Colunt
penicillos Pictores.

Ad Breuiarij Roſarijq́; lectionē in clauſtro, & ad o-
rationem ad Deum, ab oratione de tantis rebus, ad
populū, ad Reges, cucullatus ille relegetur (inquit)

Vt Protogenes pictor Alexandro Magno, in offici-
na multa diſſerēti, ſilētiū comiter ſuadebat, ridendū
dicēs à pueris q. colores tererēt; ſic forſitā illi non ex-
à caculis ſuis rideri aiūt, cū ciuilia tractant*. *Pl. 35. c. 10.*

Itane hāc Politicā artem garrula anus, hanc deli-
rus ſenex, hāc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſu-
ment, lacerabunt?

Itane illa eſt meretrix, & adtingi tractarique æquè
ab omnibus, & quidem à Monachis, debeat?

Itane adducto ſupercilio, grandia verba trutinan-
tes, inter mulierculas de Regum & Curiæ Sacramen-
tis omnes philoſophabuntur?

Ecce *in circulis omnibus, atque etiam ſi dijs placet, in con-
uiuijs, ſunt qui exercitū ducunt; vbi caſtra locanda ſint ſciunt,
quæ loca præſidijs occupanda; quando cum hoſte manum conſe-
rendæ, quando quieſcendum ſit.* Liu. 44.

Si iure queruntur, Scripturarum artem, & Theo-
logiam ſuam paſſim ab omnibus vendicari; cùr in
hanc Regum meſſem non minùs à ſe alienam inua-
dunt & falcem immittunt?

Publicuſne ne magis eſt ager & meſſis Regum, quā
Theologorum?

Cu

Cur temere Baptiſta *corripit Herodem de omnibus malis quæ fecit* vt Rex? ſatis fuerit, ac fortè plus ſatis, arguiſſe eorum, quæ fecit vt priuatus, & dixiſſe, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui Philippi.*

*Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.* 2. Timoth. 2.

*3. *Memoriæ firmitudinem*. Concionatores (inquit nonnulli) quum talibus argumentis occupantur, & aliquid ſingulatim & acriter carpunt, cardine moti & Cynoſura aut Helice amiſſa, ab inſtituto decrrârunt. Oportet memoria lapſos (ne obmuteſcere videantur) neceſſariò in talia, quaſi in portum aliquem gratiæ, nauim ſuam detorquere. 3. Memoria.

*4. *Sanctitatem*, qua pares Prophetis oportere eſſe iudicant, qui paria Prophetis in Herodem dicere geſtiant.

Hæc, & his peiora fortaſſis, quidam nimium infrenes Aulici, de Baptiſta, eiuſque imitatoribus, qui Herodem *de omnibus malis quæ fecit* etiam vt Rex, audent reprehendere, nec terrore, nec gratia, nec reuerentia retardari.

Quibus ita paucis reſpondeo.

*1. *Iniuſtum videri*, campum Concionatoris Euangelici, anguſtioribus terminis circumſcribi, quàm mundi Oratorum, quorum eſt de omni re poſſe diſſerere. Quid reſpondendum.

**Item*; id eſſe nimis ſeruiles conſtituere Legatos Dei (*pro Christo enim legatione fungimur*) & quaſi pedarios facere, ſi de Politicis nihil aliud auſint, aut iure poſſint; quàm ſemper pedibus in Potentum ire ſententiam; id eſt, de ijs vel omninò non loqui, vel certè pedariam ſententiam dicere, & omnia Herodis acta, torta ac torta, iuſta iniuſta, æquè probare.

Quid enim tùm aliud erimus nos miſeri Dei Legati, quam Pedarij illi veterum Senatores, qui in Senatu nullam ſuam dicebant, ſed aliorum dumtaxat ſententiam comprobabant, loco ſe mouentes, & in partem aut ſedilia eius, cuius ſententiam probabant, tranſeuntes, vndè & pedibus ire in ſententiam dicebantur.

bantur, & ab eo actu pedarij vocabantur?

Cic. lib. 1. ep. ad Atticum. *Inde in ſententiam p...* *cucurrerunt.*

Nos è Muſæis & clauſtris ſcilicet prodi... quidem in has Sedes iam olim (& mentiſſimè ... catis vulgò adpellatas, non vt veritatem *de m...* *fecit Herodes*, ſed vt pedariam ſententiam, id eſt ... tatem, adferamus? vt *omnibus malis quæ fecit Hero...* Rex, ſubſcribamus, aut omninò conniueamus, ... Euangelium aut textus inuitabit? id eſt, & nos, & ... rodem, & Remp. prodemus & perdemus?

*Non faciam, vel ſi hoc ſit mihi certa ſalus*, (dica... mus quiſque:) non, etſi ea via regia ad ſumma ... uitates.

II.

*Concionatoribus nec Scientiam Politicorum, nec ius ... ſis dicendi deroganda.*

Omnibus ordine reſpondebo. Hac parte, p... duobus, vltima, duobus poſtremis obiectis.

**Oſtenditur Concionatoribus Catholici non deeſſe, 1. Nec Sciẽtiam Politices, vt quæ haberi poſſit, vel j. Infuſione**

Aio igitur Concionatores habere,
1. *Scientiam Politicorum*,
2. *Ius dicendi de ipſis.*

*1. *Scientiam Politicorum*. Ac ſic quidem probo.

Concionatores ſunt capaces omnis ſcientiæ, quæ haberi poſſit, vel
1. *Infuſione*;
2. *Diſciplina*;
3. *Experientia.*

Sed Politicè aliquo horũ modorum haberi po...
Ergò.

*j. *Infuſione* habetur. Nam Saul, ex aſinario; Da... ex paſtore ouium, derepentè Reges facti, quam r... gendi populi peritiam, niſi infuſam, habere p... runt?

Haberi verò poteſt, illo modo, vberius perfecti... que à paratioribus, & meliùs diſpoſitis.

Sed

Sed Concionator & quà Monachus, & quà Sacerdos, id eſt, qua caſtitatē ex officio colit, inſuſionibus huiuſmodi diuinis excipiendis aptior, quàm ipſi Reges aut Principes, ferè vxorati, & (ne aliud dicam) voluptatibus, quam Sacerdos, addictiores.

Daniel, Iohannes Euang. Sybillæ ob caſtitatem reuelationibus pluribus claruerunt. Ergò.

*Adde, Deum non deeſſe in neceſſarijs.

Neceſſarium autem frequenter, vt Concionator hic peccantem Herodem doceat, reprehendat, & quà eſt à Concionibus, & quà à Confeſſionibus.

D. Gregor. in illud Iob. 30. *Quis dedit gallo intelligentiam? Gallo* (inquit) *intelligentia deſuper tribuitur, quia Doctori Veritatis, Diſcretionis virtus, vt nouerit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, diuinitùs miniſtratur.*

Ibid. *Laus tantæ intelligentiæ, non Prædicatoris virtus eſt, ſed Auctoris.* Si nemo in monaſterijs poteſt *aperire librum* Politicorum pænè *ſignatum ſigillis* bis ſeptem, potens & *dignus eſt agnus illum ſuis aperire.*

Concionatori etiam neceſſariam eſſe, vt Regi, Politicorum intelligentiam, indè liquet, quòd ei quoque dictum eſt, *Ecce conſtitui te hodiè ſuper Gentes, & ſuper regna*, non regenda imperio, ſed conſilio dirigenda, & cum deerrârint corripienda, & corrigenda.

D. Petrus an non noſtrum *regale Sacerdotium* adpellauit?

An cuiquam dubium eſt, eſſe aliquod Chriſti in hoc mundo regnum? *Feciſti nos Deo noſtro regnum.*

Quid? *Regnum eius omnibus dominabitur.* pſal.

Reges regendos, formandos, reformandos, monēdos &c. accepit Rex Sacrorum, quibus ritè ſatisfacere non poteſt, ſcientia Politicorum deſtitutus. Ergò.

*Deindè. *Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis; & ſeipſum negare non poteſt.*

Sed promiſit Deus auxilium ipſis Apoſtolis & Cōcionatoribus ſpeciale in ſermone ad Reges, *Cū ſteteritis*, inquit, *ante Reges & præſides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini; dabitur .n. vobis in illa hora quid loquamini.* Tū maximè aderit vobis diuin⁹ ille adflat⁹,

& fient

& fient linguæ veſtræ *calamus Scribæ velociter ſcri*-
*tis*.

*Ego ero in ore tuo* ait, Moyſem deſtinans ad Pha-
nem.

*Ecce dedi verba mea in ore tuo*, ait ad Ieremiam
ſtitutum ſuper Gentes & regna. Præter illa generali
*Dilata os tuum & implebo illud*: Et *Dominus dabit ver*-
*Euangelizantis virtute multa*. Ergò,

Nos tantum cor, os, linguamque commodam
&, quà poſſumus, præparamus. *Os meum aperui & at*-
*traxi ſpiritum*, ait ille.

*Deindè; Hùc valent, & hoc crebrò impetrant
quas à vobis nobiſcum fieri ſemper iubemus,
quam ſeriò dicamus, publicæ preces, & inuocatio
Iacob. 1. Dei. *Si quis veſtrum indiget Sapientia, poſtulet à Deo, qui*
*dat omnibus affluenter*, ait Iacobus.

An ſemper fruſtra in genua B. Mariæ ac Spiritui
Sancto omnes vnà prouoluamur?

*Demq;: quis ſcit an non aliquando in ſuggeſtu
bis detur de Politicis prophetare in mentis exceſſu
ti olim Caiphæ, qui etiam *prophetauit* Politicum
ſcio quid Politiæ Dei, *neſciens quid diceret*, quoniam
*rat Pontifex anni illius*? hoc cathedræ, hoc officio
bat Deus. Nam nos legitimè ad concionandum
ſi, quid aliud, quàm in cathedra Pontificis ſedemus,
& vicariam illi operam præſtamus?

Et aſinæ Balaami datum loqui non intellecta,
gno Domini ſui bono; Quidni & nobis aliquando
tur non intellecta accommodè ad intelligendum
cere, Regum & Reip. ſummo bono?

ij. Diſcipli-na, *ij. *Diſciplina*, vel
- 1. *Viuæ vocis, id eſt traditionis*;
- 2. *Librorum*;
- 3. *Speculationis propriæ*.

*1. *Viuæ vocis*, & traditione, ſi tam myſtica eſt Poli-
ticè iſta, & tam Sacramentoſa; ſi adeò *nubes & caligo in*
*circuitu eius*: ſi ſic *poſuit in tenebris latibulum ſuum*.

Etiam ſic illius capaces ſumus, & ſic ad nos deriua-
tis

tur, & quidem per Magiſtros idoneos.

Multi enim & iam olim, & nunc quoque æuo noſtro, vt S. Ludouicus Franciſcanus, filius Regis Siciliæ; vt Dux Ioyeuſius Capucinus; vt Franciſcus Borgias Gandienſium Dux IV. pôſt Societatis Ieſu Sacerdos, & Præpoſitus Generalis tertius, primogenitus Ducis tertij &c. cum regnis nutrirentur, à Paretibus, à Pædagogis, a Regibus, Sacramenta Regum & regnorum (quæ alijs fortè abſconduntur) viua voce ac traditione acceperunt, & in ſua monaſteria importârunt, &, cum expedire crediderunt, ſocijs & fratrib⁹ ſuis ſine inuidia communicârunt.

*Andr. Schotus l. 1. c. 1. de vita Borgiæ.*

**Viuæ vocis, A filijs Regum, & Regibus ipſis Monaſticen profeſsis,**

Alij, poſt regna adminiſtrata (vt multi olim Franciſcani) aut Regibus atque Imperatoribus præſtita miniſteria (vt Arſenius ille Magnus, vt Ambroſius) facti ſunt, aut monachi, aut Sacerdotes &c. Cur igitur miretur quiſquam tales Politica ſcitiſſimè concione adtingere?

Sed pauci tales inquis. At illi ſic imbuti Pacis, Belli, Regnique artibus, in ſuos commilitones vt dixi, aut ſucceſſores futuros, eadem myſteria Curiæ traditione transfundere potuerunt, fraternis in ſociorum conuentu colloquijs, magno Regum, & Reip. bono. Et quid vetet credi quoſdam etiam libris artes regni, & Sacramenta illa tanta Politicorum tradidiſſe?

*Deinde; Quàm multi ex Concionatoribus, in Regum Magnatumque conſuetudinem, & participium conſultationum maximarum admittuntur, vt quondam Perſarum Magi, de quibus in mea Ara-Cæli?

**Regum Conſiliarijs,** *Vide Arã Cæli pag.* **120.**

Certè Carolus V. Imp. Belga inuictiſſimus R. P. F. Antonio Gueuara Franciſcano Conſiliario vtebatur, & Pacis in Hiſpania ſequeſtro &c.

Iohannes Capiſtranus Franciſcanus Iohanni Huniadi Duci fortiſſimo bellis aduerſus Turcam Achates fidiſſimus fuit.

Hùc admiſſi, quò non penetrant homines acutiſſimi? quid non concipiunt homines ingenioſiſſimi?

*Da*

*Da Sapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. De... ſtum, & feſtinabit accipere.* prou.9.

Phidias aliquis, & bonus ſtatuarius nouit ... ſpecto dumtaxat leonis vngue, quantus ſit to... æſtimare, mathematica ſc. ratione, qua & Py... ras ex Piſano ſtadio, æſtimauit Herculani corp... menſuram.

Nôrunt viri illi ex vno principio plurima ... cludere, & ex minimo maxima quæque eruere.

Confeſſionarijs, aut Pædagogis,

**Rurſus*; Confeſſionarij & Pædagogi nonnun... ſummorum Regum effecti, per occaſionem ... ipſorum oribus & moribus, regni ſummis de ... ſtruuntur.

Ecce, Confeſſionario nunc vtitur Dominican... reniſſimus Princeps noſter Albertus, Franciſcano ... or eius ſereniſſima Iſabella, Eugenia, Clara, R. P. ... Andrea à Soto viro apprimè docto, & imprimis ... gioſiſſimo.

Arſenius ille Magnus, an non ex Diacono ... eſt Honorij & Arcadi filiorum Theodoſij Magni ... dagogus.

Recepti autem illi in ſua ſeu aluearia ſeu ... cùr his imbuere non poſſint concionaturos?

*Et natos natorum, & qui naſcuntur ab illis?*

Sequeſtris, & Pacificatoribus.

**Rurſus*; Sequeſtros nonnunquam illos ... expedit adhiberi Pacis, Indutiarum &c. inter ... Principes, vt olim Dom. Antonius Gueuara, ... cationis confœderatorum Hiſp. ſub Duce ... contra Carolum V. Imperatorem Belgam; ... Reuerendiſſimus P. Miniſter Generalis Ordinis ... ciſcanorum, P. Franciſcus à Calatagyrone Pacis ... Philippum II. Hiſp. & Henricum IV. Galliarum ... ges, & nunc R. P. Iohannes Neyen Commiſſarius ... Prouu. Belgij &c. omnes pauperis & humilis Fran... ſci in Chriſto filij, Indutiarum inter Hollandos ... Regem Hiſpaniæ & Sereniſſimos Belgij Prin... pes.

Anno 1544. neſcio quis monachus Hiſpanus, Do... minica...

minicanus ( opinor ) Theologiæ Pariſijs Candidatus, quòd Confeſsionario Caroli V. Imperatoris notuiſſet, Pacis cum Rege Franciſco dux fuit. *M. G. Paradinus libro quarto hiſtoriarum noſtri temporis ad annum* 1544.

Taceo nunc, quid Romæ cum Paulo V. Pontifici Maximo anno 1606. & 1607. egerim; reſciet poſteritas aliquandò diſtinctiùs, & pro meis Belgicæ huius Pacis ſtudijs, ad Deum vota faciet (ſpero) qui certè maximè ad pacem iſtam inuentis vijs promouendam Romanum iter ſuſcepi Vos interim Lectores chronologicum hunc verſum, in imaginem eiuſdem Pauli V. à me de ea re fuſum accipite, ne omninò res veſtri temporis ignoretis;

hoC VVLtV paVLLVs qVIntVs (ſVadente phILippo
boſqVIero, Vt beLgaM paCIfICaret) erat.

Si nugentur inuidi, boni bonis conatibus benè precabuntur, coqui, poſteri. Beati enim *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

Vt ergò cæci omnes omninò monachi eſſent, antequam huc adhibeantur, adhibitos tamen, & Politicorum tractatores diutiuſculè factos, neceſſe eſt tandem multa didiciſſe, & redire myſteriorum Status (vt nunc vocant) doctiſsimos, cum perficere Paces atq; Inducias &c. non poſsint, niſi vtrimque omnia clariſſimè doceantur.

Ab his verò ad reliquos ſedentarios & ſolitarios, cur tranſire non poſsit traditio myſteriorum tantorũ Politices, vt putantur?

*2. *Liborum* qui de Politicis ex profeſſo, Hiſtoriarum &c. **Librorũ.**

*Seniorum conſilia, quos longa ætas prudentiores effecit, laudantur. At hos tanto antecellit Hiſtoria quanto plura rerum exempla complectitur diuturnitas temporis, quam hominis ætas.* Diodorus Sicul. procœmio Biblioth.

An non libri ſemper habiti optimi Cõſiliarij, & certiſſimi, doctiſſimi, fideliſſimique Magiſtri, quorũ au-

tores plerię; Politica negotia plurima geſſerunt, p
rimis interfuerunt, ſæpè & præfuerunt:

Polybius lib. 1. *Veriſſimam diſciplinam exercitationem ad res ciuiles Hiſtoriam* dixit.

Alexander ille bello verè Magnus, Homerum ſ
militiæ Magiſtrum ingenuè fatebatur.

*Lucius Lucullus ad Mithridaticum Bellum miſſus à Sena-
tu, non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius
erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. Idque eo fuit mirabilius,
quòd ab eo laus Imperatoria non admodum expectabatur,
qui adoleſcentiam in forenſi opera, quæſturæ diuturnum tem-
pus, Murena bellum in Ponto gerente, in Aſiæ pace conſum-
ſerat. ſed incredibilis quædam ingenij magnitudo non deſide-
rauit indocilem vſus diſciplinam. itaque cum totum iter &
nauigationem conſumpſiſſet, partim in percontando à peritis,
partim rebus geſtis legendis: In Aſiam factus Imperator ve-
nit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis.* Cic. lib.
Acad. quæſt.

Libri igitur eiuſmodi, magni Doctores & valdè po-
tentes.

At quos facilè reperias librorum omnis generis he
lloſiores helluones, quàm Concionatores, qui vi
cultuię; ſæpè ſuo iuſta ſubtrahunt, quæ in libros
fundant? vt taceam inſtructiſſimas Bibliothecas ip
ſorum Conuentuum publicas; otia legendi commo
tiſſima, etiam media nocte velint nolint ritu Ori
num excitatis; ingenia ſæpè à ſobrietate meliora, &
curis alijs magis vacua? &c?

Quos non terunt Historicos, quos non Politicos
&c.

Soliſne Monachis & Clericis tanquam fa
adfixum erit, ſemper legere, *ſemper diſcere*, nihil
intelligere, ac *nunquam ad ſcientiam Veritatis* politicæ
adeò myſticam *peruenire*? Semper *nos numerus ſumus,
fruges conſumere nati*?

*Deindè; ſi poſſunt difficiliora, ſtudio conſequi, ho-
mines minus idonei; an non faciliora faciliùs poterunt
magis idonei?

At Theologia difficilior multis nominibus, quàm
ſcien-

ſcientiâ Politicorum;&tamen ecce nunc nobiles quidam laici, armati, togati, in adyta Theologiæ Chriſtianæ & Scholaſticæ admiſſi, adeò non pœnitendos progreſſus facere potuerunt, vt etiam libros, rerum lectarum benè fœcundos & facundos edere potuerunt; Ergò Clero librorum Politicorum lectioni intentiſſimo non eſt inuia via ad Politiæ cognitionem.

Adeone *nos ſtulti propter Chriſtum*? Itane, cucullo ſtultorum, capita noſtra induerimus, vt etiam ſtultitia proprie dicta & mentis hebitudine inexpugnabili & quaſi cucullis adfixa, illa replerimus?

Adeone omnibus monachis *tribus Anticyris caput inſanabile*, vt ille ait? Adeone cucullati de Gallo flumine copioſè biberint( — *Horat. in arte.*

Id ſi ita habet; conſultiſſimè illi qui nolunt cucullari?

Sed ita non eſt; vt nec Philoſophum veſtis facit aut barba; ſic nec ſtultum cucullus, aut tonſura.

Volentibus, *inuia Virtuti nulla eſt via.* Ingenium illic valet, vbi intenderis.

3 *Speculationis propriæ*, qua primum omnes artes ſcientiæque, à fœliciſſimis illis olim ingenijs, abditorum omniũ ductu rationis inuentoribus, erutæ ſunt, atque in lucem datæ. — *Speculationis cuiuſque Propriæ.*

At, qui homines ſpeculationibus aptiores, quàm monachi, *quorum bona pars non vngueis ponere curat,*

*Non barbam; ſecreta petit loca, balnea vitat?* qui ſi ſibi cũ Democrito oculos verè non eruũt, ne animus ſpectaculis à contemplatione auocetur; certè Euangelicè effodiunt, qui quaſi ſine vſu oculorum *vt paſſer ſolitarius in tecto*, in clauſtris ac ſolitudinibus degunt; & quibus *Deus hæc otia fecit*, & — *Idem ibid.*

*Ludere quæ vellent calamo permiſit agreſti*; & quorum ſtudia nulla victus veſtitusq; cura interturbat; Et denique quorum, vt maximè ſedentariorum, anima poteſt fieri ſedendo ſapientiſſima?

Adeò ad ſpeculandum ſunt idonei tales, vt audierim, qui contemtim, nil, niſi ſpeculatores eſſe, diceret.

Monachis ſubſilire in cœlum, & ex angulo licet Se
ep. 3. lib. 4.

Ouid. libr. Faſt. Aſran. *Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe*
Threu. 3.

Quot videmus *altius humanis exſeruiſſe caput*
*iij. *Experiētia* & vſu, qui diſcēdi eſt ſumus M

iij. Experientia. Vetus Poëta in Sapientiam ſcripſit; *Vſus me*
*mater peperit Memoria.*

An vita Concionatorum ſic ephimera eſt &
Aulicorum Neſtorea, & Phenicia, trecentot
rum, ſcilicet aut quingentorum, vt experiri,
audire multa, Pace, Bello, per ætatis breui
poſſint Concionatores, Aulici poſſint, Phæ
quingentenarij, omnia?

Certè; vitam viuimus parem, ſæpè & longio
magis ſobriam, & minus libidinoſam) quam

Vitæ etiam paris horas meliùs ferè colloca
gendo, videndo, notando quam Aulici.

Eadem ciuilia, externatia bella videmus, qu
ci, & nonnunquam acutiùs ſentimus, & c
oculo notamus; quàm Aulici.

Cur non igitur ſi non melius, certè pariter
licis, eadem intelligamus?

Et nobis quoq; *ſeris venit vſus ab annis.* Ouid
*Denique; Nihilne etiam Spiritui Sancto tr
ſpiritui diſciplinę, qui maximè *requieſcit ſuper*
*& quietum &c.*

Nihil Spiritui Sancto, qui Sacerdotibus, in
tione SS. Ordinum infunditur? Nihil Chriſti
gratiæ, quē Sacrificij quotidiè ſumētes, intùs
&agitantem habent? *An experimentū quæritis eius,*
*me loquitur Chriſtus?* Nihilne precibus & inuoca
bus noſtris crebrioribus, quam ſint Aulicorum
hil totius populi inuocationibus in exordijs co
num? *Pulſate,* aiebat Chriſtus, *& aperietur vobis,*
*ſe, qui claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit.*

Tot annis, gratis in Muſæo ſederimus, legerimus,
ſtuduerimus; tamdiu inter Principes, Milites, Ple
culam vixerimus; inter tubarum & tympanorum

nos; in ciuilis belli ſanguine 40. annos natauerimus, notauerimus; vt tandè ad Politica, quaſi aſini ad Lyram, ſemper haberemur? Non & nos cum Solone etiam *aſſiduè addiſcentes, ad ſenium properamus?*

Quid, quod non rarò *venit veritas in lucem non quæſita*, vt ait Menander?

Sapere, ſapere ergò, & in Politicis aliquid videre Monachi & Concionatores poſſunt.

*Sæpè eſt & olitor opportuna loquutus.*

*Sæpè eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia.* Cic.

Ita porrò eſſe, quam ſæpè viſum nunc commodo noſtro, nunc hoſtium, proh dolor!

*1. *Commodo noſtro. Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam Rex maximus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentuſque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per Sapientiam ſuam.* Eccleſ. 9. — **Exemplis confirmatur;**

4. Reg. 11. Ioiadas Sacerdos, an non ipſi Ioas Regis Ochoziæ filio, anno ætatis ſeptimo, regnum, quod Athalia, interfecto omni ſemine regio, vſurpârat, pulcherrimo facinore, deuinctis primum ſibi Centurionibus & militibus, reſtituit?

2. paral. 26. An non *fuit exercitus bellatorum Oziæ Regis Iuda, qui procedebant ad prælia ſub manu Iehiel Scribæ, Maaſieq; Doctoris, & ſub manu Hananiæ qui erat de Ducibus Regis?*

Cic. quid? nonne homo togatus, inter libros ſemper, inter arma nunquã aut rarò, verſatus, Catilinariã coniurationẽ conſilio magis quã ferro obpreſſit? Togatuſq; nõ armatus, armatos confecit? Togatus dixi, non armatus, ne arma ſub toga ſuſpicarêre.

Vnde & illud deindè iactauit: *Cedãt Arma togæ: cõcedãt laurea linguæ.* inuidiosè, attñ verè, ſi ipsũ audimus. — **Horũ qui prodeſſe potuerũt.**

Cic. Reſp. in Salluſt. *An egò tunc falsò ſcripſi Cedãt arma togæ, qui togatus armatos, & pace bellũ obpreſſi? An illud mentitus ſum, Fortunatã natã me Conſule Romã, qui tantum inteſtinum bellum ac domeſticum vrbis incendium extinxi?*

Ouidius, aut quiuis alius, libello ad Piſonem; *Armorumq; decus præcede forenſibus actis;*

*Sic etiam magnæ iam tunc Cicerone iuuente*
*Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.*

Troia, Troia, ſi olim Laocoōtis Sacrificuli filium Politicum audiſſes, vetantis equum ... ratæum lectiſſimis militibus grauidum, aper... introduci; forſitan adhuc ſtantem te, flore... videremus, neque audiremus; *Et campos, vbi Tro...*

Æneas Dux ipſe optimus ita fatetur; *Primus i... te omnes*, id eſt videntibus atque audientibus ... ſis, *magna comitante caterua,*

*Laocoon ardens, ſumma decurrit ab arce,*
*Et procul: ô miſeri, quæ tanta inſania ciues?*
*Creditis auectos hoſtes? aut vlla putatis*
*Dona carere dolis Danaum? ſic notus Vlyſſes?* qui ...

Homerus voluntate verberatus, & mendici ... Troiam ingreſſus, explorauit vniuerſa:

*Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui,*
*Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,*
*Inſpectura domos, venturaque deſuper vrbi:*
*Aut aliquis latet error: Equo ne credite Teucri.*
*Quid quid id eſt, timeo Danaos, & dona ferentes* ...

Auditis conſilia Sacerdotis maximè ſalutaria, ... (vt fit) nullus apud quemquam fidei atque auto... tis, maximo Reip. malo?

Nam (vel Æneæ ſenſo) *ſi fata Deum, ſi mens non læ... fuiſſet,*
*Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,*
*Troiaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres.* Vir... gil. 2. Æneid.

An non Petri Eremitæ Galli conſilia audita, Te... ram Sanctam Chriſtianis ſub Bilionæo olim redd... runt?

Quid? Et ipſæ ſacrificulæ, & ſubductæ à vulgo mu... lierculæ, conſilia Politica ſalutaria dare potuerunt.

Caſſandra Palladis Sacrificula, etiam Troianos ſa... lutariter admonebat:

Virg. 2. Aeneid. *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris*
*Ora, Dei iuſſu, non vnquam credita Teucris;* cui ſi ... crediđiſſent, non ſe capi cædique vidiſſent, *Nec ...*

*pos vbi Troia fuit.*

Cedendum hoc; *Paruis quoque rebus magna iuuari.* Horat. lib. 2. ep. 1.

Iuditha vidua, vna omnium virorum maximè Politicorum totius Betuliæ conſilium reprobauit, & ſuo Holofernem fregit, & ſuos liberauit.

*Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.*

Iohanna illa Virago celeberrima, ex oppido* Valcolore, vulgo Virgo Aurelianenſis dicta, quid? Non tota annorum circiter 20. conſilijs ſuis Politicis, Bellicis, armiſque Carolo illi vel VII. vel (vt vult Ritius) VIII. Gallorum Regi, (quē Henricus Anglus & vulgo Regem Bituricenſem periocum & contemtim appellabat, quòd ſolos ſeu Bituríces ſeu Bituriges in fide manentes haberet) Remos recepit, Aurelium obſidio liberauit, atque ita regni illi reſtituendi author & Dux fuit, vt Anglis, qui Pariſijs ac tota pænè Francia dominabantur, nullus in ea deinceps locus relinqueretur, vbi in ſuo pedem ponerent? Auorum noſtrorū pænè memoria iſta contigerunt. Rhotomagi enim illa anno 1430. è viuis ſublata eſt. *Salus in manu fœminæ.*

*al Vallicolore.

*2. Hoſtium.* Quidam enim proh dolor! qui *abierunt ex nobis* Sacerdotibus, Monachis &c. *ſed non erant ex nobis*, poſtquàm Apoſtatæ & tranſfugæ facti ſunt, &, proiectis in vrticeta aut ſpineta cucullis, laicum cultum induerunt, craſtino derepentè Conſules, duceſq; apud Hæreticos creati; adeò cautè rem geſſerunt, vt eſſent Ciuitati Diaboli columina firmiſſima, ciuitati autem Dei fulmina valdè metuenda. Vbi didicerant? E libris ſ. & clauſtris ſuis ſecum exportârant.

Qui nocere.

Non ergò deſiderat Politicorum ſcientia veſtem ſecularem, fugit verò omnino monaſticam aut Sacerdotalem. Vt nec cucullus Monachum facit, ſic nec purpura Politicum.

**Denique*, Vndè didicerat etiam Baptiſta? Nam ſcire illum Politica exactiſſimè oportuit, qui *Herodem de omnibus malis, quæ fecit, corripuit*, Alioqui ignota tractans, ſæpè dixiſſet, *malum bonum, & bonum malum.*

Quod Iphicrates olim quidam interrogatus, *Quis*

*tu es, qui tantos ſpiritus tibi ſumis? vtrum Eques, an Sagit-rius? an Veles, an Legionarius? Nihil horum,* inquit, *his omnibus noui imperare* : hoc certè multi Sedentarij hoẽs Monachi, Eremitæ, Sacerdotes, Concionatores iure dixerint, pace dixerim Aulicorum Plut. in Apop.

Horat. li. 2. ep. 1.

Et *Cedant arma togæ.*

Ex Ariſtoph. nebul.

*Militiæ quanquam piger, & malus : Vtilis vrbi, & vi*
*Conſilio, Calamo, Lingua quoque pugnaturus.*

Si nec Duces, nec milites ſumus; non Aulici, nec Politici; poſſumus tamen Ducibus, Militibus, Aulicis atque Politicis ſalutaria multa conſulere, multa etiam reprehendere.

*Hæc mea militia eſt, gerimus, quæ poſſumus arma,*
*Dextraq; nõ omni munere noſtra vacat* Ouid. l. 4. de Pont.

Fungimur *vice cotis, acutum*
*Reddere quæ ferrũ valet exſors ipſa ſecãdi.* Hor. in Art.

Sutor ille, qui in Apellis Venere crepidam reprehendit, ſutor dumtaxat erat non pictor; aliquid tamen vidit, & dixit, in quo Pictor etiam ſummus erraſſet, quod non erubuit Apelles, tabulæ intrò receptæ correctione, confiteri.

Non de coloribus crepidæ Sutor ille, ſed de forma ac menſura diſputabat.

Quidni? Crepida enim proprium opus Sutoris, Pictoris, adoptiuum & translatitium fuit.

Ita nos, vt nec Politici nec Reges ſimus, videre tamen quædam poſſumus in Regum geſtis, quæ malè, quæ benè gerantur, quoniã agere, gerere, exequi Regum quidem propria ſunt; at de regulis modoq; agendi cognoſcere, proprium eſt ſpeculantium atque philoſophantium.

Partimur operas. Studemus, ſcribimus, rectè conſulimus Sedentarij : Actiui & Reges exequuntur.

Quid, quòd ferè videmus omnes clarius, quid ſit alieni officij, quam quid noſtri, Lamiarum inſtar foris egregiè oculati, domi prorſus cæci?

Vt commodiùs montes ex vallibus; Valles è montibus, ſic vitia Ordinis cuiuſcunque ab alieni Ordinis hominibus citiùs inſpectantur.

Videt plebecula optimè vbi Principes & Magiſtratus peccent, Magiſtratus vbi plebecula.

Vident Laici meliùs, in quo nos Clerus Domini; & Pagani, in quo nos Chriſtiani in regulam Chriſti; Exteri, in quo nos Belgæ hoc bello quadragenario peccemus; quã nos ipſi; Nos viciſſim clerici acutiùs, in quibus Laici, & Politici iſti politiores delinquant, obſeruamus.

*2. *Ius dicendi* de illis, ſic vt noſtrum non ſit audire tantum, & videre omnia cæterum ſemper tacere. Auditores ſumus & interloquutores. — 2. Nec ius dicendi.

Baptiſtarum eſt & Concionatorũ hæc ſcire, de his loqui commodè, & cupidinibus Herodis reſponſare.

Nuper quidem probaui ex his verbis ad Ieremiam; *Conſtitui te ſuper Gentes & regna &c.* ſed nunc alia quoque via confirmabo. — *Iere.* 1. *Concione* 5. *huius op.* p. 1. Probatũ variè.

Concionatorib⁹ fas eſſe de Politicis è ſuggeſtu dicere, probatur à

1. *Paritate finis miſsionis noſtræ, & Prophetarum & Apoſtolorum;*
2. *Iure Cenſorum & Iudicum;*
3. *Officio Medicorum;*
4. *Epitheti Cathedræ & Eccleſiæ;*
5. *Chriſti cautione;*
6. *Natura boni cuiuſcunque;*
7. *Periculis;*
8. *Exemplis.*
9. *Regum vſu.*

*3. *A paritate finis* miſſionis &c. Quò n. Prophetæ, quò Apoſtoli miſſi ſunt, huc, id eſt in eundẽ finẽ, & nos miſſi ſumus, miniſterij & iuris ipſorũ ſucceſſores, quà prædicatio ſpectatur: Sunt illi Alexicaci decreti? & nos quoq; malorum & vitiorum depulſores. — 3. A fine pari miſsionum Prophetarum & noſtri.

Ieremiæ dictum; *Conſtitui te &c. vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices & plantes,* optimo ordine agriculturæ, vt vitia, quaſi tribulos, primum extirpes, corripiendo, quaſi ſarriendo; deindè virtutes, quaſi frumentum inſemines, adhortando. *Ierem.* 1. Et id quidem *ſuper Gentes & Regna.*

Alteri cuidã; *Annuncia domui Iacob peccata eorum*, toti domui, cuius pars potior ipſi Reges & Magiſtratus Sacri, Profani.

Apoſtolis autem; *Prædicate Euangelium omni crea-* *turæ* Græcis, Latinis, Barbaris; Iam per me licet, [illegible] bet, vt *in viam Gentium abeatis. Prædicare omni creaturæ* Plebibus, Regibus, Sceptris, Ligonibus, æque om- bus.

Quid? *Euangelium, Euangelium*, id eſt, non ſolum [illegible] me, & Patre meo fidem, ſed rectas de Vitijs & Virtu- bus ſententias, quas ex me auditu viſuq; didiciſtis.

Ne dubitares ita intelligendum; expreſſit clarius alibi idem interpres ſui; *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.* *Docẽtes ſeruare* mãdata, nõ duntaxat credere Matth. [illegible]

Ad peccatores igitur formandos deſtinamur, [illegible] iuſcunque conditionis illi ſint.

Hùc facit, quòd *Lux mundi*, & *Sal terræ* nuncupa- mur; *Lux mundi*, vt errantibus pro Pharo ſimus; *Sal terræ* vt vlcera, & putrefacta à peccatis iam Baptiſmo curata, mordaci ſale perfricemus, vt in ſua nouitate conſeruentur.

3.Reg. Sed accidit etiam Regibus, peccare, errare, & labi, non modò quà homines ſunt (*Non eſt enim homo, qui non peccet*) ſed quà Reges, & capita populorum, ibique pati ſua vlcera, ſuas tenebras (Nam ſæpè *ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.*

Bone Deus! quot ſunt Regibus lapides offenſionis & quoties incurſant! & quam ſæpè *bis ad eundẽ*, culpa vulgari reprehenſa prouerbio? *Cic. li. 10. fam. ep. 20.*

Quoties non modò ipſi peccant, ſed & *peccare fa- ciunt Iſrael?*

Cic. 3. de Leg. *Vitia non ſolum ipſi Principes concipiunt, ſed etiam in ciuitatem infundunt, pluſque exemplo, quam peccato nocent.*

Quintil. declam. 4. *Hæc conditio Principum, vt quid- quid faciant, præcipere videantur.*

Si Regibus peccare non contingit, nihilq; præter officium agere, cur olim apud Gentes tam multi re- gno, tam multi vita exuti? cur ab Eccleſia multi exau- ctorati, alij ſubſtituti? Vllane pæna, ſine culpa?

Cur

Cùr à Deo ipſo tam multi flammis ſempiternis æternum deuoti, de quibus dictum, *Potentes potenter tormenta patientur?*

Ergò Baptiſtarum, & Concionatorum eſt de Politicis dicere, in quibus poteſt Herodes, cæterique Re- delinquere.

ij. *Iure Cenſorum*, & Iudicum. Non minor poteſtas noſtra, quam Cenſorum apud Romanos; Ephororum apud Lacedæmonios. **ij. Iure Cẽſorum &c.**

Sed Cenſores Rom. Patritios, Nobiles, & Equites notabant. quid? & Conſules ipſos Senatu mouebant & Ephori Regum acta retractabant &c. *Vide Plut. 10. vm in Cat. Maiore.*

Ergò & talia fori noſtri ſunt.

Cenſores & Iudices non ſunt, quibus dicitur, *Sedebitis & vos iudicantes 12. tribus Iſraël?* **Matth. 19.**

Vt Iudicis & Cenſoris, clauſis quodammodo oculis iudicare, nullius vitijs ignoſcere; ſic & noſtrum.

Non eſt (aiebant ad Chriſtum magna eius laude Phariſæi) *non eſt tibi cura de aliquo; Non enim reſpicis perſonam hominis* q. d. pro Cæſare dicenda dices, nihil populi metuens; & pro populo contra Cæſarem de tributis, honorans quidem ſemper Cæſarem, ſed nihil hic reformidans. *Matth. 22.* **Matt. 22.**

Zorobabel de Veritate ſic ait; *Nec eſt apud eam accipere perſonas, neque differentiam.*

Iohannis ergò eſt, & cuiuſque noſtrum, cum in Milites, in Phariſæos, in plebeculam & ruſticos detonãs, & *genimina viperarum* adpellitans dicenda dixit, ad Herodem Herodiade perditiſſimè abutentem, & qua homo eſt peccantem, non conniuere; ſed corripere, ſed inculcare ſuum illud *Non licet tibi &c.*

Iohannis eſt, & cuiuſuis noſtrum, & Herodem peccantem qua Rex eſt, *corripere de omnibus malis quæ fecit;* ni velit vulgo cenſeri, dici *accipere perſonas & differentiam. Eſſe ei curam de aliquo, & reſpicere perſonam hominis.* id eſt contra Doctoris Iudicis Cenſoriſue perfecti officium delinquere.

Quid enim eſt *accipere perſonam hominis*, ſi conniue-

re ad peccata Herodis, & qua homo, & qua Rex non fuerit?

Iure tùm & Baptiſtæ, & noſtras conciones vt telis aranearum argutuli homines comparant. Verùm illæ (inquient) muſcas capiunt, aues & grandiuſculas animantes dimittunt, ſic bonus iſte Magiſter Noſter Iohannes, in plebeculæ erratula inuehens, Herodis & Potentiorum enormia & vaſta ſcelera, adulteria publica, inceſta, obpreſſiones, cædes & reliqua *eius mala omnia quæ fecit*, ne gry quidem.

*Dat veniam coruis, vexat* Baptiſta *columbas*, *cenſura.*

iij. Officio Medicorum,

* iij. *Officio Medicorum*, quorũ ſi q s corpori humano *à planta pedis vſque ad verticem* ſauciato, aut Reip. ſibi vni, quam peſtis fatigat, ſolicitè curandis aduocatus eſt, idem omnia quidem ſaucij corporis aut Reipub. membra ſtudioſè, ſed caput corporis illius, & vrbis capita & Magiſtratum ſtudioſiſſimè & primùm adcurauerit, ità iure Naturæ imperante.

At quid nos, niſi corporis Eccleſiæ ſpiritales medici conſtituti ſumus?

Ergò Capitum cura prima noſtra eſt.

iiij. Epithetis Cathedræ,

* iiij. *Epitethis Cathedræ* & Eccleſiæ. Cathedram hanc vulgò vocant Sedem Veritatis.

Quomodò Cathedra Veritatis, in qua Doctor docere, quæ ſentit, de rebus maximis, liberè non poteſt?

Eccleſiam vocat Paulus *columnam & firmamentum Veritatis*, aſylum Veritatis, Capitolium, quo rebus deſperatis, Veritas ſe recipit. Et columnam Veritatis, quod ibi vt nunc & olim in columnis ferè legum tabulæ in Plebem, in Patres, fixæ viſuntur, leguntur, ſic Veritas de omnibus auditur in Eccleſia.

Scholam Veritatis publicam & velut Vniuerſitatem tàm Regum, quàm Populorum, tam fidelium Excommunicatorũ, quã benè moratorũ, tam Iudæorum quam reliquorum Infidelium, & omniũ omnino eſſe Academiam, Eccleſiã & Cathedram, maiores no-

ſti voluerunt, & adiri liberè ab omnibus permiſerũt, non vt otij diuerſorium, ſed Fidei & vitæ Chriſtianæ pædagogium, tam illuſtrandum docendumque intellectum, quam ad inflammandum mouendumque animæ iam intelligentis adfectum. Ibi pendula ſtat *lucerna ardens & lucens.*

At quomodo verè Vniuerſitas, ſi ab ea facultas aliqua excluditur? ſi in ea de ſcientia aliqua dicere & docere Profeſſores prohibentur?

In qua vnquã Vniuerſitate viſum non licere Profeſſoribus Auditoriũ in claſſes tribuere, & varia variè varias claſſes docere, prò cuiuſq; tã ſcopo, quam captu?

In qua Vniuerſitate prohibitum, ritè Nobiles erudiri?

In qua ſchola aut gymnaſio non licet Præſidi cum tironibus exercitari, diſputare, controuertere, monere, excitare, corripere, corrigere &c? vt tirones gymnaſiarcho ſilentium imperent.

In qua Vniuerſitate docere non liceat eos qui Vniuerſitates vel ipſi erexerunt, vel inſtaurarunt, vel Profeſſores cumprimis adhùc alunt?

Sed Regum opera ſunt hæ cathedræ, hæ Vniuerſitates, hæc templa, aut ipſorum ſarta tecta; Regum eleemoſinis plerique ſuſtentamur. Ergò.

Vt ſuppeditantibus corporalia, ſpiritalia ingrati non rependamus?

Ac licet ſciant Reges quid vtile quid non, nec diſcendi ergò hùc prodeant, noſtrum tamen eſt *de omnibus malis quæ fecit*, dicere, corripere, ſi non vt ſciant bonum iam cognitum, ſaltem vt illud velint, & nolint malum, ſi non vt illuſtremus tenebras Intellectus, ſaltem vt glacialia illa frigora Adfectus inflammemus, & Voluntatem ire, quò ducit rectus Intellectus, compellamus.

Quamquam multa ignorare ſuorum, Reges, certum eſt, mole & numero nimiorum negotiorum occupatos, vt diſcere etiam quædam à Cathedra poſſint.

† *v. Chriſti cautione*, qua iubet *prudentes* nos eſſe *ſicut* v. Chriſti cautione,

*ſicut ſerpentes*, nobis primum, indè alijs.

Sed ſerpentes vni capiti cauent (teſte Chryſoſto-mo.) Ergò nobis fidem, caput omnis ſalutis, integram ante omnia ſeruemus; alijs, capita Populorum & Principes maximè excolamus, expoliamus.

Quis oculus primum capiti ſuo non cauit, non vigilauit?

vj. Natura boni,

* vj. *Natura boni* cuiuſcunque, quę vult illud eſſe ſui diffuſiuum, & plus illud commendat, quod eſt communius.

Sed recta inſtitutio, cùm ad Reges prædicatione pertingit, & ipſis prodeſt, & ab ipſis, & per ipſos, latiùs latiuſque ad populos deriuatur, quam cùm illæ plebes informantur. Ergò melius circa Reges & regia, quam circa plebes & plebeia concionando occupari.

Quid? vt publicum Concionum & liberæ Veritatis bonum perſonis maximè publicis, & illius maximè egenis communicare non liceat?

Vt fons publicus & *patens domui Iacob*, Regibus ipſis non pateat, aut, cùm ipſi aduentant, mòx accedat Princeps primus capiat, primus bibat.

Vt medicina publica, ijs, quos maximè expedit Reipub. optimè valere, non ſeruiat? Vt illis apotheca non pateat? Vt medicus illorum vrinas non ſpectet, venæ pulſum non tangat, nihil quod recipiant decernat?

Vt *lucerna poſita ſuper candelabrum & lucens omnibus qui in domo* Ecçleſiæ *ſunt*, ſolis Regibus tot luminum indigis, in tantis tamque abſtruſorum negotiorũ tenebris, non luceat? Vt ipſis claudatur lucerna? vt aliquis obicem illis obponat, aut vmbram, & velut eclipſim faciat?

Vt, qui, inſtar Dei, *volunt omnes homines ſaluos fieri*, Reges ſolos ſeruare non conentur?

Vt canes, vt excubitores, vt ſpeculatores omnibus conſeruandis latrantes, vigilantes, ſolis Regibus, qui viciſſim nobis *peruigilant, quaſi rationem noſtri reddituri*, obmuteſcant, & dormiant?

O bo-

O ſcenam rerum inuerſam!

* vij. *Pericul-* { 1. *Regum;* / 2. *Concionatorum.* — vij. Periculis,

Nam ſi ſic nunc oportet, & hùc rerum venimus, vt de Herode ſit conticeſcendum, vix expedit Regibus eſſe, vix nobis Concionatoribus, ob pericula hinc vtrorumque.

* 1. *Regum;* Nam ipſis hoc ſilentio via lata ſternitur, qua degenerent in Tyrannos; in beſtias; & ipſorũ aulæ caulæ fiant, & mera Augiæ ſtabula: Vt ornatiſſimi toto corpore, & tota ſuppellectili, animam habeant inornatiſſimam: Vt hic beatiſſimi, alibi poſt hanc vitam fiant infæliciſſimi &c. — Regum,

Apud quos enim Reges ſunt vel volones ancillatores, vel ſilentij, perperam iuſſi, obſeruatores; quid non videmus, quid non audimus?

*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.* Virgil.

*Per agrum hominis pigri tranſiui* (ait ille Regum Sapientiſſimus) *& per vineam viri ſtulti; & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat*, id eſt Concionatoris frigidi, & indulgentioris Auditores vitioſiſſimi ferè ſunt & indiſciplinatiſſimi. Ab ipſo enim conniuente nutritur velut vmbraculo impuritas atque irrigatur, & mala voluntas velut hoſtis interius roboratur.

Idcircò (opinor) in Leuitico peccatum Sacerdotis, *peccatum populi* adpellatur

Da enim domum à qua murilegus abſit, aut ſi adeſt, idem non ſatis dentes vngueſque explicet; quid in ea, præter longa murium agmina inuenias, frumentum, veſtes, merceſque corrodentium?

Quid ex veſtib⁹ indiſcuſſis, præter tineas expectes? quid ex ferro, quod nunquam cos aut lima adtingit, præter adrodentem rubiginem?

Quid in gynæceo, præter telas aranearum latiſſimas & puluerulentas adſpicias, in quo nunquam ancillæ ſcopantes viſuntur?

Quid, niſi Lupos grauiter infeſtantes, in illis villis

aut

aut ouilibus expectes, vndè nunquam, non i vill… non a paſtore, non a moloſſo, non a latrante Lyci… abiguntur? Ibi latrones & fures non modò vbi … *pes infideles, & ſocij furum,* ſed etiam vbi feruntur … chæræ, & cruces paſſim vacuæ conſpiciuntur.

Ita in Curijs, in quibus vel non volunt, vel … lent, vel non audent, vel non ſinuntur canes … trare, & in vitia quæuis altè baubare, nihil videre … poſſis præter Herodiades, præter Thaides & … nil præter adulteria, inceſta, qualia in Curia He… dis; nil præter *regna ſine iuſtitia* id eſt *magna* & … *latrocinia.*

*D. Aug. li. 4. ciuit. c. 4.*

Canes voco, Scripturæ conſenſu Concionat… gerentes *bella* Domini ſed *cum vitijs, non cum homini…* ſed latratu, non morſu.

*Canes,* qui *viui* & latratu vitam teſtati ſunt *leon… mortuo meliores.* Eccl. 9.

Canes, qui quo moleſtiores, & latratu impo… niores, hoc ſalutariores, vt villis, ſic Eccleſijs.

Canes, qui præter domeſticos, nec amicos nec i… micos agnoſcunt, feroces æquè in omnes; id eſt Con… cionatores qui præter benè moratos Chriſtianos, & fideles Catholicos, id eſt veros domeſticos Dei, … quos omnes Magnos, Plebeios æquè impetunt. … *non eſt mecum, contra me eſt.*

Canes, qui vlcera Lazari lingant non mordent. Canes qui ſi quos mordent, mordeant vt excitent, … ab inſidijs tutos & incolumes ſeruent.

Diogenes enim ita de ſe *Canes quidem* inquit, *inimicos mordent; ego verò amicos, vt in colum… nem.*

Sine horum canum libero latratu peſſimè … gibus.

**Concionatorum.**

* 2. *Concionatorum,* quibus tùm & vę à Deo ſi t… rint, & væ ab hominibus, ſi verbulum loquuti fu… rint;

Quibus graue non poſſe *pluuiam voluntariam ſ… gare hæreditati ſuæ,* & plantas præcipuas & maximè … tientes compluere;

Quia comeſto libro, & deuoratis tædijs cognoſcendæ veritatis perpetuo ſentiendi & ferendi dolores parturientis ſed parere neſcientis, & ſecum ſuſurrandum illud Ieremiæ, *Ventrum meum, ventrem meum doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me*; Ierem. 4.

*Nihil accidere poteſt infælicius quidem hominibus, quam ſi dicendi libertatem amittant*, Demoſth.

Non quia (vt Polemō aiebat) *ſuauius ſit vera dicere, quam audire*, ſed quia triſte, poſſe multis prodeſſe, & non licere; & *beatius eſt dare, quàm accipere*, id eſt, apud Deum gratioſior, qui miſericordiæ opera impendit, quam qui accipit, cùm cætera ſunt paria. *Stob. ſer. 9.*

Neſcitis illas pluſquàm Æacidinas minas Dei in Paſtores, in Speculatores, in Canes, ſe ſolos paſcentes, parum vigilantes, parum & obſcurè latrantes?

Animas ipſorum obſides fore ait, pro animis pereuntium ipſorum negligentia. *Sanguinem eorum de manu tua requiram &c.*

*Erit anima tua, pro anima illius.*

*Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt*: Qui autem tacet, conſentire videtur, iuxta prou.

*Imperia ſoluit, qui tacet iuſſus loqui.* Senec.

*Delicta qui non vetat, cùm poſsit, iubet.* Idem.

Si non obſtitiſti, occidiſti.

*Iniuſtitiæ genera duo ſunt. Vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, ſi poſsint, non propulſant iniuriam.* Cic. lib. 1. off.

*Qui non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tàm eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat.* Ibid.

AEgyptiorum legibus, reus erat mortis, qui à latronibus periclitanti non ſuccurriſſet. *Io. Boem. lib. 1. de morib. omn. Gent. c. 5.*

Vt Romani, euitato periculo pænè capti à Gallis Duce

Duce Brenno Capitolij, primà luce præfectum ex-
biatum ad hoſtes de ſaxo præcipitem dederant, q
non ſatis aduigilaſſet, nec Capitolio cauiſſet *P*
*Camillo & Liuius lib. 5. Decad. 1.*

Item quod canes tùm non latraſſent, annuè c
in cruces agebant, vti contra anſeres quod ſi
vigiles excitaſſent honorario neſcio quo mu
bant; Sic Deus mutos Concionatores pœnis c
rus.

Hinc illud *Væ mihi quià tacui.*

Et; *Væ mihi ſi non euangelizauero.*

viij. Exẽplis Diuorum.

* viij. *Exemplis* valdè illuſtribus; Vt taceam Ch
ſtũ de Cæſaris tributo interrogatum, nil tergiu
tum reſpondiſſe; Elias in Achabum Regem p
tem quam ſæpè, quam multa dixit!

Quid Micheas c. 3? *Audite hæc Principes domus I
& iudices domus Iſrael, qui abominamini iudicium, &
nia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus,
Ieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudi
bant & Sacerdotes eius in mercede docebant.* Sunt iſta P
litica, an non? Sunt iſta ad Potentes?

*2. paral.* 19. Iehu Propheta taxauit Ioſaphatum R
gem Iuda quod Regi Iſraël ſuppetias ferret. *Impio præ
bes auxilium,* inquit, *& his qui oderunt Dominum am
iungeris, & idcircò iram quidem Domini merebaris; ſed b
na opera inuenta ſunt in te &c.* Quid magis Politicu
quam fœderum tractatio?

Quid Iſaias 30? *Væ filij deſertores... qui ambulatis
deſcendatis in AEgyptum, & os meum non interrogaſtis,
rantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes f
ciam in vmbra AEgypti. Et erit vobis fortitudo Pharao
in confuſionem, & fiducia vmbræ AEgypti in ignomini*
q. d. viribus barbarorum & impiorum firmare vest
quàm religione maluiſtis, & auxilia vndique acce
re quam me inuocare, de me benè ſperare &c. itaque
ipſa auxilia & fulcra quæ putabatis, erunt vobis
ruinam. Videtis de auxilijs acceptis, datis, de fœder
bus tractaſſe Prophetas. Nihil autem magis Politicu
quàm ſint iſta. Ergò & noſtri quoque fori Politici.

D.Ambroſius Theodoſium Auguſtũ quod Theſſalonicenſes plus æquo puniſſet, Mediolani Eccleſiæ aditu prohibuit, palamque reprehẽdit. Scriptor quidam bonus æui noſtri ait *publicè & populo inſpectante inſultatum. Trip. hiſt. l. 9. c. 36. Mich. Glycas p. 4 Annal. vide ambroſ. l. 5. ep. 28.*

Sunt iſta politica an non, cædes ciuium, ſeditiones militum? De his tamen agere Ambroſio licuit, quin & ab ipſo Theodoſio Conſtantinopolim reuerſo laudatus eſt cùm dixit; *Epiſcopus Ambroſius* q. d. Verè Ambroſius cùm geſſit Epiſcopum, Epiſcopus ſanè rarus. Ergò illa noſtri fori.

D.Chryſoſtomus in nobilium licentiorem viuendi licentiam inuectus.

Idem Eudoxiam Auguſtam reprehendit, quòd Calliopæ viduæ agrum ademiſſet.

Euſebius Cæſarienſis quid poſſint Sacerdotes in Potentes oſtendit hæc de Philippo Imperatore Gordiani ſucceſſore anno Do. 246. referens iſtiſſimis verbis: De hoc (inquit) *traditũ nobis eſt, quod Chriſtianus fuerit, & in die Paſchæ, id eſt in ipſis vigilijs, cùm intereſſe voluiſſet, & communicare myſterijs, ab Epiſcopo loci non prius eſſe permiſſum, niſi confiteretur peccata ſua, & inter pænitentes ſtaret, nec vllo modo copiam ſibi myſteriorum futuram, niſi prius per pœnitentiam, culpas, quæ de eo ferebantur plurimæ, diluiſſet. Ferunt igitur libenter eum, quod à Sacerdote imperatum fuerat ſuſcepiſſe, diuinum ſibi ineſſe metum, & fidem religonis pleniſſimam rebus atque operibus comprobando.* Euſeb. libr. 6 hiſt. Eccl. c. 25.

*Diuus Thomas Cantuarienſis Antiſtes* cognomento *Becquet, vir ſumma integritate atque prudentia, cum cerneret Regem quotidiè Sacerdotes minùs idoneos aut eligere Epiſcopos, aut ad alia perducere Sacerdotia, ac ex præſcripto Normanicarum legum, iure (vt ille aiebat) ſuo vtendo, nihilque à maiorum conſuetudine atque conceſſis alienum faciendo, omnem Sacerdotalis Ordinis authoritatem dignitatemque frangere, & demum ius faſq; conari trahere quo vellet, primò eum amicè admonuit, vt de negotio deſiſteret, æquiſ-*

*que ſe aduerſus populum gereret ; deindè in ea re* [illegible]
*rum proficere animaduerteret;ſtatuit ſuas non* [illegible]
*re partes, vt de laboris præmio ſatis certum habens,* [illegible]
*omnis vitæ periculi oblitus, communis cauſæ tuendæ* [illegible]
*propalam Henrico reſiſtere , multiſque eum argumentis*
*incepto deterrere conatus eſt.* Polyd. Virgilius hiſt. Ang.
libr. 13.

ix. Regū vſu. * ix. *Regum vſu.* Nàm & ipſi nonnunquam Scri[ptori-]
ribus Sacerdotibus, & Monachis vel implorato, [vel]
ſpontaneis vtuntur , vt libris & apologeticis
pro cauſa regia militent , & vi rationum popul[um in]
ordinem adducant, in quem ſuis armis coge[re]
vel deſperant , vel tentare forſitan caritate [ci-]
ſuorum nolunt.

Concionatoribus nihil indignantur , cum p[er oc-]
caſionem illius loci , *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæ[ſari,]*
aut alterius cuiuſcunque ſimilis, populo perſua[dent]
tributorum penſionem iuris eſſe diuini non m[agis]
quàm humani, & naturalis, vti reuera eſt, & ita [de-]
pendiquè eſt neceſſarium.

Quin imò, ſi quis populus paulò tardior ad tri[bu-]
ta; miniſtri regij Concionatorum opem nonnun[quam]
leniter implorant, vt ſi qua via commodè poſſunt, [de]
his dicant, hùc populum adducant.

Emoriar, niſi Principis cuiuſdam magni mi[niſter]
noſtram aliquandò opem hùc implorauerit, pr[æſti-]
titque (vt debui) perlibenter.

An forſitan poſſumus Politica adtingere, cùm p[ro]
ipſis ſtamus, at cùm contra ipſos, non poſſumus?

Poſſumus de pacibus contra turbatores dicere, (&
ſanè debemus) & de officio ſubditorum erga Reges
ſuos ac Dominos ; de Dominorum autem iniuſtitia
Iſai. 32. pacis turbatrice (*Opus enim Iuſtitiæ Pax,* ait Iſaias;) n[on]
poſſumus?

Poſſumus dicere *Reddite , quæ ſunt Cæſaris, Cæſari,* &
ingeminare ad populum *affer, affer* ; non poſſumus
Matt. 22. Cæſaribus dicere, *Reddite, quæ ſunt Dei, Deo* , quæ po-
puli, populo? tributa vertite in ſtipendia? *poſſidete* [illegible]

*qua, & ferire?* Potentiores & fortiores ſemper adiutare licebit; nunquam verò *ſubuen*[illegible]*e oppreſſo?* *Iſai. 1.*

An vt quidam volunt Concionatores ſemper ad ſuos Monachos dicere de obedientia Monachorum ad Abbates, nihil ad Abbates de cura Monachorum, ita vellent Herodiani Baptiſtas ſemper Galilæis inculcare obſeruantiam Herodis. Herodi autem ne gry quidem dicere, de cura, defenſione, & amore Galilæorum?

An velint rerum Domini & Magiſtri populorum, ſuos ſua verba & verbera, ſuas ſecures, & gladios pati, cum deliquerunt, ac meritò quidem: ſed nolint, cum & ipſi in Deum aut Eccleſiam peccarint, Magiſtrorum Eccleſiæ, & Dei Legatorum vllam diſciplinam, aut notam pati? Quæ tandem ſcola ſine diſciplina?

Vt ſint ſupra leges ſuas, non ſunt ſupra leges Dei aut Eccleſiæ, non ſupra doctorum Eccleſiæ & Legatorum Dei monitiones. Hæc cathedra, Reges diſcipulos noſtros conſtituit.

Zorobabel, quum dixit potentiorem Vino, Mulieribus, & Rege Veritatem, & populi omnes, quum eius dicto adplauſerunt, & vociferati ſunt, *Magna eſt Veritas, & præualet*; ſatis indicarunt etiam Reges prædicationi Veritatis capita & diademata ſua ſubmittere oportere.

Plutarchus quoque qui tomo 2. moral. libellum fecit, quo docet maxime cum principibus, philoſopho eſſe diſputandum.

Audacter & fidenter dico, eſt Herodes & Herodias quæſtus huius fori noſtri.

Daniel paucis oſtendit, omnes, & omnia, fori eſſe Prophetarum dicens, *Non obediuimus* inquit, *ſeruis tuis Prophetis, qui loquuti ſunt in nomine tuo Regibus noſtris, Principibus noſtris, Patribus noſtris, omni populo terræ*, q.d. Si audiſſemus, meliore loco ſtaret Reſpub. Iudæorum. *Dan. 9.*

Sed audio: Quid Sacerdotib⁹ & Cõcionatorib⁹ (aiũt

quidam)cum Bellis,cum Tributis, cum Militari diſ-
ciplina &c? Sunt illa ſaltem fori ſecularis.

*Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus.* Timoth.2.

Apoſtoli Duces noſtri deſeipſis iàm olim pronunciarunt; *non eſt æquum nos miniſtrare menſis, & relinquere verbum Dei.* Act.

**Aliud tractare. Politica, ea gerendo; aliud dicendo, aut ſcribendo de ipſis.**

*Virgil. 2. Æneid.*

A quo tempore Sacerdotes, & monachi res Politicas, ſacris manibus tractare cœperunt, *manibus ſpurientis* (vt ſic Virgilium inflectam)

*Virgineas auſi Diuæ contingere vittas;*
*Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri*
*Spes Danaum, fractæ vires, auerſa Dei mens*, mirum in modum ſucceſſit. Bona tempora (vt Galli loquuntur) & beata nos deſeruerunt.

**Reſpondeo** 1. *Aliud eſſe*, iſta tractare gerendo, aliud tractare docendo, aut de iſtis ſententiam dicendo. A primo ſatis abhorremus; ab altero non item.

*Ouid. ep. Heroid.*
*Virgil. Æneid.*

*Bella gerant alij, Proteſilaus amet*; id eſt Deum, & Breuiarium ſuum Sacerdos colat; alijs cedat vſum & tractationem armorum. *Sinite arma viris &, cedite ferro.*

Tributariam pecuniā numeret laicus ærarij præfect⁹ ſeu Quæſtor. Ignoret Concionator, monetas, ignoret, viſo numiſmate Cenſus, *cuius imago ſit & ſuperſcriptio*, Cæſariſne, an Herodis, profanum ne, an Sanctum.

Militem ordinet Imp. aut Equitum Magiſter &c.

*Arma Sacerdotum lachrymæ, orationes &c.* Diuus Ambroſius.

Diuus Cyprianus lib.1.ep.1. *Occidere Innocentibus non nocentem licet*

Petrus gladium etiam pro Chriſto exſertum mòx iuſſus recondere.

Sententiam autem de illis dicere cùr non poſſit?

**Bellū quadicit artē parum ad nos,**

Baptiſta rogatus à militibus quid facerent ad vitam beatam non aliò remiſit, aut ad Politicos, quaſi ius dicendi de illis ad ſe omninò non pertineret. Dixit

vt de

videre fori ſui quod ſenſit, conſuluit viuere contentos ſtipendijs, neminem concutere &c.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus rogatus, quid ſentiret de tributo Cæſareo, non dixit non eſſe ſuum illa adtingere, ſed rem mox agitauit, & ſententiam dixit.

Si nobis aut Concionatoribus illicitum Politica adtingere; non erat Chriſto vllum tutius perfugium ab inſidijs tentatorum, quam id dixiſſe.

Ergò illa minimè noſtra primo modo; ſecundo modo maximè noſtra, ſicut lupanaria, telonia &c.

Bella, Pacificationes, Tributa, Fœdera cum Turca, cum Hæreticis &c. fori noſtri ſunt ſecundo illo modo.

Bellum dupliciter ſpectari poteſt, vel

1. *Quà dicit artem gerendi*, ipſam pugnam & actum ſimpliciter, nullo adſpectu honoris Dei, aut ſalutis proximi. Cum ergò quęritur, haſtæne an bombardæ; equeſne, an pedes huic aut illi bello magis conueniat: aut; muruſne lateritius, an agger è terra, an turres magis expediant &c. tùm non eſt propriè bellum fori noſtri.

2. *Quà dicit aliquid morale* bonum aut malum. Vt, cùm quæritur; Sitne hoc bellum iuſtum vel iniuſtum? Aut ſi iuſtũ; an ſic aut ſic gerendo, nihil peccetur? An auxilia à Turca poſtulanda? an fœdus arctum cum eo feriendum? An tributa Eccleſiaſticis quoq;, in bello merè politico, imperanda? Tributa, cuius ſint, & vti adminiſtranda? &c. Hac, omninò & propriè ſunt fori noſtri, quorum ſcilicet eſt proprium inter leprã & non lepram, iudicare. Tum nõ ſunt illa negotia merè ſecularia, quibꝰ Deo militans vacare non poſſit. Tum pertinent ad Theologiam moralem. & illam quam vocant Caſuum Cõſcientię. **Qua opus iuſtitiæ, omninò ad nos.**

Auguſtus Imperator conſenſit, qui
litus ſæpè dicere, *neceſſarium eſſe ...*
*benè reiq; gerendum, vt Dij illud ...*
*rent; Principes ſuſciperent; Philoſophi ...*
*rent; &* (vt nunc loquuntur ...
*Duces gererent* Gueuarra noſter ...
teis ep ad Marchionem Peſcarenſ...

Prophetæ præiuerunt, nos ſequimur: *Væ* ...
ſaias) *filij deſertores &c. qui ambulatis, vt deſcendatis*
*Ægyptum &c. ſperantes auxilium in fortitudine Pharao-*
*nis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit vobis*
*fortitudo Pharaonis in confuſionem.* Iſai. c. 30.

Et: *Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium ...*
*quis ſperantes &c. Ægyptus homo, & non Deus, ...*
*eorum caro & non ſpiritus* Iſai. 31.

Iehu filius Hanani videns, quum Ioſaphato ...
Iuda dixit; *Impio præbes auxilium. & his qui oderunt Do-*
*minum amicitia iungeris, & idcircò iram quidem Domi-*
*mereberis &c.* 2. Paral. 19.

Iam iam dixi idipſum quidem, ſed hic reperio op...
tuniſſimum.

Tributa ergò & Quæſtores, Dardanarios, (& ...
vulgus vocat) Pagadores, Contadores &c. quæ ...
eſſe poſſunt vel nimia, vel rebus non congruis im...
rata, vel infidè collecta, vel malè diſtributa, ...
verti poteſt, aliquandò Ærarium in ſpoliarium, ...
in militem & militiam non ritè expenduntur, ...
miles ad tumultuandum publico damno ſæpè ...
irritatur) equorum interim phaleris, & ephippijs, ...

Mich. 3.

ſtibus, armis calcaribus ipſorum & aliquot ...
auro latè micantibus, minantibus cælo tectis *ædifi-*
*cantium Sion in ſanguinibus*; fori etiam noſtri eſſe ...
non videt?

Pœnas etiam, quibus Princeps adficiat delinquen-
tes, quæ vel nimiæ, vel nimis remiſſæ &c.

Terent. in And.

D. Ambr. an non in Theodoſio (vt nunc aiebā) re-
prehendit vel nimiam ſæuitiam vel puniendi modū ...
Pœnalia, Politica ſunt, & noſtra, vt *ne quid nimis.*

*Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quantò magis ſæ-*
*cularia?*

Ad ſumma admiſſi, cenſendi non ſumus indigni, *qui deminimis iudicemus.*

Sententia odioſa (Auditores) attamen vera, odioſior quum publicus vſus illius eſt.

*Obſequium amicos, Veritas odium parit.* Terent. in And.

Sed *noli quærere fieri Iudex* (neque Concionator, qui iudicij quandam ſpeciem etiam exercet) *niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem Potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* Eccli. 7.

Quod adfertur præiudicatum ab Apoſtolis, *Non eſt bonum nos relinquere verbum Dei &c.* pro nobis eſt; Nam cenſent nil verbo Dei anteferendum, & nos hic pro Dei verbo liberè diſſeminando delitigamus.

*Malo interdum, multi me non cautè, quam pauci me honeſtè feciſſe exiſtiment.* Cic. libr. 8. ad Att. ep. 15.

*Hic progredi debet Sacerdos optimus, vt dum nullum flagitioſum hominem verbis incaſtigatum præterit, vel ipſam impudentiæ notam minimè pertimeſcat*, ait Pierius Valerianus libr. 5. Hieroglyph. c. 1.

Aliquid nonnunquam pro Deo, pro Veritate, pro Eccleſia, pro Regno, pro Regibus, pro Plebecula audendum & patiendum.

Quid tùm ſi Cynicum, ſi canem, ſi mordacem, ſi importunum &c. pro Deo vocent?

Quid tùm ſi contingat illud, Dauidis, *Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi?*

Et; *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos?* Quid tùm?

Interdum autem & Potentes cariores nos deindè habent, poſtquam liberas & minimè pedarias noſtras ſententias audierunt. Ad ſe redeunt. Onus noſtrum vident. Non quid, ſed cùr; & quo animo dicimus, tandem intelligunt.

Zorobabeli, poſtquam ingenuè Veritatem Regi

prævalere pronuntiaſſet, dixit Rex Darius ipſe: … *quid vis ampliùs, quàm quæ ſcripta ſunt, & …* *ſecundum quod inuentus es ſapientior proximus, & …* *mihi ſedebis, & cognatus meus vocaberis.* 3. Eſdræ 4.

Theodoſius Cōſtantinopolim ab Ambroſio … ſuo caſtigatore reuerſus, a Nectario rogatus, cur … crarium non ingrederetur, tantum respondit, … *piſcopus Ambroſius.* Mich. Glycas p. 4. Annal.

* 2. *Calumnia eſt*, altera obiectio. Nam cōtrà, … multis Sacerdotes ſoli cum Deo, & monachi … victorias, Paces, Inducias &c. conciliare potuerunt.

Iohannes quidam ſolitarius apud Lycum Thebai- dis oppidum commorans obediendi ſimplicitate, … dem prophetandi donum conſecutus, in magnis bellorum difficultatibus Theodoſium principem … cum hoſte congredi timeret, ſuis animauit oraculis, certiſſimo victoriæ euentu: ita vt ille deinceps ta- men nullum iniret niſi ipſo conſulto. … *Caſſiano lib. 4 de inſtit. c. 23.*

Benè eſſe regnis à conſilio Sacerdotum.

Perſarum Regibus diu benè fuit, Magorum conſi- lio omnia agentibus.

Non alia ferè tempora beatiora olim, quam qui- bus ijdē erant Reges & Sacerdotes. Aurea vocabimus …

Et cùm mixtæ fuerunt apud Iudæos tribus Sacer- dotalis cum Regia.

Chriſtianorum exercitum aliquandò pænituit, con- ſilium D. Franciſci contempſiſſe.

Quid? infælicia tempora, ex quo Sacerdotes & Mo- nachi Rempub. adtigerunt?

Clericos non niſi vocatos tractare Politica.

Imò verò vt Neptunus deſperatis ſumma tempe- ſtate rebus, ſic ipſi regnis alioqui petituris ſuccurrunt, aliquando ſponte aliquando inuitati. *Omniū etiam pre- ſtantiſſimorum virorum iudicio, quicquid benefactum in bello eſt* (tempore Huniadæ ſcilicet) *aut Capiſtrani Fran- ciſcani fælicitati, aut conſilijs aſcribitur*, ait Io. Heroldus in panegyrico ſuo pag. 49.

Sed & inuiti ſatis in hanc paleſtram deſcendunt Sacerdotes, & Concionatores. Extremis quaſi mor- bis extremum hoc remedium.

*Nec Deus*, aut Dei miniſter Sacerdos, *interſit, niſi dignus vindice nodus*
*Inciderit*. Horat. in Arte.

D. Gregor. Nazianz. ep. 71. al. 68. ad Poſthumianũ pro pace. *Quod ſi cupiam nimium curioſus eſſe videar, quod cum a negocijs receſſerim, non tamen curam & ſolicitudinẽ abiecerim, hoc ne mireris. Non enim quemadmodum à throno & faſtuoſo ſupercilio, ita etiam a pietate ſeceſſimus. Quin potius eo maiorem fidem autoritatemque apud te habiturus mihi videor: vt qui non rem meam priuatam, ſed publicam vtilitatem curem.*

D. Auguſt. lib. 19. ciuit. c. 19. *Ocium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. Quàm ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt Veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem.*

Quo tempore à pop. Antiocheno Imperatricis ſtatua fuerat deturbata, homines ſolitariam vitam in iugis montium exercentes, egregiè philoſophiam doctrinamque ſuam declarârunt. Nam Deum precati deſcenderunt, & in hæc verba miniſtros Imperatoris compellarunt: *Hæc Imperatori Domino veſtro renunciate. Itantopere tu propter euerſam imaginem æream indignaris; qui Deum æquo laturum animo cenſes, ſi abs te ſuam imaginem indignum in modum tractari videat?* Michael Glycas p. 4. Annal.

De Iſaacio Eremita, qui Valentis Imp. Arriani, ad bellum in Gothos proficiſcentis, equum freno corripuit, ſupra dixi ex *Theodoreto lib. 4. c. 34.*

Item de Aphratis monachi occurſu eidem Valenti. Veſtrum ſit meminiſſe.

Antonium illum Magnum, Abbatem, & ſolitudinis præcipuum amatorem, legimus quoque aliquando ad hæreticos conuincendos, relicta ſolitudine Alexandriam veniſſe. Intermiſit ergò Eremi quietem, dum ab bellum egreditur, contra illos pugnaturus, à quibus Catholicæ fidei murus quatiebatur.

Vt publico incendio in vrbe graſſante, inuiti quidem, tamen inuitati aut iuſſi, de clauſtris erumpim*

Franciſcani, aquam & operas collaturi; ita & hic.
1. cor. 10. *Ego per omnia omnibus placeo. non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.*

Ciceroni genus illud Philoſophorum omne damnatur, quod nunquam omninò putat ſibi ad Remp. accedendum. Patriæ enim etiã monachi nati ſumus. qui adſpectus me iam ſeneſcentem, & alioqui ſeruum, Romam abripuit, & forſitan reuerſum iam aliò quoque procul feret, quod felix ac fauſtum ſit, gratia Dei.

Tantum verò abeſt, vt minus beata tempora ſint Sacerdotum curæ de Rep. vt Plato potius cenſerit, *tum demum beatas fore Reip. vel cum Reges philoſophari cæperint, vel regnare philoſophi.*

III.

*Quid reſpondendum obijcientibus, memoriæ errorem, & non Sanctitatem.*

Concionatorum memoria vt fælix.

Reliquum eſt (Auditores) nos iam duobus obiectis Politicorum reſpondere.

Calumniantur enim etiam: { 1. *Memoriam,* 2. *Sanctitatem.* }

*1. *Memoriam* etiam. Nam aiunt, Concionatores cardine argumenti ſui motos videri, cum Herodem adulteriorum corripiunt, & præterea *de omnibus malis, quæ fecit.* Hæc interim errones dicere, ne videantur turpiter obmuteſcere.

*2. *Sanctitatem.* Impares Prophetis & Baptiſtæ omni vita, non debere paria audere.

Pugnandum igitur nunc pro { 1. *Memoria,* 2. *Sanctitate.* }

*j. *Memoria.* Dicimus ergo confirmari illam ediſcendis multis, tàm noſtris, quàm alienis.

Sed ediſcunt neceſſariò Concionatores præ cæteris multa, & Sua, & Aliena.

*Sua*, cum ſuas ipſi Conciones ſibi ſcribunt, & eſtimant.

*Aliena*, cum à Patribus aut Neotericis ſcr. præd.

ciones

ciones ediſcunt, vel quia ſunt ipſi domi curtæ ſupellectilis, vel a nullo poſſit dici quidquam meliùs, quam quod a Patribus.

*Aliena* item; quoniam vt plurimum, etiam qui ſuas ſibi conciones ſcribunt, intertexunt nunc ſeculi noſtri more plurima *verba non ſua*, ſed Scripturarum, ſed Patrum Eccleſiæ, ſed Philoſophorum, & Poëtarum &c. Ergò.

*ij. *Sobrietate*, & Continentia. Sed eæ virtutes propriæ ſunt Religioſorum & Concionatorum. Ergò.

*iij. *Quiete* a perturbationibus, curarum ſtrepitu. *Obtundunt etenim curarum pondera ſenſus*. Sed vulgò beatos nos dicitis Monachos, qui ſine curis degimus.

Et certè non video quæ tot curæ eſſe poſſint hominum, qui iampridem omnibus renunciauerunt.

*iiij. *Locis* & ſedibus animo ſignatis, multis, multũ varijs, quales ſunt domus magnæ, in multas cellas ac receſſus deductæ.

Sed eiuſmodi ſunt monaſteria. Ne quid dicam de imaginibus. Ergò.

*v. *Filo textus* Euangelici. Vt Theſeus olim inextricabili Labyrintho clauſus, indè filũ Ariadnes ſequutus facilè ſeſe extricauit; ſic Concionator memoria fallente, mòx in orbitam redire poteſt, Euangelij propoſiti ductum dumtaxat, quaſi filum, ſequendo, & dicendo (quod veteres plerique ſolebant) vocem illam *ſequitur*: poſtquam legebat, opinor, olim vel Lector, vel Diaconus, quòd ſequebatur; aut, vt ſæpè Demoſthenes, maximè oratione de Corona, dicendo (*Recita &; ſæpe, & recita. Recita Decretum. Recita ipſas Philippi literas*. & his ſimilia.) Illa enim recitatione recolligere animũ poteſt, & mòx abundè habere argumenta noui, quod ſequatur, vt non vagetur, nec incurrat quò non debet.

*vj. *Vt taceam* alia propoſiti monimenta, & medicamenta, ſimplicia, compoſita, quibus religioſi vti poſſumus æquè ac laici, & indè confirmari.

*vij. *Auxilio Dei* ſpeciatim hic promiſſo; *Cũ ſteteritis* (aiebat ſuis Christus) *ante Reges & Præſides nolite cogitare*

*tare quomodò, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

Sed quid opus memoriæ noſtrę defenſione, & quaſi oſtentatione?

Reſponderi melius potuit dicentibus, nos memoria lapſos, cum Politica tangimus, vel
{ 1. *Nugatorium eſſe, qui dicunt;*
2. *Facere pro nobis contra Politicos.*

**Concionatorum curas præcipuas nõ eſſe de Politicis,**

*j. *Nugatorium* eſſe Sic enim ferè mulierculæ ... & triobolares meretriculæ loquuntur de ... eloquentiſſimis etiam viris, quoties in mun... liebris luxuriem, oſtio bipatente, id eſt argumenta ... uitante, paulò latiùs efferuntur.

*O verè Phrygiæ neque enim Phryges.* Sinite mulierculis eiuſmodi fuſos & verticillos iſtos leuicula ... non colos ſed clauas Herculanas in nos vibrate, ... potentes à ſeculo.

An enim res, aut muliercularum, aut veſtræ Politicorum, nobis ita placeant, vt mutis alioqui ... primæ in buccam redant? vt de ijs, velut *ex abundantia cordis, os loquatur* delirantium, & a ſcopo ſuo ... tium?

Ita nobis altè impreſſæ, vt ſopiti, imò & vigilantes ſic de ijs ſomniemus? vt errorum animi, illę ... rus, illæ vnicum aſylum?

*Abſit tanta me dicendi penuria laborare, vt ... facere oporteat*, aiebat olim Plato ad Dionyſium, qui poſtquam eum contemtum, ob eius cum Dione ... citiam, vltima ſede diſcumbere iuſſerat, ita etiam ... ſannauerat; *Vbi hinc abierit Plato, multa aduerſum ... Academiæ dicenda habebit*; Abſit etiam a nobis, tam ... opes eſſe rerum aliarum magis ſeriarum & pulchriorum, aut adeò negotijs Curiæ curioſè adfixos eſſe, vt de illis non poſſimus non loqui, quoties nos propothematis memoria fefellerit. *Stob. ſer. 11.*

Næ, nos, poſt deditos omninò tot annorum ſtud...

ſis animos, & à quadrimatu ferè ad 47. iam ætatis annum inter libros chartaſque verſari, poſt tot peruigilatas inſomnia noctes, admodum parum profecerimus, ſi à propoſito (vt fieri poteſt) tantillo in Concione deuij, nullum habeam⁹ familiarius, commodiùs aut vicinius, quam mundi muliebris, quam Negotiorum Curiæ ſeu diuerſorium ſeu refugium, maximè cum ſciamus, iſtorum illius egregiæ Scientiæ Deorũ portus, non magis tutos aut fidos aduenis eſſe, quam aras Buſiridis Tyranni Ægyptiorum, hoſpites ſuos immolantis, aut ipſos Sirenum portus adnauigantes mergentium, aut Lucanorum, qui Æneæ Palinurum nauis lapſum in mare, poſt triduanam natationem emergentem, trucidârunt.

**Politicis errantibus portũ malè fidũ eſſe.**

*Tres Notus hibernas immenſa per æquora noctes*
*Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto*
*Proſpexi Italiam, ſumma ſublimis ab vnda.*
*Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam:*
*Ni gens crudelis madida cum veſte grauatum,*
*Prenſantemque vncis manibus capita aſpera montis,*
*Ferro inuaſiſſet, prædamque ignara putaſſet*, ait ipſe 6. Æneid.

Sunt alij, ſunt alij Concionatoribus naufragantium portus, ſunt ſtationes aliæ, alia Xenodochia peregrinantis animi tutiora, & honoratiora: Sunt loca communiora, & acceſſu faciliora, vt de Deo ipſo, de eius vel Timore, vel amore, & mille alia, in quæ liceat nauim fortè deerrantem ad tantiſper ſtabulandum, dum æſtus deferueat, tutius detorquere.

**Eſſe alias ſtationes tutiores fluctuantibus.**

Illa, illa nobis pro Latio, & vero Portu Gratiæ.

Scimus heu! nimium ſcimus, quàm Curia ſit *ſtatio malè fida carinis.*

*Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum* 3 Æneid.

*ij. Facere pro nobis* contra Politicos. Si enim ſignum eſt lapſæ in Concione memoriæ noſtræ, Politicorum tractatio, & neceſſe eſt, tractationem illam ſpeciatim, non quamlibet è tam multis, à nobis haberi motu vel noſtro, vel diuino, vel vtroque; Alterutro horum vel

vtroque

Calumniam Politicorum facere pro Concionatoribus,

vtroq; à vobis, conceſſo, extorquemus etiã ab inuitis ipſis alterũ iſtorũ, vel Concionatores eſſe in Politicis verſatiſſimos, vel non eſſe reprehendendos, cùm Politica tractant, vel vtrumque.

Memoria lapſi Concionatores tractant Politica, motu, vel { 1. *Proprio & ſuo?* 2. *Diuino?* }

Non ſi motu proprio huc feruntur cum fluctuant; oſtendunt res illas ſibi familiariſsimas,

*1 *Motu proprio?* Ergò vt res ſæpè meditatas, res quæ vehementer cordi ſunt; vt res optimè cogitatores, quibus adeò pleni, & velut inebriati ſunt, eructare neceſſe ſit, & perpetua eſſe de ipſis ſomnia.

Recurſant enim ſæpiùs, quæcunque ſunt cordi

Ergè falsò dicuntur Concionatores negotia [illegible] & Status non capere, non intelligere magis, quam [illegible] es Bęoticæ.

Ecce enim ipſę res tàm notas ipſis ſe fatentur, vt vigilantes, dormientes, delirantes, & mon[illegible] dine argumenti ſui de illis imprimis agant, nihil aliud ſomnient, non aliam canant cantilenam.

Si diuino, nihil reprehendendos qui ſe quantur. *Horat. in art.*

*2. *Diuino* (quod magis arbitror) Ergò tantò [illegible] patiùs ipſa tractamus, ad quæ Deus ducit dicam [illegible] potiùs trahit? *Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens*

*Poſcentique grauem perſæpè remittit acutum.* ad[illegible] ad Paſchale Kyrie eleyſon, ex improuiſo qui organa templi digitis ferit, reddit inexſpectatum de[illegible] ni.

Ergò tanto minùs Herodes Iohanni aut nobis debet iraſci, dicentibus *Non licet tibi &c. corripientibus de omnibus malis quæ fecit*, vt qui Deo ducente aut [illegible] te loquimur. *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

*Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* 1. Pet. 4.

Audiui

Audire hæc *Crede Deo*; &, *Sequere Deum*, tàm Concionatori, quàm Auditori, neceſſarium.

Eccui proſtet potiùs, aut ſit venalis lingua noſtra, quam Deo & autori ſuo?

**Concionatores aliquando alia meditatos alia dicere.**

Et profectò, vt nautam tendere quò non vult, ſæpè cogit vis ventorũ inuictiſſima; ſic Baptiſtam, & quemque noſtrum non rarò turbo ille impellens Spiritus ſancti,

***Horatius***

*Quo me-cunque rapit tempeſtas* inſpirationum Dei *deferor hoſpes*, dicere meritò poſſit vnuſquiſque noſtrũ, Ezechielis animalia illa quatuor, *vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebatur*. Ezech. 1.

Vt Ionam aliò tendentem, aliò in Niniuen, ad Regem populumque arguendum, Deus vi tempeſtatis inexpectatæ, & cæto, quaſi alio illùc tendente nauigio, tranſtulit; ſic nos ſæpè alia meditatos, alia dicere cogit turbo ille impellens Spiritus Omnipotẽtis Dei.

——*Amphora cæpit*
*Inſtitui: currente rota tunc vrceus exit*. Horatius in Arte.

Abacuc aliò proficiſcens aliò derepentè tranſlatus eſt, & paratus alijs cibus, ad alium interuerſus.

Daniel. 14. *Erat Abacuc Propheta in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret meſſoribus. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes. in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc, Domine Babylonem non vidi, & lacum neſcio. Et adprehendit eũ Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylonem ſuper lacum, in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel, tolle prandium, quod miſit tibi Deus.*

O rem Sacramentoſam! & noſtrę huic rei maximè conuenientem!

Vtrobiq; de cibo agitur, ſed hic de animi, ibi de corporis. Propheta hic propheta illic.

*Habacuc* ibi; & hic Habacuc. id eſt *luctator* in vitia ſ. *vel amplexans*, Virtutes, ſc. quæ Concionatoris ita ſunt propria, vt Habacuc meritò dici poſſit.

***Babylon*** illic; Babylon iſthic, id eſt *Confuſio*, quod nomen Curijs multis iure indideris, ſi quando bapizare contingeret.

*Babylon*, caput regni Chaldæorum, regia Nemrod & Curiæ, capita ſunt regnorum, & Rerumpublicarum &c.

*Babylon* populum Iudæorum annos LXX captiuum tenuit, trucidauit.

*Iudæa* ibi; & hic Iudæa, id eſt *laudatio ſiue Confeſſio*, quæ Eccleſiarum ſeu templorum eſt propria. Meliores in Iudæa, populus mechanicus ibi proficiens. Daniel, id *eſt iudicium Dei*, Reges & Potentes, quorum eſt vice Dei iudicare.

Vtrobique cibi interuerſura.

Nam, vt interuerſus ibi cibus minùs tum neceſſarius à meſſoribus, a Iudæa, ad Danielem egentem in Babylonem; ſic ſæpè in templo conciones populares, quę populo a nobis paratæ erant & meditatæ, & tūc ipſi fortè minus neceſſariæ, diuinitùs neſcio quomodo detorquentur, alioque & ad alios transferuntur, in Babylonem, in Curiam, in Aulicos, in palatium Herodis alicuius; in Babylonem, in locum hominum & totius confuſionis; in lacum Leonum, in locum potentiorum, qui ius in armis poſuere; ad Danielem, ad Iudicium Dei, ad Reges, ad Coſſ. ad cæteros quoſcunque tribunal & Iudicium Dei repræſentantes (ad quales olim Rex Ioſaphat, *Videte* (inquiebat) *quid faciatis:* 2. Parali. 19.
*non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini:*) ad aulam deſideriorum. Deſiderijs enim & libidinibus Herodes Rex diffluebat.

Ita, quæ meſſoribus, id eſt, plebeculæ parata erat refectio & concio, Deo interuertente, tranſit ad Magnates.

Sic Balaam paratus ad maledicendum Iſraël, benedictionibus vtebatur. *Num.*

Sic Iacob cęcutiens cum filijs Ioſephi benedicere, commutans manus & cancellans, Ephraimo iuniori dexteram, Manaſſi natu maiori ſiniſtram impoſuit, cuique aliam ab ea, quam cum patre præſtolabantur,

Inex-

Inexpectata vtrique ſcilicet. *Geneſ.* 48.

Sic contra ab Æthiope Eunucho Candaces Reginæ Æthiopum, *Spiritus Domini rapuit Philippum*, qui *inuentus eſt in Azoto & pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis*. A nobilitate, ad plebem erudiendam, inſperatò diſcipulus Chriſti tunc abripiebatur. *Act.* 8. *Hæc mutatio*, hæc translatio, ſeu interuerſio *dexteræ excelſi*.

Sic nos ſæpè *ex hoc in illud* ferimur; & iterum *ex hoc, in hoc*; *veruntamen fex eius non eſt exinanita; bibent omnes peccatores terræ*.

Translationem autem illam facit aliquandò
- 1. *Cura æqua vniuerſorum;*
- 2. *Sterilitas Auditorum;*
- 3. *Occaſio bona.*

Concionum interuerſiones à triplici cauſa,

j. A cura omnium & ſingulorũ

*j. *Cura æqua vniuerſorum*. Vt nemini deſint ſua neceſſaria.

*Solem ſuum oriri facit* & pluit Deus *ſuper bonos & malos*.

A nobis ad Antipodes Sol tranſit & contra

*Nos vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,*
*Illic ſera rubens accendit lumina Veſper.* Virgil.

Quoniam ergò *nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*, tam Nobilis quam Ruſticus; idcircò Deus paternam omnium æquè curam gerens, nunc a plebecula, ad Nobiles & Reges, nunc a Regibus ad plebeculam erudiendam, Concionatorum linguas, præter mentẽ ipſorum abducit, ne quid alterutris deſit ad ſalutem *implet omne animal benedictione*.

*ij. *Sterilitas* Auditorum, id eſt, nullus per verbum Dei progreſſus.

ii. Ab Auditorum culpa,

*Quoniam vos indignos iudicâſtis ecce transferimur ad Gẽtes* aiebant Iudæis obduratis Apoſtoli.

Quorſum ſpargas ſemen inter petroſa, inter ſpinas &c.

*Quid arenæ ſemina mandes?*

*Nec profecturis litora bobus ares?* Fœcunda potiùs terra, & bona colenda, & ſemine ſpargenda, quæ fructum reddat centeſimum.

Deſeratut vinea quæ fere labruſcas; colatur, … coretur &c. quæ vuas affatim eſt datura.

Tauri, & altilia, & totum nuptiale prandium … uitatis paratum, ſed dedignanter neglectum, … tantibus alijs diſpenſatum. *Matth. 22.*

iij. Ab occaſione oblata.

*iij. *Occaſio bona.* Videt enim vel Concionator, … lius ductor Deus, Herodem aut Herodiadem … concioni intereſſe, & cibi opportuni maximè … alioqui ferè adeſſe inſolentes, vtpotè amantiores … nitus patinarum aut cychararum, quam voci … ſophorum. Itaque arrepto præſentis occaſioni … tan mòx abituræ capillitio, ſermonem ad Hero… & lecti inceſti ſociam conſilio optimo detorquet.

Scilicet, *Fronte capillata eſt, poſt eſt occaſio calua.*

Ita vis vni hoſti parata, in alterum … rem fertur, & Catholico alteri ægro compoſitum … teri deſperatiori propinatur!

Fontes in ſitientiores ac ſicciores hortulos … uantur.

Ita olim Xenocrates de via prudenter aliquan… digreſſus.

*Perditæ* enim *luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo, … illecebris tantummodo, ſed etiam ipſa infamia gaudens … è conuiuio non poſt occaſum Solis, ſed poſt ortum … domumque repetens, Xenocratis philoſophi patentem … vidiſſet; vino grauis, vnguentis delibutus, ſertis capite … dimißo, pellucida veſte amictus, refertam turba … hominum ſcholam eius intrauit. Nec contentus tam … introitu, conſedit etiam, vt clariſſimum eloquium, … dentiſſima præcepta, temulentiæ laſciuijs eluderet. … indè, vt par erat, omnium indignatione, Xenocrates … in eodem habitu continuit, omißiſque de quibus diſſer… modeſtia ac temperantia loqui cœpit. Cuius grauitate … ſcere coactus Polemo, primùm coronam capite detractam … iecit, paulò poſt brachium intra pallium reduxit, … tempore conuiualis hilaritatem depoſuit; ad vltimum … luxuriam exuit, vniuſque orationis ſaluberrima … ſanatus, ex infami ganeone maximus philoſophus … Peregrinatus eſt huius animus in nequitia, non habita…*

Valer.

Valer. Max. lib. 6. c. 9. Diogen. Laërt. in vita. Horat. ſat. 3. li. 1. Suidas. ô Interuerſionem doctrinæ opportunam!

Et quis ſcit, an nõ fortè eadẽ ſalus nonnullis ab his argumenti interuerſionibus, ſeu ſpontaneis, ſeu violentis trahente ſc. intus Deo, & quodam ſacro mentis exceſſu, per Baptiſtam & nos factis contingat? Ego ſanè arbitror.

Tela pænè in incertum torta, & non huc parata, nonnunquam efficaciora.

Iulianum Imp. vix petitum, vnum ferri incerto telo, ſalutarius Reip. fuit, quam duos aut tres milites, quicunq; totis eius caſtris peterentur.

Ergò ne calũniamini, quaſi memoria lapſos, Cõcionatores, cum *Herodem corripiant de omnibus malis quæ fecit*, aut ſimul fatemini vel ipſos Politicorũ peritiſſimos, vel peccare in neminẽ, qui Herodem non aliò quã Deo motore corripiant, cuius prouidentię ſic oẽs curantis gratia habenda, Seueritas, infructuoſos hoẽs ſic deſerentis, timenda Prudentia tàm ſcitè occaſiones arripientis, adoranda.

*ij. Pro ſanctitate* Magnus ego illam votis, omnibus nobis opto: hùc tamen omninò neceſſariam nego. **Sanctitate optabilem quidem, non tamẽ huc omnino neceſſariã.**

Opto (inquam) vt plus auſit quiſq; & confidentius, atq; vt plus profit qui ſit ſanctus. Fiducia .n. atque autoritas ſancti Cenſoris maior, maior etiam ſæpè vtilitas Auditoris.

Incerti, & inanes ſæpè ictus per verba, certiſſimi, & traijcientes, vel clypeos ſeptemplices, per exempla.

Non tamen ea huc neceſſaria, vt Concionatori liceat, quod licere contendo.

Officio hoc ſeu ſtatui datur, nõ ſanctitati. Ad actũ iſtũ, ſtatus, non vita ſancta neceſſariò, etſi congruẽtiſſimè ea quoq;, requiritur. Vt in Baptiſmo ſeu Petrus, ſeu Iudas baptizet foris, intus tamẽ & ipſo effectu ſpiritali ſẽper *hic eſt qui baptizat* Ieſ[9] Chriſt[9]: ita ſeu Elias Achabũ, ſeu Baptiſta Herodẽ, ſeu Amb. Theodoſiũ, i. ſeu ſanct[9], ſeu min[9] ſanct[9] impios foris arguat, ſpectãdus tamen maximè, qui legatum creauit, eique ius & **Docere, offici, eſſe non ſanctitatis.**

 offici-

officium arguendi adiunxit, quiq́ue intùs argum
tàm mentem, quàm linguam agitat & adſtat Deu
*Ipſum audite*, ait Pater de Filio ſemel & iterum, ſeu
ſus loquatur, ſeu per ſuos. *Ipſum audite*, tam in bo
quàm in Petro aut Baptiſta, id eſt, tàm in peccato
quàm in Sancto.

*Qui vos audit, me audit*, ait Chriſtus ad ſuos. No
manum ſcribentem in pariete adtēdat Balthaſar
ſed manus fictæ motorem Deum.

Vt Regibus etiam malis & diſcholis obediendum,
quamdiu à Deo autorantur; ſic in Concionatoribus
magnis illis vice Dei Conſiliarijs, imò & moralis
peratoribus, illi etiam, cum Herodiana mali
vti & regnare; pant, audiendi, qui Baptiſtas ſanctitate non
non æquant, ſed etiam multis ante ſe ſtadijs
quunt.

Autoritatem, quæ dicit Iuriſdictionem, dicendi
prehendendi &c præſtat Cenſura, ſeu Magiſtratus
vita; autoritatem verò quæ dicit vel fiduciam vel co
ſtantiam bona vita.

De vtriſque, id eſt de Regibus, & nobis, ferè eadem
eodem ore dicuntur; De nobis enim in Apoſtolis
Filius; *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpe
nit &c.* De Regib⁹ in Samuele, tùm Iudice populi
elitici & quaſi Rege, poſtquam vili penſus eſt
olim Pater; *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper
eos*,

1.Reg 8. *Poſtulate æqua, & ferte*; Imperate, poſtulate, vt nos
vobis in muris pareamus; ferte vt nos de vobis
ribus cenſeamus.

De Doctoribus tamen, quorum vita à doctri
na diſcordat, quorum lingua honeſtiſſima, m
nus forſan rapaciſſimæ, gula immenſa, cæteræ partes
corporis, quæ honeſtè nominari non poſſunt, inho
neſtiſſimæ: (nam proh dolor! laborant nonnulli per
Concionatores minus ſanctos etiam audiendos. fectiùs loqui, quàm viuere) ſpeciali cura & priuilegio
dictum à Chriſto; *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ
& Phariſæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis ſeruate
& facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere:*
tem

*tum, & non faciunt.* Matth. 23. q. d. Opera fugite, dogmata audite; & opere implete, non ad licentiam omnem Doctoribus viam ſternens, ſed Auditoribus viã ad Doctorum ſuorum contemtum atq; inobedientiã maturè claudens.

Si ſanctus tantum Doctor, aut Baptiſta admittendus; bone Deus! de quam multorum ſalute deploratum erit & conclamatum! Res tàm neceſſariæ; non debuerunt Sanctitati ſic alligari, vt ſine ipſa peragi omninò non poſſent.

Et porrò, quæ ea dementia dicentium, non poſſe ab ipſis Herodem carpi *de omnibus malis quæ fecit*, qui ſunt peccatores? Id enim eſt, quantum ſi adſerant, hominem quia malum fecit, bonum facere non poſſe; vel quia loripes eſt & vno pede claudus, altero quoq; claudicare debere; & quia in ſordibus eſt, adhuc debere ſordeſcere.

Vt vnũ Doctor negligat, nẽpè vitæ integritatẽ, tenetur nihilo minùs ad doctrinę ſedulitatẽ, & ſuorũ rectam inſtitutionem. Duarum obligationum alteram ſaltem diſſoluat, ſi non illam bonæ vitæ, ſaltem illam ſalutaris doctrinæ.

*Si regnum cœlorum non intrant*, ſaltem ne inſtar Pharisæorũ, illud *claudant*; *ſinant introeuntes intrare*; viam ad cœli vrbem indice monſtrent. Matth. 23.

Tubicen ſi nõn pugnat, excidet ſaltem atq; accendat cantu Martem pugnatorum.

Quanquam, quid improbos defendo, cùm ſciamus, terram etiam nunc Sanctorum feracem eſſe? & Mundum adhuc habere Baptiſtas ſuos? Et Phœnicis huius cineres, Phœnices alios genuerunt.

*Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal*, aiebat olim Dominus ad Eliam. 3. *Regum* 19. *Rom.* 11.

Nec facilè ſciri poteſt, quàm ſanctus ſit Concionator quilibet, cum in abſtruſiſſimo ſit receſſu ſedes ipſa Sanctitatis, in anima ſcilicet, quò non penetrant vel lyncei cuiuſquam hominum oculi, ſed ſolius Dei.

Et ferè eſt quiſq; hoc ſanctitudinis ſuæ obcul[…] dæ ſtudioſior, quò ſanctior, tàm conſilio Dei, qu[…] cautione periculi

*Inuentus thesaurus abſconditur, vt ſeruetur: quia ſt[…]um cæleſtis deſiderij à malignis ſpiritibus cuſtodire non [..]cit, qui hoc & ab humanis laudibus non abſcondit.... De[…]dari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via.* D. Gre[g.] homil. 11. in Euang.

Nec vna in ſuggeſtum prodeunt, ac ſe oſtentant, E[-]loquentia, & Innocentia.

Nec, quã facilè audiri ac percipi ab omnibus p[…]nè poteſt Eloquentia, ita videri palam Innocent[ia] verè cenſeri.

In Moralibus adulterina multa. Vitium Virtu[tis] ſpecie; Virtus, Vitij non raro conſpicienda.

Ineſſe vt plurimū Concionatoribus

Cæterum quis neſcit Sanctum, quemcunq; [ab]ſolutum in Confeſſione Sacerdos dimiſit? Niſi imp[u]denter neges Sacraméta nouæ legis gratiam nõ co[n]ferre, non iuſtificare, non Sanctos facere? At Ccio[…]natores ſæpiùs peccata confitentur atq; abſoluuntu[r], quis neſcit? Ergò tùm ſaltem Sancti, mòx indè in ſug[…]geſtum tranſeuntes, & vos docentes, vt ſi Sanctita[s] quoq; cum poteſtate exigitur, vt Herodiana mala [va]cinet, per ipſam poſſint.

Magna etiam vis Contritionis ad ſanctitatem, [ſi] Confeſſionis votum acceſſit.

At quis Concionatorum Chriſtianus, vt dictum, non ſaltem egregio aliquo peccatorum dolore, & c[on]fitendi voto tangatur?

Aut cui tum non occurrat, vt quondam Origeni [&] li Magno; *Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iuſtitias meas, & adſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu v[e]rò odiſti diſciplinam &c. arguam te, & ſtatuam contra fa[ci]em tuam. Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum, nequando rapiat, & non ſit qui eripiat* pſal. 49.

Quis tum Sanctitatis propoſitum non induat?

Adde metum noui alioqui peccati.

Itaque ſaltem Sancti ſumus, cum conciones habe[…]mus. Ergò &c.

ECHO

# ECHO CONCIONIS XIX.

THEMA. *Herodes cum corriperetur à Iohanne de Herodiade & de omnibus malis quæ fecit*. Luc. 3.

Facta repetitione vſitata, ſic popoſitum;

Dicendum hodie mihi
- 1. *Iohannem Baptiſtam fuiſſe Concionatoris, (Curiæ maximè) perfectiſſimum exemplar; Vndè.*
- 2. *Baptiſtæ tanta oris libertas, & fortitudo;*
- 3. *In eos, qui obſtinatos non corripiendos putant.* AVE.

## I.

***Iohannem Bapt. fuiſſe Concionatoris (Curiæ maximè) perfectiſſimum exemplar.***

Baptiſtam quidem (Auditores) quam plurima ſparſim oſtendunt, Concionatorem fuiſſe abſolutiſſimũ, & quidem Curia regia dignum, ſed nihil magis, quam hic textus.

Habuit enim certè Baptiſta omnia, quæ adeſſe Cõcionatoribus maximè autem illis, qui in Curiam ad Potentes vel ab Eccleſia deſtinantur, vel a Curia ipſa accerſuntur, vel ſpontè proficiſcuntur, omnes boni.

Vt plurima ſint voucamus. Ego tamen hæc præcipuè putem (poſita primum Eruditione) neceſſaria.

Concionatori Curiæ maximè neceſſaria
- 1. *Zelus*
  - 1. *Dei;*
  - 2. *Eccleſiæ;*
  - 3. *Salutis animarum.*
- 2. *Iuſtitia,*
- 3. *Temperantia,*
- 4. *Prudentia,*
- 5. *Fortitudo;* Omnia gradu pænè ſummo.

**Concionatoribus Curiæ hęc maximè neceſſaria,**

*1. *Zelus*, Dei inprimis.

*1. *Dei inquam*. Quoniam tã Timor eius, quã Amor

 ac pæ-

ac pænè tota de illo, & in illum, Fides, pleriſq; Cu[illegible] exploduntur. In Atheos ibi multi degenerant, ut Athenis excluſi Diagoræ Protagoræq;, eò leſſe re[illegible] piunt.

Paucæ Curiæ ſimiles Curię Conſtantij Patris Conſtantini Magni, de qua hic Euſebius Cæſarienſis: *Conſtantius aulam ſuam benè ſedatum ſui regni ſeculum, uxorem, liberos, ipſam familiam cum ſocijs, vni Regi Deo dedit, vt hilarem multitudinem Palatij prorſus Eccleſiam redderes. In eo conſortio fuêre Dei miniſteria, quæ in caula Regis cultui continenter inſtarent, quandò apud multos illa omnia ſilebant.* Euſeb. Cæſar. libr. 1. de vita Conſtantini.

In quot Curijs Maiores ac Potentiores, à minoribus & clientibus non plus, quam Deus ipſe, timentur, religioſiuſque adorantur? &c.

Ibi diuinos honores vni adfectant; alij propinant, & obtrudunt.

*Exeat aula qui vult eſſe pius*, pueri docebamur.

De aulicis nunc multis dixeris, quod olim D. Chryſoſt. de Sacerdotibus idolorum; (*qui apud Gentiles* (inquit) *templorum adminiſtrationem ſuſcepere, ij Reges ſuos colunt pluſquam Dominos, pluſquam idola etiam ipſa, quæ adorant.* D. Chryſoſt. lib. cont. Gentiles.

Pro Principibus, etiam contra Deum & Diuos omnes plerique militarint, omnibus poſtulatis ſubſcripſerint, æquis, iniquis. Intelligant tantum quid paſſim ce crepet Alexander, mòx fecerint.

Regibus ſuis, ſi aliquandò per inſaniam honores diuinos popoſcerint, impenderint quamprimum per adulationem. Mòx didicerint cum Pſaphonis Lybici auiculis, cantillando publicare in montibus, *Magnus Deus Pſaphon.* Max. Tyrius ſer. 19.

Tres adoleſcentes ſtatuam Nabuchodonoſori poſitam non venerati, & Daniel alium Deum à Nabuchodonoſore adorans ab Aulicis accuſati teſtes locupletes

Dixiſſes aulicos illos de Nabuchodonoſoris adoratione ſolicitiores, quam Nabuchodonoſorem ipſum.

Quid

Quid? Nonnunquam & ipſis perſuadent, ipſos, altius aliquid hominibus eſſe, & Deos.

Sic Hages Argiuus, & Cleo Siculus non modò filium Iouis adpellarunt Alexandrum, & proſtrato corpore, vti adfectabat adorauerunt, ſed inſuper adiecerunt Herculem, Bacchum, Pollucem cum Caſtore, nouo numini ceſſuros.

Virgilius Auguſtum Deum adpellat; *Deus nobis hæc otia fecit*, id eſt ipſe Cæſar: propterea *illius aram*

*Sæpè tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.* Bucol.

Prætereo excelſa & diuina pænè nomina Maieſtatis, Excellentiæ, Celſitudinis &c. nunc viſitatiſſima.

Non tacendum, quod in Curijs etiam Helenæ sũt, Magdalenæ & Phrynæ multæ compoſitæ & *circum ornatæ vt ſimilitudo templi*, quas religioſius quam Deas colunt, nec horrent, proh idolatriam! Deas ſuas ac nymphas perfrequenter adpellare, credo & ſacrificare.

Ibidem *auaritia* plurima, quæ *eſt idolorum ſeruitus.*

Ibidem multi, *quorum Deus venter eſt*, inimici crucis Chriſti.

Paucis; Ibi tam variæ pænè omnium ſenſuum illecebræ; vt Guſtatus, cibi peregrino orbe quæſiti, vina Cretica, epulæ quotidie & in orbem ſplendidæ, vt diuitis illius epulonis: Viſus & Tactus, luxus veſtium, aurum, gemmæ, torques, purpura & byſſus quibus idem epulo quotidie induebatur (Nam *qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt.* & ibi Helenæ, & Magdalenæ adhùc in ciuitate peccatrices, natura & arte ſcitiſſimè picturatæ: Auditus, muſica vocalis, organica, Belgica, Orlandica, Italica, Gallica, & omni genere muſicorum: Odoratus, veſtes balſamo & vngula ſanti infectæ, olfactoriola manu verſata, faſciculi roſarum violarum &c. crines myrrhati, & ora ipſa myrrham primam redolentia, quibus omnibus adeò irretitur humanus animus, vt facilè à pleriſque dici poſſit illud Petri, *Domine bonum eſt nos hic eſſe &c.* &;

*Luc. 16.*

*Matt. 11.*

*Matth. 17.*

*Cælum cœli Domino* relinquatur; *Terra autem*, ... phæ, & vxores, & liberi &c. *filijs hominum*.

Ibidem Atheus ille Machiauellus teritur, ... colitur pro numine familiari Sapientiæ.

Ergò Zelo honoris Dei, maximo totum ... Seraphini inſtar, Curiæ Concionatorem oportet ... vt Aulicos a talibus ad Deum Cœlumque ... cùm ne ipſius in Atheum degeneret, tot periculis circūmuentus.

D. Antonius mundum laqueis refertum vidit; quid ſi introſpexiſſet in Curias quaſdam, ... queorum officinas?

Baptiſta noſter ſine controuerſia zeloſiſſimus ... debuit, & fuit, cui negotium fuerit cum Rege, cum Regina, cum Salome, cum Curia haud dubie ... tiſſimis.

*Ipſe erat lucerna ardens & lucens.*

Quis putas zelus illius fuit, qui nihil diſſimulare potuerit?

Qui capite multari, quam curiæ laqueis capi ... luerit?

Eccleſiæ,* * ij. *Eccleſiæ*, vel olim Synagogæ. *Omniſque po-ſtas.*

*Impatiens conſortis erit*, nedùm præitoris. Ouid.
*Nec quemquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem,*
*Pompeiuſue parem.* Lucanus l. 1. Pharſ.

Herodes, vt dixi, Sacerdotum & Synagogæ ... ſor fuit, qui de Pontificatu ipſe ſtatuit &c.

Eſt, qui Eccleſiæ *iura negat ſibi nata, nihil non arrogat armis.*

Inſtituit, deſtituit, reſtituit, autorat, exautorat, ... mutat, permutat &c.

Si volet, fies de Rhetore Conſul, de ... ſul.

Eſt, qui Placita Eccleſiæ nonniſi quatenus, & qua-do proſunt, ſoleat reuereri. Quid ſupereſt, niſi ... regnum Sacrorum?

Emoriar, niſi audierim ex ore Principis ſanè ... mi & non mali, *excommunicationes ...*

*ſuperare*; id eſt, vt ego tunc interpretabar, nihil in alios, quam Italos poſſe, blaſphemiam quam diſſimulatam non potui nec debui.

Quid? Ozias Rex, ſacrificare etiam, & ignem alienum offerre geſtijt, 2. *paral.* 6.

Etiam *cum Imperatore Pontificem Valens egit*, profanam falcem in Iudicium Sacrorum immittens.

Henricus II. & VIII. & Eliſabetha Anglorum Reges, quidam facto tantum, alij verbo factoque Ecclesiæ caput ſeſe vendicarunt. Quæ ab illa multa ſolet pati,

Sunt qui, quæ Capitis ſunt, gerunt, quamquam Capitis Eccleſiæ nomen non vſurpant.

Nomen pæne ſine re, legitimo Capiti relinquunt, rem ſine nomine plerique vſurpant. Videris functiones, unctiones iuſtas dixeris habuiſſe.

Celebrent tantum, & ſacro chriſmate vngant. Pontifices iure vocaueris.

Reuixit ſcilicet Anyus *Rex ipſe hominum Phœbique Sacerdos* coronatus & infulatus, ſi Dijs placet.

Rediit a mortuis *Melchiſedech Rex Salem & Sacerdos Dei Altiſsimi*. Gerit ferè laicus Magiſtratus locis nonnullis ſacra æquè & profana.

Nec iam audiuntur ſtridula illa nimis & odioſa verba Nazianzeni; *Vos quoque poteſtati meæ, meiſq; ſubſellijs lex Chriſti ſubijcit. Scio te eſſe ouem mei gregis, ſacri gregis ſacram ouem* Orat. ad ciues & Imperatorem iraſcentem.

Exſibilantur & illa Ambroſij ad Theodoſium Magnum; *Purpuram Imperatores facere, non Sacerdotes.* Mich. Glycas p. 4. Annal.

Et illa Chryſoſtomi; *Siue quis Dux militiæ ſit, ſiue Præfectus, ſiue Princeps diademate coronatus, indignè autem accedat* (ad Euchariſtiam ſc.) *prohibe; maiorem illo poteſtatem habes* Hom. 60. ad Pop.

Indigniſſimè ferunt Nobiles, circumſcribi ſe, quaſi Romanorum cenſura, ab hominibus obſcuro loco natis ad honorem Pontificatus & ad

nexam

nexam potentiam erectis.

Fremunt, cùm ab Ambroſio vnius Mediolanenſis Epiſcopo Theodoſium Auguſtum publicè aditu Eccleſiæ totos octo menſes prohibitum, palamque reprehenſum, & iniuſtæ & nimiæ cædis Theſſalonicæ fatigunt. *Mich. Glyc. p. 4 Annal.*

Item cum audiunt, Paſchali quodam die ab eodem, iuſſum à ſacrario Sacerdotum, vt in proprio purpuratorũ loco, diſcedere. Tantillũ inquiunt peccatulum, à tantulo Sacerdote, in tanto Imperatore tam publicè, tam ſolemni die, tantoperè reprehenſum? *Hiſt. trip. l. 9. c. 36. & Glycas ſup.*

Cùm intelligunt, Decium Imp. propter homicidium vnum, ab vno Babyla, *quaſi vile quiddam & nullius pretij mancipium, à Dei templo exactum.* Chryſoſt. in vita Babylæ, ſeu lib. contra Gentiles.

*Et dextram in pectus impegerat* ait Chryſ. ibid.

Licentiam putant non ferendam. Lapidibus loquilis videtur quiſquis de his verbulum. *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Itane ſacrificuli rerum Dominis dominentur?

Itane ſit noſtrum *omne ſub regno graviore regnum?* Senec.

Zeli ergò ingentis hic labor, hoc opus eſt contra Herodem & Herodianos rediuiuos, de his maxime quod tamen ſæpè neceſſe eſt, niſi placet, vt *maior ſeruiat minori*, & Agar Saræ dominetur, ancilla Dominæ ſuæ. Ah!

Etiam hic Baptiſta arſit, qui *corripiens Herodem de omnibus malis, quæ fecit*, haud dubiè, vſurpata etiam Sacerdotalis poteſtatis (vti nuper dixi) reprehendit.

Credibile, valdè zelaſſe pro domo Dei, & Synagoga, & templo, ſeruum illius Domini; qui nunquam iratior fuiſſe legitur, quam cum vendentes ementeſque in templo fortè reperit. Flagello enim eiecit negotiatores, *cathedras vendentium columbas, & nummulariorum euertit*, totoque vultu & verbis iram ſummam oſtendit.

* Iiij. Luc.

*iij *Salutis animarum*, cuias ſæpè in Curia incuria plurima. Alijs Curiæ curis cura animæ præuenitur, imò & excluditur. Curioſiſſimi rerum externarum, viuunt internarum, & animi incurioſiſſimi. **Et ſalutis animarũ:**

Rarus illic accedentium, aut acceſitorum Concionatorum auditus; rarior ad alienos acceſſus, obedientia rariſſima, contemptus, irriſiones frequentiſſimæ. Æthiopes dicas lauari, & aſinum ad lyram erudiri.

Ni zelus animarũ in Doctore excellat, animum deſpondeat, dicat apud ſe *quouſque vos patiar?* Vel recedat & *Babylonem* excuſſo pedum puluere deſerat, quã *curauerit, & non ſit ſanata*; Vel pigeat iterumque iterumque eadem inculcare, aut cætera reprehendere, qui primas nondum vrticas euulſerit.

Fuerit autem zelator bonus, ſequetur Chriſtum præeuntem, qui *nec indignatione commotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus Iudæam deſerit, quin etiam immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando, infidæ plebis corda demulcet.* D. Ambr. l. 4. in c. 4. Luc.

Baptiſta etiam hic excelluit, qui ſcilicet & adulterium, & reliqua mala, quæ fecit Herodes corripuerit. Venientem in concionem media Eremo notarit, ad non venientem ſępè venerit & cum adulterio ſæpiuſculè reprehendendo nil adhùc profeciſſet, non deſtiterit tamen, & de reliquis *omnibus malis quæ fecit, corripere* opportunè importunè inſtare, tundere ſæpè ſæpius, ſi fortè.

*Gutta cauet lapidem, non vi, ſed ſæpè cadendo.*

Nunquam Protogenes iſte *manum de tabula.*

Vt iterum & tertiò idem tentando ſibi ipſe non ſatisfaciat, nec res cadat vti optat, non penicillos aut ſpongiam abijcit. Vt pictoribus, ſic Concionatoribus opus multa patientia, crebriſque recognitionibus.

*2. *Iuſtitia* & ſeueritas, contra nimis licentioſam Aulicorum erga ſe indulgentiam, & Iniuſtitiarum conſuetudinem. **2. Iuſtitia.**

Omnia

Omnia enim illi ſibi, Regibus autem ac Dom maximè, licere putant & iactant, vt nuper oſtend... Concionator ergò iuſta tantum cedat: omnia... la conſtanter reprehendat, nihil diſſimulet.

* Stoicum præſtet, rigidumque Catonem.

Pænè expedit hic eſſe nimium, conarique ... extremorum etiam vltra medium reducere, vt ... dem maximè licentioſi in medio conſiſtant.

Virgultum valdè diſtortum Hortulani detorq... in aduerſum, plus quam par ſit, vt, quò pareſ, ... ctatur.

Iniquum pænè pretium ſcitus negotiator poſ... ſaltem æquum auferat; & phonaſcus exceſſum voc... vt ad iuſtum tonum reducat cacophoniam.

Ibi Nugas, nugas nō vocet, vocet pænè blaſphemi... as in ore Aulicorum, ſicut Sacerdotum, maiorum ... licet Regni ſui luminarium.

Quod quoddam Cato Maior Cenſuram p... tens candidatus, de Roma vociferabatur, *Ciuitatem vehementi expurgatione indigere; & hortabatur multitudinem, vt, ſi ſaperent, non leniſſimum, ſed aſperrimum deli...rent medicum;* ità *ſperare ſe hydræ inſtar ſecando ...* *luxu & mollitie ciuium operæ pręcium futurum*, id ego... Curia Potentum nonnullorum; opus eſſe Concionatore ibi ſeueriſſimo, Stoicos & Catones ſpirante. Plu... *tom 1. vit. in Cat. Maiore.*

Lauanda iſtic nitro omnia ibi ibi herba borith mul... tiplicanda. Lotiones, potiones, omnes vim habeant valdè corroſiuam.

Seueritas criminibus minor non ſit Hic vrat, hic ſecet, vt in æternum parcat Deus. Potentes potent... tormenta verborum Dei patiantur, ne potentius tormenta verborum Diaboli pati compellantur.

Sciant nullum plebeculæ patronum commodum, præter Concionatorem fortem, pænè ſupereſſe.

Baptiſta certè præcipuæ ſeueritatis fuit, qui nihil vel tenuiſſimum diſſimulauit, qui Herodem *de omnibus, de omnibus* omninò *malis, quæ fecit*, corripuit. Scrutatus eſt Babylonem in lucernis. Omnia ventilauit, omnia cribrauit &c.

* Iuſſ...

**Iuſtitia*, iuſtitia inquam, ibi ſummè neceſſaria contra illam omnia habendi, tenendi, regnandi, quo iure, quaque iniuria, libidinem, quæ ſi vſquam, illic certè & in Potentibus potentiſſimè dominatur, qui *cum poſſideant plurima, plura petunt*; coniungunt domum ad domum, regnis regna adſuunt.

Contra Regũ auaritiã immenſam, *Ouid. lib. Faſt.*

Si poſſint, velint, vt iua *Roma domus fiat*, & totus orbis, regnum vnum; Monarchiam & vnius toto mundo principatum, ſibi animo fingunt congruere ac deberi. Multos arctant, vt vni latè & laxè viuant & regnent.

Cæſareum illud, ſi non ore iactant, opere tamen quidam præſtant *Si violandum eſt ius, regnandi gratia violandum; alijs rebus pietatem colas*. Cic. lib. off.

*Vidi ſub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco Iuſtitiæ iniquitatem*. Eccleſ. 3.

Religio & ſacra colantur, defendantur, quatenus, ad rem & regnum faciunt.

*Sit ius in armis*, inquiunt, *lex Iuſtitiæ, fortitudo noſtra*.

Hinc *bella* hinc *lites ex concupiſcentijs* quidem, ſed quæ laruis alijs, & honeſtiſſimis prætextibus prætenduntur. *De quibus, malo te Lector videre Guenarram illum admirabilem l. 3. horolog. Principum c. 14. 15. & 16.*

Hinc Bella extera cum vicinis; bella domeſtica cũ ciuibus, bella parentalia, fratrum cum fratribus, *bella ſine hoſte, bella nullos habitura triumphos* (vt vocat Lucanus;) bella, quæ, ſi illic addũt, hic adimunt, inſtar maris, cui ſi aliquid per vim additum, alibi eſt diminutũ.

*Lucã. l. 12. Pharſal. Et lib. 1.*

Curiæ perpaucæ, Curiam Conſtantij patris Conſtantini repræſentant, de qua ſic Euſebius Cæſarienſis; *Tritum illud vſu, nec habere ſibi, nec alteri negotium faceſſere, perbeatum iſthic fuit*.

*Euſeb. Cæſarien. l. 1. de vita Conſtantini.*

Concionatorem certè ibi oportet Ariſtidem quendam cognomento Iuſtum eſſe, omnia agere, tentare, vt cauſæ bellorum tollantur, paces componantur; arguere, obſecrare, increpare oportunè importunè, cum Reges ea, quæ bella inter homines creare nata ſunt, perpetrant.

Opor-

Oportet illum conſilia talia & priuatim ſub [...] pæo regio,& publicè de pulpito audenter dare, [...] ſit daturus conſultor iam moribundus, Regi [...] bundo, quo ſcilicet tempore ferè pacem cum [...] bus omnes optamus, mendicamus, magno [...] Ita enim opinor, ſufflaminaretur tantus ille quo[...] dam ardor in bella ruendi; Eccleſiæ dam[...] mus.

Concionatorem Curiæ oporteat eſſe, aqua[...] gidam incenſis ira Regibus; repagulum & ob[...] excurrere in vindictam ab orbita Iuſtitiæ, volen[...] frænum, lupatumque, ac velut ſacram anchora[...] potiùs remoram pedibus eorum iam in malum [...] petu currentibus; id eſt iras ſemper & pectus [...] mulcere, nunquam inſtigare, aut facibus [...] magis incendere.

*Expedit, expedit* nonnunquam *vnum hominem* [...] dico *mori*, ſed offendi, *pro populo, vt non tota gens pe*[...] Bona illa meliora, quæ diffuſiora.

Quam excellenter fecit Baptiſta! Quum enim [...] rodi dixit; *Non licet tibi habere vxorem fratris tui* [...] *pi*; illum arguit iniuſtitiarum in vno ſcelere mult[...] fraternitatis violatæ, læſæ Maieſtatis non tantum [...] uinæ, ſed & vicini Regis, vt frater non fuiſſet, & [...] dem in re maxima, in perſona ſi non regia & [...] regiæ coniunctiſſima.

Oſtendit, Philippum læſum in fama, & factum [...] indè fortaſsè, vt fit, vulgi fabulam; *in eum pſallere,* [...] *bibebant vinum*, quaſi in cuculum, aut frigidum, [...] matrimonij ſui cuſtodem negligentiorem, & ib[...] co beneuolum nimis, vbi minimè oportuit;

Oſtendit, peccatum ibi eſſe, non tantum quod [...] Dei & Iulia de adulterijs eſt violata, ſed etiam [...] magnum oſtium ad pellum apertum eſt, & ad pecca[...] torum myriades, quæ ferè bella vt corpus vmbra [...] ſequuntur, quorum omnium conſcientia Herodi[...] prouocatoris, apud Deum ſit tandē accerſenda. Q[...] cauſam damno dedit, dediſſe damnum putant.

Raptum vxoris alienæ, ſeminarium eſſe belli com[...] muniſſimum.

Reges Græciæ 50. in Troiæ excidium, ob vnam Helenam, a Paride ſimiliter hoſpite, at non ſimiliter cõſanguineo, raptam, conſpiraſſe; Herodem qui & hoſpes hoſpiti, & frater fratri vxorem ſuam rapuerit; formidare debere Regum omnium pro Philippo cõiurationem. Forſitan arſurum bello eius cauſa orbem vniuerſum &c.

Oſtendit, Herodem belli ab Areta iàm geſti, aut mox gerendi, vnum ſolumque eſſe autorem, qui eius filiam ſic repudiaſſet, caſtam, fœcundam &c.

Regibus a Regum etiam minimis offenſis maximè cauendũ, vt toti Mundo damnoſiſſimis, quoniam læſi, omnes quos poſſunt ſecum in odia & cædes armãt: & excitant ex paruis ſcintillis magna ſæpè incendia, quæ roborata vix toto Oceano extinguuntur.

Quod anteuertere non potuit Iohannes cum acciſſe vidit, quà quà potuit, emendare oportunè importunè conatus eſt.

O te Concionatorem Curiæ meritiſſimum, ô Baptiſta!

Quis mihi in ſingulis Regum, Toparcharum, Satraparum, & Rerumpubb. Curijs det vel vnum Baptiſtam! Quam meliore loco, & placidiùs ſtantes Reſpublicas videremus!

Et ô *beati Pacifici*, ſeu Pacificatores! *quoniam filij Dei vocabuntur.* Matth. 5.

At, proh dolor! plerĭq; nõ modò *non aſcendũt* Regib⁹ *ex aduerſo*, nõ ſe *pro muro* & obice, eorum furoribus, *pro domo Iſrael*, obponunt, ſed fortaſsè etiam quidam inſtigant, laudant, oleum camino addunt, nimium iam currentes, ac pręcipites equos calcarib⁹ vrgent, ac forſitan nonnunquã ſunt præcurſores, faciuntque *aſpera in vias planas*, quibus procella tenebrarũ reſeruata eſt.

Si ſpecioſi & adorandi ſunt *pedes euangelizantium pacẽ* & Chriſtum mitem & patientem: infames, & deteſtãdi euangelizantium bellum & Chriſtum armatum, cataphractum, equitantem, ſulphureo puluere atratum, qui nunquam fuit.

*Diſſipa Deus, diſſipa gẽtes, quæ bella volunt*, & qui ſi nõ

conſulunt, non ſatis tamen diſſuadent.

Obpreſſiones, * *Iuſtitia*, iuſtitia inquam; ibi neceſſaria. Quoniam ſubditos, quia tantū ſubditi, multa illic licenter Herodiani, imperando, derogando, vindicando, cutiendo &c.

Si vel *negligimur; magnis iniuria pœnis*
*Soluitur & iuſtum præterit ira modum.* Ouid. ...
*Sic volo ſic iubeo ſit pro ratione voluntas*, inquam clamanti.

Sic viſum Curiæ, & Nobis &c.

*An non licet mihi quod volo facere?* Serui Regij ... Aulici Herodis ſumus &c.

O pulcrum & laxum iniuſtitiæ plurimorum pa... ludamentum, è mera purpura.

Prou. 29. *Rex iniquus omnes miniſtros impios ...* Multa auarè, multa inuidè, multa violenter ... tam armati, quam inermes & togati, Herodiani ... ſtri. Ab vtriſq; non infrequens concuſſio popul...

Vtriſque igitur neceſſaria diſciplina, & ... culcatio, ac forſitan togatis magis, quā ſagatis ... matis, cùm hi præcipiantur ab exactionibus, & ... nis dumtaxat, iſti etiam a muneribus abſtinere ... am plerumque officij prætextu, ſpolient & ... prædones ſine pudore, & furibus effrontiores. Fures ... nim timidè furantur, iſti delinquunt confidenter.

Fures laqueos legis timent; illi quidquid ... legem putant.

Fures lege terrentur ab illicitis; ab illis leges ... quū malitiæ ſuæ cōpediū petrahuntur. Leges ... quam, vt Leſbias regulas, ſeruire iubent, quo ...

Quis illo iniquior, q verbis Iuſtitię Iuſtitiā ... armis Innocētię, innocētes ſpoliat, vulnerat, tr... Lege, lex perimitur; & vigentes legem, ex lege ...

*Summum ius, ſumma ſæpè iniuria.*

Itā *Reſiduum erucæ* militis barbari & otioſi, ... Ioël, *comedit locuſta*, Tribunus ſc. militum ... grandiuſculus, *reſiduum locuſtæ* & Ducum per ... raria, *comedit bruchus*, neſcio quis adhùc implam... famelicus aulicus, ad rodendum & mordendum ...

tus, *reſiduum bruchi* & Aulici pænè ſaturi, *comedit rubigo*; exactorum neſcio lues, quę agricolis maximè moleſta, vti & rubigo.

Et hoc mirabile, vt rubigo in roſcido tractu, conuallibuſque ac perflatum non habentibus dominatur, ventoſa autem & excelſa non attingit (vt vult Plinius:) ita ferè quo quiſque maior & ditior, hoc ab exactione liberior, quo minor ac pauperior, hoc oneratior. *Plin. l. 18. c. 17.*

*Habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Matth. 25.

*Poſui adiutorium in potente.* pſal. 88.

*Partes in proclinatas omne recumbit onus.* Ouid.

*Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus* Idem.

Quis enumeret, quot miſeris officiati illi, & officioſi illi plura ſimul gerentes officia, officiant ad ruinam ſæpè extremam vſque; & quot antè beatulos homines dum officioſiſſimè Principi, vt iactant, officia ſua exequuntur, officiunt autem reuera Reipub.) ad manticam deijciant, veſtibus, gregibus, domibus, agris, fundis, feudis (pænè & liberis quoque, crudeliſſimè ſubhaſtatis?

Et his quidem omnibus, ſpecioſum Herodis aut Cæſaris nomen & ſeruitium ab Herodianis, obtenditur; ita officia ſua poſcere iactantibus.

Ac fortaſſis ſæpè ea Herodes ipſe & Cæſar neſciũt, fortaſſe ſciunt & diſſimulant; forſitan & Herodes aliquis ita vult & iubet.

Operibus luporum ſolent corui gratulari.

*Meſſis aurea* eſt illis reſpublica: & pluries illã quotannis, quam agrum detondent.

Ergò Concionatorem Curiæ, quid niſi vehementer iuſtum eſſe oportet, & pro populis apud Reges dicere de Iuſtitia & Iure, de reddendis, *quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo?*

Decet illum eſſe Patronum obpreſſorum, aduocatũ grauatorũ, patrẽ pauperũ ſpontaneum, vehemẽtẽ.

An non Baptiſta Iuſtitiam hanc coluit, qui Herodẽ corripuit, explicationum populi, quib⁹ miſellũ denu-

 dabat,

dabat,decaluabat,euiſcerabat , vt meretriculas ſ
veſtiret duplicibus,auratis,aureis &c. criſpanti c
adſcititio decoraret &c?

Qui corripuit cædium,quas in ciues,in plebeos
in nobiles ab eo exercitas antè docuimus ex Chry-
ſtomo?Item earum,quas Aretas Socer, bello, co
geſſit in Herodem Generum perfidum , multas v
citroque perpetrauit,deleto Herodis vniuerſo exerci-
tu,captiuis ſine numero abductis, vaſtata ferro ſum-
maque Galilæa, *Niceph. l. 1. hiſt c.20.*

Horum enim omnium Herodes accerſendus, q
ſic Aretam læſiſſet.

Qui corripuit obpreſſæ libertatis &c. vti ſupra
docebamus?

Certè, ſi Herodem Baptiſta *corripuit de omnibus ma-
lis quæ fecit*; conſequitur neceſſariò & de iſtis quoque
corripuiſſe,malis profectò longè maximis.

Qua in re Baptiſta ſingularis

Fecit ſcilicet Baptiſta noſter , quod iampridem
ipſo Deus per Malachiam prædixerat;

Malach. 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam
antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et con-
uertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum*
qui locus non ſine operæ precio , fuſiùs paulò mi
nunc videtur explicandus.

Eſt igitur hic ſermo de duobus Elijs, vno in perſona
(vt loquitur D.Gregor.) id eſt , de illo ipſo Achabi
Ieſabelis flagello, Heliſæi magiſtro, quondam igneo
curru in cœlum ſpectabiliter rapto; & de altero in ſpi-
ritu, id eſt, de Iohanne Baptiſta, metaphoricè ita dicto,
quod eiuſdem genij, & indolis cum priore illo Elia eſ-
ſet, & vitæ, & miniſterij parùm differentis.

Item ſermo eſt de duobus temporibus; Aduentus
ſcilicet Chriſti ſecundo ad Iudicium, aduerſus homi-
nes *cum poteſtate magna & Maieſtate*; & primo, in carne
ad homines propter homines , quo *adparuit benignitas
& humanitas Saluatoris noſtri Dei omnibus hominibus*. In-
que multiplex eiuſdem loci ſenſus.

* 1. *Primus* igitur ſenſus, quo reſpicitur tempus ſe-
cundi Aduentus, talis eſſe poſſit.

Prædicit Malachias illis verbis, verum Eliam, illũ, qui olim raptus eſt in cœlum nullo adhùc interceſſu mortis, ſecundum quoſdam quibus adſentior, ſed demũ ſub finem mundi, moriturus, rediturum ſub aduentum illum Chriſti ſecundũ, vt repugnet Anti Chriſto, vel, ſi mortuus eſt (vt quidam volunt) neque in illa tẽpora viuus reſeruatus, ſub mũdi tamen cataſtrophen excitatũ iri, illo fine, quem nunc diximus. Non malè. *Vide Tertull. de reſurrect. c.58.*

*Vide Florimundum Ræmundum hominem adprimè doctum, in ſuo Anti Chriſto c.46. de reditu Eliæ.*

Alij non Eliam ipſum, ſed homines præditos *ſpiritu & virtute Eliæ*, venturos tũ putant, qui reſiſtant Anti-Chriſto. Nondum refello. Chriſtum enim primi quoque ſui aduentus, non Eliam in perſona, ſed dumtaxat Eliam in ſpiritu, id eſt, Baptiſtam, ſimilis cum Elia genij, hominem, voluit eſſe præcurſorem.

Sed mihi plus arrident, qui tuentur verum Eliam, tùm ad homines rediturum.

* 2. *Alter*, quo reſpicitur tempus aduentus primi in humanitate cum ſumma humanitate, talis eſt, vt propriè noſter hic Baptiſta per ſermonem improprium ac tranſlatitium intelligatur, qui neſcio quid valdè illuſtretum ſit patraturus.

*Conuertet* (inquit) Iohannes Baptiſta Elias ille myſticus, *cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum*

Vt nominis Eliæ fuit, ità operum eius varia quoque interpretatio eſt.

Intelligunt quidam { 1. *Vnitatem fidei*; 2. *Charitatem*;

* 1. *Vnitatem Fidei* & religionis identitatem in poſteris & maioribus ipſorum.

Ergò *Conuertet* idem Vatablo eſt, ac *reducet cor patrum in filios*, id eſt, faciet, vt Patres & Filij credant in Chriſtum. Patres noſtri crediderunt in Chriſtum, & nos filij eorum credimus.

Doctus inter Hebræos exponit *Conuertam patres &* Qui non

tantum Fidei vnitatem.

*filios in vnam religionem* Q. d. *eris vnum ouile, & v*-*nus paſtor*, opera & prædicatione Baptiſtæ.

Cauſa autem tantæ vnionis ſubditur, propter ſcilicet metus gehennæ, & maximè pœnæ damni, quæ damnatorum prima ac præcipua eſt (vt late diximus & ſcripſimus tomo 2. noſtri Orbis Terroris, quem breui editionem multuorum flagitationibus p… importunis. Deo benè fauente, meditamur.) *Ne veniam*, inquit, *veniam & percutiam terram anathemate*, id eſt, ne homines terrena ſapientes & impios, a conſortio piorum ſegregem. quibus pænè paria dixit Baptiſta, ſuadens hominibus celerem conuerſionem, cum ſe*curim ad radicem poſitam*; cùm *ventilabrum*; duo ſeparationis inſtrumenta; cùm *ignem inextinguibilem* commemorauit, vt his terroribus ad religionis vnitatem, & morum ad regulam correctionem, fortius vrgeat.

Eadem, de eodem, Angelus Gabriel ad eius patrem Zachariam; *Multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum: & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam*. Luc. 1.

Ac tū per Patres, intelligi oportet eos, qui ſub Synagoga & Lege fuerunt; per filios autem, qui in Eccleſia & ſub Euangelio Senſus igitur eſt. Faciet Baptiſta vt Synagogiſtæ credant in Chriſtum non minus quam Euangelici, & Eccleſia ex Gentibus; ſed & præterea faciet, vt Euangelici & Chriſtiani recipiant Decalogum Synagogæ.

Quod de Chriſto intellexerunt Sancti & Patriarchæ, in poſteros quodā Prædicationis quaſi infuſibulo aut infundibilo ille transfundet, vt poſteri pariter & pariter maioribus ſuis intelligant, ſentiant, eaque vita faciant. Vnam faciet eſſe maiorum poſterorumque ſententiam.

*Qui habitare facit vnius moris in domo*. pſal.

V. Beda hunc ſenſum ſequitur.

Sed & *conuertet incredulos ad prudentiam iuſtorum*, id eſt, ad fidem Patriarcharum, qui Iuſti ſpecialiter nuncupa-

cupiuntur, vndè & librum geneſis, librum Iuſtorum adpellant, quod vitas Patrum illorum beatiſſimorum maximè narret Et fuit recta fides, ſumma ipſorum prudentia.

Ierem. 9. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me.*

Quem ſenſum ego quoque vt germanum, amplector & oſculor.

Sed etiam Regũ ſubditorũq; inter ſe Charitatẽ procurarit,

2. *Charitatem mutuam* Magiſtratuum ac Subditorum inter ſe, quam ſit reducturus Baptiſta.

*Conuertet* (inquit) *cor Patrum ad Filios, & cor filiorum ad Patres eorum*. inſtillabit mutuum amorem Patribus & Filijs.

*Patres* autem inquit, non carne, non ætate, ſed officio, ſed amore intellige, quales ſunt Reges, & Præfecti Prouinciarum, vrbium, Monaſteriorum &c.

*Filios* inquit, non ſanguine, non annis, ſed ſubiectione, & velut adoptione, & reuerentia, cuiuſmodi ſunt omnes conſtituti ſub poteſtate, Nationes, Ciues, Monachi &c.

Bonos enim olim Impp. non nomine Dominationis, Celſitudinis, aut Maieſtatis, ſed Patrum adpellabant, quod nomen & dignitatis plurimum, & inuidię minimum præ ſe fert.

*Roma Patrem Patriæ Ciceronem libera dixit*. Iuuenal.

*Me Q. Catulus princeps huius Ordinis & auctor publici conſilij, frequentiſſimo [illegible] parentem Patriæ nominauit.* ait Cic. orat. in L. Piſonem.

Naaman princeps militiæ, *pater* à ſuis adpellatur. 4. *Reg.*

Eliæ ab Eliſæo dicitur *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius* 3. Reg.

Quid? etiam Deos ſuos Ethnici Patres vocabant. Nos. Chriſtiani Patrē cæleſte docti ſumus inuocare.

In promptu cauſa, quod Regum ſit, & Princi-

 pum

pum cœtus cuiuſcunque, ita Subditos, vt Pater filios, & vt homines Deus ipſe, amare, ſeruare, tueri, augere bonis, honoribus &c. vt viciſſim Subditorum, timere, amare Reges ac Præpoſitos ſuos, vt Patres filij pro ſolent.

Ouid. l. 2. Triſt.

*Tu quoque cum Patriæ rector dicare, Paterque,*
*Vtere more Dei nomen habentis idem,* ait Ouid. Cæſarem Auguſtum ad clementiam inclinaturiens.

*Filius honorat Patrem. Si ergò ego Pater, vbi eſt amor meus?* ait Dominus, populum ſuum filialis in ſe amoris admonens.

*Conuertere* ergò *corda Patrum in Filios, & Filiorum in Patres,* idem mihi nùnc eſt, ac ſi diceret, de non amantibus imò inuicem odientibus, amantiſſimos alteros alterorũ facere, atq; adeò, vt alteri alteros putent alteros ſe, & cogitent Patres & Reges, quid ſibi fieri & pati vellet, ſi filij & Subditi eſſent; Filij & Subditi, quid à filijs ac ſubditis ipſi exigerent, ſi ſe Patres eſſe aut Reges creari contingeret:

Terent. in Andria.

(*Tu ſi hic ſis, aliter ſentias,* meritò dixerint alter alteri, quum officio ſuo defuerit.)

*Conuertet corda Patrum in filios,* & contra; id eſt, corda & animas horum in viſcera & pectora iſtorum coget velut tranſmigrare, & viciſſim iſtorum in illorum; id eſt, Subditis amorem ſuorum Regum, Regibus amorem ſubditorum gradu ſummo conciliabit, quoniam *anima magis* eſſe dicitur *vbi amat, quam vbi animat;* quod ſtudium pænè perpetuum eſſe debeat Concionatorum, & Curiæ maximè.

*Hos Deus artifices tali præfecit amori.*

Ità autem tranſmigrare corda alterorum in alteros, & ſic Reges Subditique amare inuicem non poſſunt, ſenſo meo, niſi Concionatores ipſi valdè Iuſtitiam colant, iniuſtitiam omnem abominentur, ac de vtraque non minus ad Aulicos, ad Potentes, ab Abbates, quam ad plebeculam & monachos gregarios frequentes habeat orationes; niſi tota oris libertate Patribus, Regibus &c. inculcet quod ibidem ſubditur; *Ne fortè veniam, & percutiam anathe-*

*anathemate*, id eſt diuiſione, ſeceſſione populorum, apoſtaſia monachorum &c.

Iniuſtitijs enim, exactionibus, violentijs, cædibus, denique iuſtitiæ neglectu, quo peccat Herodes, Rex, Patres, Abbates, incredibiliter corda filiorum, ſubditorum, monachorum auertuntur.

Iniuſtitijs, inquam, ſeu illas Herodes ipſe exerceat, ſeu Herodis miniſtri, qui armati, qui inermes, qui togati, qui paludati, ſi cum impunitate. **Quam dirimit iniuſtitia,**

Roboamo filio Salomonis minitanti populo, ſupplici de tributis minuendis, pro virgis ſcorpiones, an non mòx decem tribus auerſæ dixerunt, *Quæ nobis pars in Dauid: vel quæ hæreditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſrael, nunc vide domum tuam Dauid.* 3. Reg. 12.

Libidine vaga Regum, aut ſtirpis regiæ; deniq; dominantium vita nimis notabiliter & ſplendidè infami, etiam corda filiorum à Patribus auertuntur.

A Tarquinio Superbo & Regibus deinceps omnibus, populi Rom. animos adeò auertit, filij Regis in caſſa Lucretiam libido violenta, aut libidinoſa violentia, vt Reges omnes idcircò æternum exegerint. *Liuius decad.* 1.

Rodericus Rex Gothorum cum Iuliani comitis in Aphrica pro ſe Legati filiæ ſtuprum intuliſſet, à Mauris à Iuliano ſolicitatis bello petitus in acie cecidit anno regni ſui tertio. Itaque pars Hiſpaniæ Bellazin Muzæ filium Maurum Regem accepit. *Mich. Ritius li. 2. de Regibus Hiſp.*

Res æui & ſoli noſtri quis neſcit,
*Virtuteſque viroſque & tanti incendia belli?*
*Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?* Tantum ipſi recordamini.

Contra; animos Patrum Regumque ab amore filiorum & Subditorum, dura eorum ceruix, intractabilis indoles, recalcitroſa, parum parere parata, *quæ nec Deus nec homines reueretur*; impia in Superos, ſuperba in Reges &c. valdè auertit.

Agnoſce Gens quæuis & Terra genium tuum, noſce te-

ſce teipſam Intelligitis, opinor, hoc tantum dice-
tem.

Quid ergò? Concionator quiuis, & maximè Cu-
riæ, vt conuertat auerſos, alterum ad alterum; cum
magno, & zelo Iuſtitiæ flagrantiſſimo, iniuſtitiam Pa-
trum & Regum, in filios & popellum; Filiorũ & Sub-
ditorum, in Patres & Reges, diligenter increpabit, v-
trique emendari, Patres filios diligant, Filij Patres
timeant, quiſque cuique, alter alteri viciſſim, reddat
ſuum.

*Opus* enim *Iuſtitiæ Pax*. id eſt, Suo cuiq; reddito ne-
ceſſariò pax conſequutura. *Iuſtitia & pax oſculatæ.*
Altera alterius comes indiuidua eſt. Vnam ſi expuleris,
ambas expuleris.

Si alterum eſt cauſa alterius, oppoſitum ab oppo-
ſito cauſari neceſſe eſt. Si iniuſtia parens bellorum,
Iuſtitia mater Pacis

Cum ego nil præter *meum* nec tu quidquam præter
*tuum* vſurparis, cur litigemus?

Si reddantur *Cæſari quæ ſunt Cæſaris*, cur non amet
Cæſar ſubditos, vt Pater filios? ſi Cæſar reddit Subdi-
tis, quod ſubditorum eſt, cur illi Cæſarem non amant,
vt Filij Patres ſuos?

Ægyptij certè Reges ſuos non minus amant quam
filios. *Io. Boem* [illegible] *li.* [illegible] *de* [illegible]

Hic erit artis vtrobique.

Quid Patribus filiis conciliet,

Conuertuntur ferè corda Patrum, ad filios
1. *Pulchros;*
2. *Mites;*
3. *Obedientes,*

Iacobum enim non ſolũ Deus, ſed & Rebecca mater
vtriuſque vno partu parens, plus dilexit Iacobum quàm
Eſau, quod Iacobum videret non tantum vultus sed
indolis quoque humanioris. Lenitatem animi, etiam
corporis lenitas, vt in fœminis, teſtabatur.

Ioſephus etiam a Iacobo Patre plus cæteris ama-
batur, quod videretur obedientior, & pæne ... ſtru-
cti ad omnia. Iuſſus eſſet aquam percutere (quod ...
ſunt?) percuſſiſſet: aut irrigare truncum arentem, ...

rediuiuum

refloreſceret, irrigaſſet, vt quondam Ioannes ille Abbas cognomento Simplex. *Caßian. de instit. libro 4. cap. 3*

Ita Regum corda ferè ad ſubditos illos conuertũtur, eoſque populos amant impenſiùs, quos vident pulchrè moratos, humanos, genij liberalis, & minimè recalcitroſos. **Quid Regibus, Subditos;**

*Vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, ſcis; feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi, Propterea quod ſeruibas liberaliter* ait Simo Terentianus ad ſeruum ſuũ Soſian. *Terent. in Andr. act. 1 scen. 1.*

Viciſſim conuertuntur corda filiorum ad Patres
- 1. *Locupletando um filiorum ſtudioſos;*
- 2. *Minimè auſteros;*
- 3. *Decenter viuentes.*

**Quid filiis Patres,**

*j. Locupletandorum &c. *Domus enim & diuitiæ dantur à parentibus* prou. 19.

2. cor. 12. *Nec enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs.*

*ij. *Minimè auſteros*, nec habentes liberos, vti mancipia, non imperioſos, non verberones, non orbilios. Generoſus enim eſt animus humanus, duci mauult, quam trahi.

*iij. *Decenter viuentes*. & non inhonoros in Republica, nihil gerentes, vndè meritò à ſuis, aut alienis cõtemnantur.

Nil venerabilius virtute aut amabilius.

Non tam pulchra facies prolis potens ad parentũ caritatem ſibi conciliandam, quam parentum virtus ad beneuolentiam ac reuerentiam à filijs impetrandam.

Sic, ſic ferè etiam Subditorum corda ad Reges cõuertuntur, cùm ſtudere illos augendis opibus ſubditorum intelligunt, non expilationibus, non grauare tributis minimè neceſſarijs &c. cũ vident conari illos inſtar Auguſti, Romam ex lateritia reddere marmoreã ornare Spartã ſuã. ex quouis pedite (vt ſic dicã) equitẽ facere &c. tardũ eſſe ad irã, tardiorẽ ad vindictã, nec ad illa procedere, niſi coactũ, & cũ dolore &c. malle **Quid Reges Subditis.**

ciuem

ciuem vnum ſeruare, quàm centum hoſtes perire, tare ſi poſſet mortuos etiam vitæ reddere &c. eſſe ad clementiam.

Ouid. *Dexiera præcipuè capit indulgentia mentes.*

Denique viuere vitam regiam, excelſam, *tes vllam offenſionem*, alienis matrimonijs non ri, ſuis contentos eſſe, non vagari libidinibus, & Regulos plures creare, quàm alere commodè poſſit &c.

Ea demum Regibus Subditorum amorem conci ant, corda ipſa pænè diripiunt, vt contraria auertunt.

Ita apes ſuum Imperatorem aculeo non & multo etiam nitore a vulgo differentem Plinius) mirè ſuſpiciunt, obediunt, *feſſum etiam ris ſubleuant, validius fatigatum ex toto portant. Si peraror laſſus deficit, aut forte aberrauit, odore* Plin lib. 11. c. 18.

*Vt ameris, amabilis eſto.*

In Regibus vita ſceleroſa perindè turpis, vt verrucæ in facie, imò vt in pupilla oculi, & ſtar odioſa.

Memorabile eſt, quod Subrius quidã Flauius bunus, olim fortiſſimè Neroni reſpondit. de Coniuratis agerentur quæſtiones, interroga le tùm à Nerone, ecquibus cauſis adductus ad uionem ſacramenti proceſſiſſet: *Oderam te, Nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari ſti: odiſſe cœpi, poſtquam parricida matris & vxoris, ga, & hiſtrio & incendiarius extitiſti.* Negant in iuratione, quidquam Neroni grauius accidiſſe *in vita Neronis.*

Baptiſta ergò noſter, Iuſtitiæ zelo, pro populo Herodem pulchrè ſtetit, viciſſim pro Herode populum in armis ſtaturus, cum res poſceret, rens concionibus haud dubiè; *etiam diſcolis dum.*

Militem monebat contentum eſſe ſtipendijs &c.

Hero-

Herodem, ſi ſtipendijs ſoluendis par eſſe vellet, ne vxores imò meretrices multiplicaret.

*Si corda filiorum* & ſubditorum vellet ad ſe *conuerti*; deſiſteret ab oppreſſione libertatis publicæ, remitteret tributa; vectigal magnum parſimoniam eſſe; mitteſceret; abſtineret a ſicariatu; a ciuium cædibus &c. Denique ageret aliter omnia quam ſoleret. Vno verbo, *corripuit Herodem, de omnibus malis, quæ fecit.* O Concionatoris Curiæ perfectiſſimum exemplar! 3. Temperantia,

Vere vere *Iuſtitia ante eum ambulabat*, pſalm. *Iuſtitia tua ſicut montes Dei.*

*Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus*, pſ. 83.

3. *Temperantia*, quæ, vt a Curia Herodis procul exulat, magno populorum ob tributa idcircò frequentiora, & grandiora, grauamine; ita Concionatoribus illic ſeruatu difficillima, tàm in ijs, quæ ſunt victus, cultuſque, quàm quæ complexus.

Ibi enim *homo diues epulatur quotidie ſplendidè*, quotidiè, quotidiè.

Ibi, *byſſus & purpura indumentum eius.*

*Qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt*, Matthæi 11.

Quàm illic difficile cilicium non exuere, non induere ſaltem lanam & linum!

Ibi rurſùs plurimæ, quæ dant, plures, quæ ſi non dant, non tamen negant: nonnullæ fortaſſis, quæ infecta facta glorientur &c.

Vel Herodis noſtri Curiam vide, in qua Herodias lupa manifeſta, in qua Salome tripudiatrix, & forſitan filia matris pellex, quis ſcit? in qua conuiuiorum natalitiorum luxus, & quid non?

Vna illa, ſtruma & ſentina malorum fuit: illam ſeriò vide, *& crimine ab vno*

*Diſce omnes* non dico, ſed plurimas.

Itaq; duo Concionatori hic incumbunt. Primum, vt exulem Temperantiam hùc poſtliminio reducat, conſiliorũ omniũ parentem, & exactionum nouercã. Vt pro illa depugnet,
Alterum, vt inter tot mollia non molleſcat quoque,

quod

quod facile accidat, niſi animum eius totum occupauerit Temperantia. Facilimum illic ex Diog degenerare in Ariſtippum.

Et quis neſcit, inter delicias etiam periclitari tatem?

Quis neſcit epulis iſtis, & conuiuijs oblatis tis non modo vitæ totius, ſed & linguæ conſt non rarò eneruari, & vendi vera dicendi liber tem?

**Et eam inter delicias non deſerat,**

Sed Baptiſta noſter, Concionator planè Conſ niſſimus, cuius temperantia victus, cultuſque vt vulgò diceretur *non manducans neque bibens*; etiam tam inſignis, vt Herodiadem ipſam non ſus vel alloqui vt moneret, ac ne quidem (vt dixi) primis oculis intueri.

Baptiſta temperatiſſimus, cui vel conuiuia cum Herode, nulla ſimpoſia, nullæ cum Rege pitiſſationes; vel ſi aliquibus intereſſe auſus eſt, tamen linguam eius aut emere, aut ſolito ſer efficere potuerunt, nec, ſi blandè imperarunt, trarunt idcircò, vt de Herodiade, ita & *de ceteris omnibus malis, quæ fecit*. Regibus imperat, qui tentus poteſt victu cultuque, quo Baptiſta. Prandeat, non prandeat, eadem ſemper oris libertas.

Vt quondam Phryne nobile Athenis ſcortum, noctem eodem lectulo cum Xenocrate tamen grauí, otioſè tranſactam deridentibus ſe adoleſcentibus, & pactum pretium victoriæ iam flagitantibus, Xenocratem hominem negauit, ſtatuam adpellans; ita Baptiſtam poterant Herodes cum Herodiade ſtatuam immotam nuncupare.

Nam ſeu ſequeretur eum cibus & potus regius, menſa regia quandoq; inuitatus (vt fit) vteretur, ſemper idem, & pariter ſeuerus in ſuggeſtum redibat locuſtis ſuis, & fontana erat contentus, vt ſuſq; deq; haberet, an Herode liberali vteretur, an non vteretur.

**Neque ea deſerta**

Inuitaret, non inuitaret; cibos regios in ſolitudinem ad illum mitteret, non mitteret Herodes;

ſimilis

ſimilis ſemper Herodem *corripiebat de omnibus malis, quæ fecit.* Temperantia hos illi animos faciebat. *prodat veritatem.*

Sed nec pinguis Sacerdotij promiſſo, aut Pontificatus reſtitutione oſtentata (qui iure diuinæ legis Baptiſtæ debebatur, ait Franciſcus Maro Doctor Theol. Franciſcanus, quia Zacharias pater ſummus Pontifex fuerat, & tunc ſummi Sacerdotes prodibant per ſucceſſionem, vt patet ex libro Numerorum) quibus ſtè nunc artibus obſtruere conantur Aulici callidiores, ora liberius loquentiū, & non rarò obſtruunt, nec prece, nec pretio Herodis nec minis Herodiadis Baptiſta mouebatur. Statuam dixiſſes, aut Marpeſiam cautem, aut vetus Gentium idolum, de quo illud eſt, *nulli cedo Terminus.* *Franc. Maro ſer. de S. Iohanne Baptiſta conſid. 3.*

De Ioanne & Herode dixiſſes, quod Valerius Max. de Xenocrate & Alexandro Magno; *Rex philoſophi amicitiam emere voluit; Philoſophus Regi ſuam vendere noluit.* Valer. Max. lib. 4. c. 3.

His oſſibus pinguibus & benè incarnatis, vt medicata his frugibus offa, qui poſſunt inſtar Baptiſtæ viuere, canes cœleſtes ſopiri non poſſunt, vt non latrent: Cerberi ſoli & canes infernales carniuori, vt intēperantes, iſtis forſitan ab aliquo Ænea ſopiātur.

Ab Argentangina item Demoſthenica alieniſſimus Baptiſta. Quò aurum nihil volenti præter ciliciolum ad amictum, nihil, præter aquas & locuſtas, ad victū?

*O virum ineffabilem nec labore victum, nec morte vincendum!*

*O ſi duo præterea tales Idæa tuliſſet*

*Terra viros!* quis dubitet, Ilium melius habiturum?

*4. *Prudentia.* ſub qua repono Sagacitatem, & Scientiam. Neceſſaria illa, vt nôrit Concionator, & quos & quando debeat proferre ſermones apud Aulicos, homines, ſeculi libra prudentiſſimos, Aſtutiſſimos, & Scios rerum plurimarum. *4. Prudentia,*

Quid noſtro Baptiſta Prudentius, Sagacius, aut (vt ſic nunc loquar) Scientioſius?

* *Prudentia* ſanè Baptiſtæ hinc elucet, quòd de *malis ſolis*, verè certèque malis Herodem corripuit, de adul- *Qualis Baptiſta fuit,*

adulterio, de ſequelis adulterij illius, bellis, cru[…]
peſſimis, lapſuum indè occaſionibus, tam Phil[…]
Regi, quàm vxori repudiatæ, datis, quos ambo[…]
vim cœlibes fecerat, & peiore conditione, qua[…]
duitatis, ſtatuerat; de vſurpato & vendito iure Po[…]
ficatus; de vexatione populi, de Tyrannide &c.

Indifferentia, iocoſa, ludicra, & omnia ſpecie[…]
boni quàm mali habentia, benignè interpreta[…]
forſitan ne adtigit quidem. Muſicas, cuiuſmodi a[…]
non capiebat.

Matth. 23. *Non inferiora ſequutus*, non Phariſæos imitatus, *[…]
colantes calicem, camelum autem glutientes*; non circa
ſtucas, ſed circa trabes reprehendas apud Regem, &
in auribus Curiæ, horas dicendi terebat (vt nunc[…]
tè quidam:) mala mala, & craſſa illa Regis p[…]
corripiebat, quæ nunc noſtri plerique ne ſummo q[…]
digiti vngue auſint adtingere. Oſculum!

Hùc tamen, huc tota belli moles, totum p[…]
pondus conuertendum, non nugas & inania cap[…]
dum.

Cum ſagacitate pari, *Sagacitas* quoque ipſius indè euidetur, quod n[…]
malorũ ab Herode perpetratorum ignorauerit, o[…]
nia reſcierit quæ domi, quæ foris Rex peccaret.

Argum dixiſſes centoculum, in vnius Herodis &
Curiæ facinora omnia intentum: *animal plenum o[…]
lis ante & retro*, cuiuſmodi olim viſum Ezechieli.

Et quot vigiles oculos in Regia facta, tot aures
regia dicta, & in famam de regijs moribus ſubrig[…]
bat.

Lynx viſu, aper auditu, canis odoratu erat circa
Herodem Baptiſta.

Virgil. 1. Aeneid. *Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.*

Tanta illi Curiæ cura, vt in Curia non plus cura[…]
à totius regni procuratione, quam Iohanni eſſe[…]
vnius Curiæ recta curatione. Dixiſſes illum ſolam […]
lam Galilææ partem curatam velle, in ſolius Regis &
Curiæ rectam inſtitutionem omnia conferre.

Et certè hic totius reformationis humanæ cardo
eſt.

*Iudicium à damno Dei*, à Regibus, a Capite.

Sagacem certè & odorum Baptiſtam iſtum fuiſſe neceſſe eſt. Nam qui potuerit *Herodem de omnibus omninò malis quæ fecit corripuiſſe* (quod textus expreſsè habet) ſi non omnia ſciuit? quomodo ſcire omnia, nō verò tantùm ſuſpicari (nam, vt *putare*, aut *non putare Regum non eſt*; ſic *nec Regiæ aut Curiæ Concionatorum*; certa enim & vera, apud Reges, & Regibus dicenda:) niſi fuerit ſagaciſſimus, & emunctiſſimæ naris, atque vna argutiſſimus?

* *Scientia* denique illi copioſiſſima, caſuum Conſcientiæ (vt vocant) maximè. **Scientia- que non vulgari.**

De *omnibus* enim & ſolis *malis Herodem corripuit*, non aliquandò, in bona, quaſi mala per errorem inuectus.

Non ait textus, *corripuit Herodem de omnibus*, quod Momi alicuius & Zoili, tam bona quam mala carpētium, & maledicentiæ potiùs fuiſſet, quam parrhiſiæ; ſed *de omnibus malis, quæ fecit*, Peccata Regis omnia, & ſola, certoque talia accuſauit.

Didicerat ergò *errores & ſtultitiam* Baptiſta hic noſter.

*Sapiens Bona & mala in omnibus tentabit* Eccl. 39.

*Omnia probate, quod bonum eſt tenete.*

Mala benè didicerat, tractauerat: (Diſcuntur enim, & diſcuntur mala benè, vti & bona malè. *D. Gregor. lib. 23. moral. c. 3.*)

Didicerat, inquam, doctore intùs Deo. Fuit enim Baptiſtæ ſcientia infuſa, non parta labore, aut ſtudio quæſita, vt qui, vix quinquennis, in ſolitudinem ſeceſſerit, ibique ad diem vſque oſtenſionis ſuæ vixerit, ibidem nullo niſi Deo Doctore vſus, nec antè a patre, etſi Pontifice ſummo, ſatis, per ætatem immaturam, eruditus. **Infuſa magis, quam acquiſita,**

Itaque Baptiſtæ animus plus aliquid, quam ſummam Angelicam caſuum Conſcientiæ, ſub tanto Doctore didicerat, cuius Scientiæ cognitionem Concionatoribus omnibus, maximè Regum & Curiarum, inprimis commendamus, vt in quas ſi non omnia **Maximè caſuum Conſci- entiæ:**

peccata, tanquam in ſentinam, confluunt pe[illegible]
tione; certè quaſi ad oraculum conferuntur di[illegible]
canda & terminanda.

Fuit profectò Baptiſta, bonus canis Dei, od[illegible]
peccati, quod mòx percipiebat; bonus item [illegible]
Dei, latratu, qui peccatum deprehenſum mòx [illegible]
piebat.

Eccur verò quidam nimij, in bona, æquè ac [illegible]
carpenda defluũt; quidã nimiũ parci, in nulla [illegible]
mala linguas acuũt, *canes muti* aut non volen[illegible]
*non valentes latrare*, niſi ab huius Scientiæ [illegible]
Conſcientiæ inſcitia?

Ignorant quandò peccetur, quandò non.

Ignorant etiam forſitan onus & periculum [illegible]
importunè ſilentium, & importuna loquent[illegible]

5. Fortitudo, *5. *Fortitudo*, aduerſus Herodem, & aduerſus [illegible]
Curiam Omniuolam, & Omnipotentem fe[illegible]

Fæliciſſimi cuiuſque delicatiſſimus ſenſus eſt.

Quis ſine fortitudine audeat vnus contra om[illegible]
ſententiam dicere, & quidem potentiſſimorum [illegible]
Eſdræ 4. oſtenditur) habentiũ ius vitæ & mortis? *Om-*
*nes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui*
*faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* pſal.

Nec contra omnium tantum ſententiam, id eſt a-
liter tantum ſentire ac dicere, intellectui omnium
pugnare; ſed etiam contra voluntatem & libidinem
omnium militare, ac velle vt aliter velint quam vo-
lunt; velle Herodem, purpuratos & coronatos ho[illegible]
re idem velle ac nolle cum homunculo vno raſo & cu-
cullato;

Velle eos *qui portant orbem*, ſibi ſubdere; regnorum
columnas velle proclinare; *ſuperborum colla propria*
*virtute velle calcare*; velle, eos, qui voluntatibus om-
nium imperant, ſuas, vnius Concionatoruli [illegible]
ordinatæque voluntati ſubijcere;

Non loqui *placentia*, ſed maximè odioſa, & paſſim
exploſa paradoxa;

Malle *veris offendere, quàm placere adulando*; Senec.
in prou.

Annon ea omnia fortitudinem in Concionatore excellentem requirunt?

Annon eſt Fortitudinis, contemnere

1. *Calumnias paratas*, & voces de ſe iactandas in vulgum ambiguas, magno famæ iam partæ detrimento?
2. *Exilia*, & eiectiones è Synagoga, è ſuggeſtu, qualia Chryſoſtomo, Thomæ Cantuarienſi, Gregorio 7. acciderunt? *Abſque Synagogis facient vos.*
3. *Carceres* vbi accipias panis modicum, & aquę pauxillum, vt Michęæ ſub Achabo contigit, cum alioqui licuerit nutriri in croceis?
4. *Mortes*, vt huic Baptiſtæ accidit &c.

Vt non tã meat quæ ſolent accidere vera loquentibus.

Paratum eſſe cum Phocione mori, & tàm pati fortia, quam dicere? Denique hic quodammodò perire, tantum vt Herodem, vt peccatorem quemcunq; lucrifacias? Fortem hæc poſcunt, & conſtantem propoſiti virum.

Nil noſtro Baptiſta fortius, qui toties, qui tã multa auſus contra Herodem dicere, & quidem apud ipſum Herodem, in oculis, in auribus Herodis ipſius, nonnunquam etiam (opinor) in abſentem, ſi quandò rarius Rex in concionem veniret, aut ad Regem difficilior eſſet aditus, cum ſperaret delatorem aliquem aut referendarium fore, qui adita mòx ad Regem perferret, ac ſic Regem famæ ſuæ faceret ſolicitiorem.

Egeſippus ſingulare aliquid dicit de Baptiſta. *Non ſolum*, inquit, *quaſi prædicator Euangelij* * *fratrum cubilis inceſtum reprehendebat: verum etiam quaſi legis executor, præuaricatorem legis condemnauit, qui fratris vxorem viuentis eripuerat, præſertim habentem ſemen de germano ipſius.* Egeſ. lib. 2. de excidio Ieroſ. c. 5.

* *fortè melius, fraterni.*

Non plures irruptiones in Troiam factæ bello decennali; non Oſtenda Flandriæ nuper pluribus ſub

Alberto & Spinola balliſtarum ponderibus & f... nibus quaſſata ; non pluribus inuectiuis Philip... Macedo à Demoſthene; non Philippicis frequen... ribus aut acrioribus Antonius à Cicerone ... ratus eſt, quàm Rex Herodes à Iohanne correp... bus agitatus.

Ergò Baptiſta boni Concionatoris Curiæ ex... plar perfectiſſimum fuit.

**Concio natorum quatuor differentiæ,**

Concionatorum quidam
- 1. *Labuntur* à facie perſequenti...
- 2. *Fugiunt*;
- 3. *Expectant*;
- 4. *Ademit*.

**Labentium,**

*1. *Labuntur*, id eſt, vel contra veritatem ... vel illam molliunt, & relaxant, metu Tyranno... &c.

Mali quidem, at non peſſimi, qui ſcil. niſi ... ſi atque agitati eſſent, vt caderent, nunquam ... diſſent.

Peſſimi, qui ſponte & mera malignitate imp... nant Veritatem

**Fugientium,**

*. *Fugiunt* à facie perſequentis veritatem, ne ... victi ſuccumbant. Fugiunt vt columbæ, à facie ... pitris.

Boni vtcumque, etſi valdè imperfecti, quoniam ... *fecta charitas foras mittit timorem*. 1. Ioan. 4.

**Expectantium,**

*3. *Expectant*, parati in caſus omnes; quos per... accenſeo.

Eiuſmodi ſunt, qui loco antea tuto deprehenſi ... fugiunt ob præteritam oris libertatem; quales A... ſtoli fuêre, accepto iam Spiritu ſancto.

Act. 7. *Facta eſt in illa die* ( lapidato ſcilicet Stepha... no) *perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, ... omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ, præ... Apoſtolos*.

* 4. *Ademit*, & ſtudiosè quærunt, vbi pati ... aliquid poſſint, pro Iuſtitia & veritate, homines ... perfectiſſimi.

D. Paulus talis, qui ſic de ſe : *Ecce alligatus ...*

*ſpiritu vado in Ieruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi ignorans, niſi quòd Spiritus S. per oẽs ciuitates mihi proteſtatur, dicens, quoniam vincula & tribulationes Ieroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodò conſummem curſum meum &c.*

**Adeuntiſ pericula.**

D. Franciſcus, aliquoties, martyrij deſiderio, ad Soltanum & Mahometanos profectus.

Quinque Ord. noſtri martyres, aliquandò Hiſpalim, quæ nunc Sibilia eſt, tunc Mahumetana adierũt, & in aulam ipſius Regis ingreſſi ſunt, ibique coram Rege Chriſtum prædicârũt; eiecti autem & remiſſi ad hoc, iterumque iterumque, ad certa pericula redierunt. *Off. Ord. Min. 16. Ianuarij.*

Coryphæus fuit Baptiſta noſter huius claſſis, qui ad Herodem Tyrannum haud ignotum acceſsit, & dixit, *Non licet tibi &c.* qui *de omnibus malis quæ fecit illum corripuit.* In deſerto, in medio foro, in Curiæ penetralibus inuaſit; opportunè importunè inſtitit.

Verè *hic eſt Elias*: verè *venit in ſpiritu & virtute Heliæ.*

Verè *dedit* Deus *voci ſuæ*, Interpreti ſuo & Legato, *vocem Virtutis* pſal. 67.

Verè ille *vox Domini confringentis cedros: vox Domini in magnificentia.*

Faxit Deus, vt qui officio ſucceſsêre, fortitudinem imitentur!

## II.

*Vnde Baptiſtæ tanta libertas ac fortitudo.*

**Ioan. Baptiſta fortis & audax, quoniam Eremita verè pauper.**

Sed roges fortaſſe: vnde inermi huic & pauperi Eremitæ tantum conſtantiæ?

Pænè interrogando, etiam reſpondes. Quia enim Eremita, & ſpontè pauper fuit, ideò nihil timuit.

Non timet, ne quid amittat, qui nihil præter ciliciũ, & Diogenis dolium habet, aut dolio ſimile tugurolum.

Non timet, ne quid Rex aut Curia non donet, qui in cilicio ſuo tam diues eſt, vt nihil cupiat, non dico

ſorte, ſed ſponte contentus ſua.

Non timet, ne exul fiat, cui mundus totus aut exilium, aut patria eſt.

Non timet, ne ſe carcere Rex includat, cui ſua angustior tetriorque omni carcere eſt; aut cui iam *oppidum eſt ſolitudo paradiſus.*

Non timet, ne caput ac vitam Herodes adimat, *viuere Chriſtus* eſt, cui *mori lucrum*, cui certiſſima & vitæ, & nominis æternitas.

Cic. Philipp. 9. — Scit, ſi *Romani, cui legatio ipſa mortis cauſſa fuiſſet, eius monumentum exſtare voluerunt*, etiam ſe, legatione pro Deo fungens occiditur, in memoria æterna apud Deum atque Eccleſiam fore. *In memoria æterna erit iuſtus.* pſal.

*Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* pſal.

**Baptiſtam multa fortem fecerunt, & audacem.**

Baptiſtam ergò fortem fecerunt
- 1. *Paupertas præſens;*
- 2. *Contemtio parabilium*
  - 1. *Opum*
  - 2. *Honorũ*
- 3. *Innocentia;*
- 4. *Deſiderium martyrij;*
- 5. *Deſiderium vitæ beatioris.*

**1. Paupertas ſua,**

*1. *Paupertas præſens*, per quam nihil poterat cum rore amittere, aut fiſco cedere, qui nihil poſſidebat cum amore, imò cui nihil erat omninò in poſſeſſione.

Vt ex nihilo nihil fit, ſic ex nihilo nihil perit.

Vt (*cantabit vacuus coram latrone viator*, ſic coram Tyranno ſpontaneus pauper Concionator.

Hilarion aliquandò interrogatus a latronibus, quos offenderat, cur non expaueſceret; *Quia nudus ſum*, inquit.

Quid Baptiſtæ poterat Rex iratus auferre? ... cilicia vbique equinæ caudæ miniſtrabunt: facile ... pro zona inuenire funiculum, pro faſcia pectorali cilicium.

Victum? Quis locus adeò infælix, qui aquam Baptiſtæ, qua ſola domi, Rege etiam minimè irato vtitur, præbere non poſſit? Quod deſertum adeò retortidum & ſterile, quod paucas radices, homini pænè non manducanti neque bibenti non producat?

Domum? Speluncam aut cauernulam omnia deſerta miniſtrabunt. Dolium vbique Diogeni parabile, & vbique in promtu.

*Verumque illud eſt, minimo indigere, qui abundantiam ſuam naturæ neceſſitate, non ambitus ſui ſuperfluitate metiantur.* Boetius libro ſecundo conſolat. proſa quinta.

Nec futurus fiſcus ſpolio Baptiſtæ ditior, nec Baptiſta ſpoliatus pauperior.

Ex quo fit, ad liberam Euangelij prædicationem aptiſſimos eſſe mendicantium Ordines, & in his (absit verbo inuidia) Franciſcanorum, Capucinorum, quibus nihil, præter ſaccum, & funiculum nodis aſperum, iratus Herodes poteſt auferre, nec vnquam alios facere, quàm mendicos.

Dum citra mortem ſæuiat, vt ſe vertat in omnia, non poteſt Baptiſtas & Franciſcanos facere alios quam ſint, id eſt miſeros, nihil habentes, mendicantes.

Sæuire in pauperes illos grauius non poſſit, quàm paupertatem ipſorum locupletando, beatiores faciendo (vt quidam olim Tyranni quoſdam martyres horrendis tormentis inuictos, ad hortos, ad lectulos delicatos, ad vincula ſerica, ad meretricum amplexus traxerunt, tormenta hoc periculoſiora nobilibus animis, ſed adhuc incarnatis, quo molliora.)

Chriſtus hùc ſpectauit, cum quos mittebat Euangelij ſui nuntios, noluit zonam, peram, argentum poſſidere, vt ſcilicet, paupertate fierent fortiores.

Et olim, & nunc nunc ferè etiam muteſcunt & & aduerſus Herodis peccata quibus eſt quod

amittant, aut quibus victus cultuſque maior[e]
quam Baptiſtæ.

D. Aug. lib. 1. ciuit. c 9. *Plerumque à* (Malis) *[…]dis, admonendis, aliquandò etiam obiurgandis, & [cor]piendis malè diſſimulatur: vel cum laboris piget, [vel] eorum verecundamur offendere: vel cum eorum in[imici]tias deuitamus, ne impediant, & noceant in iſtis* tempo[rali]bus, rebus, ſiue quas adipiſci adhuc adpetit noſtra cup[idi]tas, ſiue quas amittere formidat infirmitas.*

Cic. lib. offic. *Sunt qui quod ſentiunt, etſi optimum ſit, tamen inuidiæ metu non audent dicere.*

**Malim (temporalibus rebus.)*

*Si pranderet olus patienter, Regibus vti*
*Nollet Ariſtippus.* Horat.

**2. Contemtio parabilium, vel* { *1. Opum,* / *2. Honorum.*

**1. Opum.* Nam, qui nihil quidem nunc habet, [et] rebus tantum, non etiam Spiritu pauper eſt, [at n]on eſt ſic animo diues, vt nihil cupiat, ſed eſt ad [remu]gendam adtentus, ſpe nunc villam iſtam, nunc [iſt]illam, nunc domum aliquam deuorans; is non [diffi]culter vela libertatis dicendi in Herodem contra[xe]rit, ne factus Herodes iratior monito liberiore, p[au]peri petenti, quod placidus ambabus manibus fuerat [da]turus. An nallos videtis huiuſmodi?

**2. Contemtus Opũ,**

*Caput diuitum oleo adulationis inungunt pala[tro]nes, vt munera eliciant, & emungant.* Alanus de com[]planctu Naturæ.

Ergò illi, vt diteſcant, ſicut quidam linguas [ve]nales, ita venale ſilentium habent.

Amatoriam illud, in re aliena audiunt, *Pauper [ti]met cautè, timeat maledicere*

*Multaque pauper diuitibus non patienda ferat.* Ouid. de Arte.

Argentanginam Demoſthenis patiuntur.

*Temporalium bonorum vel copiam ſectantes, vel [ino]piam metuentes, amittunt æterna quæ nec dari poſſunt hominibus, nec auferri.* S. I infatuatum. D. Aug. libro primo de ſermone Domini in monte cap. ſexto

*Naturale*

*Naturali ducimur malo: & adulatoribus noſtris libenter fauemus.* D Hieronym. ad Fabianum c. 21.

Inque fit, vt tandem etiam audiant Soſiæ illi, à ſuis Simonibus, quod eſt apud Terentium *Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi,*

*Propterea quod ſeruiebas liberaliter.*

*Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi.* Terent. in Andr. act. 1. Scen. 1.

*Fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra;*

*Mercatoreſque & venales inuicem facti quærimus, non quale ſit quid, ſed quanti.* Senec. ep. 1. l. 21.

Prædam ergo aut ſilentij gratiam à fure qui ſperant, non clamant.

Baptiſta autem noſter cum tam nihil habere cuperet, quam reuera nihil haberet; non potuit non eſſe Cenſor Herodis imperterritus.

Capucini & reliqui Franciſcani ideò hic fortes, quod nihil poſſidentes, nihil etiam cupiant poſſidere.

*ij *Honorum*, qui ferè non minùs Sacri eheu! quã profani ab Herode conferebantur, vt de Sacerdotio ſummo dixi, & nunc pleriſque locis viget idem modus nimium ſine modo. Honorumque.

Et ferè tam hi quam illi non tam benè meritis, & illis benè geſturis, quam bonis ancillatoribus conferuntur. Ita proh dolor! *etiam Pontificem Valens agit.*

*Sic clauditur os boui trituranti.*

*Sic vos non vobis fertis aratra boues.*

Ergo qui angulo ſuo non contenti, *amant primas cathedras in Synagogis, eſſe in capite, & non in cauda, vocari ab hominibus Rabbi &c.* timent illi Herodem *corripere de Herodiade, corripere de omnibus malis quæ fecit,* ne ab eo non tantum nihil illis detur, aut non promoueantur, ſed etiam ne quod videntur habere, auferatur, aut deprimantur.

Vela inflectet, & contrahet, quiſquis malas *aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum.*

*Maior ſeruiet minori.*

*Curuabit genua ſua antè Baal*, & faſſes regios Ve-
tatis, Collatori Dignitatis indignè inclinabit.

Vt vel incipiat aliquandò regnare, vel non deſinat,
nil refugit ancillari.

Baptiſta verò noſter, ità re pauper, & animo di[...]
fuit, vt nihil cuperet non ab Herode, non a Phariſæis,
non a Sacerdote, non à Scriba, non munera non m[...]
nia; non inſulas, non infulas, non arras, non aras. V[...]
ruſculo & caſula contentus ſua.

Credidit, magnum ad ſanctam beatamque vitam
gradum, benè latuiſſe homines, Deo patuiſſe.

*Oſtendit fatuos eſſe iudicandos, qui temporalium bo-
norum vel copiam ſectantes, vel inopiam metuentes, a-
mittunt æterna, quæ nec dari poſſunt ab hominibus, nec
auferri*. Diuus Auguſtinus libr. 1. de ſerm. Domini in
monte c. 6.

* *Honorum* minimè adfectatorem fuiſſe Baptiſtam,
indè euidetur, quod quinquennis, Sacerdotij ſumm[i]
(quod patre aut mortuo, aut cedente ſperare pote-
rat) ſucceſſionem, amore ſolitudinis, contemſerit.

* *Quod Meſſiæ* dignitatem, à Iudæis, per Sacerdo-
tes & Leuitas ex Phariſæis, pænè dormienti oblatam,
animo ad altiora erecto, reſpuerit.

* *Quod cùm* Propheta iure ſuo dici potuerit, cùm
pluſquam Propheta Dei oraculo renunciatus ſit, ſa-
tis tamen ſuperque habuerit, ſi ſe vocem diceret. *Ego
vox* inquit, ego neſcio quid, Echo deſerti ſimile, pu[er]
bimulus, balbutiens & neſciens loqui.

Dan. 5. Illi perpetuò in pectore fixum illud Danielis ad
Baltaſſarum Regem Babyloniorum: *Munera tua ſint
tibi, & dona domus tuæ*) id eſt principatum regni tui
tertium *alteri da*.

Ab ea igitur tanta Opum Honorumque contem-
tione, prodibat Baptiſta in ſuggeſtum, in Concione
deſerto ſuo, leone fortior, ſic rugiens, vt eſſet ipſi He-
rodi, quam Herodes ipſi longè terribilior.

Terrorem regni, territabat pauperculus Eremita.

3. I[...] * 3. *Innocentia*, vel perpetua ferè comite, vel potius
tia. filia paupertatis, cus cultor Iohannes.

*Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas*
*Quondam, nec vitijs contingi parua ſinebat*
*Tecta, labor, ſomnique breues &c.* Iuuenal. ſat. 6.

*Qui autem benè facit non timet Regem*, non calumnias, non dicteria, non retorta in ſe tela, non recriminationes. *Qui* enim *arguit impium, ſibi maculam generat.* prouerb. 8.

*Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sūt mihi.* pſ.

Inquiunt *Medice cura teipſum.*

*Vætibi væ nigræ dicebat cacabus olla.*

Et *Quare aſſumis teſtamentum Dei per os tuum, tu vero odiſti diſciplinam &c.*

Bias interrogatus, *ecqua res in vita metu careret; Bona*, inquit, *Conſcientia.* Illa enim probo cuique pro muro aheneo eſt.

Quid timeat, cui cum Christo, fas etiam inter hoſtes acerrimos dicere; *Quis ex vobis arguet*, id eſt argumento & ratione, aut facti flagrantis euidentia conuincet, *me de peccato* vel vnico, tota vita mea?

Imò non tantum de peccato, ſed de aliqua ſpecie mali?

Multi enim reuera peccato carent, qui tamen probabiliter in ſuſpicionem peccati trahi poſſint, quod *ab omni ſpecie mali* non omninò *abſtinuerint.*

In Christo nec peccatum vllum, tùm quia homo ille etiam Deus, tùm quia eius anima iam tùm ab infantia incarnationis beata erat, ab aperto eſſentiæ diuinæ conſpectu; nec ſuſpicio peccati vlla adparens vel tenuiſſimè.

Fuit Chriſti vita omni calumnia altior, ſed & Baptiſtæ quoque.

His *Conſcientia mille teſtes*; his *teſtimonium conſcientiæ* præſidiū *aduerſus timores* oēs diurnos, *nocturnos.* *pſal. 90.*

*A verbo aſpero, ab auditione mala non timebit*, quiſquis talis. *pſal. 111.*

*Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die*, inquiet cum Paulo. *1. Cor. 4.*

Quidquid obganniatur, *auditui meo dabit gaudium & lætitiam.* *pſal. 50.*

*Hero-*

**QuæCenſori cuicunque maximè eſt neceſſaria,**

*Herodem* audacter *corripit de omnibus malis, quæ fecit*, qui ipſe nihil improbè fecit.

*Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere.* Cic. reſp. in Salluſt.

*Eccli. 7.*

*Noli quærere fieri iudex* (non Cenſor, non Concionator, qui iudicij quandam ſpeciem gerit) *niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua*, vt quod antè erecta & nudata fronte, audebas prodire, iam in poſterum obiecti ab irritatis detractoribus ſeu veri, ſeu adparentis peccati pudore, non audeas.

Ad Titum c. 2. *Argue cum omni imperio*, auctoritate vitæ, non dominatione potentiæ.

*Cùm imperio quippe docetur, quod priùs agitur, quàm dicatur. nàm doctrinæ fiduciam ſubtrahit, quando conſcientia linguam præpedit.* Greg. l. 2. Moral. c. 7.

Platonis illud imitandum; Quum enim ei quidam narraret, eſſe nonnullos, qui maledictis ipſum inſectarentur; *At ego*, inquit, *ſic viuam, vt illis fides non habeatur.*

**Tùm ob recriminationes,**

Alioqui calumnia conturbat ſapientem; ſed & paruulum occidit inuidia, Iob 5.

*Reformidatur vulgi iudicium, & carnis excruciatio vel peremtio: hoc eſt, propter quædam cupiditatis vincula, non propter officia charitatis.* Aug. l. 1. ciuit. c. 9.

Deindè, vt nemo ſit recriminaturus; horret tamen ferè animus Cenſoris parum innocentis, pronunciare iuſtam in illa aliorum crimina ſententiam, quorum etiam, aut illis ſimilium, ipſe ſibi malè conſcius eſt.

**Tùm ob ſynderesin.**

Se damnare apud Deum præiudicio ſuo ſibi videtur, cum cæteros apud homines damnat.

Falmen in autorem redit.

Parare ſe formula Deo putat, qua damnetur, & [illegible] caturque ipſi in Iudicio, *ex ore tuo te iudico ſerue nequam.*

Quod gra do frugibus, quod turbidum ſidus laboribus, quod armentis peſtilens vaſtitas, quod nauigijs ſæua tempeſtas, hoc Concionatoribus vita aut fama non bona.

Bap-

Baptiſta ergò noſter, quod ita hactenùs vixiſſet, vt nemo ſiniſtrè de ipſo loqui, ac ſuſpicari quidem poſſet, idcircò tam audacter tamque libero ore omnes corripuit etiam Tyrannum, *de omnibus malis, quæ fecit.*

*Inde cùm improbis graues inexorabileſq́; diſcordiæ fuere (& quod Conſcientiæ libertas habet) pro tuendo iure, ſpreta potentiorum ſemper offenſio.* Boet. lib. 1. de conſol. proſa 4.

* 4. *Deſiderium martyrij*, ſeu cupiditas moriendi pro Iuſtitia. Iam in Baptiſtæ animum, a teneris, Doctor internus Deus altè inciderat, aureum illud, quod poſtea in monte os Domini loquutum eſt; *Beati qui perſequutionem patiuntur propter Iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum.* Matt. 5. 4. Deſideriũ martyrij.

*Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis & cæt.* Luc. 6.

*Premium fecit religio, quod perfidia putabat eſſe ſupplicium.* D. Ambroſ. ep ad Valentinianum Aug.

*Gaudent magni viri aliquando rebus aduerſis, non aliter quam fortes milites belli triumpho.* Senec. li. de diu. prouid. c. 3.

*Gloriamur* (ait Paulus) *in tribulationibus.*

D. Clemens Romanus, in exilium relegatus *Non meis meritis ad vos me miſit Dominus, veſtris coronis participem me fieri*, aiebat ad alios ibi martyres Chriſti. *Brev. Rom.*

D. Ambroſius Mediolan. Epiſcopus *Nos hæc inquit victoriæ loco ducimus, illi iniuriam putant.* D. Ambr. ep. ad Valentinianum Aug.

D. Baſilius cùm à Valente in exilium pro fide cogeretur, exhibituſque eſt ad tribunal Præfecti terroribuſque & minis maximis agi cœpit, vt niſi præceptis principis obediret, interitum ſibi iam iamque ſperaret impendere; intrepidus & abſque vlla animi perturbatione Præfecto reſpondiſſe fertur, *Atque vtinã aliquid mihi eſſet digni muneris, quod offerrem huic, qui*

matu-

*maturiùs Baſilium de modo follis huius abſolueret:* que daretur ei nox, quæ erat media ad ſpatium deliberandi, reſpondiſſe denuò perhibetur; *Ego craſtinus ſe ero qui nunc, tu te vtinam non mutares!* Ruffinus l. 11. Eccl. hiſt. c. 9. apud Euſeb. Cæſar.

Thomas Morus certior illius diei factus (quod tamen Rex vetuerat) quo Roffenſis ad mortem ducebatur, cum vehementer timeret, ne forte ipſe martyrij corona excideret, ad Deum conuerſus, *Confiteor* (inquit) *tibi Domine, quod tantam gloriam non ſum meritus: non ſum ego iuſtus & ſanctus, ſicut Roffenſis, quem de vniuerſo regno iſto tibi ſecundum cor tuum elegiſti: ſed tamen fieri poteſt, particeps fiam Domine calicis tui!* Nic. Sanderus l. 1. de ſchiſmate Anglic.

Ex D. Franciſci filijs quiſpiam ſinum extendit, in illo iniurias, quaſi gemmas, excepturus. Bartholomæus *Piſanus lib. Conform.*

*Tortores non perſequuntur martyres, ſed coronant.* D. Bern. ſer. 1 de Magdalena.

Tot gemmas coronis ſuis nouas putant excelſi, quot noua opprobria ſuſtinent pro veritate.

Vitam quomodocunque & quandocunque, tamen ſemel deponendam, reddere Deo malunt, quam Naturæ.

Corpus (inquiunt) vtinam occidat Nero, dum diutiùs imperet animus immortalis in Cœlo.

Quod Epaminondas, moriens quidem, ſed ſuis hoſte victor, ad ſuos, hoc dicere tales poſſint; *Non finis commilitones vitæ meæ, ſed melius & auctius initium aduenit. Nunc enim veſter Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur.* Val. Max. l. 3. c. 2.

**5. Deſiderium vitæ beatioris,** * 5. *Deſiderium vitæ beatioris.* Hoc vno ſcilicet Probi Improbique maximè differunt, quod Probis mors in votis, vita in Patientia; Improbis verò vita in votis, vix moriendi patientia. (*Cupio* (ait ille) *diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Alius; *Educ de cuſtodia animam meam* a. c. n. t.

*Senec. Trag.* Probi enim vt *generoſa femina, in ortus exurgunt ſuos,*

*ſuo*,redeūt cupidiſſimè,vndè animo, potiore ſui parte, deſcenderunt; Improbi verò ortus illius obliti, memores alterius, quo de terra corpus acceperunt, terram ſapiunt, & in terra æternum ſi poſſint, velint commorari,nunquam mori.

Terrigenæ terram, Cœligenæ cœlum adfe-ctant.

Probis,quod hic ſe *hoſpites* tantum *&* *aduenas* ſciunt,*ciues* autem *Sanctorum & domeſticos Dei*,triſte diu peregrinari *à Domino*, ad illum venire, in ciuitatem permanentem intrare,per portam Mortis, anguſtam licet & ferream, multò iucundiſſimum; Improbis, contra è Mundo,cuius ſe ciues falſo imaginantur, in exilium Inferni ſempiternum, quod ſe vita perditiſſimè acta meruiſſe veriſſimè vaticinantur, migrare, luctuoſiſſimum.*Bonum eſt*,inquiunt,*nos hic eſſe*.

**Quo boni omnes flagrant,**

*Mors iuſti, æterni natalis eſt dies*. Senec.ep.104.

*Mors terribilis eſt ijs, quorum cum vita omnia extinguuntur:non ijs,quorum laus emori non poteſt*. Cic. parad.1.

*Mors in claris viris & fœminis, dux in Cœlum ſolet eſſe*.Improbis recta in Infernum.*Idem* 1.*Tuſc*.

Diuus Cyprian.ſerm.de Mortal. *Eius eſt mortem timere,qui ad Chriſtum nolit ire: eius eſt ad Chriſtum nolle ire,qui ſe non credat cum Chriſto incipere regnare.*

**Vt contra improbi deſiderio iſtius,**

Idem ibid. *Mori timeat, qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit: mori timeat, quem de ſeculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquebit: mori timeat, cui hoc mora longiore confertur,vt cruciatus eius & gemitus interim differatur.*

Probis,& Baptiſtæ vitam viuentibus, quia in auſteritate victus veſtituſque continua verſantur, optabile citò mori,vt his malis erepti,æternis bonis immergantur.

**Quā differentiā facit viuēdi differentia,**

*Ad montium vertices aſcende, conſidera illic morantes*

*rantes monachos in ſacco, in vinculis, in ieiunijs, in te-*
*bris concluſos, & omnes videbis mortem exoptantes, ſ...*
*lam requiem aduocantes votis*, ait Chryſoſtomus ...
6. ad pop.

E Capucinis illis noſtris ſeminudis, pannoſis, ...
paſſis, ſemiuiuis, ſemimortuis, quære, vtrum ma...
tardene an citò mori? *Et hodie*, inquient, *potius qu...*
*craſtino.*

*Mortem miſericors pro vita* dederit. Senec.

Boni enim durè; *Morſq; minùs pœna, quàm mora mortis habet.* Ovid.

Mortem tales, ſi iure poſſent, accerſerent, ... ſi-
bi inferrent.

Iſraëlitas, ſub operibus luti ac lateris, in Ægypto
anhelantes, quis non putet magno egreſſum ... do-
lerem mercaturos?

Aut filium prodigum, fame morientem, ci...
ad Patrem regreſſum, adfectaſſe?

Vel Columbella ipſa a Noaco ex arca emiſſa, ...
*non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum*
*in arcam*, quam potuit ocyſſimè: Eadem, aliquot p...
indè diebus, tertium emiſſa, cum iam diluuij ...
deſæuiſſet, & iam meliùs in agro libero, quam in ...
anguſtijs, illi contigiſſet, *non eſt vltra reuer... ad eum.*
Geneſ. 8.

Improbi molliter viuunt. Beatulis, delicatulis, & paradiſo (vt ſic dicam) ...
ſuo, ante tempus, & loco non ſuo, fruentibus, non ſo-
lùm Mors ipſa terribilis, ſed & ſolum mortis nomen,
ſola memoria; ad ſolum eius ſimulacrum (ſi Ægypti-
orum more in orbem circumfertur) mòx pallefcunt,
oderunt omnes, qui de Morte vel verbulum.

Quibus vita mollior, his ſolet Mors eſſe acer-
bior.

Secūdus quidam, Philoſophus, ad Adrianum olim
Imp. vtrorumque notant differentiam, dicens; *Mors*
*eſt diuitum pauor pauperum deſiderium.*

*O mors, quam amara eſt memoria tua, homini pacem*
*habenti in ſubſtantijs ſuis: viro quieto, & cuius viæ dire-*
*ctæ ſunt in omnibus.* Eccli. 41.

Vt molliter in plumis, in vtramque aurem, dor-
mientes

[t]menti placere poteſt, quod luceſcit, *criſtataq́; ſonant undiq; lucis aues*; ſic nec Mortis mentio grata hominibus inter vitæ huius delicias conſopitis: Illis mors grauis incubat.

Nihil enim ſine mœrore deſeritur, quod habetur cum amore.

Concionatori, cui omnia adſunt bona, optata omnia, ſuauia omnia, quæ poteſt eſſe corripiendi Herodis *de omnibus malis, quæ fecit*, fiducia? Præſentibus, quibus oblectatur, exui reformidat, certa pro incertis haud facilè velit relinquere. Scit quibus vtatur, quibus ſit fruiturus, ignorat, non parùm credens, ſed parùm ſperans.

*Multa monenda vel arguenda nouit, & negligit, deuitans eorum offenſiones, propter illa, quibus in hac vita non vitiosè vtitur, ſed, plus quàm debuit, delectatur.* Aug. l. [1.] ciuit. c. 9.

Sed Baptiſta noſter, homo neque manducans, neq; bibens, ſed neque veſtiens, cui antrum, cui lectulus nuda humus, ceruical ſaxum; ita viuere totam vitam inſtituerat, vt nihil hic eſſet, quod amaret, imò nihil, quod natura non vehementer refugeret. An amaro ſcilicet potuit, diu cilicium gerere, aquā bibere? &c. Itaque audacem factum in Phariſæos, in Publicanos, in Milites, in ipſum denique Regem, nil eſt quod miremur; mirandum eſſet magis, ſi tam horridè viuens quidquam timuiſſet.

Quis tùm ei non diceret; Tàm miſer es, & mortem times? Talibus *mori lucrum*.

*Dulce mori miſeris*. Corn. Gall.

*Neque eſt melius morte in malis rebus*. Plaut. Rud.

*Præſtat non viuere, quàm viuere miſerè*. Incert. Auth.

Herodes, cùm illi dixeris *Non licet tibi &c.* cùm eum *corripueris de omnibus malis, quæ fecit*, ſi tibi iraſcitur, ſi vitam adimit, præſentibus te malis, quæ pateris ſpontè quidem, ſed pateris tamen, in frigore, in nuditate, in fame, in ſiti, in ieiunijs, in pernoctationibus,

eripuerit, ad bona æterna, quorum adfectatio h[...]
bi mala imperauit, compendio traducerit. Q[...]
mortem times, qui mundo, pluſquã dimidio [...]
tuus es, & quod viuis, viuis Chriſto?

Sine, timeant Herodem, qui pænè æquè [...]
cum ipſo *veſtiuntur*, æquè *ſplendide quotidie epulan[tur]* [...]
paribus palatijs hoſpitantur; qui facilem [...]
mollem amantes vitam, præſentibus auſteri[...]
quas nullas aut pænè nullas patiuntur, libera[...]
feſtinant.

Quorſum ab illis Herodias adtingatur? [...]
prohibeatur *Sumere nocturnos meretrix Auguſta [cucul]los?* Iuuenal. ſat. 6.

Quorſum illi Herodem à voluptatibus [...]
conentur auocare, periculo ſuas amittendi? *N[...]*
*ne magno periculo facinus magnum & memorabile [...]*
reptionis Tyrannorum.

Vixerit Herodes vt libet, dùm viuere nos ſin[at] [...]
licet (inquiunt.)

Et; *Finge, ſile, quieſce*, ſi vis viuere in pace, [...]

**Monitiũcula.** tantum viuere, verbis optimis ad Arſenium [...]
demiſſis, hùc abutentes. *Mich. Glycas part. 4. Ann[al.]*

Itaque ô Reges ô Principes, quotquot [...]
tatem quæritis, Doctores illos poſcite atque [...]
te, quos aſpera vita, & opum contemptio, [...]
ram, nudam, & rigidam, Regibus, nullo metu, [...]
ponere Veritatem; timere a mollioribus, & a [...]
*uitiarum.*

**Laudatiũcula Principum Belgij.** Auſtriacum ſanguinem, Sereniſſimos Belgij [...]
nùnc Principes laudo, qui iam aliquot conti[...]
nis, in Curiæ ſuæ Bruxellis Concionatores, [...]
quoſdam Baptiſtas (Patres inquam Capucinos [...]
uerunt, nihil mortem pro Veritate verituros: (Q[...]
quam habent alij quoque ordines Baptiſtas ſuos, [...]
medijs opibus opum contẽmtores:)

Et quiſquis, liberi oris non tam laudem nome[n] [...]
quam rem adfectat, hortor, Baptiſtæ quoque [...]
& paupertatem illam aſperam conſectari.

Nemo enim ferè offendendi Herodis per Ver[i]-
tatem,

tatem, pro Deo, pro Religione, pro Eccleſia, pro Regno, pro Populo, pro Herode ipſo, incurioſior aut, offenſo illo, ſecurior, quam quem audacem fecit paupertas, & vndique vitæ innocentia. *Impauidum ferient ruinæ.* Horat.

Ideirco D.N. Ieſus Chriſtus non ante cœpit prędicare, quam tentatus, famem in deſerto, vanam gloriam in templo, auaritiam in monte viciſſet.

Ibi regnum Veritatis, æternum in gradu ſuo faciliſſeterit, vbi minimum virium diuitiæ, & vitia quæ à diuitijs, & pecuniæ aut honorum cupido, ſibi vendicauerint.

III.

*In eos, qui obſtinatos non corripiendos putant.*

Sed inquies; Æthiopem lauabat Baptiſta, cùm Herodem, & de adulterio, & *de omnibus malis, quæ fecit*, corripiebat.

Et multi ſimiliter oleum & operam perdunt, cum hos illoſuè corripiunt. In frigidum ſcilicet furnum panes immittunt, nunquam decoquendos.

Itaque & Baptiſtæ, & illis, ſatius aliquandò tacuiſſe.

Satius, non *corripere Herodem de omnibus malis, quæ fecit*, cùm veriſimiliter creditur, verba & monita ſparſum iri, nihil profectura, imò & deteriorem facturа.

Non corripiendos eos, qui deteriores ſint futuri; videtur probari poſſe { 1. *Rationibus*; 2. *Autoritatibus*; 3. *Exemplis*. } **Deſiſtendum à correptione nihil profecturorum, veriſimile, 1. A Rationibus;**

* 1. *Rationibus.*

* *j. Medijs* ad finem vti, cùm multa ſpes finis adfulget, non eſt Sapientis;

Sed quæ eſt ad conuerſionem peccatoris correptio, ſæpè non conuertit peccatorem;

Ergò deſperata conuerſione peccatoris correptio prætermittenda.

Democriti cenſura, *Vera ſunt dicenda, vbi id praſtat.*

* ij.*Charitas* vetat,charitatem charitatis ſpe[illegible]
di aut deſtrui;

Sed læditur charitas proximi,correptione qu[illegible]
temptorem illum grauioris damnationis pe[illegible]
exponit : (grauior enim eſt damnatio contem[illegible]
cognitam veritatem,iuxta illud ; *ſeruus ſciens* [illegible]
*tatem Domini ſui & non faciens , plagis vapulab*[illegible]
2.Pet.2. *tis*;& illud Petri;*Melius erat illis non cognoſcere* [illegible]
*ſtitiæ,quàm poſt agnitionem , retrorſum conuer*[illegible]
*quod illis traditum eſt,ſancto mandato:*) & de D[illegible]
vno(quod aiunt)facit duos;

Ergò a correptione tùnc,per charitatem ab[illegible]
dum,ac ſilendum.

* iij.*Charitas* benè ordinata flagitat,nemin[illegible]
peccato prohibere alienum;

Sed corripiens obſtinatum& deteriorem ſ[illegible]
Matth.7. peccat in illud Chriſti;*Nolite dare ſanctum ca*[illegible]
*que mittatis margaritas veſtras antè porcos,ne for*[illegible]
*culcent eas pedibus ſuis,& conuerſi dirumpant u*[illegible]

Et ; *vbi non eſt auditus , non effundas ſ*[illegible]
*nem.*

Prou.9. Item; *Qui erudit deriſorem , ipſe iniuriam ſi*[illegible]
Orbis Ter Ergò.
ror conc. * iiij. *Comparatur* doctrina eleemoſinæ c[illegible]
29.part. li;
2.pag. Sed malè vſuris , eleemoſinam malè dari p[illegible]
692. qua de re vide in meo Orbis terrore.Ergò.
ij. Ab autoritatibus, * 2.*Autoritatibus . Si propterea quiſque ob*[illegible]
*& corripiendis malè agentibus parcit , quia oppor*[illegible]
* fortè mel.(inquirit.) *tempus* inquit,vel eiſdem ipſis metuit , ne deterio*[illegible]
*hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam er*[illegible]
*dos impediant infirmos alios, & premant atque a*[illegible]
*tant à fide,non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed c*[illegible]
*lium charitatis*,ait Auguſt.l.1. ciuit. c.9. Ex quo [illegible]
tur,ſaltem ſileri tum poſſe.

Idem Au.& habetur in decretis cauſa 23.q.4.Q[illegible]
dam . *Nos ad ſanam doctrinam pertinere arbitra*[illegible]
*vt & canes in Eccleſia propter pacem Eccleſiæ tole*[illegible]
*& canibus ſanctum,vbi eſt pax Eccleſiæ tuta, non d*[illegible]

Ibidem

Ibidem. Cùm quiſque. *Cùm quiſque fratrum & Chriſtianorum, intùs in Eccleſiæ ſocietate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, ut anathemate dignus habeatur: fiat hoc, vbi periculum ſchiſmatis nullum eſt. & infrà. Quando cuiuſquam crimen eſt notum, & omnibus execrabile adpareat, ut vel nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ.*

*D.Thomas* 2.2.*q*.33.*art*. 6. ceſſandum putat à fraterna correctione, cum peius aliquid probabiliter timetur.

*Curando fieri quædam peiora videmus*
*Vulnera quæ melius, non tetigiſſe, fuit.* Ouid.

*Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.* apud Cic.

*3. *Exemplis*, Dominus Deus nonnunquam pertinaces *dimittit ſecundum deſideria cordis eorum, ire in adinuentionibus ſuis*, pſal. 80. — 3 **Ab exemplis.**

Paulus & Barnabas aliquandò à Spiritu-Sancto prohibiti loqui in Aſia verbum Dei, vt Lucas narrat.

A Iudæis obfirmatis ad Gentes Apoſtoli tranſierunt.

*Perditæ pecudi nihil opus nola aut campanella*, dicimus noſtrate prouerbio.

Igitur hinc valdè adparet, aliquandò vtilius correptione ſilentium, ſed & magis neceſſarium.

**Idē non veriſimi- le ab alijs**

Sed contra ſtant etiam multa, & fortia
- 1. *Autoritates*,
- 2. *Exempla*,
- 3. *Rationes*.

*1. *Autoritates* Scripturæ; item & Patrum, — 1 **Autoritatibus.**

* *Scripturæ: Si annuntiante te ad impium, ut à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuam liberaſti.* Ezech. 33.

Putaueris, aut non putaueris illum claſſico tuo conuerſum iri.

Amyclas non magis clamore, quam ſilentio ad capturas, tamen vigilans ſpeculator excitabit ad ma.

*Exod.* 7. Dominus iubet Moyſen & Aaronem tres, adire Pharaonem perferre ſua mandata, & cũ iubet, addit; *Ego indurabo cor eius... & non audiet* quaſi diceret; Vt non ſit Pharao vos auditurus, verbis veſtris etiam deterior futurus, adite tamen mandata diuina perferte.

* *Patrum.* Nam D. Aug. de lib. arb. *Si de veritate ſcandalum ſumitur; vtilius permittitur naſci ſcandalum, quàm Veritas relinquatur.*

Proſper de vita contemplat. c. 22. *Nec tacere debent Sacerdotes, ſiue proficiant, ſiue non proficiant auditores.*

D. Hieronymus, & habetur in gloſſa ord. Matth. ſup. illud: Scis quia Phariſæi audito hoc ſcandalizati ſunt? *Veritas* inquit *vita non eſt dimittenda propter ſcandalum.*

Scriptor quidam non malus, & à doctis non raro citatus; *Licet illi, qui in auditorio conueniunt, parùm aut nihil omninò profecerint, non tamen ... cet, præmium ſubprimitur laboris, dicente Domino ... fuerit filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra ... nus, ad vos reuertetur. Neque enim inuitantium ... perire debet, ſi ad conuiuium inuitati, venire faſtidiunt.* Marul. l. 5. exempl. c. 4.

Id eſt, vt nihil meſſis ab Herodis conuerſione, ... bis aliqua eſt ab Officij functione, ab obedientia &c.

2. Exẽplis, * 2. *Exempla*; Chriſti imprimis, de quo Chryſoſtomum audiamus; *Quamuis*, inquit, *nec etiam in ... cœna curam Iudæ Ieſus prætermiſit, ſed vſque ad ... mam penè horam, qua fuit traditus, de hac re ille ... maticè loquebatur: nihil tamen ille lucrari potuit, ... propterea Dominus quæ ſua ſunt facere ceſſauit. ... tùr probè tenentes, cuncta libenter ad reuocandos ... tores & deſides, faciamus, admonentes, docentes, ... tantes, rogantes, conſolanteſq; non ceſſemus, etiamſi ...*

*hil prodeſſe videamur. Nàm & Chriſtus quamquam inemendabilem Iudæ in miſericordia duritiem non ignorabat, non tamen ceſſauit quæ ſunt ſua facere, admonendo, increpando, & quaſi miſerum lacrymando, nec apertè vnquam & liquidò, ſed vt occultius, ita illi expreſſius. In ipſo vero proditionis momento, & oſculari ſe ab eo dignatus eſt; ſed nihil hinc ille conſequutus eſt.* Chryſ. hom. 81. ex c. 21. Matth.

Quo exemplo, quid ad rem noſtram aut illuſtrius, aut fortius?

* *Rurſus*, Reſpondens Ieſus diſcipulis, quum dixiſſent ſcandalizatos Phariſæos audito verbo, quod dixerat, a cibis his aut illis, hominem non coinquinari, ſed ab iis, quæ procedunt ex ore: *ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum*, oſtendit non propterea veritatem ſilentiam, quod inde mali emendentur, aut etiam deteriorentur.

Docet enim, ſe tàm parùm dicti ſui propter Phariſæorum ſcandalum pænitere, vt ſi nondum dixiſſet, dicturus nihilominùs fuiſſet, ſcandalo Phariſæorum contemto, quod ante euentum præſciuerat.

* *Rurſus*: Nemo, non dico probabilius, ſed certius ſciebat quam Chriſtus, Iudæos prædicatione veritatis nihil profecturos, imò & deteriores futuros, itaque & grauiora ſupplicia ſubituros.

At prædicauit illam tamen, & ſæpè ſæpiùs tutudit eandem (quod aiunt) incudem: *eiuſque omnis actio noſtra eſt inſtructio*. Ergo.

* *Rurſus*; Idem ipſe pro ſe ita apud Iſaiam, ad Iſraël lamentatur, *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi.* Rom. 10.

*Amaracinum fugitat ſus, & timet omne*
*Vnguentum.* Lucret. l. 6.

Arabia ideircò altrix odoramentorum ſues omninò non alit.

Ergò ſi qui certiſſimus erat obſtinaciæ Iudæorum, non deſijt tamen eos docere, monere, increpare: quãto magis nobis pergendum, etſi probabiliter aut nihilo meliores, aut etiã deteriores futuros Auditores timeamus?

Prophetæ & Apoſtoli quoque etſi aliquandò [non] auditi, nunciare tamen nuncianda non deſtiterunt.

Moyſes & Auron nouies decieſque adeunt [mo]nentque Pharaonem, cuius cor ex ore ipſo Domi[ni] audierant obduratum iri.

Si in incertam meſſem, ab agricolis ſemina cre[bro] pereuntia iaciuntur; cùr non & à nobis ſemina v[erbi] Dei, aliquandò inter Spem Meſſis, & metum Steri[li]tatis? forſitan fructum adferent *in patientia*.

*Inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Nota *In omni patientia &* *doctrina.*

*Semper tibi pendeat hamus,*

*Quo minimè credis gurgite, piſcis erit.* Ouid. Arte.

Forſitan, & qui inſtar Petri tota nocte laborans n[ihil] pręhendit, ſi eiuſdem inſtar, in verbo Chriſti, in de[xteram] nauigij rete laxauerit, tantum piſcium intercludet, [ut] retia ipſos non capiant.

Rom. 10. Vt *non omnes obediant Euangelio*, erit aliquis ſem-

Iſai. per, qui *credet auditui noſtro.*

Gallus, qui primùm cantans à Petro non eſt audi-tus, ſi iterum cantet, audietur, *& egreſſus foras Petrus flebit amarè.*

*Dabit* Dominus *voci ſuæ vocem virtutis.*

*Conuerſio* enim *peccatorum opus diuinæ vocis eſt non humanæ*, ait Bernard. c. 1. Quòd vox Dei &c.

3. Rationibus. ⁎ 3. *Rationes.* Si *non ſunt facienda mala, vt veniant bona*; nec bona prætermittenda, ne veniant ma-la;

⁎ *Item*; Qui iubemur benè de proximis ſentire, an rectè poſſumus, nunquam ad frugem redituros o-pinari? Videtur nec ius, nec fas eſſe.

⁎ *Item*; Vt ius faſque ſit, huc non eſt neque adti-git rationis humanæ potentia.

Nam eum tanta ſit liberi arbitrij volubilitas & fluxus, refluxuſque voluntatis humanæ, crebriores & celeriores quàm Euripi; mutationeſque frequentio-res, quam Vertumni; & multi ſæpè, ex deſperan-dis,

ſinis, optimæ frugis fiant; vndè homini eſſe poſſit ſatis vnquam probabile, futurum quemquam increpatione deteriorem, vt propterea ab ipſa ſit deſiſtendum?

*Denique, cum *non ſit volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei,* bonus vſus concionum, & conuerſio peccatorum: *quis conſiliarius Dei fuit,* aut fatorum eius (vt ſic dicam) tam familiaris auſcultator, aut Prædeſtinationis præſcientiæque eius tam ſagax explorator, vt ſatis probabiliter, de cuiuſquam pertinacia ſtatuere vnquam ſic poſſit, vt ſit peccaturus, qui ab eius increpatione deinceps non ſuperſederit?

Itaque vix adparet, vnquam neceſſariò à talis peccatoris correptione deſiſtendum.

Quid ergò?

Ponenda duplex correptio:
1. *Prælatorum,* ad bonum commune ordinata, & habens vim coactiuam?
2. *Fraterna,* cuiuis finis emendatio delinquentis, non habens coactionem, ſed ſimplicem monitionem.

Quæ ſoluuntur diſtinctione.

*1. *Prælatorum* ergò non dimittenda, vt vt turbetur, qui corripitur, tum quia ſi ſpontè nolit emendari, pœnis cogendus eſt, ne peccet.

Tum, quia incorrigibilis eſt, tamen bono communi prouidetur, dum Iuſtitiæ ordo ſeruatur, fitque vt vnius exemplo, alij abſterreantur. Vndè & Iudex nihilominus damnat nocentem, vt vt damnatus, aut fautores eius, turbentur.

*2. *Fraterna* prætermittenda, & cum meliora non ſperantur, & cum timentur deteriora, ac tum maximè: præcipuè verò Reip. nocitura.

Ratio. Quoniam oportet ea quæ ſunt ad finem, ita vt poſtulat ratio finis, regulari. Eſt aut monendi finis, correctio, quæ impeditur, cum monitione monitus abit deterior. *Hæc ex mente D. Thomæ 2. 2. q. 33. art. 6.* Concionatores ergò, cum vt Prælati corripiant (vices enim hic Epiſcoporum gerunt, & vt Prælatos

agnoſcas], ſedere in cathedra Moyſi vulgò dicunt
&c.) videntur corripere Herodem etiam nunc poſſe
imò & debere, cùm meliorem fore deſperant, ac
tuunt fore deteriorem.

Reſponsũ argumentis;

Ad argumenta verò ſic ego reſponderim.

*1. *Ad primum.* Finem prædicationis duplicem
ſe; vnum, quem præcipuè ſpectat Deus ex parte
catoris, conuerſionem eius ſcilicet; Alterum, quem
præcipuè ſpectat ex parte Concionatoris, nempe
ritum illius, ex obedientia ad mandatum diuinum,
dum pro Deo legatione fungitur. Itaq; quando
dem Concionator, ſemper alterum duorum con
quitur, meritum ſaltem ſuum, non poteſt inſipiens
ci, vtens mediò, quod eſt ad vtrumque finem.

*Deindè*; conſequitur finem quoque correptionis,
quæ eſt Prælatorum, bonum commune ſcil. & ti
rem aliorum, ex pudore & nota, qua correpti aff
untur.

*3. *Ad ſecundum.* Verum eſſe, vbi charitas non
penditur, & qua abutendo proximus grauius damna
tur, non eſt præcepti, ſed libertatis. Alibi in præ
to, non item: Sed arguere oportunè, importunè,
deſinenter inſtar tubæ exaltare vocem in ſcelera
mus Iacob, in Concionatore, eſt præcepti, quamuis
latus, vel Proprælatus eſt, & Epiſcopi vices ſubi
bit.

*4. *Ad tertium.* Dicendum ſententiam illam Chri
ſti, neque eſſe præcepti, vt neglecta importet pecca
tum; neque conſilii, quaſi de maiori bono, ſed præ
dictionis mali, quod ſoleat non ſine culpa ſua au
tor improbus inferre importuno doctori, Doctor pa
ti poſſit non modò ſine culpa, ſed etiam cum con
q. d. Oportet eum, qui ſit docturus indignum, etiam
paratum eſſe digna atque indigna perferre.

Alioqui, appendix illa fieret Concionatoribus, ip
ſo laborioſiſſimo concionandi opere laborioſior, ac
toque onere oneroſior.

*4. *Ad quartum.* Similitudinem eleemoſinæ qua
drare correptioni, vt fratrum eſt, non vt Prælatorum

Deindè

Denique timendum fuerit, vt illic, *ne dum hoſpes eligitur, hoſpitalitas minuatur*, & dum improbum reijcis, fratrem excludas; ſic hic, ne dum ſtudetur, ne obſtinatis & indignis verbum Dei correptorium fruſtra proponatur, *paruuli* & indigni *petant panem, & non ſit, qui frangat eis*, & Concionatores in concionandi pigritiam incidant, hoc prætextu, dicentes; eiuſmodi, *bonis ſuperflua; damnandis hæc inueniuntur inutilia.* Decret. 23. q. 4. Cum quiſque. **D. Ambr.**

Indulgenter ergò hoc dixerim de concionibus, quod D. Hieron de eleemoſinis; *Sine diſcretione omnibus indigentibus ſimpliciter tribuamus, non quærentes, cui, ſed quare demus.* D. Hieron. in ep.

*Si indifferenter omnibus dederimus, ſemper miſerebimur; ſi autem diſcutere cœperimus, nunquam miſericordiam præſtabimus*, D. Chryſoſt. ſer. 9. in Matth.

*Cæterum*, ad Auguſtinum, dicendum appellare illum conſilium charitatis, non quaſi de maiori bono, ſed quaſi de minori malo, ex ſilentio, quod magis habet prætextum charitatis, quam quidquam timoris, & excuſari eum, cui non timor, cauſa ſilendi ſit, ſed charitas, quam opinione concepit. **Autorit. tibus,**

*Deinde*, loqui illum de eo, qui non tantum ſuo, ſed etiam Reip. ſeu Eccleſiæ malo & incommodo, ſit deterior, quo caſu conticeſcendum.

*Vel*, admittere opportunam corripiendi dilationẽ, non omnimodam omiſſionem.

Ad Thomam, dicendum, loqui eum de correctione, quàm priuati faciunt, non de ea, quàm Prælati, qui, vt vt cedat, ſemper ad eam tenentur, ne vni parcentes aut metuentes, multos perdant impunitate.

Quin etiam tempus eſſe poſſit, quo priuatus quoque a correptione deſiſtere non teneatur, etiam deſperata correpti emendatione.

Sancitum enim eſt a Lateranenſi concilio vltimo, teneri quemque corripere alterum, quem blaſphemantem audiret, quamuis emendationem non ſperaret, & quidem acriter, ſi ſine ſuo periculo facere poſſet.

Nos

**Exemplis.** *Nos è contrario in Dei iniuria benigni ſumus, & in no-ſtris contumelijs odia exercemus.* Hieron. in illud Mat. 24. Si peccauerit in te frater tuus.

**Ad exempla* autem dicendum, hùc facere illa, vt zelo Iuſtitiæ aliquandò ſimilia poſſimus, non vt ſem-per ita debeamus.

Cęterum, non facilè putandus aliquis obſtinatus aut monitis ita deterior futurus, vt correptione om-ni indignus videatur, & zelo omni noſtro deſtitua-tur.

Vt Deus, etſi neſcitur, an conuertatur à malo, quod facturum ſe dixerat, tamen ſemper oratione deprecationis pulſandus eſt, ſi fortè conuertatur & viuat peccator; ſic, etſi ignoratur (imò probabiliter deſperetur) an quem corripimus, corrigetur, ſem-per eſt oratione conſilij & increpationis quatien-dus.

**Moniti-uncula.**

*Contra ſpem in ſpem* creditur, ſperatur.

Iob. 13. *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo,* Dum ſpi-ro, ſpero.

Vt ſtultum videatur, tamen merſa in Iordanem ſe-curi, vt ferrum emergat, conſilio, Eliſæi etiam ma-nubrium inijciam. Forſitan & duo inſperata mira-la merebitur obedientia, alterum, vt recta in foramen ferri incidat manubrium; alterum vt per manubrium natet ferrum. 4. *Reg.* 6.

Obedientiæ Ioannis Abbatis ſimplicitas nonnun-quam imitanda; quem ferunt aliquandò a ſuo Abba-te, eius obedientiam tentante iuſſum, palam aridum in terra defixum, aqua, quæ duobus milibus paſſuum à monaſterio diſtabat, bis per diem aduecta, bis quo-tidie irrigâſſe, ſi fortè vel tandem refrondeſceret, ac refloreſceret: Irrigandus ſemper peccator monitis, forſitan aliquandò flores fructumque præter ſpem daturus.

**Io. Caſſ. de inſtit. l. 4. c. 23.**

At illius Pauli cognomento ſimplicis, Magni illi-us Antonij diſcipuli ſimplicitas conſectanda, qui multa abſurda & ſuperflua, ſicut aquam haurire, hau-ſtam effundere; veſtes diſſuere, diſſutas iterum con-

ſuere

fuerat iuſſus, perfecit, non vanos & irritos labores ſpectans, ſed mandatum, & meritum ſimplicis obedientiæ. Spectemus etiam nos Deum, qui ſi *vnicuique mandauit de proximo ſuo*, maxime tamen Epiſcopis & Concionatoribus.

*Quis ſcit, ſi conuertatur Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem?* an non tamen dicat. *ô mulier magna eſt fides tua?* an non, quod non erat daturus, quia amicus, ſaltem dabit quia improbus & importunus?

*Sunt* 12. *horæ diei.*

Quoties *flebile principium melior fortuna ſequuta eſt?* Ouid. 7. Metam.

Ipſe eſt, *qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Flabit ſpiritus, & fluent aquæ.*

Ipſe eſt qui elicit *mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.*

Ipſe eſt, qui *potens eſt ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*: & *lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, factus in caput anguli.*

Ipſe eſt, qui pictori deſperatum ſpumæ equinæ opus, tunc reddidit abſolutiſsimum, cum ſpongiam multicolorem in tabellam pictor impatiens impegiſſet.

*Et quare verbis parcam? gratuita ſunt. Non poſſum ſcire, an ei profuturus ſim, quem admoneo: illud ſcio, alicui me profuturũ, ſi multos admonuero. ſpargenda eſt manus. non poteſt fieri, vt non aliquandò ſuccedat multa tentanti.* Senec. ep. 29.

Sunt ſpiritalia pharmaca tàm impotentia, vt quenquam debeat, medicorũ cura relinquere, ſanandi deſperatione?

*Neſcitis cuius ſpiritus ſitis*, qui putatis negligendos, qui citò dicitis *Curauimius Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terrã ſuam.* Hiero. 51.

Baptiſta ergò optimè, qui Herodem, etſi ad multa recalcitroſum, nunquam tamen neglexit. Corripuit de Herodiade, & nondum abacta Herodiade ta-

mea

men *corripuit* nihilominus *de omnibus malis, qua* ... *cit.*

*Contra ſpem, in ſpem credidit.*

Maluit clementior & indigentior videri, quàm ... uerior; & curatione nimia, quàm negligentiore ... câſſe, ac tandem dicere poſſe, *quid debui facere, & non fecit?*

# ECHO
# CONCIONIS XX.

THEMA. *Herodes cum corriperetur à Iohanne de Herodiade & de omnibus malis quæ fecit.* Luc. 3.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum ...

Dicendum hodiè mihi
1. *Quæ ſint ante liberas publicaſque correptiones prauidenda, & an Baptiſta ea prouiderit;*
2. *Quæ in ipſis iam correptionibus obſeruanda.* AVE.

## I.

*Quæ ſint antè liberas publicaſque correptiones prauidenda, & an Baptiſta ea prouiderit.*

**Facile vitia pro virtutibus amplecti,**

Vt Baptiſtæ noſtri captiuitas, cædeſque in ſequentibus tractandæ, tanto iniquiores adpareant; Argu... vt nemo vice libertatis, maledicentiam, aut petulantiam in ſuggeſtum malè importet; fuerit operæ precium (Auditores) ſi hodiè diſquiſierimus, quæ ... nſoribus morum, &liberis Concionatoribus imprimis obſeruanda.

Multi enim auditis illis, *Argue, obſecra, increpa, inſta opportune, importunè,* & alijs eiuſmodi, *dum* ... *vitia,* adulantium, *ſtulti in contraria currunt,* atq; ... pingunt.

Et auditis tot conſtantiæ Iohannis laudibus, cacozelia, & praua cupiditate imitandi, inflammantur.

Multi

*Multi decipimur ſpecie recti.* Horat. in arte.

*Stulti dum vitant vitia, in contraria currnt*, A Charybdi in Scyllam deflectunt.

*Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra.* Iuuen. ſat.14.

*Mala interdum ſpeciem honeſti obtulerunt.* Senec. ep. lib. 22.

Virgil. bucol.

*Sunt virtutibus vitia confinia.* Ibid.

*Et mala ſunt vicina bonis: Errore ſub illo,*
*Pro vitio Virtus crimina ſæpè tulit.* Ouidius de remed.

*Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.* Virtuti nocet vicinia vitiorum.

Vt autor incentorque vitiorum omnium *Satanas*, non rarò *transfigurat ſe in Angelum lucis* (Eremitam enim ſanctiſſimum dixiſſes initio, cum Chriſtum in deſerto tentaret, tandem aliquem ex Magnis illis Imperatoribus aut Monarchis, de qua tota re olim ego latiſſime in Monomachia:) ſic & vitia ipſa, pallium ſępè, & ſpeciem virtutum induuntur, vt dicere vel ſemiſapiens poſſit *malum bonum*, vt eſt in Propheta.

Ita ſunt, inſtar Satanę, trãſfigurata; Monomachia edita Atrebati & Duaci.

Lepidula fabella illa eſt, qua iactatur, Bonum, cũ ſe in cœlum reciperet, pallium non ſatis arctè fibulatum malè tenuiſſe, itaque illud in terras dilapſum eſſe; Malum autem in rem, prædamque intentum, extemplo illud magna auiditate collegiſſe (vt quondã Magiſtri ſui Eliæ, Eliſæus;) itaque nunc pænè nullũ non, hoc ſpecioſo boni paludamento, incognitum fallere; a multis aut inuitari, aut admitti nihilo minore beneuolentia, quàm Bonum ipſum, cum ageret apud mortales.

Sed & lupos ferunt, aliquandò ouium vellera ſparſa & iacentia, ſibi collecta induiſſe, ac deincepss mirè fefelliſſe.

*Attendite* (ait Chriſtus) *à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*; Pelle tenus quam oſtentant, oues ſunt; carnibus animiſque lupi pernicioſiſſimi.

Ita

Ita ſcilicet laruis rerum aliarum, & aliarum ctionum decepti, alias pro alijs accipimus pe quenter.

Aurum ſubæratum, pro ſolido ac verè Cæſareo tiam exercitati monetæ tractatores & telonarij, pinnt, ærarioque dignantur, niſi ad lapidem ly ante probauerint.

Itaque facilè quoque mordacitas & maledicen laruata nomine Cenſuræ ſeuerę & Catonianæ, bertatis Baptiſtæ ſpecioſiſsimo, niſi aduigiletur, repſerit.

Paucorum enim eſt Libertas de qua nunc ſermo, legitimus vſûs illius.

Periculum quoque non paruum, ab illius vt fere *nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.*

*Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem.*

*Ouid. lib. 2. Triſt.*

**Itaque in procliui ſit, etiam mordacitatem pro libertate vſurpare.**

*Mel ſi nimium, etiam amarum. Data tempore* dere *proſunt, Et data non apto tempore* ac pondere *nocent.*

Refectiones ipſæ corporum noſtrorum, ex que demum materia ſint, niſi arte fiant non refectio nes ipſorum ſunt, ſed deſtructiones.

Commiſſo ſine arte panno rudi cum vetere, *ior ſciſſura.* Matth. 9.

Theophraſtus aiebat auditum maximè om ſenſuum facere ad motus animi ciendos. Neque quidquam eorum quæ viſu, quæ guſtatu, quæ percipiuntur, tantas mentis alienationes, tumul conſternationeſque adfert, quantę animum occu ſtrepitibus quibuſdam & fragoribus & ſonitibus, aures accidentibus.

Cautè igitur ſenſus ille nobis Concionatoribus plendus, tractanduſque eſt.

Et quoniam etiam auditus magis rationi, quam adfectibus idoneus, viaque & porta regia quædam ac pænè ſola, quà Virtus ad animum penetret; ad randum, ne occupetur pede pauperis pede egenorum, id eſt, ſermonibus parùm vtilibus, ſic vt Virtus per turba hac tranſire vel non poſsit, vel non velit.

Virtus

Vitijs & Morti aditum ad animi vſque conopæum præberi, per corporis partes plurimas, quaſi quaſdam portabant feneſtras, non videtis; Virtuti autem, per aures pænè vnas ac ſolas?

Non ſola *Fides ex auditu*, ſed Virtus omnis.

*Immò iſtas, quod tu minimè iam rere, per aureis,*
*(Excipit interpres) fœcundam Spiritus aluum*
*Influet, implebitque potenti viſcera partu*, ait Gabriel Angelus ad Matrem virginem. *Sannazarius libr.* 1. *de partu virginis.*

*Intacta neſciens virum verbo concepit filium*, ait Eccleſia, Verbum verbo.

Breu. Ro. in hymno Laudum Nat. Domini.

Ouid. de arte.

Itaque ſtudioſiſſimè prouidendum, & quid & quo modo, auribus ingeratur.

Quanto ſtudio auditui, & linguæ prouidendum.

Vt lingua hominis, paruum quidem molo, ſed potentia maximum, optimumque eſt inſtrumentum; ſic arte quoque regenda eſt, ac vigilantius quam ipſæ quæ *arte citæ veloque rates remoque reguntur.*

Rexeris enim arte; Vniuerſitas eſt Probitatis; non rexeris; eſt *Vniuerſitas iniquitatis*, Iacobi Ap. ſenſo.

Bias indicauit, qui aliquandò ab Amaſide iuſſus, ſimul & optimam & peſſimam victimæ carnem mittere, linguam ei exſectam miſit. nimirùm quòd ſermo, linguæ opus, eſſe poſsit idem & vtiliſsimus, & damnoſiſſimus,

Æſopo aliquid huic ſimile quidam adſcribunt.

Abuſus libertatis linguæ atq; adulatio idem ferè efficiunt, niſi quod ille cum dolore, illa cum voluptate operatur.

Vſus autem eius bonus multò eſt difficilimus;

D. Chryſoſt. lib. contra Gentiles, ſeu de vita Babylæ. *Vocũ libertatem vtcunque vſurpare poſſunt & explebis permulti; At illa eadem.*

Non cuiuſuis eſſe decoram oris libertatem.

1. *Decenter vti,*
2. *Tempore conſentaneo,*
3. *Congrua cum menſura,*
4. *Tum prudentia adhibita; magni admodum animi, & admirabilis fuerit.*

*Hoc opus, hic labor eſt. Dijs geniti potuêre.* *Virg. 6. Aeneid,*

Igitur, nunc videamus, ecquæ obſeruanda, ne libertatem adfectantes, in maledicentiam incidamus.

**Neceſſaria ad illā plurima.**

Obſeruanda quædam circa
- 1. *Rerum veritatem;*
- 2. *Ipſarum qualitatem;*
- 3. *Intentionem Cenſoris;*
- 4. *Tempus reprehendendi.*

*1. *Circa rerum veritatem,* vt fiat
- 1. *Exploratio vitiorum loci, vbi ſis dicturus;*
- 2. *Delationum diſcuſſio, verum illa ſint, an tantum verſimilia &c.*
- 3. *Interpretatio commoda nunquam.*

**1. Exploratio vitiorum Stationis tuæ**

*1. *Exploratio vitiorum* loci, vbi ſis dicturus.

Mediocris tamen ſupra vulgus, Infra Paſtores.

Vulgum adfatur Seneca; *Eſto,* inquit, *vitiorum fugax ipſe, aliorum neque curioſus ſcrutator, neque acerrimus reprehenſor, ſed ſine reprobatione correptor, ita vt admonitionem hilaritate præuenias, & errori facilè veniam dato.* lib. de 4. Virtutibus.

Explorare & rimari omnia anxiè Concionatorem non volo: Eccleſiaſten, non ardelionem illum eſſe deſidero.

**Supra vulgus,**

Qui vbique incumbit, ſemper odioſus ac moleſtus omnia cognoſcens, omnia curioſè percunctans, atque liberis tolerabilis eſt, neq; fratribus, imò nec ſeruis quidem.

D. Petrus quia priuatus curioſius de vicino Iohanne ſciſcitabatur *Hic autem quid?* audiuit à Chriſto durum illud, *Quid ad te? Tu me ſequere.*

Quid ad te an proximus *ieiunet bis in ſabbatho,* nec ne;

*An decimas det omnium, quæ poſſideat.*

*Tu me ſequere,* tu Deum ſequere, & cole.

In animo gere, quod Delphici templi frontiſpicium literis aureis gerebat, epigramma breuiſſimum, ſed ſenſuum fœcundiſſimum, *Noſce teipſum.* Intro deſcende potiùs, & *nôris quàm ſit tibi curta ſupellex.*

Marti-

Manticam tuã ipſius in oculis tuis habeo; in tergo autem illam aliam proximorum tuorum.

*Quid vides feſtucam in oculo fratris tui , trabem in tuo non vides?*

Quid culicem in alio liquas; in te admittis elephã-tem, & grauiora legis negligis?

Vicini naſum atratum a perſpicillis irrides tu in media natus Æthiopia?

Loripedem, vtroque pede claudus?

Maximè cum te nec Iudicem quiſquam, nec medicum ſtatuerit. *Alienus ſeruus ſuo Domino ſtat , aut cadit.*

Vbi tamen in vitia non quæſita incurreris, fraternè caſtigabis.

Supra vulgus Concionator explorabit , quoniam ex profeſſo eſt vitiorum caſtigator.

Sed infra Paſtores : Paſtoribus enim neceſſe , vultum pecoris ſui exactiſſimè internoſcere, vt pro morborum ratione, conficiant malagmata, propinent catapotia, & Domino Deo de ipſis reſpondeant. Concionatoribus non æquè , qui in partem oneris aliquã tantum vocati ſunt.

**Infra Paſtores.**

Illos Epiſcopos idcircò adpellant , quod ex etymo accuratæ eſt diligentiæ atque obſeruationis nomen.

Speculatores quoque non fruſtra adpellati , atque exploratores.

Vt enim ſpeculator, è turri vrbis bellicæ (cuiuſmodi eſt iſta) non vno loco pedem figit , ſed mòx è feneſtra, qua Cæſarimontes noſtri ſpectantur; mòx ex illa, qua Gallia; mòx ex alia atque alia proſpectat , ac ſic perpetuò in orbem itque reditque viam toties , vt non pedes non Eques intret , quem non videat : & vt explorator , nunc in tonſtrinis , nunc in popinis eſt, nunc in officinis alijs, intentis auribus diuerſatur , ne quid nouarum rerum , aut conatuum hoſtilium ſe fugiat ; Ita Paſtor bonus ſtare loco neſcit , micat auribus , & vitas hominum & crimina diſcit.

**Quos oporteat in omnia intentos eſſe.**

Hebræi memorant lineam Pontificis ſui ſummi ve-
ſtem, eo artificio fuiſſe contextam, vt nihil, niſi pu-
ros oculos, ab humeris ad fimbrias vſque, repræſen-
taret. Quorſum? Opinor, vt, velut Argus quidam cen-
toculus, in omnes intendere debere doceretur; ideo
etiam, vt ſciret populi totius oculos in ſe vnum eſſe
conuerſos, defixoſque.

Quin, vbi ipſe non ſatis id poterit, etiam debere
adhibere obſeruatores, & velut exploratores (ſed nul-
li calumniam aut negotium temerè facturos) qui viſa
atque audita ad ipſum perferant.

Hac fini olim in Eccleſia erant quidam in hoc opus
conſtituti.

*Ipſi enim peruigilant*, ait Paulus de Præpoſitis. Ar-
gos centoculos illos eſſe oporteat.

Ergò illos ipſi Concionatores proximè æmulen-
tur, aut ex ipſis diſcant, qui mores vrbium, quæ pro-
penſiones populorum, quæ vitia, apud quos, præ-
mineantur, illic, vbi ſtationarij ſunt decreti.

Alioqui in concionibus inania captauerit, & incer-
tum hoſtem telis petiuerit, quibus minimè oporte-
bit.

Contingent fortaſſe illum apud milites de mercatu-
ra & vſuris & reliquis mercatorum vitijs, agere; apud
mercatores de militaribus culpis, cōcuſſionibus, præ-
dis &c. notabit auaritiam, coram prodigis; prodi-
galitatem, in auribus auarorum, hæreſes apud Ca-
tholicos (quales Dei dono omnes vos ipſe arbitror)
ſuperſtitionem, apud Hæreticos, & minimè religio-
ſos &c.

Quæ alio
qui incō
gruitates.

Ergò, vt prouidi inſtitores & mercatores ſedulò in-
quirunt, quæ quibus in locis vendibiliora ac magis
neceſſaria; ne dum hoc neſciunt, fortè in Turciam vi-
na, quæ ibi vel nulla bibuntur, vel certè lege bibi non
poſſunt fruſtrà inuehant; ne in Iudæam ridiculè por-
cos venales agant; aut Moguntinos petaſones impor-
tent, quibus Iudæi omninò non veſcuntur; ne gliri-
bus decipulas, aut arſenicum venumdent Aueſnis, v-
bi, nec toto fortè territorio (mirabile dictu) nullos

glires

glites reperiri, & à patre meo olim, & iam vulgo accepi, ſed potiùs & congrua locis temporibuſque, & ſibi ſacroſa inuehant; Ita, & nos in ſtationum noſtrarum vitia moreſque inquiramus quantum ſatis, vt argumenta illis conuenientiora deligamus, non quidlibet, quamlibet doctum aut ſpecioſum tractemus.

Riſi mecum ſæpè, cogitans, quàm Tobias meus dulciſſimus, & pænè Angelo ſimilis, à Baſilea Romã vſque, comes, parùm prudenter egerit, homo tamen pænè triginta annorum, & artium magiſter, quum ipſe cereuiſię tantum coctor Romam venit, vt ibi operam daret coctori cereuiſiæ cuicunque, vbi nullam cereuiſiam coqui certum eſt.

Ridiculus etiam non minus Eccleſiaſtes ille fuerit, qui in vitia loco alieno inuehatur; quo incidit tamen qui mores hominum neſcit, & vrbes. Audiet nonnunquam iſtud; *benè, benè, ſed quò iſtud tuum tam bene?*

Sciet autem loci mores? Faciem tunc omnem ſermonis transfigurabit, vitijs eorum, quos docendos accepit, conuenienter.

Pro indicijs vrinarum inſpectarum medici recipienda præſcribunt.

Sic Paulo Athenis ara illa inſcripta IGNOTO DEO, anſam præbuit, de vero Deo potiùs, quam de talia quacunque, dicendi & docendi.

Sic *videns Ieſus turbas, deſcendit de monte.* Sic conuiua factus cuiuſdam Principis Phariſæorum, *intendens quomodo primos accubitus eligerent* conuiuæ, parabola propoſita, arrogãtiam flagellauit, Lucę decimoquarto.

Sic Xenocrati Philoſopho Athenis quoque anſam præbuit (*omiſſis, de quibus differebat*) *de modeſtia ac temperantia loquendi*, Polemonis adoleſcentis inſolẽtiſſimi, & iam vino madidiſſimi, in ſcholam ſuam fortuitus ingreſſus, vt pro Auditoris morbo, pharmaca temperaret. *Valerius Maximus libro ſexto cap. decimoſexto.*

**Baptiſta hic ſedulus.**

Sic Baptiſta noſter haud dubiè diligenter notaui & didicit *omnia mala quæ fecit Herodes*, ne quaſi in incertum curreret, & concionum ſuarum tela diligen non thoracem, non pedes, nō caput petens, ſed qua fortuna (vt ſic dicam) peti vellet.

Itaque exploratio & obſeruatio vitarum ſtation ſuæ, concionatori neceſſaria, aut illi toto cælo erran dum.

*Sapiens* tamen *interdum diuinat*, vt eſt in prouer bio.

**2. Delationum ſeria cribratio.**

*ij. *Delationum diſcuſſio, & quidem diligens*, de veri ne ſint illæ, an de veriſimilibus tantum, aut etiam fal ſis. Nam his ſæpè aures noſtræ obplentur.

*Cur neſcire pudens prauè, quàm diſcere malo?* Hora in arte.

*Veritatis* enim *miniſtros vera tantummodo decet pro ferre*. Hilar. lib. in Conſtantium.

Sedem veritatis idcircò tribunal hoc noſtrum ... olim veteres adpellarunt.

Non antè Iudex quiſquam bonus iudicauerit ... pœnam decreuerit, quam allegata probata habuerit omnia.

Cenſor morum Euangelicus ex cathedra, non ſit Alexandrinis illis, qui, è plauſtro, vitas ciuium nota bant, indiligentior; imò non ipſo Deo de quo ſcri geneſi; *dixit Dominus: Clamor Sodomorum & Gomo rhæ, multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam* Geneſ.8.

*Alexandrini olim luſtrabant animos*, ait Suidas. *Cer tis enim diebus in curribus homines vecti, quibus hoc mu nus datum eſſet, totam vrbem peragrarunt, & ſtantes v bi vellent, & domo aſtantes cuiuſcunque viſum eſſet, vi rè de plauſtro cecinerunt: nec falſa conuitia, ſed vera cri mina obiecerunt. Operam enim dabant, vt adcuratè om bra ciuium exquirerent, & hac incorruptè proferrent, vt ob hoc omnes improbitatem auerſarentur.* Suidas in hi ſtoricis, litera T. propè initium.

*Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt.* Sunt enim multi me-tiſycophantæ, & Mercurij ſomniorum.

Et plerique noſtra Concionatorum pia credulita-te, & credula pietate nimis abutuntur.

Non credendum omni tumuſculo, atque incertæ famæ (*gal. vau-de-ville.*) *Fama malum.* Facta atq; in-fecta canit.

Audet etiam nonnunquã de Hippolyto & Bellero-phonte mentiri.

Libranda ergò & cribranda omnia.

**Primum*, ne miniſterio Charitatis j. Prędicatione, charitas violetur.

Nedum vnum foramen inerter & parum dextrè obturatur, & alterum per proteruiam, aperia-tur.

**Ne vituperetur miniſterium noſtrum,**

Si enim etiam vera crimina tàm grauiter audiun-tur, quantò acerbius falſa & infecta, & meræ calum-niæ?

Prouidendum ne Sedes cenſuræ, fiat cathedra pe-ſtilentiæ.

**Deindè*, ne ſit recantandum, magno autoritatis detrimento, aut dicendum, *Non dixi*; aut *Si dixi, Non ſic dixi*, aut *Sic dixi quidem, ſed & hoc adieci &c.*

**Et Perſona noſtra,**

Palinodia, & voces per iugulum redeuntes, mirè fi-dem maieſtatemque eleuant Oratorum.

*Turpiſſimam aiebat Fabius Regi excuſationem eſſe, Non putaui. Ego turpiſſimam homini puto.* Omnia puta. Senec. lib. 2. de Ira.

Turpiſſimũ etiam ex Concionatore audiri, *Puta-bam. Qui citò credit, leuis eſt corde.*

**Aut* niſi recantetur falſum, non ſolum ex latè ſpar-ſa coram auditorio frequentiſſimo calumnia, latiſſi-mè & grauiſſimè lædatur alicuius fama, ſed & ipſa Concionatoris conſcientia.

**Ne tàm proximi fama lædatur, quã noſtra Cõſcientia.**

Baptiſta noſter exemplo nobis præiuit, qui *corripu-it Herodẽ de omnibus* omninò *malis*, ſed *quæ fecit*, id eſt, de ijs, q̃ factis opportunis quæſitionib⁹, & (vt Iuriſpe-riti vocat) informationibus, Herodẽ perpetrâſſe certò

 illi

illi conſtabat, non quæ feciſſe, vel ſuſpicari ipſe po[illegible]rat, vel alij arbitrari, aut calumniari.

Non iratæ alicui in Herodem mulierculæ & ba[illegible]chanti, non portitori, aut ſaccibaiulo, digna to[illegible] digna in ſuum Regem euomenti credidit. Diſc[illegible]ſit primum, conuenientiane eſſent eorum teſtim[illegible]nia.

Cum vidit famam eſſe, & eſſe Herodem, qual[illegible] fama depingebat; & ipſe Regem Regi tùm ta[illegible] quo penicillo, & quibus coloribus oportuit, depi[illegible]it, turpitudines Herodis Herodi videndas velut ta[illegible]bella obiecit, vt ſui horrore, mox animæ faciem ſ[illegible]bus Inferni teterrimam & mirè horrendam pœni[illegible]tiæ lachrymis elueret.

Aperta tum ipſe facie, non fæcata nec fucata [illegible] iuuenum Comædorum, ne poſſint agnoſci, cum [illegible]uium quemque, ad Primates vſque ipſos, licenti[illegible] de plauſtro loquuntur) Regi in os dicenda dixit, [illegible]ciſſe dixit, quæ fecerat in oculis Solis huius; corr[illegible]it, & duriſsimè *percuſſit impium virga oris ſui* ferrea [illegible]tius, quàm vlmea.

Herodis facta ſi Tyrannica eſſe *& fama erat, & [illegible]rant*; fecit, vt qualia eſſent & ipſe Herodes ex ipſo [illegible]telligeret.

1. Timoth. 5. *Sine praiudicio nihil faciens, in alteram partem declinando*, id eſt, pro nullo & contra nullum, ante iudicium ſententiam feras.

*iij. *Interpretatio commoda* nonnunquam, qua alio[illegible]rum facta, charitatis ſpiritu molliter in bonum d[illegible]torquentur.

*At pater, vt nati, ſic nos debemus amici*
*Si quod ſit vitium, non faſtidire. Strabonem*
*Appellat pætum pater &c.* Horat. li. 1 ſat. ſat. 3.

Multa enim ſpeciem quidem mali habent, rem [illegible] habent. Quin; vt quædam dicuntur mala, benè (teſte Gregorio:) ſic & nonnunquam fieri poſſunt.

D. Greg. 23. Mora. c. 3. *Charitas, non cogitat malum. Omnia ſuffert; Omnia credit; Omnia ſperat; Omnia ſuſtinet; Charitas benigna eſt.* 1. cor. 13.

Aliqua[illegible]

*Horat. in arte.*

Aliquis *Heros,*
*Regali conſpectus in auro nuper & oſtro,*
*Migrat in obſcuras humili ſermone tabernas?* At audi. Forſitan facit ſtudio charitatis, & noſcendæ publicæ paupertatis &c.

Auidius Epiſcopus Turonenſis vſus eſt opera Dæmonis, vt celeritate ſumma Romam perferretur? O ſpeciem mali euidentiſſimam! At audi. Sed iuſſit Dæmonem ſeruire homini contra Dæmonem; & peccatimentorem, contra peccatum militare. Ad Zozimum Pontificem monendū conuertendumq;, geſtaſſe volebat ſcilicet ab eo ipſo, quem geſtientem viderat, quod Pontificem ſeptennio ſolicitatum, tandem ad ſtuprum committendum impuliſſet. *Marulus l.1. Exemp. c.2.*

Quorſum aliquot exempla)

Anaſtaſium monachum neſcio quem ex priſcis illis, vſum ferunt Dæmonibus circiter centum ancillatoribus, & fabris? Sed audi. Dæmones Deo contra ſeipſos cogebat militare. Ipſorum enim operis monaſterium capax centum monachorum, cum officinis omnibus, crucis Chriſti ſcilicet ſcholam erigebat, aquamque procùl, per ductus ſubterraneos, deducebat, Dei cultui ſeruituram Vt mancipijs, & damnatis ad metalla aut triremes, ſic Dæmonibus vtebatur. Et erat hoc illi diuinitùs repenſum victoriæ precium, quam de centum illis ipſis Dæmonibus retulerat, qui ſe totos quatuor annos iunctis viribus variè tentauerant.

Iure belli, *A quo quis victus eſt, huius & ſeruus eſt.*

Et Chriſtus Dæmonem vectorem paſſus eſt, ſed vt cum vulpe vulpinaretur. *Vide noſtram Monomachiam.*

Et quanquam nuper tenui illud Matth. 4. *Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei,* ſuperatis iam tētationibus omnibus, de bonis Angelis intelligendū, nec recanto, quis tamen ſcit, an non etiam de malorū geniorum miniſterio coacto, intelligi rectè poſſit, vt ſuperbia eorum, per viliſſima miniſteria Chriſto vi-

ctori impendi iuſſa, grauius fatigaretur?

Vt nunc ex D. Petro dixi, victus victori ſeruus: Nil victo, quam pati, reſtat.

Sic ferè Tamerlanes Parthorũ Imp. arrogantiſſimũ gellũ, Baiazetem Turcarũ Imperatorē ſuperbiſſimũ prælio ad Stellam montem victum, captumque, ſcabelli pedanci vice ſeruire iuſſit ſibi equum conſcendenti: quod ipſum & olim Sapor Rex Perſarum Valeriano Rom. Imperatori victo imperauit.

*Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Pſal.

Vitalis monachus Alexand. intrabat proſtibula feminarum? Sed audi faciebat ſtudio peruerſas conuertendi; & ſic ſunt multæ ab ipſo conuerſæ.

Abram Eremita, relicta eremo, habitum mutauit, & vrbes, quas fugerat, perluſtrauit? ſed audi Factum, vt neptem impudicitia perditam, ad meliorem mentem (vti & contigit) reuocaret.

Chriſtus Samaritanam prolixius ad puteum alloquitur? aut in conuiuio Simonis patitur ſe à Magdalena adtrectari, inungi, oſcula figi? Sed audi. Vtriuſque ſalutem ita adcurabat.

Ergò aliquando bonus animus Concionatoris conabitur, quàm commodiſſimè poterit, facta dictaque ambidextra ſuorum interpretari, non in omnia allegophora debacchari.

Pauſon quidam, cum à quodam equum pingendum ſpecie volutantis ſeſe, recepiſſet, pinxiſſet autem currentem, indignante eo, qui conduxerat, ipſe ridens: *Inuerte* inquit *tabulam*; quo facto, non iam equus currere, ſed volutari videbatur. *Plut. l. Cur Pythia nunc deſiſſet carmine reddere oracula.*

Quidni? Cùm malus animus etiam non mala, imò & bona ſæpè malè interpretetur.

*Plin. in panegyrico Traiani.*

*Demens ille* (ait Plinius de quodam Imp. Rom.) *verique honoris ignarus, qui crimina Maieſtatis in theatro colligebat, ac ſe deſpici & contemni, niſi etiam gladiatores eius veneraremur. ſibi maledici, in illis ſuam diuinitatem, ſuum numen violari interpretabatur, quum ſe idem quod Deos, idem gladiatores, quod ſe putabat.*

Qua-

Quædam errata vel Herodis, vel Curiæ, vel Populi, vel cuiuſuis, minimo negotio, commodè, & cum charitate liceat ac deceat nonnunquam interpretari.

*Vt exiſtunt ſæpè iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa Iuris interpretatione, ex quo illud,* SVMMVM IVS SVMMA INIVRIA, *factum eſt iam tritũ ſermone prouerbium*; vt Cicero ait; ſic poſſunt quædam charitatis ſpiritu in melius detorqueri.

Quæ aliqua excuſari ac prætexi, in Herode à Baptiſta potuerunt, ab ipſo diſſimulata ſunt; ambigua, & ambidextra, haud dubiè præterita ſunt: de ſolis *malis quæ fecit*, quæ manifeſtè, & ſine exceptione vlla, talia erant corripuit; de *ſolis* (inquam) illis ſed & *de omnibus* illis, idem Seueriſſimus, vnà & Diſcretiſſimus Concionator.

*Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci*. Horat. in Arte.

* 2. *Circa qualitatem rerum*, an ſc.
- 1. *Graues, & dignæ ſuggeſto.*
- 2. *Occultæ;*
- 3. *Publicæ, & mali exempli.*

* 1. *Graues*, & dignæ ſuggeſto &c. 4. Ponderatio grauitatis rerum, *Horat. in Arte.*

*Nec circa vilem patulumq; moraberis orbem*. Horat. in arte.

*Verſibus exponi Tragicis res comica non vult:*

*Singula quæq; locum teneant ſortita decenter*. Idem ibid.

*Vt effutire leues indigna Tragœdia verſus*; ſic forſitan leuiuſculos lapſus hæc cathedra reprehendere.

Leuicula prætereiri ſuadent
- 1. *Finis Concionis;*
- 2. *Tædium Auditoris;*
- 3. *Egeſtas Oratoris;*
- 4. *Indoles hominis cuiuſcunq;.*

* 1. *Finis concionis*, qui eſt craſſa illa, & hominibus

bus Chriſtianis indigna peccata euellere, omnia zania Chriſtianiſmi ſemen ſuffocãtia extirpare, a ſos a Deo ad ipſum conuertere &c.

Nàm leuiculæ ex cauſis diſſimulantur,

At qui leuicula omnia carpſerit, is aciem ſui, id eſt correptionum deinceps ſuarum de ſ rebus hebetauerit, & fecerit inefficaces, cùm, m inſtar, libertatem acre medicamentum & ama quidem, ſed neceſſarium & pretioſum, in multa m ta, & non neceſſaria abſumſerit.

Adde venialia a Deo vix hominem auertere, d taxat hùc diſponere.

Philotimus medicus, cùm quidam purè circ laborans, ei digitum exulceratum commonſ *Heus*, inquit, *non tibi cum reduuia eſt negotium.*

*Aquila non capiat muſcas*. *Sed nec vacat* bus *adeſſe Ioui*. Ouid.

Pygmæos & homulos cubitales contempſerit, ſit cum Centauris aut Gigantibus bellum. Vires p lio neceſſariæ, velitationibus ſuperfluis non atter dæ aut accidendæ.

* 2. *Tædium Auditoris*. Nam, vt, quibus aures calluerunt, pæneque obſurduerunt, longis iname que prologis, ij ferè ad reliquas & iam ſerias ora nis partes animo ſolent peregrinari: Sic leuiculis gati, ad grauiora dormitabunt.

* 3. *Egeſtas Oratoris*. An eſt cuiuſquam tam pe nis copia, & fons rationum adeo inexhauſtus, friuolis non debeat vti parſimonia, vt ſufficere g uibus poſſit?

*Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat*
*Iupiter, exiguo tempore inermis erit*, ait ille. Ouid. *lib. 2. Triſt.*

Quis Parthorum tam diues ſagittis, vt pharetra vera pugna non ſit habiturus vacua, ſi in obuias qu que muſcas tela inaniter contorſerit?

Miles, qui ſulphuratum puluerem omnem, & p beas nuces, in anates, in paſſerculos petendos c ſumſerit, aut equum inanibus æquo campo curſi fatigarit; cùm in apros, aut veros iam hoſtes inci rit,

rit,qui poſſit ita pugnare , vt vincat & triumphet?

Tranſeant,tranſeant intacti phalangis præambulones,vt ex inſidijs tota mòx phalanx ſequutura ſternatur.

Qui in atomos,& veniabiliſſima peccatula , graues & crebras inuectiuas ( quarum onus non Comædorum plauſtra,non Argo , non Centaurus magna, non quælibet alia nauis etiam centiremis portare queat) effuderit, idê cum ad enormia facinora taxanda ventum erit,languebit,frigebit , vanè declamauerit ubi tum tonet, & neſcio quid diuinum humanoq; animi crepet Potius ſeſe ad maiora referuet.

Quid,quòd etiam Morbo quodam animi,aut cõſuetudine potiùs id tùm videbitur, quam rei enormitate facere?

Qui prouerbium illud (*Silentium Amyclas perdidit*) enarrat,aiunt Amyclas, oppidum quoddam ſitũ inter Caietam & Tarracinam, quum ſubindè falsò nunciatus eſſet hoſtium aduentus , & idcircò ciuitas frequenter inani terrore quaſſaretur,tandem lata lege cautum eſſe, ne quis vnquam hoſtis nunciaret aduentum,itaque nemine auſo,etiam cum iam verè hoſtes aduenirent,clamorem ad arma edere,tandem captam ex improuiſo ciuitatem. *Vide Eraſmum in Chiliadibus.*

At dico,fac nullam fuiſſe legem ſilentij:creber ille clamor falſus;de hoſtis aduentu, potuit etiam tandẽ ciuitatem perdidiſſe:potuerunt enim ciues,falſis illis & vanis clamoribus , quaſi Annibal eſſet ad portas, toties decepti,aliquando verò ad aduentum hoſtium clamore (quem inanem quoque, vt olim , crederent) nil moueri,non arma corripere,& perire.

Itaq; Duces quidam periti non probant belli tempore frequentes illos & vanos ad arma pulſus aut clangores.

Eccleſiaſtes in nænias grauiter & frequenter declamitans,in Blaſphemias deindè dicens, non admodum terruerit credituros,eum paria ſuo more corripere,& moroſum adpellaturos,qui puluiſculo offendatur,& morologum,qui loqui neſciat,niſi offendat,

★ 4. *Indoles hominis cuiuſcunque.* Qui enim veni
etiam minutorum non impetrant Auditores, c
nò illibenter Concionatori quaſi inimico perm
liberè de maioribus dicere; Veniam autem & co
uentiam in paruis adepti, in magnis reprehenſio
ferunt. Lædit morologia, hominum patientiam.

Itaque forſitan Cenſura Romanorum hæc m
probanda, qua nihil, non etiam leuiculum, non
ponſum parum reuerens, non oſcitationem alio
factam loco non ſuo, non nimiam in milite corpul
tiam & nitorem præteribant ſine ignominiæ no
*Vide Feneſtellam l. de Magiſtratib. Rom. c.* 17.

Et Leges Draconis vetuſti Atheniéſiũ Legislato
quib⁹ vna omnibus delictis pœna erat conſtituta
tiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſ
puiſſent, capite plecterentur, quam ob rem & Sol
(præterquam, quę de cæde erant conſtitutę) abroga
das curauit, & ſolebat Demades dicere, *Dracon*
*non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe.* A. Gell. li
noct. c. 18.

Profectò omninò eſt hoc, nimis draconem eſſe.

Eò fortè ſcriptum eſt; *Noli eſſe iuſtus multum.*

Qui nimis emungit, elicit ſanguinem.

Et à Baptiſta diſſimulatas adparet) *Luc.* 3.

Baptiſta noſter ſummus hic artifex fuit, vt qui
ſuo Herode grauia maximè videtur reprehendiſ
ſe.

Pro eo enim quod nos legimus (*de omnibus mal*
*quæ fecit Herodes;*) Vatablus vertit (*de omnibus pr*
*quæ patrabat Herodes:*) quo patrãdi verbo in ſolis gra
uioribus & conſummatis malis boniſque Latinos
vti puto, vndè & Patres patrati dicti, qui ad patra
fœdera iuramento firmanda & velut conſummand
mittebantur.

Alius quidam Interpres (*Deq; omnibus ſceleribu*
*quæ fecerat.*)

Caſtalion ſic (*Deq; tot, quæ committebat ſcelerib*
*argueretur &c.*) Scelera certè de maioribus peccat
dicuntur.

Græce eſt πάντων πονηρῶν, quaſi *omnium improbita*
*tum*

*tum nequitiarum, ſeu nequiter actorum* ; Quo modo, augmenti gratia dictum reor, & ſtudio indicandi, diſſimulatas tunc à Iohanne humanas & leuiculas Herodis negligentias, crimina, & malitias egregiè flagitias.

Nam, cùm *peccandi duo ſint genera, aliud ex propoſito, aliud ex negligentia.* Seneca autore; quod ex propoſito eſt, videtur culpæ plus habere, quam alterum. *Senec. in Prou.*

Vnde & quidam, adtenuandi peccati gratia, remotum propoſitum ab offenſa; *Clodium*, inquit, *nihil arbitror malitioſe, quamquam ſceleſtè quidem egerit.* Cic. lib. 2. ep. ad Atticum.

Et hinc illa communis peccantium excuſatio, feci, ſed ignorans; feci, ſed caſu, ſed ebrius, ſed victus impotentiore adfectu, adfectu, ſed neceſſitate coactus; feci, ſed ſemel & primũ, non ex conſuetudine, non ex pertinacia &c.

Grauiora igitur decerpenda ad correptionem: etſi leuicula interdùm notanda, ſed hoc tantum.

* ij. *Occultæ.* Nam culpæ eiuſmodi quia non tantũ habent publici periculi & ſcandali, videntur tanto leuiores, & (vt vulgus loquitur) partim & dimidiatè remiſſæ. Itaq; ſunt etiam earum autores & clementius, & ſine nominibus quà fieri poterit, agitandi. *5. An lateant,*

*Tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet*
*Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæq;. Horat.*

Nam quamquam quidam benè doctus ſcriptor malè accuſet Sacerdotes, quaſi nimis ſcios huius prouerbij (*Si non caſtè ſaltem cautè*;) malimque ego apud omnes valere illud, quod meritò vſurpaui in oratione quam iuſſus habebam in funere R. P. F. Iacobi Leſcailletti Franciſcani (Heſdiuenſium quondam Apoſtoli, ſummi Concionatoris, tàm vita quam fama longè celeberrimi, quo Patre me in Chriſto genitum Franciſco libenter glorior) *Et caſtè & cautè*, quod ſic caſtitatem Leſcailletus ille inſtar Iudithæ, coleret, & ſic timeret Dominũ, vt *nõ eſſet qui loqueretur de illo verbũ malũ*, ſed nec forſitã quiſquã ſiniſtrè de Leſcailletto ſuſpicaret; *Iudith. 8.*

tamen

tamen minùs multò illi ſenſo meo peccant, qui *non caſtè, ſaltem cautè* vitam inſtituunt, quam qui *caſtè nec cautè*, ſed *peccatum ſuum* ſi non *quaſi* ... *prædicauerunt*, ſaltem ſciretur, an neſciretur, ... deque habuerunt, tàm in foro, quàm in fornice ... care parati.

Nam, qui ſi *non caſtè, ſaltem ita cautè*, vt ne ... quidem, aut fauilla incendij ſui cuiquam adpareat, nec ſuum, nec Officij ac Dignitatis ſuæ odorem ... nũ, fœtere omni fimo ac ſtercore tetrius faciunt ... omnem Remp. nec ceteros exemplo peſſimo ... ad eandem licentiam. Si inquinantur ſuis, non ... participant alienis.

Pius quidam Senex Ordinis mei etſi religioſior quam doctior, tamen ſenſo meo veriſſime aliquando dixit, *Melius eſſe, id eſt minùs malum eſſe, hypocritam eſſe, quam publicè peccatorem*, vel idcirco, quod etſi hypocrita, qui pater Deo grauiter peccet, tamen ... citer bene facit; primum quod nulli autor eſt mali, deindè boni occaſio multis eſſe poteſt, exemplo operis materialiter boni.

Mitiùs igitur habebit Eccleſiaſtes occultos peccatores.

6. An pateant. *Vide Caietanum in 1. ad Timoth. 5. hic. Heſſelius hic; Argue, ſeuerè obiurga coram omnibus*, inquit.

* iij. *Publica, & mali exempli.* Tum Epiſcopum decet publicis vti reprehenſionibus.

*Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant.* 1. Timoth. 5. *Peccantes coram omnibus* publicè & ſine fronte, etiam *coram omnibus argue.*

Heſſelius, Eraſmus, Arias Montanus, Vatablus ... *ram omnibus*) referunt ad (*argue*) non ad (*peccantes.*)

*Vt cæteri timorem habeant.* Etſi enim qui ſic peccauerunt, vel iam correcti ſunt, vel nihilo meliores, ... reptione ipſa Eccleſiæ, futuri ſunt, fortaſſe etiam deteriores; nihil ominus ceſſare non debet correptio publica publicorum peccatorum, Præſentium, Abſentium, ſaltem ſpe præſeruandorum à ſimilibus ... torum.

Ex tribus enim, quæ in pænarum irrigatione ſpectan-

etiā ferè ſolent, nempè Emendatione delinquentis, Autoramento violatæ & velut exautoratæ per peccatum legis, & Paradeigmate, vel exemplo, vt cæteri pa-
rū deinde non audeant, ſaltem vltima duo tunc obti-
nentur, & illud maximè, *vt cæteri timorem habeant*, & ſimilia perpetrare deinceps reformident, alijs publicè & nominatim notatis & pudefactis.

Itaque contraria Sancti Iohannis Epiſcopi prohibitio, non hanc, ſed fraternam dumtaxat correptionem aut etiam detractionem adtingere credenda eſt.

Iohannes enim ille, illos etiam qui publicè peccauiſſent, abſentes carpi taxarique prohibuit. Fieri enim poſſe, vt peccatum pœnitendo diluiſſent, & iniquum eſſe id ab homine petulanter exprobrari, quod à Deo clementer fuerit condonatum. Itaque domeſticos ſuos grauiter increpuit, cùm quendam virginis raptorem morte dignum dixiſſent. *Et qui ſcitis* (inquit) *ſi ille iam peccare deſiſtit, cum vos fortaſſe non ceſſetis?* Iure ſcilicet credidit vir bonus, ſi, iuxta ſcripturam, *neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit*; difficilius multò eſſe, idipſum ſcire de altero Ex *vitis P.P.* Eccl. 9.

Publica peccata, etiam poſt pænitudinis occultæ intercesſionem, poſſunt publicè à ſuo Iudice reprehēdi & multari, maximè *vt cæteri timorem habeant*; publicè (inquam) non modò generalibus & vagis inuectiuis, ſed etiam quandoque nominum ipſorum qui ſic peccauerunt, interpoſitione reſtrictis; nam alioqui, quem *cæteri timorem habeant*, ſi generatim tantū in vitia, non in perſonas etiam, notæ ſemper ſparguntur? Nulli dicitur, quod omnibus dicitur.

Et cum dico publica publicè corripiēda, tā ad perſonas delinquentium, quam ad culpas refero, id eſt, perſonas intelligo debere tùnc notari & culpas, cum publicè omninò peccatū eſt. Nā culpæ oēs quālibet occultè perpetratæ, poſſunt etiam & debent à Baptiſta quouis publicè pro concione reprehendi & notari, ſed cum hoc moderamine, vt perſonæ etiam non publicentur, quibus idcirco gratia ſilentij nominum debetur, q̄ tenebras peccatis ſuis quærēdo neminē ad ſimilia inuitarunt.

**Lindanus in Pano plia.**

Si olim (vt vult Lindanus) ob peccata occulta, [illegible]
culteque in confeſſione prodita, poterunt Sacer[illegible]
tes publicam pænitentiam imperare, in qua ſint [illegible]
aliqua Famæ læſio ad vulgi ſenſum, & Pudor, et [illegible]
indè vulgi opinione cuiuſcũq; criminis in ſic pe[illegible]
& Pœna quædã, cuiuſ-cuiuſmodi illa eſſet; cur [illegible]
ſint modò publicè perpetratis ſceleribus, in [illegible]
diſtinctè nominatimque agere?

Si olim Chryſoſtomus iure imperauit miniſt[illegible]
bus corpus Chriſti, prohiberent indignè acce[illegible]
accedẽtes (inquã) non acceſſuros tãtũ, ſed iã [illegible]
geniculatos, quorum indignitatem noſſent [illegible]
(Nam de confeſſionis via hic adfirmare non [illegible]
quod repulſæ genus ab alteri, publicam im[illegible]
confuſionem, cùr publicè ſceleſtum non [illegible]
iure non poſſimus circumſtantijs notare? [illegible]
*Dux militiæ ſit, ſiue Præfectus, ſiue Princeps* [illegible]
*coronatus, indignè autem accedat, probibe*, inquit [illegible]
60. ad Antioch. Quid ſi vulgus, & turba?

De illis autem maximè ita cenſeo, quæ ſunt [illegible]
na, atrocia, & quorum exempla poſſunt plerosq[illegible]
uertere, cuiuſmodi ferè ſunt, quæ perpetrant C[illegible]
populorum.

**Iohan. Heſſelius in 1. Timot. 5.**

Certè ſententia illa Pauli, *Peccantes coram om[illegible]*
*argue*, ſenſo Ambroſij & Heſſelij de Epiſcopis [illegible]
tò magis igitur alij coram omnibus arguendi.

Baptiſta noſter id hic ſequutus, in Herode co[illegible]
endo, vt cuius adulterium cæteraq; ſcelera, ne [illegible]
quidem ſinapis emtores ignorarent; Tanti [illegible]
ſcandalum, & offendiculum puſillorum hic [illegible]
ſponſi faciebat. Lucas inſinuat, ſi maſculinè [illegible]
græcam vocem τῶν πονηρῶν, ἀπὸ τȣ͂ πονηρȣ͂. Nam [illegible]
ρὸς ȣ, ſignificare etiam poteſt ſceleſtũ, improbum, [illegible]
nequã: vt ſit, quaſi dixerit *cùm corriperetur de* [illegible]
*ſceleſtis & improbis, quos tales fecit Herodes*, id eſt de [illegible]
rodiano exemplo. Quotquot enim imitatione [illegible]
caſione Herodis, ſceleroſi euaſerant, rectè de [illegible]
Herodis Baptiſta repetebat, & Herodem ideò, vt [illegible]
ruptorem grauiter accuſabat. Arguebat Regem [illegible]

anima-

animarum peſſimo eius exemplo perditarum.

Et profectò credibile, Galilæá tùm fuiſſe corruptiſſimam, ſui Regis imitatione, *cuius ad exemplum totus componitur orbis.*

Itaque cum *non erat malum in ciuitate* vlla, *quod Dominus* eius Herodes, *feciſſe* dici rectè *non* potuerit, hoc ferè modo; Repudiauit Theobaldus aut Gualterus ſuam, captus amoribus non ſuæ? Herodes fecit.

Hoſpitij ſacra iura Petrus aut Iohannes violauit? Herodes fecit.

Habet homo adoleſcens amicam vnam? Herodes fuit, qui ſenex habet vxores duas.

Summum Sacerdotem minoris quam debuit aliquis æſtimauit? Herodes fecit, vt qui exemplis peſſimis præierit.

*Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo*, non fruſtra dixit Rex Dauid ad mentem tenerius, huc adſpectans.

Ergò noſter Baptiſta, de ſcandali malo, quo & Curia, & Nobilitas, & Plebecula ab Herode corrumpebatur, apud Herodem ipſum grauiter & copioſè agebat.

Bone Deus! quid, his Potentiorum moribus, diceret todiniuus Baptiſta?

Præterea, Herodem, quod ſceleſtos multos, aliter quoque effeciſſet, durè arguebat; fures (inquam) & prædones, forſitan & ſortilegos &c.

Hùc enim illos, immodicis tributorum exactionibus vexatos, & ad reſtim paleamque, è beatulis, redactos, hùc inquam malorum illos adduxerat. Eſt, eſt

*Mala ſuada fames, & turpis egeſtas.*

*Magnum pauperies obprobium, iubet*
*Quiduis & facere & pati:*
*Virtutiſq́; viam deſerit ardua.* Horat. 3. Carm. 24.

*Et deforme malum, & ſceleri procliuis egeſtas.* Sil. Ital. lib. 3.

*Mendicitatem ne dederis mihi, ne, egeſtate compulſus, furer, & periurem nomen Dei mei*, aiebat

bat homo ſapientiſſimus. *Prou.* 30.

Quam multi tributorum mole fracti ſunt ... res, adulteri, ſortilegi &c!

Incendiarius ille fit; vt (Neronis inſtar) ... incerti autoris graſſante, ſpecie reſtinguendi, ... prædari poſſit.

Alter filiæ ſuæ leno; vt quæſtu proſtituti corpo... & ſe liberoſque cæteros, & adtenuatos parentes ...

Alius familiæ iam decenter alendæ factus ... bono nuper mercatore, aut agricola, eluſis credito... bus, miles factus ſequitur caſtra, aſylum ſatis ... egentium, & criminoſorum; & ibidem, quia ... rum fieri diues, & citò, fit è milite imbelli ... prædo *Accipient alios, facient te bella nocentem.* ...

*Lucan. lib. 2.*

Tandem caſu aliquo deprehenſi fur, & leno, ... leficus, & prædo, iuſſo Herodis hi in crucem, ... nem agentur. Quis tum tibi hos ſceleſtos fecit? ... deprehenſos interfecit? An non Herodes, qui ... rum grauitate, & multitudine, non in mulieres ... meretrices, vexatos euiſceratoſque hùc egit!

Nobis igitur videndum, inſtar Baptiſtæ, ... ſint aliquorum culpæ, vt *pro menſura delicti, ſit ...rum* atque inuectiuarum *modus.*

Nonnunquam enim grauius accuſandi, qui ... peccatis dederunt, quam ipſi illi qui perpetra... *Impulſus, reuerſus ſum, vt caderem,* ait ille.

*pſal.*

*Cenſoris intentio recta.*

* 3. *Intentionem Cenſoris.* An philautia, & qui... amor ſui, ad correptionem aliorum trahat, ... pellat. Principium, finiſque actus ſpectanda ſunt.

Videndum, An libertas monendi, ex priuato ... monitoris ipſius vel damno, vel commodo, ... & ita eſſe, publicè adpareat.

Tum enim aut intentio corrigenda, & in publi... bonum ſpectandum, aut parcius agitandi, qui ... runt, aut alijs interpretibus & ſequeſtris vtendum ... c. Paſtoris decimas melius tuebitur Franciſcan... quam Paſtor ipſe.

Alioqui enim ſe magis, quam Deum, quam pro...

...num, tùm videri poſſit quæſiuiſſe.

Non à beneuolentia, ſed ab ira proficiſci putant ſermonem, quo quis pro ſeipſo vtitur, neque admonitionis loco, ſed meræ vituperationis, accipiunt.

Vbi verò, eum qui liberè reprehendit, conſtat, quæ in ipſum peccata ſunt, planè miſſa facere, alia autem delicta arguere, &, ob facta ad ſe non pertinentia, dicta largiter inceſſere, id genus libertatis vim habet, cui reſiſti vllo vix modo poteſt, ipſeq; caſtigantis candor & ſuauitas, acerbitatẽ, auſteritatẽ, efficacitatemque increpationis auget.

Nec laudes propriæ, nec vituperia, nec patrocinia paulò vberiora, vlli ferè arrident.

Baptiſtam Chriſtus audacter Eliam vocet, & omnibus gnatis mulierum altiorem: Baptiſta verò contra, Chriſtum tantum prædicet, vt ſe indignum dicat, qui corrigiam calceamenti eius diſſoluat.

*Laudet te alienus*, ac tueatur, tu alium. Manus manum fricet.

*Pro me nihil gloriabor* ait Paulus.

Extremæ tamen, aut valdè vrgenti neceſſitati poſſit aliud nonnunquam indulgeri.

Cur enim lingua, & eloquentia publica, etiam autori & rectori ſuo non ſeruiat?

Certè, cùm vel nihil ſuum, vel publicum magis quam ſuum, ſpectat, qui corripit, gratiam habuerit conceptio, non modò apud Deum, ſed & apud homines, ampliſſimam.

Baptiſta noſter cũ *corripuit Herodem de omnibus malis quæ fecit*, quid ſpectauit? Quid, niſi putam putam gloriam Dei? quid niſi Regis ſalutem, gloriam, ſecuritatem a tumultibus, à cędibus obpreſſorum &c? quid, niſi Publica damna, Regni & Reip. Galileæ quietem?

Quid poterat vel vxoris ſuæ, vel filiarum pudicitiæ, a Rege voluptario, & rediuiuo Sardanapalo, homo æternum cælebs formidare?

Quid Baptiſtam atra illa tributa, è fumibulis quęſita, vexaſſent, hominem vel ſub dio, vel in ſpelunca cui os pro fumibulo eſſet, ſemper adcubantem?

Quid tributa frumentaria, ſalaria, vinaria, cer-
ſiaria, & capitalia grauaſſent, hominem ſolum ſi-
beris, & aquæpotorē perpetuum & meris locu-
ctitantem? *vinum & ſiceram non bibentem?* Quid
Luc. 1. *non manducantem, nec bibentem?*
Matt. 11. Quid tributa veſtiaria, & ſumtuaria moleſtaſſ-
hominem non modò *non veſtitum mollibus*, ſed
*veſtientem* (vt loquitur Bernardus?) Veſtis enim
ne indignum cilicium vnicum & quidem *ex pilis ca-*
Marci 1. *li, zona pellicea circa lumbos* conſtrictum, quo
veſtiebatur corpus, quam tenuiter tegebatur,
opportunè frigoribus, valdè importunè caloribus
melius norunt beati Patres & fratres noſtri Capu-
quos hinc adoro, & oro, vt peccatis tot meis p-
Deo exorent.)

Quid vectigalia à curribus, ab equis, à pec-
&c. augerent, hominem qui *non in curribus*, *non in e-*
*quis*, ſed nudipes ſemper & pedes prodibat?

Vt nihil Franciſcanos grauet, ſi byſſus & pur-
tributis iuſſis vexetur, homines ruſtico & ci-
panno ſemper contentos ſcilicet; ſic nihil Bapti-
pro ſe angebant vlla Herodis vectigalia aut
qui re nulla vectigali vtebatur.

Non poterant hominis omninò inopis opes,
butis ab Herode imperatis adtenuari, non ſ-
dè hinc augeri. Qui nihil habuit, nihil debuit.

Ac fortè, etſi adhùc paternum aliquem agel-
nuiſſet; tamen immunitate gaudebat, quod Sacer-
tij, quòd Religionis ius aliquod poſſet præten-
(Nam olim, etiam apud Ægyptios, & quidem ib-
ſis Pharaonibus, terra Sacerdotum libera à vendi-
Gen. 47. ne, & in fame publica *ſtatuta cibaria ex horreis pu-*
*illis præbebantur &c.*

Denique, quod *eum Rex obſeruabat*, & tàm *libenter*
*eum audiebat*, vt cor Regis manu tenere videretur,
iuſque aures aureis linguæ aureæ catenis devin-
adparet Baptiſtam priuilegiarium fuiſſe, & pen-
tributi immunem.

Nil igitur Baptiſta ſuum ſpectauit, cum Hero-
cor-

*corripuit.de omnibus malis quæ fecit. Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præſepe plenum ſteterit?* Iob.6.)

Quid ergò? Publicas calamitates. *Mementote vinctorum, tamquam ſimul vincti*, ait ille; Publica & aliena damna, Baptiſtã magis, q̃ ſua ipſius, diſcruciabãt. Heb.13.

Correptio iſta Herodis non aliud fuit, quam tot miſerorum, tot pauperum, tot calamitoſorum facta in Baptiſtæ repręſentatio, quos tales tamq; miſeros exactionibus, quæſtibus peſſimis, in ſumtus peſſimos luxus, libidinum, & meretricum ſuarum, Herodes immiſericors hactenus fecerat, & adhùc faciebat. Hos (ò Rex) immanitate triburorum tuorum, hùc redegiſti, inquiebat. Hos nudos vides? Tu ſpoliaſti. Hos famelicos? Tu panem de manibus, deq; faucibus ipſis extorſiſti. Hos pallidos? Tu decoloraſti, tu ſanguinẽ ac ſpiritum eorum ebibiſti. Hos ſemiuiuos, ſemimortuos, & Mortis expreſſiſſima ſimulacra? Tu *occidiſti*, non tam quia *non pauiſti*, quam quia paſtum ſuum, *laborem manuũ ſuarũ, mãducare* nõ ſiuiſti, abſtuliſti &c.

Non tibi ſat tributorum pauperes pependerunt, qui tibi, qui præſidio regni, ac Reip. ternos quaternos filios aluerunt;

Publica ergo calamitas Baptiſtam mordebat. O Deus! vel creaſſes æuo noſtro aliquot tales Baptiſtas, vel *quem decollauit Herodes*, tantiſper a mortuis excitatum remiſiſſes! quam ſit multis nùnc locis ille neceſſarius!

Baptiſtam autem etiam calamitoſos Galilææ Herodi repræſentaſſe, atque ideo corripuiſſe, mihi adparet, vel ex eo, quod ὁ πόνηρος ȣ, quæ vox græcè hic eſt, etiam *miſerum laborioſum*, & *infælicem* ſignificat.

Si autem delitiges, quoniam relatiuum Latinorũ neutro genere ponitur hic (*de omnibus malis, quæ fecit*, non verò *quos fecit*;) reſpondeo apud Græcos ita poni, vt tam genere maſculino, quam neutro capi poſſit; ita enim græcè eſt: καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ Ἡρώδης.

Vel, ſi illud πάντων πονηρῶν genere neutro acci-
re malumus; tum accuſauerit Herodem Baptiſta om-
nium malorum, atque incommodorum, quæ ſuo Ga-
lilææ regno & ſubditis ſuis, & vicinis ſuis, id eſt regi
Arabiæ, tam malè viuendo creauerit, partim Deo, Re-
gis impij peccata, in populo vindicante, partim Areta
Rege Arabiæ, Herodis Socero, Generi perfidiam
bello vlciſcente. Nam certè τὸ πόνηρον ſignificat eti-
am *quod malum eſt, & aduerſum.*

4. Tempo-ris oppor-tunitas.

* 4. *Tempus reprehendendi*, vt deligatur quod ſit
opportuniſſimum.

*Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,*
*Et data non apto tempore vina nocent.*

Sunt aliquando mollia & commoda temporis fan-
di. Hinc ille ad librum ſuum;

*Si poteris tradi vacuo, ſi cuncta videbis*
*Mitia, ſi vires fregerit ira ſuas*, adi Auguſtum. Ouid.
lib. 1. triſt. eleg. 1.

Ergò in proſperis, opus eſt libero monitore, qui
nimios ſpiritus retundat.

Paucorum enim eſt, lætis ſucceſſibus non inſoleſ-
cere.

*Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis;* & nimia
ſegetem nimia ſternit vbertas.

Tùnc commodum, velut in æquilibrio poſitis
aduerſo rationum & acrium monitionum ponderi-
bus, partem quæ proſperis adtollitur deprimere.

Commodum, inquam, id eſt, ei qui monetur ma-
gis ſalutare, etſi fortè non perindè monitori. Nam il-
lum minùs patitur animus ſuperbus, & lætis ſucceſ-
ſibus inſolens.

In aduerſis Reipub. aut multorum, efficaciſſimum
ea vitia dolenter notare, quæ aduerſa illa inuexerunt,
& leniter exprobrare contemtum præmonitionū &c.

Refricata cum cauſis ſuis aduerſa, per ſe homi-
nes faſtu exuunt; ipſæque calamitates intus atque
ſe habent, quod pænitudinem inducat & caſtiget.

Itaq; apud adflictos, liberis vocibus, aut moleſto
ac mordaci ſermone temperatius vtendum puto.

In mu-

In mutationibus enim fortunæ, faciem hominis beneuoli reuera dulce eſt intueri, conſolantis, animantis, iacentem erigentis &c. aientis,

*Fœlix principium melior fortuna ſequetur;*

Et; *non ſi male nunc, & olim;*

Et; *Numquid qui dormit, non adijciet vt reſurgat?*

Samaritani non magis vino vulnera perfricantis, quam oleo leniter vngentis, gratiſſima eſt medicina.

Qui libertatem dicendi, morſumque in hominem diuinitùs ictum, atque infortunatum, conuertit; is ferè agit perindè, ac ſi medicus oculo conturbato tamque bene inflammato medicamentum, quod viſum acuit injiciat. Nam neque ſanat, neque de dolore vel tantillum deminuit, ſed iram dolori addit, ægrumq; iam animum exulcerat. Caput iam doloribus collabaſcens, nouis malleationibus obtundit.

Quis lecto decumbens æger, non moleſtè hæc audit a medicis aut amicis. Hæc tibi ab intemperantia, ex ciborum aut mulierum abuſu contigerunt? O, dicet æger, vos homines intempeſtiuos! Ego teſtamentum ſub Notarijs condo, caſtorium aut ſcammonium præparant pharmacopæi deſperato, & vos verbis caſtigatis, & durè philoſophamini?

*Mihi miſero cerebrum excutiunt*

*Tua dicta ſoror. lapides loqueris*, aiat ille. *Plautus in Aulularia.*

Sic res infœlicium non multam obiurgationem, ſed æquanimitatem, ſed auxilium, efflagitant, & vnctiones magis, quam punctiones.

Quid amicorum importunæ obiurgationes Iobo aceruj, aut Tobiæ cæco vxoris ſuæ improperia profuerunt? quid aliud, quam bis miſeros fecerunt?

Nutrices vide. An illæ lapſis caſu lactaneis ſuis adcurrunt, vt onerent maledictis? an potiùs erigunt, abluunt, ſedant, poſtea benè ſedatos obiurgaturæ?

Demetrium Phalereum ferunt, cum obſcurus apud Thebas exularet, accedente Cratete, nonnihil cepiſſe moleſtiæ, opinantem, viturum eſſe nimia libertate, aut aſperiori ſermone. ſed cum Crates comiter ipſum adloquutus de exſule diſſeruiſſet, docuiſſetque

illi nihil mali aut dolendi accidiſſe, qui ſic, ac negot- is periculoſis ac lubricis eſſet liberatus: bonum- eſſet, vt in ſeipſo animique ſui affectione ſpes omne- reponeret; ibi tùm Demetrium, animo reſumpto, c-s dixiſſe, *Piget verò me actionum atque occupationum iſtarum, per quas hactenus virum tantum videre nequi- cuit*. Sic ægrò profuit hæc lenitas medici oppor- na.

Quid, quòd importunitas illa nimia non modò afflictis ipſis nihil prodeſt, ſed ipſis autoribus quoque nocet non infrequenter?

Euctus certè quidam & Eulęus, Perſei quondam ſocij indiuidui, victum illum aliquandò à Romanis apud Pydnam adorti, ita eum importunè obiurgâ- ac ſingula ſua peccata obiecerunt, vt per impatienti- am vtrumque pugiòne occideret. *Plutarchus tom. moralium tractat. de adulatore & amico internoscen- dis.*

Naufrago non obijciendum, quòd vela citiùs non contraxerit, quod anchoras non fixerit, quòd à Syr- tibus non declinauerit &c. triſtius pænè eſt hoc ipſo naufragio, ſed manus tendendæ, ſed funes offerendi quos arripiat, ſed è Pharo ignis oſtentandus, quem ſequatur, ſed portus latè aperiendus, in quem tuto feratur.

Libertas ergò corripiendi, rebus proſperis conue- nientior. Ita Solon Crœſum adhuc florentem & inla- bili rerum proſperitate luxuriantem monuit, Finem iubens *reſpicere. Dicique beatus*

Ouid. lib. Meta. *Ante obitum nemò, ſupremaque funera debet.*

Sic & Socrates Alcibiadem repreſſit, conuictoque vitij veras lachrymas extorſit, ac cor inuertit.

Sic Plato Dionem ſplendentem ſumma gloria, & ora omnium hominum in ſe, ob pulchritudinem ſi- cinorum, conuerſa intuentem, cauere iuſſit à vitio, quo ſibi ſoli placere, aliorum ſpretis iudicijs, homi- nes ſolent, quòd ei vitio adſideat ſolitudo.

Tunc opportuna illa; *Qui ſtat, videat, ne cadat.*

Et; *Sequitur Superbos vltor à tergo Deus.*

Bapti-

Baptiſta noſter ita tempus obſeruauit.

Herodem adhùc florentem, nondum (vt deindè poſtea) proſtratum egregiè *corripuit de omnibus ma-laque fecit*, ſi fortè emendatus, iram Dei & aduerſa præueniret. *Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore.* Matth. 24.

Hæc igitur de tempore liberè corripiendi in vniuerſum.

Cæterum, omittendæ non ſunt, imò potiùs arripiendæ, quas peccatores ipſi ſæpè præbent, occaſiones. Aliquandò enim interrogatio, narratio ſimilium rerum, laudatio aut vituperatio, anſam exhibent libertati.

Hoc modo ſi quis cum vxore, cum liberis, cum proximis diſſidens, quærat tamen frequenter, An pax in tali aut tali regno; rectè tùm Concionator & monitor ineat in apertum correptionis campum, & dicat: Scilicet verò, amice, rectum eſt, te inquirere de concordia horum & horum populorum, qui familiam tuam pateris tanta diſſenſione laborare, nec *habitare facis vnius moris in domo.* In te meliùs paulò deſcenderes.

Inuitat nos aliquandò, imò & ſic compellit intra-te Euangelij textus, aut thema propoſitum, vt diſſimulanter præterire, honeſtè non poſſimus. **Circa quod ſoluta obiectiuncula.**

Sed ais contrà; Quid igitur ſibi vult illud Pauli; *Inſta opportunè, importunè?*

Reſpondeo, Paulum non vetare, ſpectari tempus dicendi commodum, ſed plauſum, aut exploſionem monita conſequentem contemnere.

Quaſi dicat; audiaris libenter an illibenter, dum rectè mones, me diſcute; ſed perge, & age quod agis, nihilo ſegnior *per ignominiam, & bonam famam.*

## II.

*Quæ in ipſis correptionibus obſeruanda.*

Iam verò videamus, quid in ipſo reprehenſionis actu obſeruandum.

Adhi-

In actu ipſo correptionis adhibenda nonnunquam

Adhibenda ergò reprehenſioni nonnunquam
- 1. *Laus quadam peregrina,*
- 2. *Obliquitas,*
- 3. *Humanitas,*
- 4. *Cura differentiæ,*
- 5. *Raritas,*
- 6. *Amuleta.*

1. Laus quædam aliūdè ſumta,

*1. *Laus quadam* peregrina, id eſt aliūdè ſumta, quæ à re, cuius gratia correptio ſuſcepta eſt.

Verbi cauſa; Corripiendus eſt quiſpiam, qui bona Eccleſiæ laicus inuadat? Laudetur primum ipſius, aut maiorum liberalitas, in locupletandis aut ædificandis olim monaſterijs; ac mòx indè quam non ferenda illa inconſtantia heri ædificantis, hodiè deſtruentis, nunc dantis, nunc repetentis &c. deindè, quam ea non liceant, & quò ducant.

Anno 1601.

Memini, cum ad quendam Principem, pro Officio meo, oraturus aduerſus quoddam eius placitum, veniſſem, exorſum eſſe me à maiorum eius laudibus. Non credere me, literas, quæ datæ erant, eſſe ipſius, cum ſanguis eius vniuerſus Franciſci ordinem ſemper coluiſſet, vt ex quo ſibi Confeſſionarios, Conſiliarios plerique hactenus delegiſſent, non credere inquam vel, ſi credere me oporteret; credere, alicuius conſilio deceptum, ſic aut ſic decreuiſſe, arbitrantem, id omninò eſſe in rem Ordinis noſtri, & perſuaſum, non ſolùm modò nihil indè capere detrimenti, ſed potiùs incrementi multum. Veniſſe itaque me, detrimenta ipſa oſtenſurum, atque ita trita iam per laudes via, cùm latè de omnibus, coram Principe contra Principem ipſum, dixiſſe, tanta optimi Principis patientia, vt reſponſo beneuolentiſſimo vteretur, & quod cupiebam non fieri, non fieri libens pateretur. Quo nomine imprimis illi omnia opto proſperrima; *& bene apud memorem veteris ſtat gratia facti.*

Virgil.

Eius ſcilicet beneuolentiæ, quæ liberaliter & candidè laudem laude dignis tribuit, etiam in reprehendendo libertatem facilè toleramus, credentes neceſſariò increpare, qui tam facilis fuerit ad laudandum.

Iohannes Apoſtolus in Apocalypſi ſæpiuſculè hoc iter præiuit, qui Angelum Epheſi Eccleſiæ, & Angelum Pergami Eccleſiæ correpturus, principio quemque dilaudat; *Scio* inquit *opera tua, & laborem &c. Sed habeo aduerſus te pauca &c.* *Apoca. 2.*

*2. *Obliquitas*, vt feriatur, qua nil minus opinatur, qui reprehendendus eſt. **2. Obliquitas,**

Alterius coram altero ſimilis culpa flagelletur.

Helotæ ebrij coram liberis irridendi propinentur, veteri Lacedæmoniorum opinor more.

Catellus coram leone a perito magiſtro, ad leonis terrorem, bacilletur.

Parabolæ, quaſi quædam bonę inſidiæ, hùc admodum proſunt.

*2. Regum.* Thecuitis quædam mulicrcula, Abſalonis exulis aqud Dauidem cauſam agens, parabola propoſita, Regem ante irretitum cepit, quam retia tendi videret, & ſcitiſſimè notatum inclementiæ, mitigauit.

*2. Regum* 12. Nathan, parabola vnicæ ouis alienæ à diuite occiſæ propoſita, Regis adulterium, ipſo Regis ore damnauit.

Chriſtus Dominus iſthic ſingularis, paſſim in Euangelijs.

Plutarchus ita de Ammonio quodam (ſuo opinor Præceptore) Ammonius magiſter noſter, inquit, in conuentu veſpertino cum animaduertiſſet, è diſcipulis aliquos vſos eſſe prandio non ſimplici, puerum ſuum à liberto iuſſit verberari, cauſatus, eum abſque aceto prandere non poſſe: ſimulque in nos reſpexit, ita vt obiurgatio reos tetigerit. *Plut. tom. 1. moral. tract. Quomodo poſſit adulator ab amico internoſci.*

Plato, qua tempeſtate à Dionyſio flocci pendebatur, eratque tyranno inuiſus, colloquium cum eo petijt. Admiſſus ita dixit, rectà quidem de alio, & pro alio, ſed tamen obliquè pro ſeipſo. Si quem ſentires Dionyſi (inquiebat) hoſtili animo in Siciliam, tui lædendi cauſa, veniſſe, & tamen occaſione deſtitui; an indè ſoluere impunem paterêre? Neganti (quòd ini-

micorum

micorũ non modò facta, ſed etiam voluntates, od[illegible] pœnamque mereantur) adiecit. Si contra, ali[illegible] bi beneuolus hùc ſe contuliſſet, cuperetque [illegible] cuius boni eſſe autor, neque tu ei occaſionem [illegible] ciendi præberes, dignum eſt eum abs te prætere[illegible] contemni? Ad hoc interroganti Dionyſio, qui[illegible] ille eſſet? Æſchines (inquit) moribus, & quiſqu[illegible] lius Socratis familiarium, probis, aptuſque ad [illegible] gandum verbis eos, quibuſcum agit, qui longo [illegible] emenſo, vt tecum philoſophicè colloqueretur, [illegible] profectus negligitur. Hæc ergò ita Dionyſium [illegible] mouerunt, vt & Platonem ſtatim manu [illegible] amplexatus, beneuolentiam hominis, [illegible] magnitudinem admiratus, vt Æſchinis hone[illegible] que magnificè rationem habuerit. *Plutarchus* [illegible] *pra.*

Tantali narratione, cui ſic ſe vnda fallax p[illegible], vt ſemper ſitiat; ita ſe poma oretenus ingerunt, [illegible] ſemper eſuriat, apud auarum ſcitè expoſita, comm[illegible] diſſimè auaritiam cuiuſcunque, bona eius pace, q[illegible] nis reprehenderit.

*Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè*
*Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.* Petro-nius apud Fulgentium libro 2. Mythol. titul. Tan-talus.

3. Comitas, ✶3. *Humanitas*, & comitas quædam dicendi, quæ [illegible] tiam ad comiter audiendum inuitet.

*Odium oportet peccandi, non metum facias*, ait Se-neca in prou.

Nec timida, nec tumida, ſed vrbana, & grauis ſit correptio.

Sit commiſerabunda. Regerat nonnunquam [illegible] quò poteſt, peccati cauſam, in figmẽti & carnis fragi-litatem, in tentatoris importunitatem &c. *Scio quia per ignoraniam feciſtis, ſicut & Principes veſtri*, ait Pe-trus. act. 3.

Senec. in Proæmio Suaſoriarum. *Apud bonos [illegible] am Principes, admonendi libertas verbis placidis tem-peranda eſt.*

Vt

Vt Caniculares æſtus corporibus inſalubres; ſic animis oratio ardentior.

Cic. li. de Amicitia *Omnis hac in re habenda ratio & diligentia: primum, vt monitio, acerbitate: deinde, vt obiurgatio contumelia careat.* Fluat tunc vt ros eloquium tuum, non vt torrens inundans.

Ne Diogenes alio faſtu faſtũ Platonis reprehẽdat.

Medici, cum vrunt aut ſecant, neceſſariò ſe facere oſtendant, & inuitos; neque ægrum alloquuntur aut procurant indignanter.

Iidem cũ pharmaca & amariora pocula propinant, ſaccato aut melle eadem temperant, vt ſorbeantur.

*Dextera præcipuè capit indulgentia mentes,*
*Aſperitas odium, ſæuaque bella mouet.* Ouid. 2. de Arte.

*Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.*

Cic. 1. off. *Difficile dictu eſt, quantopere conciliat animos comitas affabilitasque ſermonis.*

Cicurandarum etiam ferarũ ars prima comitas eſt.

Mala libertatis condimenta, contumeliæ, inſectationes.

*Fratres qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum fratrum, viſitent & moneant fratres ſuos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos,* aiebat D. Franciſcus. Reg. c. 10.

Non ſaltandum circa puteum iſtum: ſed nec peccantibus acerbiore correptione velut inſultandum.

Reprehenſioni, vt lumini, nimia vis & copiæ & acrimoniæ adimenda.

Si mel nimium etiam amarum, quantò amarius ipſum fel, ſi copioſum?

Decorum hic vt alibi, à mediocritate ſumendum.

Sal Deus bone! quam eſt cibis condiendis neceſſarium! Sed ipſum cibos perdit, cum nimium eſt.

Sine ira, venerabilis eſt admonitio. *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. diſponit ſermones ſuos in iudicio.*

*Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me.* pſ.

*Increpa* (ait Paulus) *ſed in omni patientia, & doctrina.*

*Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite*, inſtruite ita, *ſed ſpiritu lenitatis.* Galat. 6.

*Perfecto odio oderam illos*, ait Pſalmiſta, non grauis & extremi gradus odium intelligens, ſed ſanctum à fine & ſtudio conuerſionis alienæ, & à modo inſectandi ipſas cauſas odiorum.

Id verò in cauſis Potentum maximè obſeruandum.

**Maximè pud Potentes,**

Iudas Apoſtolus, inter damnandos recenſet, qui *dominationem*, id eſt, Principes etiam laicos tenta Dominos *ſpernunt*; *maieſtatem autem*, id eſt, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos *blaſphemant*, maledictis inſectantur, docetque à talibus, exemplo Michaelis Archangeli, abſtinendum, facto à maiori ad minus argumento.

*Cum Michael Archangelus* (*inquit*) *cum Diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, Imperet tibi Dominus.* Iud.

Q. d. Magnus es autoritate & eloquentia, qui concionaris? *linguis* loqueris *hominum & Angelorum*? Es tamen minor Michaele.

Scceleroſus eſt Herodes, & quos corripiendos ſuſcepiſti? At meliores Diabolo tamen. Sed & ipſi adhuc in via ad beatitudinem; Diabolus verò in termino malitiæ, & miſeriæ.

Scelera ſunt enormia? At minora peccato Idololatriæ, ad quam volebat Dæmon Iſraelitas trahere, reperto Moyſi mortui corpore, atque illis propoſito, vt gens ad idolatriā prona illud latria adoraret, quod Dominus & Archangelus, Idolatriæ metu, obcultum volebant. *Et non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.* Deut. vlt. Quid enim Idolatria execrioſius?

Cauſa aliqua Dei magna agitur? At nulla maior, aut propius adtingens Deum, quam Idolatriæ, quæ quà poteſt, Deum exinanit.

Cauſa eſt Eccleſiæ veræ & Catholicæ, contra illam vulgò

vulgò dictam Reformatam? At non vrgētior illa, qua Dæmon contendit de corpore Moyſi myſtico, id eſt, Synagoga Iudæorum, vel vt eam totam perderet; vel vt eam corpori Chriſti myſtico, id eſt, Eccleſiæ Gentium, præferendam ſuaderet &c.

Sed Diabolo, tàm ſceleſtę tamq́ue deſperatæ creaturæ, & in ſceleribus tanti momenti adhùc tàm ardenter verſanti, Michael ipſe tàm nobilis Dei legatus, non eſt auſus notam impingere maledicti áut conuitiani; ſed tantum dixit *Imperet tibi*, aut increpet te *Dominus* j. increpando tibi ſilentium imponat, vincat Deus, & voluntas eius tuam domet, impediat pernicioſos conatus tuos, & ſemper lateat tanti hominis ſepultura, & vna ac ſola vigeat Gentium Eccleſia;

Ergò, nec te (ô homo) Herodi, cum Herodem cuiuſcunque ſceleris argues, decebit conuitiari, ſed omnia placidè perſequi.

Vt humanus & comis medicus, ſomno aut victu malit, ſi poſſit, morbum, quam caſtorio aut ſcamonio depellere; ſic bonus morum magiſter malit lenitate, quam ferocia, ſuos emendare.

*4. *Cura Differentiæ* Peccatorum & Perſonarum. 4. Cura differentiæ, Peccatorum,

**Peccatorum*, vel alia atque alia, aliter atque aliter corripiantur; leuicula, leniter & verbulo vno, quaſi mica ſalis, perſtringantur; grauiora, prolixiùs ac fortiùs, velut toto ſale effuſo perfricentur.

Nam Ieroboami excelſa, vitulos aureos, & populi à Deo & legitimo Rege ſeductionem; Achabi idolatriam; Nabothi ab Iezabele oppreſſionem; Herodis inceſtum adulterium, cædem Baptiſtæ; Sacerdotum Nobes à Saule, contrucidationem, & quæ his ſunt ſimilia, leniter reprehendere quis poſſit?

Pro modo pedis calceus aptandus eſt.

Nec vno collyrio omnium oculi inungendi. Morbis adæquanda medicina.

Vt Orator ſeculi, ſic interpres Dei, tria genera dicēdi conſectetur; Vt exile, epiſtolicis & minimis, Mediocre philoſophicis, ſublime grandibus & forenſibus negotijs ille accommodat; ſic iſte tenuiter nugas per-

ſtringat, peccata communia virgis cædat, crimi-
normia ſcorpionibus &c.

*Verſibus exponi Tragicis, res Comica non vult.*
*Indignatur item priuatis, ac prope ſocco*
*Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.*
*Interdum tamen & vocem Comedia tollit,*
*Iratuſque Chremes tumido delitigat ore,*
*Et Tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.* Hor.
in Arte.

*Secundum menſuram delicti, ſit & plagarum modus.*
*Adſit regula peccatis quæ pœnas irroget æquas.*

Nam quæſo; Cur *ſcutica dignum horribili ſectere fla-
gello?*

Eſt, eſt, Auditores, vbi ſit ſatis adhiberi vulpinas caudas, eſt vbi virgas, eſt vbi ſcorpiones, & vigne-
reas oporteat. Sunt peccata, quę dehortationem ...
tum, ſunt quæ imperium & ſeueritatem exigunt ...
hortationem auaritia; ſeueritatem, homicidia & ſu-
pra depoſcunt.

Perſonarum. * *Perſonarum*, vt cum manſuetudine, Boni; cum au-
ſteritate, Obſtinati increpentur.

Chriſtus his vſus temperamentis. Non enim om-
nes, aut omnia pariter *percuſſit virga oris ſui.*

Leniter cum Regulo egit; *Niſi ſigna & prodigia vi-
deritis, non credit is, inquit*, quòd partim bene credu-
ſſet, partim dubius, homo ſc. Ethnicus.

Cum Petro quoq;, *Modicæ fidei quare dubitaſti* ...
ad ventum validum extimuiſſet.

Cum eodem, *Quid ad te? Tu me ſequere*; cum curio-
ſiuſculè de Iohannis Euangeliſtæ rebus, & quaſi qui-
buſdam, vt ſic loquar, fatis, auſus fuiſſet percontari.

Duriuſculè autem cum Apoſtolis, *Niſi efficiamini
ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum Cælorum*,
cum de primatu contenderent.

Item, cum iiſdem *exprobrauit incredulitatē & duriti-
am cordis, quia his viderant eum reſurrexiſſe, non credi-
derant.* Marc. 16.

Duriſſimè cum Petro, dicens, *Vade poſt me Satana
ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea
quæ hominum.* Matth. 16.

Item, cum vendentibus & ementibus, quos è templo eiecit facto flagello, addens feciſſe è templo Dei & orationis domo *ſpeluncam latronum.*

Cur enim non *ſecūdum menſuram delicti* & indolis peccantium, *ſit & plagarum modus?*

Et *quantum in delicijs fuit, tantum non detur ei tormentum?*

Si peccantium quædam eſt differentia, nec ſunt paria peccata omnia, (vt falsò putant Stoici;) cur ſit omnium vna correptio, & par pœna?

Ergò corripiendi modum, & modus peccandi, & peccantis genius imperent.

Vt corporeos ſenſus obtundunt, ſenſata aut ſenſilia (vt vocant) fortiora; vt viſum obiectus meridiani Solis ſplendor; auditum Nili catadupa, & Aueſnenſium muſcarum (id eſt, maiorum tormentorum veſtorum) exploſiones; ſic offenderint nimiæ in delicta parua, & in homines peccatis inaſſuetos, debacchationes.

*Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus;* **Ouidius.**
*Franges, ſi vires experière tuas.*

Pro modo patientis ſeu materiæ, vis agentis eſto.

Ferrum multa ingentique, & quaſi quadrupedante malleatione procudatur; cera tenella & ductilis, molli manu deducatur, & vt libet, formetur.

Duræ ceruicis homines & cordis lapidei, tota vi tundi poſſunt, boni & flexiles commoneri.

Equi generoſi calcaribus moneri ſe tolerant, ſed hoc tantum, non etiam laniari; aſini etiam fortiter ſtimulari, & baculis contundi, qui popiſmis nil mouentur.

Cæterum, Animus noſter ita eſt generoſus, vt duci malimus ferè omnes, quam trahi.

Quidni? Nam & iuxta Harpaſa oppidũ Aſiæ, cautem eſſe horrendam ferunt, vnico tamen digito mobilem: ſed, ſi toto corpore impellatur, reſiſtentem. *Textor in off. tit. miracula &c.*

Coniungantur, ac velut maritentur *Veritas & indicium.* Se ſe *Iuſtitia & pax oſculentur.*

Sit verbum Dei ſonorum, quale fuit, Verbum vivum, *plenum gratiæ, & veritatis*, &, vt illud, Hu nitate mouatur.

*Iucundus homo, qui miſeretur & commodat, diſp ſermones ſuos in iudicio*; id eſt, qui iudicioſè, & ingeniiſque accommodatè ſermocinatur, is non po non eſſe gratiſſimus.

*Corripiet me iuſtus* ſed *in miſericordia, & increpa me*. pſal.

*Et errat longè, mea quidem ſententia,*
*Qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius,*
*Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur.* Terent. Adelph. act. 1. ſcen. 1.

(Contra immoderatos.) *Nota lector, apud nos tormenta belli maxima vocari vulgò, muſcas Aueſnenſes.*

Apage, apage ferreos illos Cenſores, qui, mu cam occidedam, enſem quærunt; aut ſecurim & ma leum, ad ouum frangendum; ad nucem enucleandam machinam qualibet Aueſnenſi muſca maiorem p cunt; id eſt, qui ad minimam negligentiam ita v bis feruent, vt ad parricidium, & quoduis ſcelus in expiabile.

Vrticam tot ſecuribus adpetunt, quot ann quercum.

In exiguum murem caſtra mouent, vt in congr dia, & monſtra immaniſſima.

Draconizare hoc eſt, & mortem etiam deſidiæ, furto oluſculi decernere. *A. Gell. lib.* 12. *noct. c.* 18.

Et lupos imitari, qui ouem paululùm turbat po fontis accuſatam deuorant.

Hic, vt vbique alibi, Μέτρον ἄριστον, id eſt, menſu optima eſt.

Hic erit artis opus, & mediocritatis ſemper au
*Qui ſapit, innumeris* caſibus *aptus erit, vt & mo bus*. Ouid. de Arte.

Omne nimium, paſſim ingratum, naturæque in miciſſimum.

Vinum ipſum, quo nulla nō gens delectatur, quod voluptatis, blandæque conſuetudinis gratia in tum eſt, quod *lætificat cor hominis*, mœſtorum ſing laris medicina; an non cum & nimium, & merum b

bere

bere cogimur, triſtes & temulentos facit? An non etiam mel, ſi nimium, amarum?

Multò igitur magis obiurgatio, res natura contriſtans, ſi acerbior copioſiorque propinabitur.

*Id arbitror adprimè in vita eſſe vtile*, NE QVID NIMIS. Terent. in And. act. 1. Scen. 1.

Sed nunc (opinor) in hoc genere nihil nimis, parũ potius eſt omne, quod facimus, imò quidquid poſſimus, adeò iam ſcelera æuo hoc noſtro leproſiſſimo inundauerunt, ſcelera omnigena, ſcelera monſtroſa, tam nefanda, quàm infanda, adeò ſumus nos *in quos fines ſeculorum deuenerunt*, fex maiorum, ſtruma priorum, ſentina mundi, nequitiarum nundinæ, Peccatorum Confluentia.

*Olim olim poterant vitijs ſimplicibus obſtare remedia ſimplicia, Nunc neceſſe eſt, tanto operoſiora eſſe munimenta, quanto valentiora ſunt quibus petimur.* Senec. ep. 1. lib. 15.

Sapone multo, & nitro, & herba borith multiplicata, opus nunc eſt, tam maculoſis iam & ſordidis Chriſtianis, quam proh dolor! æuo hoc noſtro ſumus. *Ierem.* 2.

Augeæ ſtabulo ſordidius putem hoc ſeculum, è quo tot annorum fimum non Hercules ipſe, tranſmiſſo Alpheo flumine licèt, eiecerit. *Ah! nimium faciles qui triſtia crimina cædis*, adulterij &c.

*Fluminea tolli poſſe putatis aqua!* & molliculis reprehenſiunculis.

*Pectora tantis obſeſſa malis* *Ouid. li. 1. Faſt.*

*Non ſunt ictu ferienda leui*, Senec. in Hercul. furente.

*Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit; Pœnitentia*, & correptio, *crimine minor non ſit.* Cypri. ſerm. 5. de Lapſis.

*5. Raritas. *Id agendum eſt .... vt ad vrendum & ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi, ratò inuitique veniamus, nec vnquam niſi neceſſariò, ſi nulla reperietur alia medicina.* Cic. lib. 1. off. 5. Raritas.

Periculum à nimis crebra obiurgatione, ne paulatim

latim aures occalleſcant, & aſſuetudine audiendi contemnant.

Aſini obdureſcunt ad verbera

Tympanorum, tubarum, & catapultarum ſoni, & calcarium impreſſiones rarę equos ita mouent, vt ſtare loco neſciant; crebriores autem ſic adſueſaciunt, vt poſtea incipiant vana illis eſſe eiuſmodi terriculamenta.

Vin' tu aliquem mirari, aut terreri, ad illos, qui paſſim in Italia ruũt de montib⁹ amnes, & maximè ad pōtem illum quem Inferni vocant, à me bis ſuperatum, ſtupendè circumſonant, aut vbi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus? Raró adducito ad videndum illos atque audiendum: qui enim crebrius audiet; hebetato audientibus ſenſu, contemnet.

Equis tibicinum ſimiles faciet ſuos nimis aſſiduus reprehenſor Auditores, id eſt, auribus grauiter audientes, atque ad ſtrepitus eiuſmodi prorſus immotos.

*Amyclas ſilentium perdidit*, aiunt alij; ego verò Amyclas clamore nimis frequenti, ſed vano ȧio periiſſe.

Rerum pretia, imò & miracula de raritate penduntur.

Aug. tract. 24. in Iohan. *Miracula Dei, quibus totū mundum regit, vniuerſamq; creaturam adminiſtrat, aſſiduitate viluerunt .... Saturationem quinque millium hominum mirãtur homines, non quia maius eſt, ſed quia rarum eſt.*

6. Amuleta quædam, in fauorē vel ipſius Herodis

*6. *Amuleta*. Vt enim *alligatur infantibus ſuccinum amuleti ratione* (id eſt, ad amolienda venena) *formam vaſculi habens*; ſed & à Tranſpadanorũ agreſtium fœminis, vice monilium, geſtatur, non modò decoris gratia, ſed & medicinæ, quandò tonſillis creditur reſiſtere, & faucium vitijs, vario genere aquarum iuxta illos infeſtante guttura, & vicinas carnes: Sic concionibus (præſertim Herodis, & populi Præfectorum) appendendæ quædam admonitiunculæ, ſcitæ & graues, quibus fiat, ne popellus, auditis eorum vitijs, in ipſos

ipſos vel inſurgat, vel ſecedat, vel contemnat ſuos, vel Sacerdotes, vel Reges &c.

Addendum frequenter illud Petri, *Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modeſtis*, id eſt, apud quos ſatis clemens & iuſta eſt ſeruitus, *ſed etiam dyſcolis*, id eſt, *iniquis*, vt vertit Caſtalion; *aſperis*, vt Caietanus; *prauis*, vt Vatablus; *difficilibus ac moroſis*, vt Gagnæus. 1. *Pet.* 2. Et; *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.*

Vel illud D. N. I. Chriſti, qui multa, & grauia, & acerbiſſima dicturus in Scribas & Phariſæos, hoc velutiamuleto, tàm turbas, quam diſcipulos pręmuniuit; *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecundum opera verò eorū nolite facere: dicunt .n. & non faciunt.* Imperia ſequimini, non exempla. *Matth.* 23. *Seuera eſt in Dominos iuſta licentia.* Senec. in Med. act. 1.

Aut his ſimile aliquid adijciendum, ne Euangeliū Pacis, Seditionis adpelletur, vt à multis ſolet, etiam poſtquam omnia ſunt adhibita, ad ſummam pacem. Seductores enim, homines veraces adpellari, iam olim vſurpatiſſimum. *Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael*, aiebat adulator quidam, àd Regem Ieroboam. *Amos* 7.

Et certè id ſtudioſiſſimè obſeruandum, non modò, *vt is, qui eſt ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis*; ſed etiam propter plebem, quæ mouenda ad turbas facillima eſt, maximè poſt Baptiſtæ alicuius de ſuo Herode præiudicium.

*Profuerit (bone Lector) legere libros Io. Molani de fide hæreticis & rebellibus ſeruanda &c.*

Baptiſta haud dubiè iſta ſeriò obſeruauit, cum *Herodem corripuit de omnibus malis, quæ fecit.*

Orate igitur mecum, vt det Deus *ſermonem rectum & bene ſonantem in os meum*, & omnium, qui *ſtant mecum aduerſus malignantes, & operantes iniquitatem &c.*

(?)

# ECHO CONCIONIS XXI.

*(autem) *emiſſum contexen- di gratia.*

THEMA. *Herodias* inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eum: &c.* Marci 6.

Facta repetitione vſitata, ita dictum;

Hactenus audita Ioannis in corripiendis vitijs corruptiſſimi Regis conſtantia, vnica & ſola cauſa, ſeu potiùs occaſione captiuitatis ipſius; Nunc poſtulat ordinis ratio, vt ad captiuitatem ipſam propiùs accedamus. Satis, opinor, in ſuburbijs & ianuis verſati ſumus.

Textum autem paulò aliter ordinandum duxi, quàm legatur communiter, & non temerè (vt quidem opinor.) Cenſete Auditores.

**Ratio ordinis ab autore ſeruati.** *Marci 6.*

**Primum*; Verba illa, quæ Herodis in Iohannem obſeruantiam ſonant, nempè iſta (*Herodes enim metuebat Iohannem ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat: & libenter eum audiebat,*) quæ à Marco, poſt iam narratam Baptiſtæ captiuitatem ponuntur, præmiſi, & ſeu caput totius huius ſacræ Tragœdiæ, iamque dia... poſui.

Quidni? Nam veriſimile non eſt, Baptiſtam, poſt regium adulterium cum reliquis vitijs adeò liberè reprehenſum, iam captum & vinctum, apud Herodem deinceps tanti fuiſſe, quanti verba Marci indicant, ſed potiùs tanti habitum, cum nondùm ſecaret, aut vreret Herodis putrida vulnera, aut cum ſolùm communiora quædam adhùc adtigiſſet.

Certè Nicephorus li. 1 hiſt. c.19. clarè indicat illas Herodis in Iohannem obſeruantias, correptionibus & captiuitati anteiſſe.

Et verò quomodò Rex Baptiſtam in vinculis libenter *audiſſet, & audito eo multa feciſſet*, niſi vel Rex ipſe, in

barathrum

baratrum Iohannis vincti deſcendiſſet, aut in Curiam ad Regem è baratro iuſſus Iohannes aſcendiſſet, aut literas inuicem dediſſent, accepiſſent, quæ omnia parum habent veriſimilitudinis?

* *Deinde,* Verba illa, quæ Herodiadis inſidias, & graues iras referunt, nempè (*Herodias inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat*) quæ Marcus narrat poſt Baptiſtæ captiuitatem commemoratam, ego captiuitati præmitto. *Marci 6.*

Quærin' cur? quod Herodias mihi videatur capiũdi Iohannis autor Herodi fuiſſe, quod etiam & ipſe Marcus paulò ſuperiùs, & Mattheus inſinuant; Mattheus quidem, dicens; *Herodes tenuit Iohannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris ſui.* propter Herodiadem, id eſt, ſuaſu, & importunitate Herodiadis, cum qua ei pax nulla conſtabat, quamdiu Baptiſta in vinculis non erat. Iniquius enim muliercula ferebat, quam Rex ipſe, ab vno illo aquæpotore communes ſuas ſordes ſic traduci. *Matt. 14.*

Et certè, ſæpè ſolent Euangeliſtæ (vt & reliqui ſacri Scriptores) ordinem rerum parui facere, dùm vel omnia, vel illuſtriora, & vera narrent, ſed ſæpè anticipare quædam, quædam differre.

Et quidam Critici, iudicij certè ſummi homines, ita monent faciendum nonnunquam, & doctiſſimi Scriptores obſeruitant.

Horat in Arte. *Ordinis hæc virtus, erit & Venus, aut ego fallor,*
*Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici;*
*Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.*

Virgilius autè, demùm in nono Æneidos narrat, quomodò ſint factæ naues fabricatæ, quibus ex Ilio Æneas nauigauerit, quod in tertio non dixerat,

Itaque in naturalem ego ordinem omnia redigere malui, mox mutaturus ſententiam, vt aliter ſentire Eccleſiam Catholicam (cuius proteſtor me filium) ſenſero.

Dicendum ergò hodiè mihi, iuxta hunc textus ordinem,

1. *Muliebrem ſexum, propter Herodiadem vnam & paucas inhonoras, non vniuerſim contemnendum;*
2. *Maritos, maximè Principes, conſilia vxorum de Repub. cautè parumque aperire;*
3. *De concionatorum anguſtijs, Herodiadis inſidijs, & mira Dei prouidentia.* AVE.

I.

**Autor cõmuniorũ ferè ſententiarũ ſectator;**

*Muliebrem ſexum, propter Herodiadem vnam & paucas inhonoras, non vniuerſim contemnendum.*

Quamquam ſoleo ego quidem (Auditores) vbique ferè plurimorum, & tritiſſimam, ſequi ſententiam, quantum per veritatem licet; tamen ſum ita pedarius, neque ſic *Aulide iuraui in cuiuſquam verba magiſtri*, vt cum, vel adfectu magis impotente, vel errore, vel præiudicij ſolis, quàm ratione ducitur, non audeam etiam contra liberè, quod ſentio, dicere, & vel ab eius omninò ſententia diſcedere, vel illam mollire ac reſtringere. Non eſt, non eſt (Auditores) Bolduanus ſic ore & calamo cuiuſquam pediſſequus, non.

Etſi *loquendum vt multi; ſapiendum tamen vt pauci.*

——*Nec ſi miſerum fortuna Simonem*
*Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.*
Virgil. 2. Æneid.

Qui rationibus vicerit, quicunque tandem is ſit, eundem me habuerit ſibi ſubfragantem, contra meos, cõtra meipſum, ita inquam, niſi in Fidei cauſſa, a qua repellitur omnis humanarum caligo rationum.

In reliquis, nullius me pigebit autoris, qui ſit ſententiæ melioris. Mihi *non eſt Barbarus, & Scytha, ſeruus & liber*, Franciſcanus & Ieſuita &c.

*Veritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt.* Ambroſ.

Etiam Anacharſidi Scythæ rectè ſapere Superi conceſſerunt.

Cùm

Cùm ergò videam legamque, multos multis, nimium ſeuerè, atque vniuerſim, in totum fæmineũ genus debacchari, illudque velut plauſtris iniuriarum onerare, etiam ex ſapientiſſimis, & alias religioſiſſimis nonnullos; Qui, fortè propter hanc Herodis Herodiadem, herodio quouis nocentiorem; Qui, fortè propter Iezabelem, illam Achabi lupam rabidiſſimã; Qui, fortè propter nuper defunctam Tigridem illam Insularem, Catholicorum ſanguine purpuratam; alij propter alias; nemo tamen propter omnes, ſed propter paucas degeneres, *omnes concludentes ſub peccato*, contra rectum Dialecticæ vſum; Putaui, (antè quam in Herodiadem pugnaturus deſcendo) hic paucis, aliterquam multi, & temperatius, beneuolentiuſque de toto ſexu mihi loquendum, vt vt ſint illi accepturi.

**Non tamẽ eius, qua vulgò ſexus fæmineus ſic damnatur;**

Quis enim ferat, ità crimine ab vno velle fæminas omnes diſcere, & dicere eiuſdem notæ omnes?

Quis ferat Ariſtippi virulentiam, qui paruam ſed pulcram aliquando mulierem conſpicatus, auſus eſt dicere, *Paruum quidem Pulchrum, ſed magnum Malũ*, niſi eadem quædam manifeſtè ex peſſimis fuerit, Herodiadem iſtam iam tùm repræſentans? Sed, opinor, malitiam ex ſolo ſexu cenſebat, cenſura ſanè iniquiſſima.

**Etſi in ea Philoſophi multi, & magni;**

Quis Democritum? qui interrogatus, cùr, cũ magnus eſſet, paruam duxiſſet vxorem, æquè contumelioſè reſpondit; *Ego in malo eligendo, quod minimum erat elegi*. Ex malis enim minima & pauciſſima, ait prouerb.

Quis Catonem? qui etiam auſus dicere, *Si ſine vxoribus mundus eſſe poſſet, vitam noſtram non fore abſque Dijs*, ſentiens beatiſſimè, ac *diuiniſſimè victuros viros, ſi ſine coniugijs viuere illos natura pateretur*; viros enim a mulieribus deprimi, ac pænè obbruteſcere.

Imò quis ipſum Platonem? *Qui*, quod miror; *pænè iis mentem adimit, ac vix hominis nomen promereri cenſet*, vixque nominis huius honore dignatur?

Quis

Quis illos patienter audiat, qui paſſim mulierem *malum neceſſarium* eſſe blaſphemant?

Vel illum, ex priſcis doctis vnum, qui ſic, *multis cauſis mulierem non eſſe oportebat?*

Cruciat magis quod etiam Eccleſiaſtes ait: *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius.* Eccleſ. 7.

Et Eccli 25. *Omnis malitia, nequitia mulieris.*

Ibid. *Breuis omnis malitia, ſuper malitiam mulieris.*

Eccli. 42. *De veſtimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri, quam benefaciens mulier.*

Eccleſ. 7. *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.*

*Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus precium eius.*

Vmber neſcio quis (ſeu Antonius Campanus, ſeu Franciſcus Petrarcha, ſeu fortè verius Gregorius Infernus, tamen Vmber) apud Mantuanum, ita in illum ſexum eſt furioſus, vt nihil aliud tam ſciſſe videatur, quam de ſexu fœmineo malè dicere; *Fœmineum* (inquit) *ſeruile genus, crudele, ſuperbum,*

**Et Poëtæ,**

*Lege, modo, ratione caret, confinia recti*
*Negligit, extremis gaudet....*
*Vel te ardenter amat, vel te capitaliter odit.*
*Vult, non vult, ſecumq; ſibi contraria pugnat.*
*Ira odijq; tenax, in idonea tempora differt*
*Vlciſcendi animos....*
*Diſſimulat, ſimulat, doctiſſima fingere cauſas,*
*Ordiriq; dolos....*
*Tota, doles, tota ars: tota, hiſtrio, tota, venenum.*
*His facient exempla fidem. Quæ crimina non ſunt*
*Fœminea tentata manu? Dedit hoſtibus arcem,*
*Decepta ornatu brachi, Tarpeia, ſiniſtri.*
*Sæuijt in natos manibus Medea cruentis.*
*Tyndaris AEgæas onerauit nauibus vndas.*
*Scylla hoſtem ſequitur patri furata capillum.*
*Fratrem Biblis amat. Subjcit ſe Myrrha Parenti.*

Cæ-

*Concubitus nati longæua Semiramis ardet.*
*Cauſa necis Vati coniunx fuit Amphiarao.*
*Occidere viros nocturnis Belides armis.*
*Orphea membratim Cicones ſecuerè Poëtam.*
*Cognita luxuriæ petulantia Paſiphaæ.*
*Phædra, pudicitiam contra, crudeliter auſa eſt.*
*Decepit Iudæa virum Rebecca, ſuamq;*
*Progeniem, velans hircino guttura tergo.*
*Porrigit Alcidæ coniux lætale venenum.*
*Eua genus noſtrum fœlicibus expulit aruis.*
*Eſt in eis pietas Crocodili, aſtutia Hyenæ:*
*Cum ſlet, & adpellat te blandiùs, inſidiatur*; carmina profectò, quæ mulieribus cantata, diſcerpendum & autorem & cantorem poſſint propinare.

Vt taceam quæ vetuſtiores Poëtæ, pluſquam Archilochia rabie, in miſellas mulierculas certatim cõgeſſerunt, Iuuenalis imprimis ſatyra ſexta, vbi & hæc ait, *Concumbunt Græcè.*

Et, *Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru.* — Ouid. de Arte; *Dos eſt vxoria, l—*
Et, *Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet; minimùm dormitur in illo.*
*Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat.*
Et: *Nihil eſt audacius illis*
*Deprenſis. Iram atque animos à crimine ſumunt.*

Origenes quoque homil. 7. in diuerſos de mulieribus conſulatur.

Ego contra Iudex mitior, aut potiùs magis pius Patronus, certè cenſores eiuſmodi grauiter reprehendendos puto (abſit verbis adulatio atque inuidia) qui genus totum fœminarum, ſeu ſingulas totius generis ſic adcuſant, deque omnibus & ſingulis omninò, propter vel paucas vel multas inſolentes, ſic pronunciant, ac ſi nullam omninò mulierem probam ſit reperire, aut verum ſit illud Lucilij, *Heu * facul' eſt homini inuentu bona fœmina nuſquam!* — ** Facul, pro facile antiquè dictum*

*Mulierem fortem quis inueniret?*

Amabo: vbi tandem hanc Logicen magni iſti Magiſtri noſtri didicerunt, quæ doceat à particulari vniuerſim concludere? — Quod ob paucas improbas de omnibus idem pronunucient;

Apud

Apud ipſoſne vna hirundo, aut dies vnus læ[illegible] facit? & morbida vna ouis, nullius pretij, [illegible] gem facit?

**Quod D. Paulus alteriusſententiæ;**

D. Paulus melius, qui tranquillitati dome[illegible] paterno adfectu, conſulens illi ſexui honorem [illegible] vult exhiberi, neque omninò deſpici, cum par[illegible] modùm ſit conditione & dignitate, eiuſdemque [illegible]neris generandi cum viro, particeps.

*Nonne mulieres genuerunt Regem, & omnem p[illegible] qui dominatur terræ & mari .... & ipſæ faciunt [illegible] hominibus, & non poſſunt homines ſeparari à mulier[illegible]* ait Zorobabel. 3. Eſdræ 4.

Ipſarum enim omnes genus ſumus.

**Quod adflictis nō danda adflictio;**

Quid opus eſt, quietum ſexum ſannis ac [illegible] intempeſtiuis vel irritare, vel grauius contri[illegible] qui natura iam plus ſatis mœſtum, ſemper in [illegible] concipientem, ſemperque in dolore parientem; [illegible] magis premere, quaſique obprimere, tam ſponte [illegible]beraliter viro ſeruientem, quam eidem legibus Na[illegible]ræque Deiq; ſubiectam?

Etiam per inſultationes virorum non licebit [illegible]ſellis obliuiſci ſeruitutis ſuæ? etiam omnia perpe[illegible]tium fæminarum aures moleſtiſſimis verbis ſer[illegible]rilis onerabit?

Secretarius ille Regius Billonius, vir doctus, [illegible]tè grandiloquus, mihi perplacet, qui Arcem qua[illegible]dam, ſeu Propugnaculum fœminarum erexerit, [illegible] eſt, librum iuſtum gallicè ſcripſerit, quo ſanè doc[illegible]ſimo æquè & eloquentiſſimo imbellem ſexū fo[illegible] defendit; ſi tamen hoc illi caritas pietaſque ma[illegible] quam blandulus amor imperauit. Vtinam Enchi[illegible]dij forma recudi miſericors aliquis diues iubeat, [illegible]turum indefenſis mulierculis probis armamen[illegible]rium!

Nam cùr non omnes boni & æqui huic ſexui pa[illegible]trocinemur? Cùr noſtro inferiorem adeò æſtima[illegible]mus?

**Quod nō minùs**

Certè Valerius Max. M. Marulus, Sabellicus, & [illegible]quot virtutum exempla magno ſtudio coacerua[illegible]

non pauciora à fœminis, quam à viris, huius illuſtriſque Virtutis, acceperunt, addo nonnunquam plura & illuſtriora.

**Virtuti ſtudeant quã viri;**

De ſola Virginum caſtitate, & vxorum pudicitia grande volumen condidit Nicolaus quidam Hæniger Baſileæ impreſſum, nec contemnendum.

Qui totam gentem fœminarum adcuſant, quaſi *in peccatis*, & ad peccata *natam totam*; ij non tàm in fœminas contumelioſi, quam in Deum ſunt blaſphemi, & meri Diaboli, id eſt calumniatores Dei, qui tales ſi tales ſunt, creauerit.

**Quod id ſit Deo, & viris ipſis contumelioſum;**

*Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.*

Annon Apellem accuſat, quiſquis eius tabellam minùs probat?

Sed & ſeipſos quoque ipſi obliquè vituperant, vt ex quorum carnibus atque oſſibus mulierum materies prima deſumpta ſit.

Nec vituperari iure poſſunt, ſi natura ſunt quod ſunt. Contra Naturam enim militari quidem & rebellari poteſt, victoria autem obtineri non poteſt. *Naturam expellas furca, tamen vſque recurrit.*

A Natura bonis aut malis, parum ſolida ſunt tàm Laus, quam Vituperium.

Sed non ſunt illæ natura malæ, nec malæ omnes; aut certè viri omnes ſtulti, tàm qui eas vituperant, quam qui comparant.

An non ſtulti viri omnes eſtis, qui, ſi natura mulieres malæ ſunt, tamen malum tam probè notum, ſic accerſitis, amatis, ambitis, ac tantumnon adoratis!

Si malæ ſunt mulieres; ſi rectè vereque nuptias adpellatis Pœnitentiæ Sacramentum; Si *meliùs nil cælibe vitâ*; cùr non ducitur vobis viris ſine coniuge vita? Cur contra dixit Deus ipſe, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum?*

**Quod id damnet nuptias;**

3. Eſdræ 4. *Cum muliere remittit vir animam.*

Suſa-

Suſarion aliquis Megarenſis, antiquæ Comœ- Princeps meritò, nunc, vt olim, ſi reuiuiſcer exclamârit; *Audite populus. Suſarion hæc dicit, Philini Megarenſis Tripodiſcius, Malum ſunt mulier ſed tamen, ô populares, non adeſt inuenire domum malo.*

Cùr veſtro vobis iumento malum, & quidem to ſtudio, accerſitis, aduehitis?

Ille ipſe Salomon, mulieromaſtyx, & tantus mu- lierum flagellator, cùr, ſi tam malas ſcrebat, dicebat, tam multas domum duxit? *Ex malis* Sapiens, vt *minima,* ſic *& pauciſſima.*

Sed quum duceret, tales ignorabat; ductas tales intellexit, inquitis.

At cùr vos damno Sapientis non ſapitis, Sapientis viri iudicio vel tandem non ſtatis, per vxores ducitis?

Deindè; quę vitia aut crimina in mulieribus res, quæ non in viris eadem & cumulatiora, & gra- uiora inuenias?

Quam contra ſeu Artem, ſeu Virtutem, in viris ſtentes, quam non ſit etiam in fœminis demonſtr

Quòd æquè nobiſcum ad imaginē Dei factæ;

Quidni enim? Nam ſunt & ipſæ æquè nobiſcum *ad imaginem & ſimilitudinem Dei* initio conformatæ ac tandem æquè nobiſcum per Chriſtum reformatæ nec non æquè donis ſpiritus Sancti illuſtratæ.

Nonne & Maria Virgo, & aliæ mulieres æquè cum Apoſtolis ſpiritu Sancto iam olim imbutæ?

Nonne impoſitione manuum etiam Spiritum San- ctum accipiunt, quæ nunc viuunt?

*Effundam de Spiritu meo ſuper omnem terram, & pro- phetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ,* aiebat Dominus a- pud Ioelem c. 2.

Aequè nobiſcum rationis participes

Nonne & ipſæ homines ſunt, id eſt, rationale ani- mal, vt ratione, quaſi pari organo, paria cum viris poſſint, & præſtantiora quoque, vt quæ rationem vi- tijs virorum, ebrietatibus &c. non ſoleant hebetare?

Quid, quòd ferè maiore *ingenio pollet, cui vim na- tura negauit?*

Vt

Vt infitias iretis; veteres ingenioſiſſimi ſanè homines, tam Artibus, quam Virtutibus nomina fæminea indiderunt, ipſas fęminarum ſimulacris expreſſerunt, quàm ipſas fæminas vel earum excellentiſſimas cultrices confitendo.

Cùr igitur inquis, nunc viris fæminæ indoctiores, & rebus geſtis minimis illuſtres?

Reſpondeo, non indè eſſe, quod non poſſint; ſed, quod viri paulatim erecti inſtar tyrannorũ, nec ſcholas ipſis, nec linguas, nec arma, tanquam generoſis populis, ne inſurgere poſſint, & vim vi pari repellere, in viris permiſerunt; quod quaſi coniuratione omnes facta parentes ſuis virgunculis ſcholas, literas, gymnaſia, & ſtadia inuiderunt &c.

O ſi æquè cum viris inter litteras atque arma verſarentur, quam excellerent!

Profectò Lacænæ olim, atq; Amazones, illæ *Martis filiæ* Iſocrati dictæ, quid ſexus ille poſſit, ſi ſibi relinqueretur, oſtenderunt.

Iohanna illa Virgo Vallicolorenſis, quæ ſub Carolo VII. in Gallia aduerſus Anglos fortiſſimè depugnauit; & illa Auripes, ſic dicta ob faſtigia, & limbum veſtium aurò intertextũ, quæ aliquãdo cum Conrado Imp. Ieroſolymos obpugnatum ijt; & Cloelia illa natatrix Romana, quid minus, quàm Troianorum Hectores, quam Græcorum Achilles, quam Hebræorum Samſones præſtiterunt? Vt Iudithas, Delboras & è biblijs vulgò notas ſileamus.

Quam multis viris mulieres & virgines ſub Neronibus fuere fortiores, vt dicere licuerit *Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem.*

*Illa virago viri?* Cic. l. 1. offic.

A Equè fortes; *Iſocrat. in Paneg.* *Nicetas Choniates l. 1. de geſtis Manuelis Imp. de illa Auripede.* *Liuius li. 2. dec. 1. de Cloelia.*

Dicere mulieres malas omnes, repugnat illi Moſis pronũtiato, *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.* Nam & mulier, pars operum Dei, nec parua nec vilis.

Imò verò, ſi quis mulierem, non tantùm pari cum viro gradu bonam, ſed etiam altiori, & meliorem adfirmet,

Forſitan & meliores;

firmet, non admodum rebellarim.

Heſiodus certè fingit Pandoram quandam, mam fuiſſe mulierem, à Vulcano Iouis iuſſu fabricatam, quam Dij ſinguli donis ſuis exornarint; Sapientia; Venus Venuſtate, & pulchritudine; Muſica; Mercurius Eloquentia, vndè & Pandora dicta, quaſi tota donum, vel donum omnium, ab omnibus donata, vel omnium rerum genere tata.

**Plus hominis præſeferentes;**

Ac profectò, in muliere vndequaque plus homi videas, quam in viro ſi animum aduorteris. Eſt ſaltem humanior.

Si hominis tam propria eſt humanitas, homo fuerit adpellatus, quid muliere humani ſam vim humanitatis eius, vultu, voce, pelle, corporis toto, videtur natura velut oſtentare ſe.

Caruñcula enim illa mulierum mollicula, lenis, depilis, non vt viri horridè piloſa; læ manuſculæ, minuſculæ, longiuſculæ; corpuſcu iuncea; vocula ſuauiuſcula, & gracilis, vt philome aut acredulæ, & reliqua omnia quid clamant, publicant, niſi meram puramque ipſarum huma tatem, ſi tamen ita eſt, vt externa ferè ſint indicia, muti quidam interpretes internorum?

Alioqui, næ noſtra omnium parens Natura nouercæ terribilis nos valdè falleret, ſi in qua ſaltem vncia aconiti aut acerbitatis ſepoſitum eidem tot inſcriberet atque adfigeret tot manitatis notas, id eſt, ſi mulier non tota intus humaniſſima, non ſic illam foris tantoque ſtudio labellauiſſet.

Itaque *mulier* Varroni à mollitie eſt dicta, *ſi mulier*, litera vna immutata, adiecta altera.

Iſidoro, *quaſi mollis aër* l. 11. etymol. c. 2.

Alijs, *quaſi molliens herum*, & coniunctione corporum, & conſolatione verborum rebus adflictis:

Vel ipſe, mulierum hoſtis cogitur confiteri, qua ſutilitæ humanitate.

Eccli 36. *Qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem bonam: adiutorium ſecundum illum eſt, & columna vt requies* (id eſt baſis quietis.) *Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio, & vbi non eſt mulier ingemiſcit egens,* vel (vt Vatablus) *vagabundus*, vel (vt Leuinus Leuinius) *ægrotus*, qui maximè muliebri & delicato eget miniſterio. Sed & egens ferè ingemiſcit, vbi non eſt mulier, quod ſæpius ibi eleemoſina denegetur. Propria pæuè illius ſexus eſt miſericordia, in Egenos, Infirmos & Afflictos; Itaque & Thren. 4. vocatur *mulierum miſericordes*. Solæ mulieres Chriſto patienti collachrymatæ leguntur.

Itaque non malè Belgæ, qui Xenodochijs, qui ægris procurandis, fæminas vt plurimum præfecerunt.

Muliebris ſexus virili inermior (cuius arma, lachrymæ; arma humanitatis & ad ciendam humanitatem, ſed & debilior, qui poſſit, non eſſe humaniſſimus?

Et nata aut propenſa ſæpiuſculè ſeſe in ſpeculo intueri, & quotidiè ibi velut legere ſcripta diuinitus toto vultu totoque habitu humanitatis monimenta, qui poſſit eius obliuiſci?

Rurſus, Si verè Lactantij ſenſo, *Diuinitatis intellectus, eſt, quo differimus à beſtijs*, id eſt, quo magis homines ſumus, profectò mulier (vt tam nouè dicam) homior, aut magis homo, quam vir, cenſenda eſt, vt potè quæ ſine controuerſia viro eſt religioſior. *Intercede pro deuoto fœmineo ſexu*, ait Eccleſia.

Plus religionis; *Lactant. lib. de Ira c. 12.*

Negas? An non examina mulierum vides in templis inter paucos viros? examina inquam, & quidem orantium, gementium, flentium, genua flectentium, inter duros, fabulantes, ſtantes, aut ſedentes viros?

An non Mulieres Prophetarum nutrices Eliæ, Eliſei, Chriſti &c?

An non iure de mulieribus Chriſtus dixerit, quod Boëthius de ſuis Camœnis?

*Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,*
*Ne noſtrum comites proſequerentur iter.* Lib. 2. de conſolat. metro 1.

Mulieres tam templa Dei ornare, comere, quam ſua corpora, ſolicitæ ſunt.

Mulieres fabricando olim Domini tabernaculo armillas, inaures, annulos, dextrariola (alioqui delicias & pænè idola ſua) item hiacynthum & purpuram ſpontè obtulerunt *Exod.* 35.

Mulieres in patriam vſque adeò piæ, vt mundum ſuum omnem aliquandò in ſpecum ante effuderunt, vt Romam ſeruarent, quam M. Curtius de ſuiipſius præcipitio cogitaret.

Mulieres raſo caluoque capite deinceps viuere, aliquandò maluerunt, vt viris chordati arcus non deeſſent; quam crinitis capitibus atque intonſis gloriando, viros ſuos, & ſuam Carthaginem Romanis obſeſſoribus prodere.

**Quo in genere potius nimio peccant quā pauco;**

Tam pius religioſuſque eſt ſexus ille (Audientes) vt nimio ad ſuperſtitionem progreſſus ſit, & a mulieribus præſertim matrum votis, nocturnis, diurnis, men[illegible]nis, opportunis, importunis ad ſuos olim Deos, vt ſuperſtites ſibi filios è bello reducerent, omne nimium in religione & cultu Superorum, ſuperſtitio deinde vocaretur.

Seruio ſuperſtitio à ſuperſtite dicta, quæ anicularum propria eſt, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dùm volunt videri nimis religioſæ, ſuperſtitioſæ fiunt.

Quamquam verò exceſſus iſthic, vt alibi, vitioſus eſt; eſt tamen defectui, Atheiſmo, ac duritiei multorum virorum longè anteferendus.

Optandum quidem, vt *nihil nimis*, nihilque minus quam deceat, circa religionem, præſtemus; ſed tamen ſuperſtitioſiorem me, quam irreligioſiorem dici malim, ſi alterutro notandus ſim. Vt luxuriantem orationem faciliùs, quam ieiunam, critici emendatorimus; ſic ſuperſtitionem corrigere, quā impietatem, minus eſt operoſum. Facilior eſt additione, detractio.

Ruſus;

Rurſus; Quà fronte poſſit vir mulierem malum adpellare, *ſuum* (teſte Deo) *adiutorium*, & ſine quo eſſe, homini primo, bonum (etiam teſte Deo) non fuit? *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, inquiebat Deus; Vatablo, *non eſt commodum*, non eſt, *conueniens* Gen. 2 non ad perpetuitatem humanæ naturæ, non ad perſonæ ſingularis conſolationem. *Nullius* enim *boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio*. Senec. ep. 6. l. 1. **Quod virorũ bono natæ;**

Qui poteſt vir malum adpellare, *hortum* ſuum honeſtæ *voluptatis*, quem cumprimis illi dedit Deus, *vt operaretur & cuſtodiret illum*, in *honorabili connubio*, in *toro immaculato?* hortum (inq̃) tam fœcundum arboribus rationalibus, aliquandò in paradiſo cæleſti tranſplantandis? hortum, & ſeminarium generis ac poſteritatis ſuæ, cuius quiſque natura eſt adpetentiſſimus?

Metello Numidico viſum, *ſine his nullo modo viui poſſe*. Bruſon. l. 7. c. 22.

Qui malum rectè adpelletur, bonum, quo nihil honeſtius, nihil iucundius, nihil vtilius, viris in humanis dedit Deus?

*Væ væ, qui dicitis bonum malum*

Væ ingratis capitibus, & beneficium ipſum, & beneficum collatorem ſic accuſantibus.

Nullane ergò inquis mala in ſexu illo eſt reperire?

Eſt omninò; Nam & ad illum primæ culpæ contagia quoque peruenerunt.

Sed nulla eſt tamen reperire, quibus non paria, aut etiam deteriora, in ſexu noſtro, & plura, inuenias.

Si viros illæ vrunt; vrunt & viri illas viciſſim, ac forſitan magis.

*Et ignis quoque à facie* viri *exarſit*; *carbones ſuccenſi ſunt ab eo.*

Vt titio titionem incendit, Vt *manus manum fricat*; ſic ſexus vterque, alter alterum, æquè incendit, vt vt ars nulla maior, neque hinc neque illinc, neque flabellum vllum acceſſerit.

*Cædimus, inque vicem præbemus terga ſagittis.*

*Victoreſq; victiq; cadunt.*

**Minùs procaces quā viri;**

Sed verò, quæ mulier virum, tam euidenter, tam obſtinatè ad mala ſolicitat, quam vulgò viri mulieres?

Solent viri non petere tantum, ſed etiam dare tam impudenter, quam frequenter.

Inuitant viri, trahunt, compellunt, vim inferunt.

Studioſius viri incendia, & flammas in fœminas iaciunt, & oleum camino addunt, & flabellis conuenientibus fouent.

Quid quòd ijdem carminibus, philtris, græcis hiſpaniſque artibus hùc ſæpiùs, quam fœminæ, abutantur?

Vter igitur in alterum nequior? vter petulantior?

**Nec paucas bonas eſſe, ſed non adparere;**

At non omnes quidem malas eſſe ais; ſed bonas eſſe rariſſimas; vndè & occinis iterumque iterumque illud, *Mulierem fortem quis inueniet?* prouer. 31.

Et illud, *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Eccle. 7. vt Phœnice, & Sole videantur rariores.

Reſpondeo, Non raras quidem eſſe bonas, ſed videri, aut neſciri.

Nam quomodò quotquot bonæ ſunt, videantur aut ſciantur? *Oſtentandi ſui* quales ſint, viri mulieribus facultatem iampridem negant, & ambitionem, propriæ excellentiæ adpetitionem, atque inuidiam virorum putes obſiſtere, ne mulieres præclarum aliquid gerant, aut ſi nunc gerant, olim ue geſſerint; ſileatur ſemper, vel valdè obſcuretur.

*Lucerna ardens & lucens ſub modio per inuidiam virorum reponitur.*

Vt occaſio, & præda facit furem, ſic homines officia manifeſtant. Lucerna in candelabro, aut Pharo, ciuitas in monte longè lateque adparent.

*Occaſio, & Magiſtratus faciunt virum,* ait Prouerbium.

Qui adpareant virtutes ſexus illius, quem viri à Magiſtratibus gerendis omninò excluſerunt?

Deindè; Viri, ſcriptores ipſi & præcones rerum ſua-

rum,

rum, ſua adtollunt, mulierum ferè deprimunt, vt vt gerant illæ plurima & maxima.

Sibi ex muſca Elephantum; mulieribus ex Elephantis muſcas fingunt. **Per virorum inuidiam ſcilicet.**

Mulieribus ex flamma fumum, ſibi ex fumo flammam adpingunt.

*Platanis ſterilem præbentibus vmbram.*

*Vberior quauis arbore venit honor.* Ouid. de Nuce.

Et mulieribus, ſi tot ſcriberent, ac libros ederent, quot ex viris, eſſentque ipſæ laudum ſuarum cantatrices, virorum verò obſcuratrices; exercitus ingentes bonarum mulierum, virorum cohortes aliquot tùnc fortitan videretis.

Vnus Franciſcus Billonius, Franciſco I. Regi Gallorum a Secretis (opinor) ex profeſſo, & candidiſſimè, ſcripſit, Gallico ſermone, matronarum patrocinium, opus, etſi prima fronte hominis amantis, certè in receſſu, etiam doctiſſimi viri index, quod pauculis caſtigatis enchiridij forma recuſum velim, & in omnium Lucretiarum manus venire, vt hinc illis eſſet, quod petulantibus iſtis virorum linguis reſpondeant. Sed malum! dixeris etiam opus illud, cedro tamen digniſſimum, ſtudioſè a viris ſubpreſſum. Mihi enim in vita præter exemplar meum, alterum dumtaxat contigit vidiſſe, alioqui tot bibliothecarum ſtudioſiſſimo exploratori.

Præterea; Ad laudem mulierum facit, quod quas bonas dicunt viri, eaſdem fatentur optimas; quas malas, peſſimas. *Ficus* (vt Hieremias c. 24. in calathis videbat) *ficus bonas valdè, vt ſolent ficus eſſe primi temporis, & malas valdè, quæ comedi non poſſunt.*

*Breuis omnis malitia ſuper omnem malitiam mulieris.* Eccl. 25.

Ingenium enim ipſarum, naturamque, optima eſſe, vel hoc ipſum vnum maximè declarat; Valere multum, vbicunque intenderint.

Nam vt agri ferè hoc fœcundiores melioreſque cenſentur fore, ſi colerentur, quo inculti ſpinoſiores ac ſenticoſiores adparent; ità ferè ingenium

omne, quo vitioſius euadit negligentia, hoc ad vir-tes propenſius, ſi eſſet cultu aliquo figuratum, poſ-ſe æſtimari.

Vt quod olim D. Auguſtino nulli facilè viſi neqi-ores monachis, qui in monaſterijs nihil profeciſſet (vndè & aliquandò ità Pius II.

*Non auſit Stygius Dæmon tentare, quod audet*
*Effrænis monachus, plenaque fraudis an°;*) nulli cõ-trà monachis, qui profecère, meliores; non tam mo-naſticen improbat, quam probat; ità nec quarundam malarum mulierum ſumma nequitia ſexum v-ueríum magis damnat, quam commendat, ab ingenij fælicitate, ſequacitate, &(vt ſic dicam) ambi-dexteritate.

Et ſi qui-bus vitijs laborant, habent quo iuſtè transfe-rant;

Quid, quod, ſi quibus animi vitijs mulier, quam vir, grauiùs laborat; eorum culpæ partem in Natu-ra ipſis magis quam viris nouercam poſſunt transferre, atque ita ſe, ſi non à toto, certè à tanto abſoluere, quod viris non adeò licet?

Mulier enim cùm molli ſit carne, laxaque ac flui-da, confeſtim bilis incenſa ſe per corpus diffundens, ſanguinis circa cor ſubitam, ſed certè breuem, ex-citat ebullitionem, vti leuior materia, qualis ſtipula-rum aut ſtuparum, faciliùs grande concipit incendi-um, idemque breue.

Et illud Lunare ac menſurnum virus, quod ſenſi adfatim congerit, cum ira mouetur, quaſi ſentina ex-agitata, neſcio quid Mephiticum exhalat, quod per totum corpus diffuſum, cor cerebrumque mulieris, quibuſdam quaſi fauillis ac fuligine adficit, ac ſpiri-tus tùm vitales, tùm animales, qui ijs partibus deſer-uiunt, inflammat, iratæque iram adijcit, quo niſi ſta-to tempore liberetur triſti illius habitu ſemper ſit moroſior.

Nihiline facitis (viri) in peccatis poſſe iure dicer, *Impulſus, euerſus vt caderem?* culpæ partem aliò poſſe transferre?

Quid

Quid dicam geſtationis vteri crebra & longa faſtidia? lactandi deindè, nutriendique fœtus moleſtias? quid culinæ quotidianas inter ignes & flammas pro vitis ſolicitudines, quæ coquos alioqui natura lepidiſſimos faciunt ſæpè moroſiſſimos?

Quid mirum ſi ſubtriſtiores ſunt nonnunquam Marthæ veſtræ, quę *ſolicitæ* ſunt, *& turbantur erga plurima?*

Contra quas Scripturam malè quidam interpretati

Neque verò tanta huius ſexus malitia eſt, quanta fingitur ex hac Scriptura, *Melior eſt iniquitas viri, quã benefaciens mulier.* Fingitur, inquam; nam cum multiplex ſcripturæ huius ſit ſenſus, mulieromaſtyges, relictis bonis, ſiniſtrorſum interpretantur, quaſi dicat ſapiens, peccata virorum, virtutibus mulierum anteferenda, & meliora.

**At potiùs*, hic ſenſus eſt; Ad turpes amores adulteri, minus eſt periculi, ab aperta vel nequitia maritorum vel inhoſpitis moribus, quàm à benignitate & comitate vxorum, vndè & quidam ita vertit: *Melior eſt nequitia viri, quàm mulier benigna: mulier, quæ aliquid probro dignum committit*, qui & gallicè pro (*mulier benigna* (reddidit) *le bon traitement de la femme.*)

Cuius ſenſus multiplex quidem;

Hoc autem ſenſu, quid dicit Salomon de muliere, quod viciſſim in virum retorqueri non poſſit, & alio adſpectu ſic dici, *Melior eſt iniquitas mulieris, quam benefaciens vir*, id eſt, pellici alieni viri torum ambienti, ſalutarior fuerit vxor, zelotypiam & dura omnia in pellicem illam exercens, quàm maritus eidem pellici adblandiens & omnia indulgens; id eſt vtriq; ſexui, à quacunque non ſui, neque ſexus, neq; coniugij, perſona blandiore, plus periculi ad impudicitiam & lapſum, quam ab alia eiuſdem ſexus paulò duriuſcula & ſeueriore. Maritus durus viro externo, & vxor dura viro non ſuo, vterque ad tori ſui caſtitatem conſeruãdam aptior, quàm mitior. Tales enim fugant pellices, & alieni matrimonij inſeſſores.

Nullus tamen mulierem magis, quam viſũ notat,

Malim (ad non peccandum ſcilicet opere Venereo) à mei ſexus perſona cædi, quàm à diuerſi, paſci, vt ferè habet gallicum vulgi prouerbium. Tum *meliora*

*ſunt verbera* ſalutem & bonam meam famam *diligentis, quàm fraudulenta oſcula blandientis nuptiæ.*

**Vel, vt* vertit Caſtalion; *Satius eſt cum improbo viro contrahere, quàm cum muliere proba quidem, ſed quæ cauſa ſit turpis infamiæ.* Verbi cauſa; præſtiterit adoleſcentulo, popinam intrare cauponis vidui, quamlibet iniqua omnium ciborum, potuumque pretia flagitantis; quàm cauponæ etiam viduæ, etſi honeſtiſſimæ, & ſola iuſta rerum pretia poſcentis; quoniam in procliui ſit, ex colloquijs, obſequijs, totoque hoſpitij vſu, adoleſcentulum hoſpitæ ſuæ amorem toto pectore concipere, illamque deperire, non item hoſpitem ſuum.

/ At quid indè probri fœminis? Nam idem dicenſceat de virgine, vt potiùs ad ſordidæ hoſpitæ & auaræ domum diuertat, quam ad viri cuiuſcunque liberalioris. Par enim vtrimque periculum, non a malitia, ſed ab obiecti proprij ad propriam potentiam admonitione.

Leu. Lemnius li. 4. mirac. nat. c. 13.

**Vel vt Leuinus* Lemnius; Huic *ſententiæ hunc ſubeſſe ſenſum interpretor, vt vir etiam ignauus, iners, ſomniculoſus, negotiandi, omniſque mercaturæ, ac rerum gerendarum rudis atque imperitus, paulò dexteriùs negotia ſua perficiat, quàm mulier præceps & temeraria, quæ inani ſapientiæ perſuaſione, atque inconſiderata conſidentia nihil non adgreditur, omnia quàm vir deteriùs perficit. Vir enim ſui diffidens, cunctanter ac circumſpectè, aliorum fultus adminiculo, quos in conſilium adſciſcit, ſingula conficit atque exequitur, ita vt ſucceſſum optatiorem conſequantur, quàm ſi eadem à fœmina arroganti ac ſapienti opinione turgida, vt ferè conſpici ſolent, tententur.*

Nec hic ſenſus magis mulieres omnes peccati, quã viros omnes accuſat. Nam fit imprudentis tantum & arrogantis mulieris, cùm viro timidiore comparatio; dicunturque, viri talis opera fœliciùs, quam talis mulieris ſucceſſura. Vertatur folium, id eſt, figura ſermonis; & alterum iure dixeris, de viro in oculis ſuis ſapiente reuera autem imprudente; alterum de muliere

liere cautiore: fæliciores ſcilicet mulieris illius, quam illius viri ſucceſſus fore. Nihil igitur fœminas infamat iſta ſententia, tamen in fœminas decantatiſſima.

Aut ſi quid vitij illic in fœminis taxatur, certè intellectus dumtaxat debilitas inculpata, vt à conditore; non etiam Voluntatis prauitas, quæ fit cum culpa, vt ab arbitrij libertate proficiſcens.

**Vel ſenſus* eſt; Rudia quædam, ac tantum inchoata, & adhuc ſine manu vltima, virorum opera, abſolutiſſimis perfectiſſimiſque mulierum operibus eiuſdem generis, eſſe laudabiliora, quod à viris illa fieri propriè natura decreuerit.

Eſto; At neque hoc ſenſu ſententia iſta ſolis mulieribus probroſa eſt

Eodem enim ſenſu, eadem ſententia, poſſit in viros quoque (paululum conuerſis verbis) retorqueri.

Quam multa enim ſunt, quę mulieres, vel oſcitando, rectiùs agant, quam viri omnes ingenij neruos intendendo?

Scribent, pingent, equitabunt viri etiam adhùc penè tirones, rectiùs, quam mulieres? Et mulieres vacillim, fouerint, lactauerint, ablactauerint, neuerint meliùs, quam viri quicunque. Hùc enim mulieres natura ipſa aptauit, vti contra illùc viros ipſos.

**Vel ſenſus* eſt; *Melior eſt deformitas viri, quàm pulchra mulier.* Voces enim ibi Hebraicæ, æquiuocæ ſunt, prior ad malum & deformem; poſterior, ad bonum & pulchrum.

At ſic quoque, ecquà quæſo eſt mulieribus hæc Scriptura, quàm nobis viris, iniurioſior?

Nam ſi dicitur vir, etiam deformis, eſſe muliere quauis formoſa etiam Helena formoſior; Nulla ſolida formæ laus, nullum deformitatis vituperium eſt. Certa laus, & *certus amor morum eſt: formam populabitur ætas.* Ouid. de medicamine faciei.

Si verò pronunciatur ibi dumtaxat, plures à form laudabili fæminarum, a deformitate virorum cap ludificari; nihil id ad mulieris contemtum, quæ ſcicet ipſæ ſibi formam habitumque illum non dederint, ſed fictor & pictor omnium Deus.

Quin & viri potiùs ibi notantur, vt qui adeò fragiles ſint & capi faciles, vt, ad viſam fæminam quancunque bellulam, dementetur.

Alioqui, ſi Scripturæ illius planus propriuſq; ſermo eſt de vitijs& virtutibus virorũ mulierumq;, vt iſti volunt; mendacium eſt, & quidem vt ſexui toti fæminarum; ſic earum quoq; Conditori iniurioſiſſimum, qui tales produxerit, vt nihil aliud, quam ſemper peccare poſſint, & damnationem ſuam æternam præſtinare.

**Alioqui ſummum inconueniens inde conſequatur;**

Mendacium (inquam) pace dixerim autoris, & omnium bonorum.

Vt ſcelera virorum, virtutibus fœminarum ſint Deo aut cuiquam gratiora!

An enim Amanis, totius gentis Iudaicæ excidium molientis, nequitia melior, beneficio Eſtheris, eamdem interuentu ſuo, tam audaci, quam modeſto, liberantis? *Heſter.*

Nabalis hominis auariſſimi, qui Dauidem ſedibus ſuis grauiſſimè irritauit, inhoſpita auaritia, meliorne, quam Abigailis vxoris eius liberalitas opportuniſſima, qua Regis exercituſque famelici neceſſitati occurrens, & Regem iratiſſimum ſic placans, ſe, maritum, familiamque & agrum omnem, ab internecione ac deuaſtatione iam meditata & parata ſeruauit!

Nam *arma tenenti*
*Omnia dat, qui iuſta negat.* Lucanus Pharſal.

Romuli, Sabinas inter ſpectacula rapientis, ac ſic viciniæ pacem, belli incendio, turbantis nequitia, meliorne, quàm raptarum Sabinarum ſtudium vtroſque pacificandi Soceros Generoſque ſcilicet, & mixta charitati ſuorum fortitudo, qua iam inſtante vtrimque prælio in medias acies progreſſæ ſic egerunt, vt,

Tela

*Tela viris animique cadant, gladijsque remotis,*
*Dent Soceri Generis, accipiant manus?* Ouid libr. 3. Faſt. Liuius decad. 1.

Caluinus nuper Franciam in hæreſim proclinans, meliorne, quam Clotildis eiuſdem Franciæ quondam Regina benefaciens, & Clodouæum maritum ſuum è Pagano transformans in Chriſtianum?

Caluinus corruptor, meliorne, quàm Inguldis, Childeberti ſoror, quæ fecit, vt Hermogillus vir ſuus, Lemigildi Gothorum Regis filius, euaderet Chriſtianus?

Caluinus corporum animorumque barbariſſimus patricida, meliorne, quam Theodelinda Regina, quæ (teſte Paulo Diacono) ſic continuit prioris mariti manus, vt ne deinceps ipſas Chriſtiano ſanguine cruentaret, alterum autem etiam effecit Chriſtianũ; *Paul. Diac. lib. 13. de geſtis Rom.*

Abſalon, qui patrem fratris patricidio iritauit, meliorne quam mulier Thecuitis, quæ patrem artificioſæ parabolæ temperata audacia placare potuit? 2. Reg.

Duo illi Leones, Reges animalium rationaliũ, hic Galliæ, ille Hiſpaniæ, totam Chriſti Eccleſiam prædæ Turcicæ obijcientes, dum nimiũ heu! ſuis inuicẽ furoribus, & bellis intempeſtiuè indulgent, melioreſne, quam Ouiculæ illæ Chriſti duæ, Heroinæ inquã, illæ duæ, Matres Patriæ, vnaquæq; ſuæ, illa Belgij, iſta Galliæ adminiſtratrix, quæ Cameraci Chriſtianiſmum pacificârunt, & velut in ſinu ſuo, furentes iſtos vnicornes cicurârunt, apros iſtos ſingulariter feros, & vineæ Chriſti parum miſereſcentes edentârũt, & leones iſtos iubis vnguibuſque exarmârunt?

Quis niſi mente captus ita ſentiat.

Sæpiſſimè deſperatiſſimarum Rerumpublicarum *ſalus in manu fœmina.*

Non ergò Scriptura ſancta, (alioqui ſemper verax) hoc mendacij obtrudere voluit, quo diceret ſummas mulierum virtutes, peccatis virorum eſſe deteriores, vt mulieromaſtyges iſti nugantur; non, non.

Nec

Nec eſt virorum bonitas tanta, vt ab iiſdem nihil noxium proficiſcatur; nec tanta ſexus muliebris malitia, vt mulierem nullam bonam, aut in nulla muliere non magna quædam bona inuenias.

Vt *nihil prodeſt, quod non lædere poſſit idem*: ſic non adeò lædoriæ ſunt fœminæ, vt prodeſſe etiam non poſſint.

Ergone illæ viperis peiores ſint, aut ſcorpionibus?

Viperarum enim certè etiam cinis prodeſt, & ſiunt *ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur à Græcis*, ait Plinius li.10.hiſt.c. 8.

Antonius Muſa medicus cùm incidiſſet inſanabilia vlcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate perſanabat. *Plinius libro decimotertio capite decimotertio.*

Icti à ſcorpionibus, à ſcorpionibus habent vnde curentur.

Morſi à canibus, ipſorum pilis ſanantur.

*Geneſ.3.* Immanis ille piſcis, qui pænè Tobiam iuniorem abſorpſit, habuit *cor, fel, & iecur neceſſaria ad medicamenta vtiliter*. Tob. 6.

Non eſt (ô viri, ô mariti) non eſt omnis mulier, vt Herodias iſta, vt ſic ſpernant?

**Monitiuncula.** Satis ſit (ô mariti) ſatis, miſellum illum ſexum, infirmum, imbellem totum, quantus quantus eſt, ad humanitatem natum, grauari corporum ſuorum infirmitate & mollitie; luctari cum morbis ſuis lunaribus; cum ærumnis (ad quas diuinitùs damnata eſt) frequentibus; cum conceptuum faſtidijs; cum partuum doloribus ſexui veſtro ignotis; cum ſeruitijs domeſticis; cum iugo maritorum frequenter inſolentium: vt *quid* præterea contemtu, & dicterijs, *moleſti eſtis huic mulieri*, huic infortunato ſexui, & ſanè digno melioribus, quam tu rere.

Si *nemo vnquam carnem ſuam odio habuit*; illa caro tua eſt, maritali coniunctione; os ex oſsibus tuis eſt, creatione. *geneſ.* 2.

Crudele & vrſinū eſt, iacenti & infirmę inſultare.

Sequitur

Sęuitiæ pluſquam caninæ eſt, confidente humi homine, non mitigari, *Plin. li. 8. c. 40.*

Minimè Romanum, non *parcere ſubiectis*, petulanter inceſſere, pæneque ad deſperationem, nimio contemtu, impellere ſexum ſocium, adiutorem maſculini, communem noſtri omnium parentem. *Pax pax vobis*, deinceps. Viuite *honore inuicem præuenientes.*

## II.

*Maritos tamen maximè Principes, conſilia vxorum de Rep. cautè parceque ſequi oportere.*

Ignoſcite tamen (Dominæ meæ) aduocato & patrono huic veſtro, quem æqui bonique adeò ſtudioſum videtis; vt viros, gratia non veſtri, ſed Iuſtitiæ, pænè nunc offenderit; ignoſcite, inquam; Verbulum enim ego nunc ad maritos, fortaſsis minùs iucundũ vobis futurum de vobis, coram vobis, ſum dicturus. Audite & mariti, & vxores.

Quamquam (vt quidam ex noſtris vir egregiè doctus rectè monet) poſſemus dicere confidenter, Apoſtolum non vetuiſſe, ne mulier honeſta & proba, in virum officium docendi pariter exerceat, cum ſe opportunitas offert. (*Tunc* enim id *licitè fieri arbitramur* iuxta verbis docti hominis, *dum ipſa prudentior, & ſapientior fuerit viro, in cura familiari: quia plerumque euenit, vt vir in medio foro & iudicijs exiſtens, verſetur, & commoueatur tamquam quibuſdam fluctibus, ſed ipſa mulier tamquam in quodam philoſophiæ gymnaſio instructa, domi ſedens orationibus, & lectionibus, ac alijs bonis operibus facilius vacare poteſt, quàm vir. Idcircò talis mulier virum ſuum poteſt commonefacere aliquando, dummodò ne irritum faciat Apoſtoli documentum, ceruices videlicet erigens in virum, quum non deceat illam primatum habere in virum. Nec quidquam potentius eſſe nouimus muliere bona, ad inſtituendum & informandum virum, quodcunque voluerit, dummodo id benignè & reuerenter faciat:*) tamen maritos, maximè Potentes, Reges, Gubernatores &c.

*R. P. Seraphinus Cumiranus tom. 5. conciliationũ contrap. 77.*

admo-

**Audienda tamen cautè mulierum conſilia;**

admonendos putem, vt, quum vxores, aut Herodiades ſuas, & ipſarum conſilia monitaque audient, illa non temerè, ſed ad Critolai, quod aiunt, libram ſcrupuloſiſſimè prius expenſis, & ritè excuſsis credant; maximè verò, cùm illæ, de externatibus & non conſanguineis quibuſcunque, cœperint, aut aſperius aut maleuolentius loqui; aut dicere *Pone crucem ſeruo*, ſi eſt in cauſa ſanguinis aut pænę. Nam in cauſa (vt vocant) fauorabili ſeu indulgentiæ, non tanto periculo auditur vxor, & creditur; tum, quòd clementia nimia peccare, quàm ſæuitia, melius eſt; tùm, quòd ibi adijci aliquid in poſterum poteſt; hic dettahi nihil, nec vita mortuis ac cæſis reddi, poteſt.

**Principibus maximè;**

**Et de ſanguine;**

Mens conſiliariæ pertentanda, excutienda. Quis adfectus, quæ occaſio, vxori ac Herodiadi conſilium hoc aut illud in talem aut talem, excuderit; amorne, an odium &c. peruidendum. *Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt.* Indulget ſæpè affectibus iſtis ſexus ille, & eſt transfundendorum illorum in viros potentiſsimus.

Suauiſsimè cantillat auis illa nocturna, ait Gallorum vulgare prouerbium. Non tam potenter dicitur *Marſica pubes. Et bellare manu, & chelydras cantare ſoporem.* Syl. 8.

Dedecet autem gallinam gracillare, antequam cæperit gallus cucurire; maximè inter Potentes.

Dicenda autem hæc fuêre, quòd audita Herodias, Herodis Animum, Corpus, Regnum, reſque omnes non modò adflixerit, ſed planè perdiderit.

* *Animum*, cùm inſidiata Iohanni, Herodi ſuo perſuaſit, vt virum ſanctum vincîret, perderet.

**Quod nō creditum, Herodem perdidit;**

* *Corpus & Res*, cùm Agrippæ promotioni inuidens, quem ex priuato Regem à C. Cæſare creatum videbat, Herodi ſuo autor fuit, ad eundem Cæſarem nauigandi, ſpe maioris amplitudinis, de qua re tota ſic Ioſephus; *Cùm veniſſet in regnum Agrippa, Herodis Tetrarchæ cupiditates per inuidiam ſuſcitauit. Irritabat autem eum maximè in ſpem regni Herodias vxor, apprehendens ei ſocordiam, & dicens, quia per id quòd noluerat ad Cæſarem nauigare, careret poteſtate maiore.* Nam cum A-

grippam

*grippam, ex priuato, Regem feciſſet; quomodò dubitaret illum ex Tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, venit ad Caium, à quo ob auaritiam vehementer increpitus, ad Hiſpaniam fugit: ſecutus eum quippè fuerat accuſator Agrippa, cui etiam Tetrarchiam illius Caius Cæſar adiecit.* Ioſephus libro ſecundo belli Iud. c. 8.

Et alibi; *Herodias Agrippæ ſoror, nupta Herodi Tetrarcha Galilææ atque Peræa, inuidebat fratri hanc potentiam, quem in celſiore, quàm maritum cerneret faſtigio: vrebat eam nimirùm, quòd qui profugerat, non valens debita diſſoluere, tùm reuerſus erat auctus dignitate ac fortuna tàm ſplendida: hancque mutationem iniquiſſimo ferebat animo, præſertim quoties illum videret ornatum regijs inſignibus per turbas inuehi: adeòque non poterat imperare ſuis affectionibus, vt maritum aſſiduis hortatibus ad ſimilia ſperanda, &, ſuſcepta transmarina peregrinatione, apud vrbem ambienda erigeret: negans, ſibi vitam ferendam diutiùs, ſi Agrippa Ariſtobuli à patre ſupplicio traditi filius, &, ob extremam inopiam, metu creditorum profugus, reuerſus regno fruatur: ipſe verò filius Regis, & à cognatis ad regnum inuitatus, per deſidiam nihil tale affectaret, priuata vita contentus. Atqui, marite mi, inquit, ſi tibi antehac moleſtum non fuit, in minore, quàm olim pater, dignitate agere; nunc ſaltem honorem familiæ debitum adpete: neque ferendum puta, exiſtimatione cedere viro, qui tuis quondam ſuſtentatus ſit opibus &c. nec prius deſtitit, quàm mariti extorqueret conſenſum, non valentis alias eius importunitatem excutere &c. Cæſar adprobatam putans defectionem* (cuius accuſabatur) *ademptam illi Tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniam quoque eius donans Agrippæ iudici: Herodem verò perpetuo damnauit exilio apud Lugdunum vrbem Galliæ &c. Atque hæc fuit vindicta, quam Deus intulit tùm Herodiadi fratris ſucceſſus inuidè ferenti, tùm Herodi ad obſequendum vaniloquentiæ vxoris nimis facili.* Ioſephus lib. 18. antiq. Iud. c. 9.

Egeſippus; *Mulieris obprobria nequaquam ſuſtinens,*

 Romam

*Romam profectus, dùm Caij amicitiam petit, ab Ag-*
*pa accuſatus, etiam Tetrarchiam amiſit, quam à*
*Auguſto acceperat; & fugitans in Hiſpaniam, vnà*
*vxore Herodiade, mœrore animi conſumtus eſt.* Eges. l.
2. de excid. Ieroſ. c. 5.

Ergò propter auditam creditamq́; vnam hanc He-
rodiadem, Herodes totus perijt; perijt ſed non totus,
etiam Baptiſta noſter. Non totus inquam. Adhuc e-
nim viuit parte ſui meliore anima & fama hinc cele-
briore.

Inſidias meretricis nunc Euangeliſta memorat.

**Propoſitũ probant rationes multæ;**

Cùr autem mulieres à viris cautè audiri iubeam, hæc ſunt,
1. *Ratio debilior;*
2. *Eruditio negligentior;*
3. *Experientia rarior;*
4. *Affectus impotentior;*
5. *Ambitio Imperij;*
6. *Diuinatio Maieſtatis.*

**1: Ratio fæminarum debilior;**

**Ratio debilior.* Nam vt mulieres ſint nobiſcum ra-
tionis quoque participes, vir tamen hac parte prin-
ceps, & primas dotis illius accepit, eiuſque vſum ube-
riorem.

Aiunt, mulierem nil poſſe, præter ſenſibilia, ſpe-
culari.

Inſinuauit hoc ipſum Deus, quum mulierem viro
ſubiecit, non tantum in pænam culpæ dominandam,
ſed etiam, ob rationis puſillitatem, regendam.

D. Paulus quoque, quum dixit; *Docere autem mu-
lieri non permitto.* 1. Timoth. 2. vbi ſic Græci: *Mulieres
ne doceant, non humana modò, ſed neque ſpiritualia.*
Quod verò interdicit ne doceant, intelligit in Eccle-
ſia.

**Quam & Deus, cum illam Adæ ſubiecit;**

**Ratio* autem Pauli, ibidem prior hæc eſt; *Adam e-
nim primus formatus, deindè Heua.* Doceat ſcilicet ſe-
nior iuniorem.

**Altera; Et Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſe-
ducta, in præuaricatione fuit,* id eſt, decepta cœpit tranſ-
gredi præceptum. Faſſa eſt vel ipſa ſui deceptionem,
non

non verò etiam Adam. Sic enim ipſa factum excuſauit *Serpens decepit me.*

Adam non deceptionem, ſed blandiorem indulgẽtiam in vxorem, cauſatus eſt. Diſplicere ſcilicet nouis amoribus ſuis, nouoque delicio per primæ petitionis eius repulſam auſus non eſt, iam tum ferè vxoris ſuæ idolatra.

Semel virum docuit mulier, Adamum Eua; & cuncta peruertit, vndè & hæ lachiymæ.

Duplex igitur ibi, (vt videris) Paulò ratio non permittendi mulieribus docendi munus prior, ab ordine creationis, altera à vigore rationis; q. d. ſocium ſuum doceat, qui prior & ſenior; doceat, qui ratione ditior creatus eſt, id eſt, vir mulierem. **Et Paulus, cum docere noluit.**

Neque verò Eua tantum ex Adamo, ſed & Adamo ipſi, vt fini creata eſt.

**Tertia ſit*; mulierem, ſi publicè doceret, aut concionaretur, formæ pulchritudine, & eloquendi ſuauitate, magis ad libidinem viros, quam ad pænitudinem irritaturam; & vt ſe multos habituram Auditores ſi prænuntiaretur concionatura; ſic multos quoque corrupturam.

*Fœmineum omne genus fecit natura diſertum;* *Lib. 3. de morum ſimpl. c. vlt.*

*Id mulier donum cælitùs omnis habet*, formæ additum, quaſi auctarium.

Bone Deus! ſi qua vox præconis, aut chartula templi aut Scholæ valuis adfixa ediceret, Sybillam neſcio quam, aut fœminam quamcunque, (alicuius ſaltem à forma & doctrina nominis) è ſuggeſtu publicè dicturam; quantus foret Auditorum concurſus! quàm fixus & intentus in illam omnis oculus! quàm plena ſilentij audientia. Non caperent ſcholæ aut templa Auditores, etiam ſi argenteus ante ingreſſum ab vnoquoq; exigeretur.

Periculis igitur etiam cautum eſt iſta prohibitione, periculo Intellectus, periculo Voluntatis; Intellectus; ne falſa pro veris exciperet, ab imperita; Voluntatis, & Caſtitatis; ne flammas ſcilicet

igneſque impuri Amoris quiſquam viſu, auditúque conciperet, ſi non ab impudica, certè à formoſa.

Apage enim nimis lepidulos illos qui dicunt, & idcircò prohiberi, quòd tractatus ſuos omnes clamoſa nimis omnis ferè mulier ordiatur, nulloq; ſigno crucis præmiſſo. Apage, apage. Non enim nugemur in re tam ſeria, quæſo.

Potiſſima igitur cauſa huius ſit, minor vſus rationis.

**Et Chriſtus, cum Sacerdotē non creauit; indicarunt;**

Chriſtus quoque ſub ſignificauit mulierem, ſi bene librabitur, neſcio quid minus habere, qui nunc in noua quoque lege (vti & olim in vet.) ſexum illum omnem, etiam matrē ipſam ſuā, bone Deus quam fœminam! à Sacerdotio (forſitan ob maiorem illius, quam noſtri, corporum immunditiam) item à Confeſſionum auditione, (forſitan ob maiorem linguæ lubricitatem, minorem taciturnitatem, & ſigillum non ita certum) remouit: (vt, vt Pepuſiam neſcio qui hæretici iam olim, & poſt ipſos æuo noſtro Lutherus, Sacerdotes etiam eſſe poſſe illas voluerint.) *Alphonſ. noſter à Caſtro lib.* 10. *in hæreſes tit Mulier.*

**Et Gentes ipſæ.**

Quam pauculas etiam legas in Gentium ſuperſtitione idolorum Sacerdotes?

Quid, quòd ſi quæ Sacerdotes dictæ, earum certè pars maxima furit magis, quàm ſacra facit?

Mænades illæ ſeu Bacchæ, an non inſanientium ritu, orgia Bacchi celebrant? Idcircò & ſic dictæ à græco verbo Μαίνω quod inſanire ſignificat.

Nec eæ tantum indignæ Sacerdotio viſæ, ſed etiam quorundam Sacrorum ſpectaculo. Olim enim in Sacris quibuſdam clamari ſolitum: *Hoſtis, Vinctus, Mulier, Virgo exeſto.*

Eodem fortè adſpectu, tàm nunc quàm olim, à Concilijs, Conſilijs publicis, atque Iudicijs, gens ferè omnis ſexum illum excluſit.

Meritoque D. Athanaſius Gentiles reprehendit, quòd Deas fœminas fecerint, quas nec, ſuo ipſorum teſtimonio, ad conſilium Reip. admittere tutum eſt. *D. Athan. orat. contra idola.*

*2. Eruditio negligentior.* Nam, vt par, cum viris, ſit fœminis portio rationis atque iudicij; tamen neq; ſciunt tam multa, neque tàm ſolidè, quàm viri, poſſunt, vt quibus diſcere ſub Magiſtris linguas & diſciplinas conſuetudine peruetuſta non licet, ſed mòx intra impuberes pænè annos, vix benè ſalutatis à limine legendi ſcribendique primis elementis, artes & officia vſibus domeſticis profutura diſcere, vt nere, ſarcire, texere, coquere, lauare &c. pro more eſt.

**2. Eruditio negligentior;**

Lactant. libro tertio inſtitut. diu. cap. vigeſimoquinto. Philoſophi *nullas vnquã mulieres philoſophari docuerũt, præter vnam ex omni memoria Themiſtem.*

Etſi non tàm ipſarum fortè, quàm conſuetudinis inuidiæque virorum hoc vitium eſt, tamen ita eſt, vt vulgò mulieres eruditæ non ſint; itaq; ſi quandò conſulentes audiantur, videntur timidè valdè cauteque audiendæ.

*3. Experientia rarior.* Mulieribus enim multa ex perïti non licèt, quibus vel tantum *circumcurſare per domos* Pauli etiam ſenſo turpe; peregrinari autem & *mores hominum multorum videre & vrbes* (vndè Vlyſſea illa prudentia ferè naſcitur) parùm tutum, & idcircò à maritis probis prudenter prohibitum.

**3. Minor experientia.**

Vt neque honeſtas, neque mariti, neque ſarcinularum & viatici ſui pericula domi teneant; tenent tamen infirmitas corporis, & valetudo non minùs, quã caſtitas, indè periclitatura.

Quis tàm inexpers, quàm indoctas conſiliarias ſecurè, maximè Princeps, audiat?

*4. Adfectus impotentior*, ex cauſis paulò ſuperiùs in earum patrocinio allatis, quo, vt Sol nubibus atris, ſic lumen rationis ipſarum denſiùs obnubitur, & velut ignis in lignis viridibus ſubfocatur, nec poteſt ſuum explicare fulgorem.

**4. Adfectus impotentes;**

Non minor mulieris malè adfectæ furor atque intemperies, quã maris, quã elementorũ barbariſſimi,

cum tempeſtatibus, fulminibus, tonitruiſque exaſperatur.

*Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris.* Eccli 25.

Tum velut furijs agitata non cōſilio, non ratione, non pudore, non monitis, non blandimentis (quibus etiam feræ crudeliſſimę miteſcunt, aut muteſcunt) neſcit emolliri.

*Neque ius, neque bonum aut æquum ſciunt*
*Melius, peius, proſit, obſit, nihil vident*
*Niſi quod libido ſubgerit.* Terent. in Heaut. Scen. 1. act. 4.

Christo facilius fuerit ventis & mari, quàm ipſis imperare, & dicto facere, vt ſit ex tempeſtate tranquillitas magna, & repentina.

Sunt tunc mulieres torouæo (vt aiunt) litore ſordiores.

*Si ira viri iuſtitiam Dei non operatur*; profectò mulieris multò minùs.

Vel vnius Medeæ amantis, iratæque ſcelera in mentem veniant, &

*Tremenda Cœlo pariter, ac Terris mala.* Sene. in Medea act. 1.

Amans occidit, diſcerpſit, ſparſit membratim fratrem Abſyrtum, vt collecturum patrem retardans, amatorem ſuum Iaſonem tuta fuga ſequeretur.

Irata, quod deſerta, pellicem, & regiam incendio exuſſit; binos liberos in conſpectu Iaſonis patris iugulauit. Et, *in matre ſi quod pignus etiamnum latet, Scrutabor enſe viſcera, & ferro extraham*, aiebat apud Senec. in Medea act. 5.

5. Ambitus imperij; *5. *Ambitio imperij* cui obſiſtendum. Repugnat ſanè legi Naturæ, quæ indigniora dignioribus vult eſſe ſubiecta, mulieres in viros habere, aut adfectare dominatum.

Contra

Contra legem Dei quoque eſt, cuius ſcilicet eſt vetus illud edictum; *Sub viri poteſtate eris.*

Contra placita quarumdam Gentium, vt Gallorum, quorum Salica Rex regni adminiſtratione ac ſucceſſione, colos, id eſt, fœminas, cum his ignobiles, omninò excluſit.

Ferre non poſſunt, vt quæ colum gerit manus, eadem ſceptrum gerat.

Audire propheticum illud nolunt, *Mulieres dominatæ ſunt eis.*

Romani ſummi gerendæ Reipublicæ artifices Cicerone teſte, propter naturæ infirmitatem non modò regnare aut fungi vlla adminiſtratione ciuili eas noluerunt; ſed & in tutorum poteſtate ipſas eſſe ſanxerunt.

Sibyllarum vna aliqua breui ruituri mundi ſignũ poſuit, ordinis imperandi a natura conſtituti conuerſionem, cum ſcil. mulier vidua toti Mundo imperabit. *Lib. 2 Oracul.*

**Quo plurimum laborant illæ;**

Fœminas autem valdè affectare regnum hinc patet, quod Eua audito illo, *Eritis ſicut Dÿ immortales*, liberi &c. mòx edicto & mortis metu contemtpis, prima non aduocato viro, vt ſcilicet illi deinceps imperaret, cibum vetitum accepit, quaſi diceret; *Occidat fructus ille me, dum vel imperem*, vel non adeò ſeruiliter ſim Deo viroq; ſubiecta.

Nouum genus poſtillæ inquis. Imò inquam vulgo; at doctis peruetuſtum, nec reijciendum.

Moſes enim Bar Cephas iam olim vel illam inuenit, vel iam inuentam recepit; *Quærat aliquis* (inquit) *cur Eua non vocarit Adamum, vt is prior ederet? Nimirùm transformari ipſa prior cupiebat in Deum virumque ſuum diuinitate anteuenire, qui ſe humanitate*

*præceſſerat, quo hac adminiſtrationem rerum* [illegible] *que imperium obtineret: exiſtimabat enim ſimulac* *guſtaret, eueſtigio in Deam ſe transformatam iri, pro* *lacis ſerpentis conſilio.* Moſ. Bar-Ceph. 1. de parad. p. c. 28. mihi pag. 135.

Neſcitis Athaliam aliquandò, regnandi ſtudio, omne ſemen regium extinxiſſe?

Semiramidem Aſſyriorum Reginam, quòd Aſſyrios intelligeret grauatim mulieris imperium laturos, diſſimulaſſe Nini mariti obitum, & perſonam cultúque eius induiſſe, donec filius regno idoneus haberetur?

Amazones virorum iugum æternum reſpuiſſe?

Matrem filiorum Zebedæi dextram ſiniſtramque, in regno Chriſti, duobus filijs ſuis valdè ambiuiſſe?

Agrippinam Neroni ſuo adeò imperium adfectaſſe, vt Mathematicis reſpondentibus, *Neronem quidem filium imperaturum, ſed matrem quoque occiſurum,* [illegible] ta exclamarit, *Occidat, dum imperet?* & vt filio viam ad imperium expeditiorem ſterneret, Claudium Cæſarem & maritum, & patruum ſuum venenato boleto ſuſtulerit? Hæccine maxima fœmineæ.

Vellet, ſi poſſet ambitionis indicia? fœmina fieri mundi totius Imperatrix, fieretque profectò, ſi Imperator quiſpiam, omnia Herodis noſtri inſtar, conſilio vxoris, adminiſtraret; verumque tum eſſet vetus illud Catonis verbum; *Omnibus hominibus Romani imperamus, reliqui autem homines vxoribus ſuis;*

*Sed vxores noſtræ nobis imperant,*

*Ergò toti mundo imperitant vxores noſtræ.*

**Non ſine periculo errorum populari-um,**

Aut (quod eſt paullò deterius) iſtud Themiſtoclis; *Themiſtocles Athenas regit, vxor Themiſtoclem, & filius vxorem eius; Itaque Athenas regit filius.*

Error quoque popularis in imperium profanum irreperet, qualis olim in Eccleſiam, quem neſcio qui partim maleuoli, partim ignari, partim hæretici quidam, vel obtruſerunt, vel receperunt, quo (falſiſſimè tamen) iactatum eſt

hacte-

hactenùs, neſcio quam Iohannam, Papam fuiſſe, circiter annum ſalutis 514. Iohannis ſeptimus nomine. Nam reuera nulla vnquam mulier Papatum geſſit, ſed errori cauſam dedit, quod Iohannes neſcio quis Pont. Max. huius (opinor) nominis XII. Iohannæ cuiuſpiam meretricis conſilijs, aut potius imperijs, omnia in Papatu gereret, vt docet vir verè Catholicus *Florimundus Ræmundus lib. Antipapiſſæ gallico c. 29.*

Diceretur ſcilicet tádem, per errorem ſimilem, tali vel tali Imperatrice hoc geſtum, quod geſtum eſſet, tali vel tali Imperatore, rerum potiente.

Ergò ne adeò rerum ſcena peruertatur; cenſeo vxorem (ſi quandò viro Principi audietur, vti & audiri nonnunquam expedit) parcè, cautè, timideque audiendam.

*6. Diminutio Maieſtatis.* Vileſcit enim paſſim apud ſuos, quiſquis omnia conſilio vxoris adminiſtrat, imò & quiſquis viuit paululò nimis vxoriè. — **6. Diminutio Maieſtatis;**

Gueuarra noſter contemtim ita de quodam ſcripſit; *Ego aliquando importunitate amici cuiuſpiam mei exoratus, oraui Iudicis cuiuſpiam vxorem, vrgeret litem aliquam terminari, quæ mihi ſic reſpondit: Ain' tu, vt virum ego orem? Certiſſimè crede, & nullatenus dubites (Domine Gueuarra) viro meo non eam vxorem eſſe, quæ illum precari debeat, ſed quæ illi imperare. Dictum, factum. Nam, quod ſemeſtri ab egregio Iudice non potuerat impetrari, vxor vna nocte perfecit, & liti finem dedit.* Ant. Gueuarr. ep. aur. ep. ad Doctorem Manſ. pag. 178.

Quid abiectius? quæ illius Iudicis dignitas aut Maieſtas ſuperfuit, apud conſcios tantæ vxoris in ipſum potentiæ?

Faſtidit natura virilis, non modò mulierũ, ſed etiã mulieroſorum atque effæminatorum imperia & conſilia, vel hoc ſolo quòd mulierum ſunt ac mulieroſorum, vt ſint alioqui optima; non minùs quam olim Athenienſes conſilia malorum, tantum quia malorum; Itaque ijdem aliquandò conſilium bonum, ſed ab improbo profectum, non illius ore, ſed alterius

notæ probitatis ( Ariſtidis opinor) publicari voluerunt.

Vt Bucephalus in phaleris ſuis alium ab Alexandro ſuo ſeſſorem non admittebat; ſic nec fere cordati viri vlla conſilia aut imperia ferunt, quam virorum, etſi illa fœminarum.

Quam id cõſequuturã vidit B. Ludouicus;

B. Ludouicum Galliæ Regem ferunt aliquando, cũ multum diuque cum conſiliarijs ſuis, de re neſcio qua deliberaſſet, nec ij ſatis ad aliquid ſtatuendum conſentirent, Regina autem re audita, derepentè conſilium marito dediſſet maximè ſalutare, idque poſtridie Rex ipſe coram prudentiſſimis hominibus recitaſſet, & illud omnes ſententijs ſuis approbaſſent: ipsũ tunc ita excepiſſe; *Abſit* inquit, *vt ſequamur conſilium illud; Nàm, vt ſit maximè ſalutare, tamen, quod à muliere eſt profectum, non decet à prudentibus illud viris admitti.* Itaque Regem ipſum iuſſiſſe alia via rem tentari, quã qua vxor Regina ſuaſerat, ne vxorius nimium eſſe, aut Rex ab vxore dominari videretur.

Cuius tamen factũ leuiter reprehenſum;

Quamuis (ſenſo meo) forſitan paulò nimis arroganter vna & deroganter, & contra magni Senecæ mentem, aientis; *Numquam me, in bona re, mali pudebit autoris.* Lib. 1. de tranquillit. vitæ.

Et verò Ambroſij ipſius dicentis; *Veritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt.*

Et contra Romanorum, qualium bone Deus virorum, & quam Politicorum! morem, qui etiam ancillulæ vnius, (cui nomen Tutela ſeu Philotis) conſilio audito, ſuæ ciuitatis poſt Brennum reliquias conſeruare non dubitarunt, Feſtumque ancillarum annuum ſtatuerunt. *Macrob. l. 1. Saturnal. c. 11.*

An non & vel aſina Balaamo Domino ſuo loquuta ſalutaria conſuluit?

An ſolas virorum cellulas menteſque Sol diuinus illuſtrat?

Ergò in talibus ſatis forſitan fuerit, nomen fœminæ autoris ſuppreſſiſſe. Non enim ego hic doceo, nunquam fœminis, aut vxoribus credendum; ſed caueæ.

Cæte-

Cæterùm hæc virorum ſunt ingenia.

Vt,etſi à *Nazareth*,non minùs quam aliundè, *poteſt aliquid boni eſſe*;& poſſunt in Scythia quoque naſci aliqui Anacharſides:Et, vt *capit* aut vſu venit, *prophetam perire extra Ieruſalem*:Et, vt Huj, & Namurci generoſa quoque vina interdum naſci poſſunt;ſed tamen eadem creduntur ægerrimè; Sic,etſi interdum conſulere viris valdè ſalutariter mulieres poſſunt;vulgus tamen virorum ſic accidere vix opinatur.

**Notati reliqui nimis vxorij;**

Perperam igitur, & nomini atq; autoritati ſuæ valdè deroganter faciunt & Herodes & quotquot imitantur,quum aut ſuæ Herodiadis,aut vxoris legitimę conſilia omnia,vt imperia accipiunt, & vt oracula venerantur,Remq; Pub. omnē,Herodiadis vnius cōſilijs,imò imperijs ità adminiſtrant, ità vitas vel donant vel auferūt,vt ipſi quidē foris nomē regiū & ſceptrū gerant;intùs autē Herodias merū in Herode,in Regem,in Regnū,inque omnes ſubditos imperium.

**Vt contemtionis ſui autores;**

Deroganter nimium Themiſtocli, de Themiſtocle Themiſtocles, ipſe loquutus eſt,cum vxorem à filio,ſeverò qui Rempub.regeret, regi ab vxore faſſus eſt.

Cato,vt rem dolendam dicebat, quod ante cōmemorabā;*Vxores noſtræ nobis imperant,ergò & toti mūdo.*

Quid niſi hàc, paſſim vileſcat Herodes?

Qui aliter de illo dicatur, quam quod vxori ſuæ nupſerit,quod Poëta ille nolebat, qui dicebat; *vxori nubere nolo meæ?* qui aliter vocetur, quam concentor vxoris:quam Reginæ graphiarius?

Quid aliud iactet populus,quā *Dominamur ab vno Vixq; viro?* Virg. Æneid.

Et *Mulieres dominatæ ſunt eis?* Iſai. 3.

*Qui Rex eſt, Regem, maxime, non habeat*, minime autem Reginam.

Quis Herculem non contemnat, quem ſciat Omphales,neſcio cuius Lydorum Reginæ, quam deperet,imperio etiam fila ducere,colum pro claua tractare;Omphale interim ipſa,Herculeos habitus,clauam tegmenque leonis induente?

Quis

Quis Rex non vileſcat apud eos, quibus vel vide-re contigerit, vel aliundè reſcire, *Apemen filiam Bezacis mirifici, non concubinam Regis, ſedentem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentē ſibi, & palmis alapam cadere Regem de ſiniſtra manu? Et ſuper hæc,* Regem *aperto ore eam intueri: & ſi arriſerit, ridere ei.... ſi indignata fuerit, blandiri, donec concilietur in gratiam?* vt Zorobabel narrat, 3. *Eſdræ* 4.

Quis Commodus, in incommodum certum maximi contemtus non incidat, ſi impotēti amore, quo Marciam deperit, Marciæ habitum ſciatur induiſſe!

Iſne poſſit a quoquam honorari aut ſuſpici, *cui mulier imperat? cui leges imponit, præſcribit, iubet, vetat, quod videtur? qui nihil negare imperanti poteſt, nihil recuſare audet? poſcit, dandum eſt: vocat, veniendum: eijcit, abeundum: minatur, extimeſcendum? ego verò iſtum non modò ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum, etiamſi in amplissima familia natus ſit adpellandum puto.* Cicer. parad. 5.

Suſpici aliquis Herodes poſſit, qui Iohannem in vincula conijcit, *propter Herodiadem?*

Contemtus hinc adeò certus, vt quum Iohannes Pontifex IX. omnia ex Theodoræ neſcio cuius, Socrus Alberti Principis Etruriæ, meretriculæ ſine præſcripto faceret, aut potiùs Theodora per Iohannem omnia gereret, haberetque proh dolor! Pontificem illum ſic ſuarum voluntatum ſacrilegi thalami, mancipiū; Thodorā ipsā Papā Iohannā, aut poti⁹ Pōtificē ipſum Papiſſam Iohannam, per ſummum contemptū effæminationis eius, vulgus adpellaret, quaſi digniorem, qui fæmina, quam vir naſceretur, vnde quoque popularis ille tanti momenti error, ſed certè quauis fabula falſior de Iohanna fœmina ad Papatum prouecta, natus eſt, quem Florimundus Ræmundus, vir paris & iudicij & lectionis, libro aureo, quem Antipapiſſam vocauit, doctiſſimè vnà & eloquentiſſimè refutauit.

Quid? Aſſyrij nonne à Sardanapalo, vltimo ſuo Rege, (quod adeò effæminatus eſſet, vt inter ſcorto-

rum

rum greges nere, & muliebri habitu, fœminas omnes laſciuia anteire impudenter auderet,) Duce Arbace, eius Comite-Stabili, deſciuerunt, atque inſuper bellũ intulerunt, victum ad ſui Regiæque incendium impulerunt, indignum rati, talem fœminam ſibi totque egregijs viris, ac toti genti Aſſyriorum imperare? Nonnunquam & ruinæ.

Quid, niſi fœminas eiuſmodi viros putent, atque vt fœminas qui verè ſunt viri contemnant?

Vt Deus olim, circiter Diluuij tempora, hominem, etſi carne & ſpiritu conſtantem, tamen vocauit carnem, quod carnis tyrannidi Spiritus, qui alioqui imperare debuerat, omninò ſeruiret, *Non permanebit ſpiritus meus in æternum, quia caro eſt* inquit; Gen. 6. ſic cordati omnes ſolent fœminas dicere viros illos, qui conſilijs, aut imperijs vxorum nihil non adminiſtrant.

Reges, Reges, *Si ſecundum carnem*, id eſt, ex vxorum dictamine *vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis*, & conſilia Herodiadis, *mortificaueritis, viuetis.*

Quam ſpiritui exitioſum & turpe, carnem dominã pati, ſic viris, vxores & Herodiades.

Quò enim Achabum Regem ſua Ieſabel præcipitauit?

Quò Salomonem vxores ſuæ, & greges concubinarum Idolatriæ peſte laborantes?

Quò Ioram Regem Iſraël, vxor Athalia? vt de Herode hoc noſtro nihil nunc dicam, de quo latiùs in ſequentibus audietis.

## III.

*De Concionatorum paulò ſeueriorum anguſtijs, de Herodiadis in Iohannem inſidijs, & mira Dei prouidentia.*

Sed quò feror? Quin potiùs conſidero, quantæ sũt Concionatoribus Ioannizantibus, aut ſeuerioribus anguſtiæ vndique, quos ſcilicet hinc Scylla, hinc Charybdis circumſtat, pæneque alterutro pereundũ, niſi ſe ſolicitiſſimè, *per arma iuſtitiæ à dextris* in proſperis, *& à ſiniſtris* in aduerſis tueantur.

Ambu-

Ambulant profectò *per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti & cogniti.* 2. Cor. 6.

Per odium huius, per amorem alterius; his cari, illis exoſi.

Baptiſtæ & ſimiliũ multa pericula;

Conſideranda iſta proponit, hic narrata coram ſors magni Baptiſtæ.

Nondùm videtis quæ illum circumſteterint anguſtiæ?

Ecce initiò miniſterij, non modò populi fauor & blanda quædam aura, ſed etiam Regis Herodis beneuolentia ac reuerentia (tranquillitas ſanè magna, & res multis ipſa tempeſtate periculoſior) hinc Baptiſtā circumſtabat, aliundè, Reginæ dicam? an potiùs meretriculæ Regię, non ita multò poſt capitalis maleuolentia. *Herodes enim* (ait Marcus initium ſpectans opinor) *metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Quid ambire quiſquam, aut optare, iuſtis votis, poterat, fauoribus iſtis altius?

Marc. 6.

Poterat quiſpiam alius à Baptiſta, his apud ſe gradeſcere, tumeſcere, *euaneſcere in cogitationibus ſuis,* putare ſe aliquid eſſe, qui Regem regeret, & velut auribus teneret; poterat & in adulationem (vt Regē quaſi redamare videretur) ſenſim incidere, certè variè variéque periclitari, niſi Iohannes fuiſſet. *Ab altitudine diei timebo; à dæmonio meridiano.*

Contrà, Herodiadis odio atque inſidijs adeò premebatur, vt fugere poſſet, & latere, aut ſilere, nec amplius *vox* eſſe *clamantis*; vt priùs, *in deſerto. Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat,* ait Marc. c. 6.

Pſal.

*Sedet Regina meretrix in inſidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. inſidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum abtrahit eum. In laqueo ſuo humiliabit eum.* pſal. 9.

*Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.*

ber liberis concionibus offenſa. 4. Æneid.

*Inſidiabatur*, ſed Herodias, non Herodes. Nàm ferè inſidiæ mulierum ſunt, vis aperta virorum. **Ab Herodiade maximè,**

Inſidioſa res mulier; in promptu cauſa; quoniam infirma eſt.

Animalium quæ fortiſſima ſunt, vt Leo, Taurus &c. aperto Marte inuadunt; infirmiſſima, vt vulpes, araneæ inſidijs, & telarum magis indagine, quaſi plagarum expanſione magis, quam grandine telorum, præoccupant.

At quas tandem inſidias ſtruxit? Euangeliſtæ nullas exprimunt; Itaque nobis fuerit diuinandum, & variè quidem, pro varietate temporis inſidiarum.

Nam ſi hæ inſidiæ, poſt captum iam Iohannem, ſtructæ ſunt, (vt videtur ſeries textus apud Marcum indicare:) aliæ fuerint inſidiæ; Si verò ante captum Iohannem (quod ſequi malui, primùm ob cauſas quas dixi; deindè; quod inſidiæ, in iam vinctum, & iam ſolito minùs a Rege obſeruatum, vti ex ipſa captiuitate, quam Rex iuſſerat, haud obſcurum erat, non adeo neceſſariæ fuerint) aliæ atque aliæ conſtituendæ. Audite quæſo diuinitatem, dùm aliquid certius diuinetis.

* *Inſidiabatur* ergò Herodias Iohanni nondùm capto, vel forte:
1. *Inſeſſis Eremi vijs;*
2. *Gladiatore emto;*
3. *Subhaſtato Iohannis capite;*
4. *Herodi pericula ex Iohannis cõcionibus proponendo;*
5. *Odium populi illi creando &c.*

**Inſidiæ Baptiſtæ nondum capto; quę**

*1. *Inſeſſis Eremi vijs*, per milites, vel neſcio quos Poltrotos, & ſeruos, vt Iohannem è tuguriolo aut ſpelũca, qua qua emigrantem, vel vſque ad ripam Iordanis, vel ad vrbem in Curiam, vel quo quo modo trucidarent, vel ſic contunderent, & colaphizarent, vt miſero facerent tuber totum caput, & os omne edentarent. *Vtinam!* apud ſe aiebat illa Erynnis) *commitigatum illi audiam ſandalio caput!*

*In via hac, qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi*, queri poterat ſecum, & cũ ſuis, Baptiſta.

*2. *Gladiatore emto*, aut ſicario (quales Itali vo-

cant

cant *banditos* vel *bandiggeatos*) quem vel pecunis, vel pollicitatione aut libertatis, aut abſolutionis, aut beneficij &c. occultè corruptum, ad cædem clancularíam Eremitæ, ſeu domi, ſeu foris deſtinaſſet.

In ſylua, in campo, in foro, in curia, inter domeſticos parietes, imò vel in ara, eiuſmodi malæ Dominæ ancillatores, Baptiſtam aliquem, vno vix aureo, trucidarent ſcilicet.

Tanti illis mors viri boni, quanti palli gallinacei, imò ne pili quidem.

* 3. *Subhaſtato* Iohannis capite, id eſt, propoſito publicè premio, cuicunque Baptiſtæ interfectori. Quiſquis ſcilicet exoſum caput Concionatoris moroſi Herodiadi adtuliſſet, aut certè cæſum a ſe ſatis probaret, tantum aut tantum ab ipſa acciperet; tormentum forſitan centum Daricorum, aut mille aureorũ operæ tam egregiæ precium.

Pugionis ictum, pugillo aureorum compenſaret Regina, vſqueadeò ardebat Iohannem perire, & deinceps æternum ſilere.

* 4. *Herodi pericula* ex Iohannis concione proponẽdo. Fieri poſſe ſcilicet, ſi pergere ſinatur, vt populus Herodem, ſuis coloribus Baptiſtæ penicillo depictũ, vt Tyrannum habeat, è ſolio deturbet, regnoque eiigat &c. aiebat illa fortaſſis apud Regem.

Vel, ad ipſius Cæſaris aures, ſonumque famamque concionum Baptiſtæ poſſe peruenire, qui regno idcircò illum fortè exuat.

Vel; ſi Cæſari hæc ſuſque deque erunt; regiam tamen maieſtatem apud popellum exautorari valdè his poſſe.

Herodem certè in hoc metu fuiſſe, vel ſimulaſſe refert Ioſephus; *Quum magni concurſus ad Baptiſtam fierent* (inquit) *plebe talis doctrinæ auida; Herodes veritus, ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pararet, quod videretur nihil nõ facturi ex eius conſilio, iudicauit ſatius eſſe, priùs quam noui aliquid exoriretur, illũ tollere, quam rebus turbatis, ſeram pœnitentiam agere.* Ioſ. l. 18. antiq. c. 7.

Egeſip-

Egeſippus quoque lib. 2. de excidio Ieroſ. c. 5. *Hinc,* inquit, *excitata Iudæorum ferè omnium in Herodem odia, & pœna accelerata.*

Scilicet *Semper præſumit ſeua perturbata Conſcientia.*

*Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ità concipit intra*
*Pectora, pro facto, Spemq; Metumque ſuo.* Ouid.

Sceletati *quod meruerunt, ſemper expectant.*

* 5. *Odium populi illi creando;* Forſitan diſſeminando, Regem, alioqui optimum, ab vno iſto aquæpotore corrumpi; Ab vno iſto Eremita Regem ità haberi totum, ac poſſideri, vt nemo pænè Aulicorum præ illo audiatur; Ita Herodem dementari, vt curas regni, præ ſcrupulis Conſcientiæ nouis, ab morione iſto illi iniectis, pænè omnes abiecerit; Ità deinceps moroſũ & tetricum effectum ipſum, vt minimis populi nùnc delictis grauiſſimè irritetur; Diplomata nunc & edicta crudeliora ſolum Iohannem dictare, Regem nihil, niſi ſcribere, ſubſignare; Galilæam ægram ſemper futuram, quamdiu piloſus ille vixerit &c. Inſidiæ, inſidiæ.

Denique; Conciones eius omnes captioſè & perperam opinor, interpretabatur.

Studebat *criminibus terrere nouis, & ſpargere voces*

*In vulgum ambiguas* de Iohanne.

*Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro.* 2. Æneid.

Hominem apud Regem, & omnes ordines gratioſum, qua potuit, exautorauit, antiquauit, exinaniuit.

* *Inſidiabatur* verò Iohanni aliter, ſi iam capto; vel fortè
- 1. *Miſſione munuſculorum;*
- 2. *Corruptione parochorũ ſeu nutritiorum Baptiſtæ;*
- 3. *Solicitatione ad laxiora;*
- 4. *Calumnijs pudicitiæ.*

Quæ, iam capto;

* 1. *Miſſione munuſculorum*, vt Amico, vt Patri ſpiritali, vt Miſero; vel ciborum, vel potionum, vel ſubucularum, vel ſudatiorum &c. ſpecie quidem leuando-

rum ſquallorum eius, qui à carcere; re autem vera, [vo-]luntate necandi, quod toxicis omnia infeciſſet.

*Impia terribiles miſcent aconita nouercæ*, nec non [no-]tetrices.

Non dicam Herculem periſſe, cùm veſtem, De[ia-]niræ ſuæ donum, ſed ferali ſanguine Neſſi inbutam, induiſſet, quoniam non magis Deianira Herculem decepit, quam ipſa à Neſſo decepta eſt; quamquam ea veſtis valet, ad cauendas etiam, ſub donis veſtia-rijs, toxicorum inſidias.

Medeæ factum quis ſileat? Repudiatam enim & tandem ab ſuo Iaſone, qui aliam iam vxorem Creu-ſam, Creontis Corinthiorum Regis filiam, duxiſſet, ægerrimè ferens illa, ignem in ſcriniolo, muneris lo-co Creuſæ miſit, ſed adeò funeſtum, vt ipſa & Creuſa, & tota regia exuſta ſit.

Quam multis etiam mors in olla? quoties aliquis arbitratus ouum ſorpſiſſe, ſorpſit ſcorpionem? quoti-es aliquis ratus eſculento corpus reficere, non refe-cit, ſed interfecit?

Eſt, eſt venefica ferè omnis meretrix. Vel enim philtra miſcet non amantibus, vt ſe ament; vel toxica amores eius turbantibus, ne perturbent.

| | |
|---|---|
| ★ 2. *Corruptione Parochorum ſeu nutritiorum* Baptiſtæ, vel, vt | 1. *Adijcerent victui eius*,<br>2. *Detraherent*. |

★ *j. Adijcerent* victui eius; coqui eſculentis; pincer-næ poculentis: id eſt, per dolum, venena præbendis & portioni eius permiſcerent.

Notum illud; *Mittamus lignum in panem eius &c.*

Crederetur enim mœſtitia, aut quacumque alia cauſſa periſſe.

★ *ij. Detraherent*, ijdem, aut cuſtodes carceris, de vi-ctu potuque captiui per Regem imperato, vt pau-latim quidem inedia tabeſceret, perſuaderent autem Regi, & vulgo iactaretur caſu mortuus, non occiſus.

Ergò vel *Panem arctum & Aquam breuem*, captiuo iubebat inferri, vel præbendis non tam ſaccara aut mella,

mella, quam venena, miſceri. Galli dicerent, *la pouldre d'oribus.*

Genus inſidiarum inſidioſiſſimum, quò ſæpè tam animæ, quam corpora, enecantur. Ah!

* 3. *Solicitatione ad laxiora.* Forſitan enim adeundo, in carcereque Baptiſtam viſitando, miſerum illum appellitabat, qui ſcilicet Populi, Regis, Suis, Fortunæque fauoribus vti neſciret; qui foro vti nollet; Poſſe auro (quod aiunt) veſci, auro potari, ſi vellet, menſa regia quotidiè frui, ſi tantillum conniuere poſſet, aut diſſimulare.

Recantaret ſaltem quædam in carcere; ſic ſe illi Herodem placaturam.

Hoccine non eſt inſidiari? Inſidiabatur hoc modò & ſaluti animæ Concionatoris ſui, & famæ, & capiti.

Quem enim deinceps Baptiſtam (ſi quid recantaret) Rex, Populuſque cenſerent, niſi timidum atque inconſtantem? quem niſi hominem bifrontem, bilinguem, aliud ſtando & aliud ſedendo loquentem? **Quarum omnium iſtæ periculoſiſſimæ.**

Quem niſi læſæ Maieſtatis reum, vt qui eam falſis criminibus à ſe accuſatam, ipſa ſua recantatione, ipſe aduerſam ſe teſtaretur? *Inſidiabatur ei.* De capite Baptiſtæ iàm tùm adimendo ſceleſta meretrix cogitabat.

Forſitan etiam quis ſcit? aut quidni? improperabat ſtultitiam captiuo, qui ſcilicet benè & honeſto loco natus, Patre ſummo Sacerdote non illautæ fortunæ; mallet, miſer in eremo degere more feræ, quam vxorem parem & formoſam ducere; cilicium geſtare, quam ſericum &c.

Superis abominabiles eos eſſe, qui ſe immoderatis vitæ aſperitatibus enecarent: non eſſe adeò tyrannos cæli Triumuiros, vt tanti cælũ ſuum nobis vẽdãt &c.

Si vellet, daret ipſa illi vxorem è Curia ſua nobilem, pulcram, diuitem, electam, quam vellet; ità more veteri, rectè ſtirpem regiam cum Sacerdotali iterum coalituram.

Adijciebat; *Sunt mihi bis ſeptẽ præſtanti corpore nymphæ,*

*Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam*
*Connubio iungam ſtabili, propriamq́; dicabo,*
*Omnes vt tecum meritis pro talibus, annos*
*Exigat, & pulcra faciat te prole parentem.* Virg. 1. Æneid.

Et quis ſcit, an non perdita meretrix procaciter il-lum & oculis plenis adulterij, & toto geſtu, ſuſpirijs amore incendere non adcurarit? Quis ſcit?

* 4. *Calumnijs pudicitiæ.* Forſitan & reuerſa è carce-re, à viſitatione Baptiſtæ, vel apud Regem priuatim, vel apud Aulicos publicè in Curia, ita queſta eſt; Egre-giam verò, & certam cenſuram virorum: Ecce enim Eremita iſte (ô Rex) & ſanctulus tuus, quem ſic me *tuebas*, ſic *obſeruabas* tàm *libenter audiebas, quo audito* tàm *multa faciebas*, ac tantum non adorabas; ecce, ecce, cùm hodiè, pietatis ergò, carcerem ad ipſum in-traui, vt miſerum ſolarer, & quà poſſem refocillarem, ecce, quis credat? me de oſculo interpellauit, ſtuprum obtulit.

Credo, niſi manicę pedicæque prohibuiſſent, penè vim intuliſſet. Vah! aurum ſub æratum!

Quarum occaſione, digreſſiuncula.

Etiam, etiam ſub cilicio, & ſordido pallio, libido eſt. *Inſidiabatur ei.* Volebat Herodem commotum in-dignitate rei, iam iam ad cædem capti Baptiſtæ pro-cedere.

Quidni? Sic olim Princeps quoque fœmina, Puti-pharis vxor, Ioſephum ſeruum ſuum calumniata; ſic quædam alia magnum Athanaſium &c.

Sic Stenobæa pulcrum Bellerophontem; ſic Phæ-dra nouerca cælibem Hippolytum perdiderunt.

An non & forſitan ſubmiſit, qui in vitam eius in-quirerent, dicerent facta atque infecta de miſero?

An non & forſitan, quæ falsò licet, iactarent tamē ſe cum Eremita illo nuper conſuetudinem habuiſſe non dediſſe quidem illum at non negaſſe? Quis ſcit? Eiuſmodi calumnijs patent ſcilicet, ſeueriuſculi Con-cionatores ferè omnes.

Auditus mihi pænè puero eſt. R.P.F... Buſtus Fran-ciſcanus Prou. S. Andreæ, Orator æui ſui maximus, ſe pro

proconcione excuſans ſanè pereloquenter, quod dictus eſſet ideò tam ardenter, tam copioſè, & tam ſępè de pace prouinciarum Belgij cum Philippo II. & Iohanne Auſtriaco ad populum Cæſarimontanum, pro concione dicère, quod illi Auſtriacus Epiſcopatum promiſiſſet. Incredibile, quanta gratia ſe purgarit, ſeque his inſidijs extricarit vir ſanè diſertiſſimus.

De me etiam quid loquar? Silere quidem velim, ſed qui poſſim de tantis inſidijs? Calumnior enim (Auditores) argumentum hoc delegiſſe, opportunum inuectiuis, vindictæ ſtudio in eum Principem, qui mihi Epiſcopalem dignitatem (quam ambîſſe me, & ab illo petiſſe etiam mentiuntur) denegarit.

Proh inſidias calumnioſas, & calumnias inſidioſas! Ambitus ergò primum accuſant; deindè Studij vindictæ, & quidem ſanè importuniſſimæ, & periculoſiſſimæ; quibus neceſſarium tribus verbis reſpondere.

Ambitus ego reus, qui in me deſcendens, introſpiciens, & circumſpiciens, nihil videre poſſum, cùr Epiſcopatum ſperare, ac ne de illo quidem cogitare, audeam, petere verò multò minùs?

Vbi enim merita? vbi amici, & fautores mihi &c? quamquam *virtute ambire oportet, non fautoribus.* Plautus.

Ambitus ego reus, qui ſoleo ſæpè, & verè, dicere; *Epiſcopatum me nullum velle* (vt eſſem illo vndequaq; dignißimus) *niſi qui contigerit dormienti?* qui communicatis nuper Paulo V. Pontifici Opt. Max. Romæ cōſilijs quibuſdam meis, de rebus ſanè ingentibus, etſi ille mihi valedicenti diceret beneuolentiſſimè totidem verbis (*Gaudeo, quod nouerim te,*) ne verbulo quidem me eius gratiæ in poſterum commendaui? qui plus ſatis ſcio, humeris opus eſſe pluſquam Atlanticis, ad onus illud ſuſtinendum?

Ambitus ego reus? Viuit adhùc (& æternum viuat, precor) is Princeps, a quo Epiſcopatum dicor petiſſe. Teſtari is certiſſimè poſſit, nec petiſſe me id ab eo, neque viua voce & coram; neque per literas meas vl-

 las;

las;neque per amicos omninò vllos,deſtinatè.

Ambitus ego reus? Nego hoc & pernego; adfirmoque, neceſſariò verum eſſe alterutrum; Vel me nunquam ab eo, quem dicunt, Principe Epiſcopatú petiſſe; Vel ſi Epiſcopatum petij ab illo aliquandò, iam à ſeptennio Epiſcopum me eſſe. Nam quidquid ab eo Principe petij (& petij certè aliquid ab eo ſupplex, & coram, & longiuſcula oratione latina, & datis literis binis, & quidem in palatij cubiculo ſecretiori, veſpere, ad candelæ lucem, anno 1602. alias nunquã) gratia ipſius obtinui. Sed Epiſcopum me non eſſe, eſt in propatulo. Ergò non petiſſe me reſtat.

Ambitus ego reus? Adiuro teſtorque viuos omnes, & mortuos, & qui in Cœlo, & qui in Terra, & qui in Purgatorio, & qui in Inferno, ſi poſſit ex vniuerſis ipſis teſtis vel vnus ſurgere, qui verè adfirmet, Principem vnquam à me, pro me, de Epiſcopatu ſolicitatum eſſe.

Inſidiæ igitur iſtæ ambitus inanes omninò.

Videamus verò etiam illas, quæ ſunt, de ſtudio vindictæ, quia ſumtum hoc de Baptiſta argumentum. Suſtinete dolentem quæſo Auditores.

Vindictam ego de Principe? Ego *pulex viuus? ego canis mortuus?*

Ego ſtipula? ego *folium quod vento rapitur*, contra tantam potentiam?

Neſciam ego, iam tot annos immerſus libris, & iam ſeneſcens, oraculum illud Chriſti mei, *durum eſſe contra ſtimulum calcitrare?*

Et; *Quis reſtitit ei, & pacem habuit?* Ne ego parum temporis lapſu, ſtudioque profeciſſem.

**Autor quã Principi & Patriæ deuotus.**

Ego à repulſa ab Epiſcopatu (quæ nulla fuit) ſtudioſus vindictæ in eum Principem?

Imò verò boni ipſius (qua potui, & quantulus ſum) ſtudioſiſſimus.

Septennium enim pænè totum, de vijs pacandi eius Belgij, cogitaui, ſcripſi, tractaui prolixiſſimè, itinera multa, & non paucorum dierum confeci &c.

ĉæt. Teſtis

Teſtis illuſtriſſ. Dom. D. Octauius Ep. Tricaricenſis, Nũcius Apoſtolicus in non ità pridem, Belgio; teſtis Magiſtratus vrbis meæ Cæſarimontanus, & tunc eius caput nobilis vir Dominus à Cruce; teſtes literæ hac ad ipſos, eiuſdem Octauij; vnæ, datæ Antuerpiæ 11. Decembr. 1602. alteræ, datæ Bruxellis 24. Octob. 1604. teſtis denique omni exceptione maior Paulus V. Pont. Opt. Max. cui librum M. S. de vijs eius Pacis, Romæ reliqui.

Quid? ego priuatus, ego conditione & religione pauper, Superioris permiſſu, bibliothecam cariſſimã magna ex parte oppigneraui, multos menſes, vt mihi eſſet, vndè tantæ molis opus adtollerem, quod conabar, Principis & Patriæ bono; nemine ſcilicet pecunia adiuuante, vel quia fortè de conatibus meis deſperaretur, vel quia nihil ſciretur (pauciſſimis enim indicabam, & à plurimis cauebam) vel quia non ſatis fauerent, vel quia opes hùc non haberentur. Deus vnus adiuuit.

Cũ Principi ità ſtudui, ei ego nunc malè velle dicar! O inſidias! O inſidias!

Et quidem aſſumtione huius argumenti Baptiſtæ, velle me eam repulſam vindicare calumniantur. O calumniò Terra! Quo tandem meo peccato has calumnias merui?

An templum, an Cathedra iſta, non magis Pacis, quam vindictæ locus?

An hæc vrbecula, hic pugillus Auditorum, lædendo Principi tam opportunus?

Si lædere (quod abſit collibuiſſet) theatris amplioribus, id eſt vrbibus maioribus & potentioribus, apud quas ſæpè dixi, fuiſſet id præſtandum.

An & Princeps, Tyrannus eſt, vt Herodis facinora deflectere ad illum poſſim? A quo non mòx lapidarer, & meritò, ſi hoc auſim?

An ille (vir omninò caſtiſſimus, cuius facies nõ modò digna imperio, ſed etiã pudicitiæ teſtis eſt certiſſima, Herodiadem aliquam alicui Philippo aliquandò

eripuit,aut aliquam habet , vt in Herodem declamans, illum obliquè notare velle meritò poſſim æſtimari?

Eſt argumentum hoc,aut textus iſte meus , vindicta repulſæ,quod iam pridem anno ſcilicet 1593. aut circiter, certè Odomaropoli , in Eccleſia cathedrali, viuente adhùc Iohanne Vernoiſio Epiſcopo, Aduentu decurrente,cæpi verſare, cùm nondùm Principem vſquam eſſem adloquutus , itaque nec repulſam vllam paſſus?

Vindictam ne iam tum ſumebam de illo, ante culpam (ſi qua ibi culpa dici poſſit) id eſt ante repulſam mei,quam ſomniant?

Ergò , Ergò hic nihil,niſi inſidiæ , niſi calumniæ. Nihil hic,niſi crimina deſunt.

Mihi,mihi(Auditores)vt Baptiſtæ,ſi non *Herodias,* certè anima neſcio quæ , Herodiade ipſa nihilò hac parte ſanctior , capitaliter quoque *inſidiatur* his calumnijs; quas tamen hoc eſſe quod ſunt, id eſt, meras,puras,putaſque calumnias,ſatis (vt arbitror) vobis oſtendi.

Vtinam autorem noſſe poſſim! ni fortè is ſit autor & impoſtor, qui ait ità ſibi ab aliquo dictum. Alteri opinor,tacito nomine,id adfingit , quod finxit ipſe, offenſus forſitan(vt & Herodias ipſa)quod ſua neſcio quæ,ſeu delicta ſeu peccata nimiùm ſæpè à me ſubolfacit obliquè flagellari.Diceret,opinor, equuleo admotus;*Ego odi eum,quia non prophetat mihi bonum,ſed malum.* 3.Reg.22.

Cæterùm(cari mei Auditores)vos obteſtor, vel idcircò tantò ſtudioſiùs à me dicta hactenùs animo repetere, & deinceps dicenda notare & meminiſſe; vt, ſi per has inſidias fortè in poſterum iubeor cauſam dicere,ſecurus dicam,quod Chriſtus olim,iam vinctus, Pontifici ſciſcitanti de diſcipulis , & de doctrina ſua, reſpondit; *Ego palàm loquutus ſum mundo:ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo , quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus ſum nihil . Quid me interrogas? interroga eos,qui audierunt , quid locutus ſum ipſis:*

*ecce*

*ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego.* Ioann. 18.

Adeò ego de innocentia hic mea, & veſtra omnium ſinceritate confido.

Sed de his plus ſatis; quæ tamen non admodum importunè adtigi, vt noſtras Concionatorum miſerias aliquas ſaltem videatis. Sed ad Baptiſtam nunc noſtrum.

Ergò, vt, vt egerit Herodias, certè *inſidiabatur ei*, & capitales quidem ſtruebat inſidias, Mortuum Iohannem volebat, vt vt poſſet.

*Volebat eum occidere, nec poterat.* Aderat animus, aberat tantùm occaſio, quæ (vt plurimum) ſola malis deeſt, vt lædant.

O ſi tantùm poſſint Improbi & Dæmones, quantum velint! Quam citò machina mundi diſſoluatur! &c.

Non *inſidiabatur* hùc tantum fæmina, vt è gratioſiſſimo apud omnes ordines, homo odioſiſſimus omnibus fieret, aut vt minùs, quã hactenus, beneuolenter audiretur; aut vt procùl ablegaretur; (quamuis vel hoc ſolum valdè multum eſt, & multi multis inſidijs agant, vt in quoſdam tantum hoc agant; *Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes velut aucupes, laqueos ponentes ad capiendũ viros*, ait Hieremias: nõ hãc inſidijs ſuis metam Herodias conſtituerat, non: Ibi, Ibi, tantum carceres, vndè curſum inirent eius odia, fuerunt; meta autem ac terminus inſidiarum impiæ meretricis fuit, mors Magni Baptiſtæ: Non deſitura ab inſidiarum curſu fuit, non ſomnum placidè captura, donec optimus Curiæ ſuæ Concionator prorſus periret. *Inſidiabatur ſanguini.* O rabiem Lupæ hominem indutæ!

**Inſidiarũ Herodiadis quis ſcopus.**

*Ierem. c. 5.*

Nam *volebat eum occidere. Occidere*, non à cado, quo ſignificato dicitur Sol occidere, id eſt, obcumbere & è viuis quoquo modo eripi optabat, non: ſed à cædo, vt intelligas lupam illam, Baptiſtæ mortem violentam optauiſſe.

*Et volebat eum* non occidi tantum aut morte mulctari (quod poterat alieno vel veneno, vel telo, vel al-

terius cuiuſcunque manu fieri) non, non; ſed *occiden* ipſa *volebat*, & (vt vertit quidam) *trucidare*, vt videas tam fuiſſe auidam necis Baptiſtæ, Cenſoris in matrimonium ſuum ſeuerioris, meretricem illam; vt ſi nullũ fuiſſet repertura aut gladiatorem aut tortorem cædis tam iniquæ miniſtrum, ipſa ipſa manus ſuas, Baptiſtæ innoxij ſanguine, cruentâſſet; ipſa fauces, pectuſque illi pugione traieciſſet; ipſa venenum propinâſſet, ipſa ipſa Baptiſtam occidiſſet.

Feritas eiuſdem quanta;

Imò, inuento iam ſicario & lanione, qui auro emtus Baptiſtam occideret, dataque optione, ſicariuſne, an ipſa illum trucidaret, ſua manu trucidare ipſa maluiſſet. Proh, animum lupæ crudeliſſimum!

*Ipſuſque Amphitruo Regem Pterelam ſua obtruncauit manu.* Plaut. in Amphit. act. 1.

Dicas Herodiadem, Iunonm quamdam rediuiuã, in Herculem peſſimè animatam.

Scilicet ita *manet alta mente repoſtum*
*Iudicium Paridis, ſpretequè iniuria formæ.* 1. Æneid.

Notatis furorem fœminæ amantis & odientis!

Iohannes igitur (niſi Iohannes eſſet, Auditores) iſthàc in periculo ſanè magno verſabatur, ne deinceps metu tot tantarumque à tantâ hoſte inſidiarum, languidiuſculè concionari occipiat; conniuere; circumloqui; non rectà album ſcopumque ferire; generalia tantum dicere; in plebeculæ tantum vitia totam belli verbalis molem vertere; Herodi autem & Herodiadi, id eſt, potentibus deinceps parcere; immò verò, parcendo veritati illis neceſſariæ, periculoſiſſimè nocere.

Tutior tamen Baptiſta hoc ipſo, quòd etſi alterum duorum, non tamen Herodiadem, ſed Herodem potius beneuolum beneficumque experiebatur, quoniam quodam ſenſu, quem ſupra diximus, *Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciens mulier*. Plus illi amores fauoreſque lupæ huius, quàm odia atque inſidiæ iſtæ eiuſdem nocere (niſi Iohannes fuiſſet) potuiſſent.

Videtiſne igitur (Auditores) quantis anguſtijs miſelli Concionatores coronemur?

Nolite

Nolite ergò nolite mirari, ſi quos nonnunquam videtis totum hoc munus concionandi defugere, vel remiſsè tractare; aut aliquos, cum vni placere ſtudent, alteri valdè diſplicere, & benè agendo, ac Baptiſtæ viam veſtigiatim inſiſtendo, ſæpè cum Baptiſta malè audire, & pati.

*Ars prima* officij huius noſtri *eſt, poſſe inuidiã,* & *calumnias pati.*

Quid? De Chriſto ipſo Concionatorum duce & magiſtro etiam *murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebat, Quia bonus eſt. Alij autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen loquebatur de illo, propter metum Iudæorum*, iam coniuratorum, vt qui eum confiteretur, extra ſynagogam fieret. Ioann. 7.

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.* 2. Æneidos.

*Dicunt malum bonum, bonum malum.* Iſai. 5.

Si de capite noſtro, & Iudice viuorum & mortuorum, ſi de ipſius quoque Præcurſore, ita variè à varijs iudicatum; quid mirandum, ſi nos puſillus grex, & infirma eius membra, variam quoque vulgi de nobis ſententiam ſæpè experiamur?

Durate ò ſocij & fratres mei) *durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis*, quandò *manifeſtabuntur occulta cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Durate. Hæc ad vos ſacerdotes & Concionatores. Et vnde tanta;

Notandum verò interim etiam improbarum mulierum, perditeque amantium (cuiuſmodi hæc Herodias fuit) ingenium, ad præcautionem; Minùs enim ea tela feriunt, quæ præuidentur.

Ita eſt. Animalium ferè quodlibet (etiam, quod natura mitiſſimum eſt, ac maximè cicur) tunc rabit, ac ſæuit magis, vel cum amore ardenti obſiſtitur, vel cum fœtus, amoris ſui fructus, lactens lactanti eripitur.

Leænæ ac Tigrides tùm maximè intractabiles, cũ amores ſpirant, vel pignora amorum ſuorum, natos catulos amiſerunt.

Tigri-

Tigridem fœtam ſanè ferunt, cum vacuum fœtibus cubile repererit, ferri præcipitem odore ſuos veſtigantem, & ſi ei raptor adpropinquanti (vt eſt tremendæ velocitatis fera) abijcit vnum ex catulis, tollere quidem illum morſu, ſed nondum pacatam iterum conſequi, etiam caro illo pondere velociorem, ac ſic ſubindè, donec in Nauem recepto prædone, irrita feritas deſperatiqne ſæuit in litore. *Plinius.*

Taurorum quanta ſit feritas nunquam vidiſtis, cùm in agro de iuuenca, iuuenca ſpectante, vtrius ſit, concertant?

Fideliſſimi antè omnia homini canes & equi, qui pænè ſoli dominos nôrunt & honorant, tàm domeſtici, tàm hominis amantes, vt tutores homini natura deeſſe videatur, qui *amiſſos Dominos lugent, lachrymaſque interdum deſiderio fundunt*: an non & ipſi cum tentigine vexantxr, & iungi amatis prohibentur, rabiunt, mordent, non riuales modò, ſed ipſos quoque Dominos, & altores ſuos, quorum alioqui ſoleant eſſe tutores acerrimi?

*Plin. 9. 41.*

Arcueris ſodes moloſſum ſubantem, ab catulliente & conflagrante Lyciſca; aut Lyciſcæ catellos adhuc cæcos & lactentes adtigeris; quantus ibi tum latratus ac baubatus!

Sed nec ferè eſt dente canis (tàm cicuris licèt animalis) irati nocentius quidquam; nec rabientis morſu humano generi pernicioſius venenum.

Quid canes, & equos dico?

Vel Areas Orans intrate, & Gallinaceorum Orôrum colluctationes videte; quàm ſunt ex feruidæ! quàm prolixæ! quàm ſæpè repetitæ! quàm cruentæ! quàm vtrimque deplumoſæ! Eiuſmodi ſunt, vt aliquandò illo ſpectaculo Themiſtocles ciuicum exercitum, quem in barbaros educebat, confirmârit, hæc loquutus; *Hi neque pro patria, neque pro Dijs familiaribus, neque verò pro auitis heroibus periculum ſubeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis: ſed tantum, ne alter ab altero ſuperetur, aut alter alteri cedat.* Ælianus lib. 2. var. hiſt.

Has

Has tamen tàm crudeles & cruentas monomachias, ſæpè nihil, niſi vnius albæ & pinguioris gallinæ amor, ciet.

Imò & gallinam, imbelliſſimum alioqui animal, videte, vt criſtatur! vt armatur! vt crocitando, velut claſſicum ſibi canit! vt, latè explicato alarum velut exercitu, in acie ſtat! vt proſilit velut ex vallo in miluos, in homines, & quoſcunque pullorum ſuorum adhuc pipientium quinario inſidiari videt, aut ſuſpicatur!

Vix Annibale ad portas audito, ita olim Romani pro ſuis vel aris, vel focis dimicabant, vt tunc auis illa, alias imbelliſſima, pro pauculis pullis ſuis.

Adeò amantium iræ, in hoſtes amorum ſuorum, ſolitò ſunt terribiliores.

Eſt eſt (Auditores) omnis amans, ſeipſo non amante fortior idem, atque efferatior, vt ferè furentes, & febrientes omnes. Nam quid amor ſit, niſi quidam furor? Quid, niſi acutiſſima febris, luxuria eſt?

Vincunt tunc animantes omnes genium naturæ ſuæ ſcilicet.

Muliere tamen ſic adfecta, neſcio an in rerum natura quidquam ſæuius, in morum amorumque ſuorum aduerſarios, in Cenſores, in Refragatores, in pellices, ac procorum ſuorum prædones; in plagiarios, in pignorum & prolium ſuarum quomodolibet violatores. **Mulier amans, in aduerſos ferociſſima.**

Tum ſunt iſta veriſſima; *Mulierem nequam qui tenet, quaſi qui adprehendit ſcorpionem.* Eccli 26.

*Commorari leoni & draconi plus placebat, quàm habitare cum muliere nequam.* Eccli 22.

*Monſtrum* tunc illa *horrendum, ingens, cui lumen ademtum* totius pænè rationis. Non modò deſiocula tunc ſed planè cęca, ſtudio amatorum in amiciſſimos incurſura. ***Virgil. Aen.***

Præſtet tunc in Cyclopum ac Leſtrigonum manus, quàm in illius incidere.

Etſi enim ſunt alioqui mulieres natura piæ & miſericordes (vt ait Ariſtot. in Politicis) ad omnem huma- **Degenerat à ſua humanitate.**

nitatem

nitaté factæ, tum quia natura molles, & ad dura ſuſti-
nenda impares; & facies illa delicata, cuticula leuis,
& nihil piloſa, vox ſuauis teſtentur multum intus ho-
ſpitari manſuetudinem, quam idcircò ipſis plurimā
maximamque ineſſe natura voluit, vt quælibet mater
facta, proli infirmæ, maternorumque tunc magis
quam paternorum auxiliorum miniſteriorumque e-
genti faciliùs compati, & *non ignara mali miſeris ſuc-*
*currere diſcat*; tamen mirè degenerant, quæcunque
impotenter amant, mireque ſæuiunt in quemcunq;,
quem vel cenſura de ſe duriore, vel quomodolibet in
ſe peccâſſe arbitrantur.

*Virg. 1. Aeneid.*

*Patientia* in minimis amorum negotijs tum *læſa ſit*
*furor*.

Tranquilli illius maris facies deſinit in ſummam
tempeſtatem.

*Et nihil eſt quod non effræno captus amore* animus fœ-
minæ

*Auſit; nec capiunt incluſas pectora flammas*. Ouid li.
6. Metam.

Megalopolitani an non hoc ipſum planiſſimè in-
dicârunt, quum Veneris ſtatuam, quam adorabant,
literis aureis ita inſcripſerunt DEA MACHINA-
TRIX, quòd nihil non commententur, nihilq; non
audeant animi libidine æſtuantium, maximè fœmi-
narum?

An non & hoc fortè ſignârunt, qui Cupidinem fer-
ro flammaque armauerunt?

*Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris*, impo-
tenter vel amantis, vel odientis. *Eccl. 25.*

Elias ille, qui Regi Achabo in faciem præſidenter
reſtiterat, qui quadringentos pſeudoprophetas Baa-
lis ad aras obtruncârat, vir ille alias vbique imperter-
ritus, territus tamen tunc eſt, cum Ieſabelem vnam
inaudijt in caput ſuum coniurâſſe, itaque & breui au-
fugit.

Sed adfectans iure voces nomine filiæ Oſeæ ex for-
nicaria ſuſceptæ, ABSQVE MISERICORDIA,
quoniā nulli⁹ omninò hic aduerſarij miſerétur. *Oſee. 1.*

lane-

Iuuenal. ſat. 6 *ſemper* quidem *habet lites, alternaque iurgia lectus,*

*In quo nupta iacet minimum dormitur in illo*; Ita ferè habet, ſed tamen maximè

*Tunc grauis illa viro, tùnc orba tigride peior,*
*Cùm ſimulat gemitus obculti conſcia facti,*
*Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat*
*Vberibus ſemper lachrymis, ſemperquè paratis*
*In ſtatione ſua, atque expectantibus illam*
*Quo iubeat* * *manare modo.* Idem ibid. *al.*manere*, malè.

Nil omninò ſæuius *fæmina quàm ſocij deprenſa pellice lecti.*

Iuno apud Poëtas, quàm hoc nomine infamis! quàm in Herculem filium pellicis ſuæ, crudelis, in quem à cunis & crepundijs, ad tumulum vſque ſæuire non deſtitit! exempla oſtendũt, Iunonis,

*— finis alerius mali*
*Gradus eſt futuri: protinùs reduci nouus*
*Paratur hoſtis; antè quàm lætam domum*
*Contingat, aliud iuſſus ad bellum meat.*
*Nec vlla requies, tempus aut vllum datur,*
*Niſi dum iubetur: ſequetur apprimè ſtatum*
*Infeſta Iuno. nunquid immunis fuit*
*Infantis ætas? monſtra ſuperauit prius,*
*Quàm nôſſe poſſet &c.* ait ille primas Tragicorum in Hercule furente act. 2.

Medeæ feritates in Patrem, in fratrem Abſyrtum, in Iaſonem maritum deſertorem, in Creuſam pellicem, in ipſos, vixdùm benè conceptos Iaſone ſuo, vteri ſui fętus (quos etiam rimata, vel fumis noxijs, vel venenis interemit) inſtar omnium, velut ex theatro inſpectentur. Medeæ,

An non illæ, clariſſima ſunt mulieбris, ob amorem lęſum, ſæuitiæ teſtimonia.

Accidit id fortaſſe ex humore in fæminis ad libidinem paratiore; item maximè quòd infirmitate iudicij inter maiora bona, quàm viri, iſta cenſeant. Pugnant ergò pro ſummo bono vt putant ſummoperè.

Herodi-

Herodias noſtra in hac claſſe, &quidem inter aquiferas.

**Herodiadis quoq; huius:**

D. Iohannem habebat illa velut pro pellice; quoniàm, quà poterat, idem ille ſanctè agebat, quod pellex malè; Herodem ſcilicet à complexibus ipſius diuertebat; ipſam inceſto Herodis lecto expellebat; Regem ad vxoris repudiatæ thalamum, aut alterius cuiuſcunque (quam magis legitimè ducere poſſet vxorem) conſilijs ſanioribus inuitabat. Tantum non meretricem è puluinaribus laribuſque Herodis in plateas, capillitio arreptam extrahebat.

Itaque, cum iam à primo, cum Philippo Rege, matrimonio vel culpa ſua excidiſſet, vel patris iuſſo, vel amore Herodis (quod vnum verum eſt) ad Herodem tranſiſſet; metuens, ne fortè vnius huius Eremitæ pilosi opera, ab hoc quoque tandem falſi nominis coniugio decideret; ſicque vel alteri cuilibet, quem minus amaret, nubere; vel Philippo *viro ſuo reconciliari* ſubplex facta; *vel* nulli nubere, & *manere innupta*; vel fieri fortaſsè multorum mula (ſi reſipere nollet) libidine impotenti cogeretur; valdè *inſidiabatur* huius repudij conſiliario importuno *Iohanni, & volebat eum occidere*; in omnem occidendi illius occaſionem intenta, animum partes verſabat in omnes, ſecum ita ipſa ratiocinans;

*Virgil. Aeneid.*

*En quid agam? rurſuſne procos irriſa priores*
*Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex,*
*Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?* 4 Æn.

*Vadam* ego, quæ nunc *incedo regina* Herodiſque *& ſoror & coniux*; *vadam ego poſt amatores meos.* Oleæ.

Eremita hic vnus huc rerum Reginam conſilijs ſuis redegerit?

Non ita. Inſidias qui amoribus meis ſtruit, inſidijs meis moriatur. *Cum vulpe vulpinandum.*

Vincat, qui præuenerit.

O adulteræ fæminæ malam mentem! ô malum animum!

*Herodias inſidiabatur ei, & volebat eum occidere.*

Sed quæſo (Auditores) ſiſtite hic tantiſper, & mecum

cum videre, mirabilem Dei prouidentiam in rebus tam dubijs, quam magno Iohannis bono, tam magno Herodiadis damno & cruciamento. **Contra quam mirabilis Dei, pro Iohanne, prouidentia,**

*Volebat* (ait Marcus) *occidere eum, nec poterat.*

Fecit Deus, ne improba meretrix poſſet, quidquid vellet. Licentiam libentiæ fæmineæ parem eſſe noluit.

Latrare, morſurire, furere, rabere Herodias bacchans potuit, mordere, velut diuinitùs catenata, non potuit. **A qua Herodiadi cruces duæ,**

*Volebat occidere eum, nec poterat.* O miſeram!

j. *Velle* tam ardenter, nec omninò poſſe, quanta (putatis) crux fuit animo mulierculæ impotentis? **I. Impotentia,**

Quam dulcis eſt propria manu ſumta de hoſte vindicta, tam graue fuit vouenti, nec ſua, nec aliena ſumi potuiſſe. *

Hæc potuit ipſa ſecum? *Mene incæpto deſiſtere victam?*

Tolerabilius fuerat certamina & odia cum aquæpotore iſto non inchoaſſe Reginam, quam victam incæpta deſerere.

Credibilene cuiquam, Reginam, & iam Regis ipſius domin[a]m, velle aliquid, & id non poſſe? Regum voluntatem ac poteſtatem non conuerti? Libere ac licere, in Regibus quoque non paria eſſe?

Vtinam aut minùs vellem, aut plus poſſem?

Egone Herodis *& ſoror & coniux, vna cum fæce tot horas Bella gero? & quiſquam Reginæ nomen adoret?*

*Facta ſum mihimetipſi grauis.*

*Iuſſiſti Domine, & ita eſt, vt omnis ino[r]dinatus animus ſibimetipſi ſit pœna.* D. Auguſt.

Inuicem noxia noxa, culpa & pœna oſculatæ ſunt; æquo pede ambulant, & altera alteram perpetuò comitatur.

*Statim in foribus tuis peccatum tuum aderit.* Geneſis 4.

*ij. *Herodem* verò ipſum etiam, & quidem maximè anteque alios, votis ſuis obſiſtere, plus Herodia- **2. Amatoris pro hoſte**

**vigilantia.**

dem cruciabat.

*Volebat occidere eum, nec poterat?* Quidni? *Herodes enim metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum*, non in carcere tunc, non, ſed forſitan cuſtodibus corpori eius adhibitis; quaſi contra vim incertorum maleuolorum, reuera autem contra vim ſuæ Herodiadis Concionatorem ſuum defendebat, *& audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat* ait Marcus c. 6.

*Fata obſtant, placidasq; viri Deus obſtruit aures*, 4. Æneid.

Amari Iohannem ab Herode & defendi, odium ſui poterat meretrix æſtimare.

Vir & vxor hac vna re valdè diſſentiebant; cætera in mala pareſque libidines nimium conſentientes.

**Vndè elicias, j. Improbis non licere quidquid libet**

Hæ cruces tùm Herodiadis fuêre.

Prouidentia autem Dei ibidem variè elucet.

* 1. *Quod* malis non concedat æquè poſſe ac velle, ne ipſorum quidem ducibus Dæmonibus, quibus nec de Iobo, nec de Chriſto, imò nec de porcis quidem Geraſenorum licuit, quidquid aut quantum libuit, ſine Dei primùm licentia.

Angelis licentiatis etiam dictum, *nolite nocere terræ & mari neq; arboribus, quoadusq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Apocal. 7.

*Act.* 23. Viri illi Iudæi 40. qui ſe deuotione deuouerant, non ſe manducaturos, nec bibituros, donec Paulum Apoſtolum occidiſſent, quã fruſtra id facere ſunt conati!

Damaſci Præpoſitum gentis Arethæ Regis, volentem Paulum quoque comprehendere, fefellit ſporta, quâ illum amici emiſerunt.

1. Machab. 4. *Lyſias conſternatus animo deficiebat, quòd non qualia voluit, talia contigerunt in Iſraël, & qualia mandauit Rex.*

Pſalm. 123. *Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer e-*

repta

*repta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*, aiebat Dauid toties ſub Saule iam victo, iam capto, iam morituro ſimilis.

*Num capti potuère capi.* Virgil. Æneid. Prædam ex vnguibus faucibuſque leonum vrſorumque non raro cæleſtis Dauid extorquet.

Euomere iam voratum Ionam cætus ab ipſo ſæpè cogitur.

*2. *Quod* creaturarum ſæuiſſimæ, ferè debiliſſimæ; vti quæ nocentiſſimæ, eædem rariſſimæ. **ij. Sçuiſsima quæq; eſſe debiliſsima.**

Tanta enim eſt quarumdam feritas & rabies, vt, ſi multæ eſſent, & par eſſet poteſtas & vis nocendi adfectui; cicures citò & manſuetæ funditus exterminarentur.

Fecit ergò eas natura aut inermes, & conteri faciles, aut vim vi maiore compeſcuit.

Quid ſæuius Dæmonibus, & ad nocendum generi noſtro paratius?

Relinquantur illi ſibi, nec ſint ſub Dei, aut Angelorum cuſtodum noſtrorum, poteſtate; quotuſquiſq; iuſtorum non periclitabitur?

Sed Dominus Deus prouidentiſſimè ita ipſis manicas pedicaſque iniecit; ita multos & fortes cuſtodes pro nobis obiecit; ita nos armis Crucis & alijs à dextris & à ſiniſtris armauit; vt minimum poſſint, quantum ſcilicet vel Dei Iuſtitia, vel noſtra imbellia & ignauia, aut malitia licet.

*Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eũ, & eripiet eos.* pſal.

*Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum.* pſal.

Quid aranea virulentius? at quid debilius? tactu exiguo, nedum conculcatione, enecatur.

Hinc illud pſal. *Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.*

Quid ſcorpionibus letalius? quid breuibus qui-

 buſdam

dam ſerpentibus, qui non ante morſum, quàm mortem inferant? Sed ijdem occidi quàm faciles?

**Et cariſsima,** Adde & raritatem. Nec Scorpionum, nec Draconum, nec Baſiliſcorum, nec cæterarum nocentiſſimarum ferarum eadem multitudo, quæ muſcarum, paſſerculorum aut columbarum. Nō idem luporum numerus, qui ouium.

Finge, tàm crebros per volare aëra ſcorpiones aut dracones, quam hirundines, aut palumbes; nonne peſte vrbitim & domitim adflata omnia mòx vnam fecerint ſolitudinem?

Ecce & hic circa Baptiſtam quoque eadem prouidentia. Herodias pluſquam Vatiniano odio odit Baptiſtam, ſed vna eſt & ſola & ſine potentia; vult perire ſanctum virum; vult ipſa ipſa occidere, ſed fruſtra. Valdè vult, quod parùm, imò omninò non poteſt.

Sæuiſſima eſt quidem, ſed fœmina eſt, ſed mulier eſt, & mollis aër, per cuius conatus tam inoffenſe, quàm per auram tenuem ſolidum corpus, Baptiſta peruadit. *Volebat occidere eum, nec poterat. Volebat, nec poterat.*

Sæuiſſima eſt, ſed vnica & ſola eſt, Rex tum adhùc & Curia tota in armis pro Iohanne. *Vana eſt ſine viribus ira*, Vnica meretrix ſancto capiti peſſime vult; ſed contra ſanctarum matronarum & virorum greges, ne quid ſuo & Baptiſtæ & Concionatori humanitùs accidat, religioſè peruigilant; & vincit non modò populi, ſed & Regis Herodis fauor, Herodiadis quamlibet maleuolentem diligentiam.

*Sciuditur inceſtus ſtudia in contraria lectus* duorum adulterorum.

Contra doloſam vulpem, piè vulpinatum.

O quoties paria paribus accidunt!

Fuſtuarium aliquis vnus oris liberioris Concionatori audet minari; contra vnius vim *ſexaginta fortes* cuſtodient Legatum veri *Salomonis*; contra fuſtes vnius, gladios, ſariſſas, & ſecures ſexcenti opponent. Latera & capita pro caro capite Doctoris ſui objicient.

Fallor?

Fallor? Teſtor quod ſcio.

*Herodias volebat occidere eum, nec poterat.*

*3. *Quod Iuſti* non rarò defenduntur, per quos maximè perituri videbantur.

iij. Iuſtorum præſidio etiam hoſtes militare.

Quis Baptiſtæ debuit eſſe iratior, ad cædemq; patandam paratior, quam Herodes ipſe? *Herodem* enim *Ioannes* non Herodiadem in hoc inceſtu *corripiebat.* Teneri aiebat ab Herode Herodiadem, non contra. *Non licet tibi habere eam* inquiebat. q. d. Herodiadem niſi teneres, forſitan ad Philippum maritum rediret.

Item; Herodem vnum *corripiebat de omnibus malis, quæ fecit;* Herodiadem ne verbulo quidem notabat, adeò vt pænè poſſet, ſi non Reginæ adulator, certè diſſimulator videri.

Attamen, eccè Herodias iratiſſima *vult eum occidere;* Herodes contra ita vult viuere, vt ipſi aduigilet; ipſi cuſtodes regij ſui corporis, ipſi conſtituat; contra vim vxoris, qua quà defendat.

Illud enim (*Herodes cuſtodiebat eum*) vno ſenſu mihi etiam ſignificat, vt illud pſalm. 90 *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te de omnibus tuis*, vt ſcilicet Regiæ cuſtodiæ Baptiſtam Herodes tuendum commendârit.

Non tam ſtudioſè incluſam Danaen ſuam turri ahenea, Accriſius pater Rex Argiuorum, nocturnis ab adulteris cuſtodiuit; nec *Petrum* alius *Herodes*, cum eum *tradidit quatuor quaternionibus militum, volens* *Act.*
*poſt Paſcha producere eum populo*, etiam poſt Iacobum obtruncandum; quam Herodes iſte toto ſuo ſatellitio Baptiſtam defendit, ne Herodiadis ſuæ vel veneno vel gladio tolleretur. *Digitus Dei eſt hic*, &, quod vulgò aiunt, ictus Cœli. *Exod.* 8.

Sic Ioſeph, per quos emptores ſeruilia vincla pati debuit, fratrum vendentium opinione; per, ipſos ad aurea monilia, ſceptrumque in Ægypto peruenit. *Digitus Dei eſt hic*, & ictus Cœli.

Moyſes, per quam Pharaonis filiam ſuffocari debuit, per eam ex aquis ſeruatus eſt, & matri ſuæ la-

ctandus redditus eſt. *Digitus Dei eſt hic*, & ictus Cœli.

Ionam Cetus ipſe, qui deuoratum perditurus videbatur, idem quaſi nauigium quoddam animatũ velut triduana nauigatione, quò oportuit ſaluum ſanumque prouexit. *Digitus Dei eſt hic*, & ictus Cœli.

*Magna opera Domini, exquiſita* & adducta *in omnes voluntates eius.* pſal.

Huic, etiam qui repugnat, militat.

*Et coniùrati veniunt ad prælia venti.*

Diſpenſationi eius etiam hoſtis Herodes ſeruiebat.

Quorſum igitur miſelli & modicæ fidei inter anguſtias deſperemus?

*Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* pſalm. 26.

*Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.* ibid.

*Quid timidi eſtis modicæ fidei?*

Iuſtus *cum ceciderit nõ collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam.* pſal. 36.

iiij. **Baptiſtæ Angelum cuſtodem non defuiſſe,**

4. *Quod Angelus*, proprius Ioannis cuſtos, huc quoque adlaborârit. *Maiori inter natos mulierum dandum* quod minoribus.

Sed de quouis ſancto eſt *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* pſal. 90.

Et *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum & eripiet eos.* pſal.

Petro ſuus Angelus contra Herodem Agrippam, & Tobiæ iuniori ſuus Raphaël contra cetum voracem;

Ergò & Baptiſtæ ſuus, contra Herodiadem, per quem quoque factum, vt volens eum occidere, non poſſet.

——*nullus acres excubias Deum*
*Fefellit vnquam.* Pindar. ode 1. Olymp.

★5. *Quod turba* pro Iohanne excubuerit, pro ipſo

muſſi

muſsitârit, ipſum inſidiarum Herodiadis admonuerit &c.

**v. Plebeculā pro Ioanne excubuiſſe,**

Quidni? Nam & *Herodes volens eum occidere, timuit populum.*

Quidni? Æquum enim profectò fuit, pro ſalute corporis illius viri, in vigilijs & armis ſtare, qui, pro animarum ipſorum ſalute ſempiterna, parciſsimè dormiebat; inſidijs Herodiadis eripere illum, qui faucibus inferni Draconis ipſos vel extorquebat, vel præſeruabat.

*Et catelli* baubant, latrant, pro ſalute *dominorum ſuorum, de* quorum *menſa cadentes micas comedunt.*

**vj Sed & Baptiſtam ſibi vigilaſſe,**

* 6. *Quod* Iohanni quoque ſatis prudentiæ diuinitùs infuſum ſit, quâ tum ſolicitiùs ſibi ad tempus caueret, vel rarius in publicum, in Curiam prodeundo, vel in penitioribus deſerti ſui receſsibus (vti quondã Helias) ſeſe continendo, ſi tamen nondùm capto Herodias inſidiabatur; vel, ſi iam vinctô inſidiabatur, cibos allatos etiam è Curia & menſa regia timidè prægustando, & prece ad Deum ſpeciali conſecrando; vel quomodolibet *ſuper cuſtodiam ſuam ſtando.*

Gruibus ſc. datum ſit ſomnum capturis vigilias inſtituere, pedibuſq; lapillos ſuſtinere, qui laſſatis ſomno decidant, indiligentiamq; ſono coarguant; item & alternis pedibus inſiſtere, ne profundius obdormiſcât teſte Plinio; *Plin. lib. 10. c. 23.*

Columbis datum *in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ* ſe abdere, mòx vt aquilam inſidiantem conſpicantur;

Pullis adhùc pipientibus, ſub alas matrũ, quaſi in Capitolium ſuũ ſeſe recipere, miluo prædæ inhiãte.

Conchylio, propter piſcatorum inſidias, in ſcopulis, eorumq; ſinuoſioribus rimulis ſeſe abſcondere; Iohanni autem Baptiſtæ, tanto viro, talibus inſidijs tã perditæ meretricis adperito, non dederit Deus, aduerſus vulpem malitioſiſsimam, egregie vulpinari, &c, ſibi excubando, artes artibus eludere?

*Quod principio generi animantium omni eſt à Natura tributum, vt ſe vitam, corpuſq́ue tueatur, decli-* *Cic. lib. 1. Off.*

*netque ea, quæ ſibi nocitura videantur*; vni id non ſit Iohanni, amico ſponſi viro Eccleſiæ naſcenti tam neceſſario conceſſum?

Vt & reliquos Sanctos.

D. Athan. Apolog. de fuga ſua. *Verbum Patris... præceptum fugiendi condidit: Cùm vos inquiens, perſecuti fuerint in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Paulloque poſt ſubiecit: *Cùm videritis illam abominationem deſolationis, quæ dicta eſt per Danielem Prophetam, conſiſtentem in loco ſancto (qui legit, intelligat:) tunc, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto eſt, ne deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro eſt, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Hoc cum ſcirent Sancti, ad eam normam vitam ſuam temperauerunt... Ideoque & ipſum Verbum propter nos homo factum, voluit, quemadmodum & nos, cùm quæreretur, & cùm perſecutionem pateretur, fugere, & inſidias declinare. Cùm autem tempus à ſe definitum ipſe ſibi adduxiſſet, in quo corporaliter pro hominibus pati volebat, vltrò ſeipſum, pro omnibus, ſicuti ſcriptum eſt, obtulit... Sancti verò pro formula accepta, vtpote à Domino eruditi, & priſcis olim & ſequentibus temporibus in certamine, quod illis cum perſequutoribus, & fuga ſe inſtantibus eripiebant, & quærentibus ſeſe per latebras ſubducebant: quippe qui, vt homines ignari erant temporis ſibi à diuina prouidentia conſtituti; ac proinde minimè ſeſe inſidiatoribus ingerebant, cum non ignorarent id quod ſcriptum eſt, In manibus Dei eſſe ſortes hominum, & Dominum occidere, & viuificare. Atque ideò vſque ad decurſum ſui temporis expectare maluerunt, errantes interim per ſolitudines, vt Apoſtolus dixit, in melotis & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, adflicti, in ſpeluncis, & in foraminibus terræ latitantes, donec aut mortis definitum tempus ſuperueniret, aut quouſq; definitor temporum Deus ipſis hoc ipſum indicaret, vel perſecutores inhibens, vel perſequutoribus eos tradens, prout illi opportunius videbatur.*

Ita Deus omnibus dedit tuendi ſui & præceptum, & prudentiam, vt beſtijs inſtinctum.

Iraque, & Iohanni noſtro inprimis.

# ECHO
# CONCIONIS XXII.

THEMA. *Adiecit* tamen tandem Herodes *& hoc ſuper omnia. Ipſe enim miſit, ac tenuit Iohannem, & alligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem vxorem Phillippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi:
1. *De Herodis, & Potentiorum inconſtantia;*
2. *Quæ cauſa tantæ inſtabilitatis;*
3. *Quam ſtulti Curiarum, ac Potentiorum ſectatores.* AVE.

## I.

*De Herodis & Potentiorum inconſtantia,*

Heri audiebatis (Auditores &c.) Herodem pro Iohanne ſuo etiam contra cariſſimam ſuam Herodiadem, cum Deo, cum populo militare, omnia vnius capiti timere, facere &c. at eccè, hodiè idem auditur, omnia propter Herodiadem contra Iohannem, contra Deum, contra populum, contra conſcientiæ ſuæ dictamen, facere. **Mirabilis rerũ circa Iohannẽ inconſtantia.**

Hodiè enim miſſis ſatellitibus occupat Iohannẽ, in barathrum Macheruntinum, quaſi in quandam arcem Vilvordianam, intrudit &c. & quidem *propter Herodiadem*, ait Euangeliſta.

O rerum ſcęnam derepentè inuerſam!

*O fortuna potens, quam variabilis!* Virgil in Opuſc.

Diaria eſt, horaria eſt, imò momentanea eſt.

Ita nunquam vni diu eſt bona, vt non ſemper eidem, mala.

*Vitrea eſt, quæ, quum ſplendet, frangitur.* Publius.

Vt Agrippa è carcere ad regnum, ſic Baptiſta, velut è regno & ſummo Regis fauore, ad carcerem raptus eſt.

Heri, ſecurigeri milites, Herodis iuſſo, Iohannem honoris & præſidij ſpecie, quaſi faſces præferentes, co-

ronabant; hodiè ijdem illi, iuſſo vnius & eiuſdem Herodis, Iohannem, non ſine infamia, circumſtant, vt capiant, vt vinciant, & in lucum inijciant. &c.

Ligatur, *Plagatur* hodiè Baptiſta *in domo eorum, qui* heri eum *diligebant.*

Ite nùnc, & fortunæ credite: Ite nùnc & *ponite carnem brachium veſtrum*, Auditores.

Ite nùnc & confidite *in Principibus, in quibus non eſt ſalus.*

Deinceps, ſi *legem nocens veretur*, *fortunam innocens*, a qua ſæpè obprimitur, poteſt vereri.

**Curia quã inſtabilis. & parũ fid.**

Videte igitur (Aulici) videte, ſed & vos quoque Curiæ & Magnatum Oratores, quam ibi *fallax & vana eſt gratia*; quam fluxa ibi omnia, quam inſtabiles atque incertæ huiuſmodi amicitiæ.

Si laxas erepunt, ſi ſtringis, erumpunt.

Lupum auribus tenere facilius, quam illas.

*Virg. 4. Æneid.*

Vt *varium & mutabile ſemper fœmina*; ſic & Curia; vt rectè Valerius Flaccus *infidam Curiam* adpellarit:

Ibi *arundines vento agitatæ.* Matt. 11.

Ibi *ſcintillo in arundineto diſcurrentes.* Sap. 3.

Ibi *arbores autumnales.* Ep. Iudæ.

Ibi *nubes ſine aqua, quæ à vento circumferuntur.* Ibid.

Ibi *ſydera errantia.* Ibid.

Ibi *luna creſcens, & decreſcens.* Eccli 27.

Ibi *aqua diluuij euntes & redeuntes.* Geneſ.

Ibi Euripi vno plures & ſepties quouis die reflui.

Ibi Proteorum ſeu Vertumnorum ſeminarium.

Ibi laruarum, & fictorum pictorumq; vultuum officina. Vix ibi aliquis vnus non perſonatus.

Ibi maximè *vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, ibi Thurini multi, fumi venditores.

Ibi denique ipſa inconſtãtia, quæ, *quod voluit, ſpernit; repetit, quod nuper omiſit.* Horat.

Modò harum, modò illarum partium, aliud ſtantes, de eodem Aulici ferè cogitant.

Quam

Quam ſaltibus & choreis quotidianis Aulicorum corpora;tàm eorum animi deſultoria leuitate delectantur. Oues manè, lupi rapaces veſpere.

Quam gaudent mutatorijs, & noua quotidiè diploide;tàm gaudent amicitiarum mutatione.

Ibi tam Patroni, quam clientes, tàm milites, quam ciculæ *velut flumina mouebuntur.*

Sub Sagittario natos dicas Aulicolas pænè omnes, qui adeò motu delectentur.

Imitantur *id quoque, quod ventis animal nutritur,*
*& aura,*
Quod *protinùs adſimilat, tetigit quoſcunque colores,*
Camæleontem ſcilicet. Ouid. Metam.

Genus hominum hominibus reliquis parum carũ, Dæmonibus minimè odioſum, de malis loquor.

*Dilexit mouere pedes ſuos* affectionum ſcilicet, nùnc amando, nùnc odiendo vnũ & eumdem, *& Domino non placuit.* Hierem. 14.

Saltatrix, ac mobilis illa turba tàm Deo diſplicet, quam *placuit filia Herodiadis Herodi ſimulq; diſcumbentibus*, cùm ſaltauit, vt in ſequentibus, dante Deo, dicetur.

Cic. Philipp. 7. *Quid eſt enim inconſtantia, mobilitate, leuitate, cum ſingulis hominibus, tùm verò vniuerſo Senatui turpius?*

Exeat, *exeat aula* Herodis, non modò *qui vult eſſe pius*, ſed & cuicunque fides placet, & dictorum factorumque conſtantia. Lucanus.

Exeat Herodis aula, cui tam non falli, quam non fallere, conſtitutum eſt, vel *Iuſta, qui Reges timet,*

*Deponat, omne pellat ex animo decus.* Senec. in Hippol.

Itaque *Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.* pſal.

Hierem. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius.*

Iſai 36. *Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo,*

*mo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: ſic Pharao Rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo,* aiebat quondam Rabſaces ille ad Ieroſolymitanos, quos obſidebat.

Veriſſimè noſtrate prouerbio dicitur, *Seruitium Dominorum, non eſt hæreditas.*

**Exēplis euidentiſſimum.**

Exemplis plena omnia.

Aman nuper, ex infimo loco, ad ſumma prouectus, & indigenis aduena prælatus, omnia in regno Aſſueri, præter ſceptrum, gerens, Rex Regis ipſius, nõ ità multò poſt, neſcio qua Zelotypia Regi certata, quaſi Regi Reginam penè præſente ſe, & in Curia ipſa obprimere voluiſſet; ita Regi diſplicere cœpit, vt in crucem repĕtè ageretur. Ite nùnc & confidite in Principibus &c.

Dauid nuper regijs armis indutus, nuper regius cõuictor, nuper Regis gener cariſſimus; pauculis poſt diebus, Socero perſequẽte vix panibus mẽdicatis benè vitã ſuſtentat: Ite nùnc, & confidite in Principibus &c.

Seianus (vir, de quo multa Suetonius in Tiberio c. 48.) cùm Tiberio Imperatori primũ adeò carus fuiſſet, vt etiamnum viuenti ſtatuam æream poſuerit Imperator, decréritque diẽ Natalis eius publicè coli: & aliquandò Romani ipſi æquè per Tiberium Seianumque, quaſi per Caſtorem & Pollucem, iurauerint; Tandem ab ipſo Tiberio, eius potentiam auctorem iam metuente, deſertus eſt ac proditus. Scripſit enim Tiberius è Capreis ad Senatum, contra Seianum, epiſtolam, atque ita à Marone, per milites diſpoſitos, in Curia ipſa captus eſt, ac vinctus, à Senatuque damnatus, in ſchalas Gemonias abiectus, vncoque diſtractus eſt. *Ex Dione* Ite nunc, & confidite &c.

Beliſarius quid? poſt victorias ingentes de Barbaris, ab Imp. Iuſtiniano excæcatus, ſtipem è tuguriolo à prætereuntibus emendicauit his verbis, *Da obolum Beliſario, viator, quem inuidia, non culpa cæcauit.* Crinitus, & Volaterranus. Ite nùnc & confidite &c.

Henricus ille VIII. Anglorum Rex, ſuum Thomam Morum vt regiè & aulicè tandem tractauit!

rauit? Ite nunc, & confide &c.

Noſtri æui, ætatis, & orbis, ac pænè vrbis exempla adhùc cruenta & fluentia, malo vos animis repetere, quam à me expectare, imo ſatiùs vobis obliuiſci, poſteris meminiſſe.

Ita ſcilicet catti quamlibet ſpecie mites, & ludibūdi, poſtquam pluſculè cum muſculis colluſere, ipſoſdem necant & deuorant. Quibus ſimiles ſint Aulici.

Ità ferè meretricibus adhùc adoleſcentulis & integris, tam concubinarij quam Lenones benè adficiuntur, abutuntur &c. quas rugoſas iam & corruptas abigent, earumque vix tandem conſpectum ferent.

Curia *amicitias vtilitate probat*, & voluptate, bonis ſanè mobilibus, & mobilitatis in amicitia autoribus, parùm honeſtate & virtute, bonis omni fundo immobilioribus, & firmas amicitias facientibus. Ouid.

Equum bellatorem tamdiu altura atque in delitijs habitura, quamdiu Olympicis, aut prælijs idoneus, venditura duro agricolæ aut molitori, cum primum cœperit ilia ducere.

Quiſquis Herodibus, aut eorum Curijs ſpe incumbit, tam ſit ille ruendi certus, quam arces illæ aut pyramides, quæ in ebullientibus arenis, aut pratis tremulis, nulla præpalatione, fundarentur; aut ſi quę domus olim in Delo Inſula ſemper (ante natos illic ex Latona geminos, Apollinem & Dianam) tremula, aut in terris ad Audomaropolim fluctuantibus, eſſent exædificatæ.

Quam ſunt inſtabilia fundamenta, tàm caducum ædificium omne, quod ſuperſtruis.

Hæret hedera tenui ramuſculo? cucurbita aut vitis, & fragili & eroſæ vlmo maritata? ruinam breui expectare potes.

Statuis fortunæ, globo volubili inſiſtentibus, aut rotarum impetu currentium radijs, Herodianorum amicos adſimilare poſſis. Nam vt ſtatuas illas primus mòx motus deturbat; & rotarū radij citò ab alto in imum volutantur; ſic illos leuicula occaſio illicò ex magnis paruos, imò nullos facit, forſitan de Conſuli-

bus

bus Rhetores, ne remiges dicam.

Forſitan hùc ſpectauit, qui ſic vouit; *Deus meus, pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.* pſal.

Adeò multi à temone regnorum, quæ regebāt *currus Iſraël & auriga eius*, ad temonens curruum agreſtium, ad ſtiuas, ad temones, imò non ad temones nauium, ſed ad remos; à tribunalibus, ad tranſtra ſunt relegati.

Si qui fortè non ruunt, certè ſemper tremunt, vt parricida ille primus ab occidio Abelis fratris ſui. *Geneſ. 4.*

In cōtinuo metu motuq; verſantur, vt tēplū neſcio quod in eo Ægypti loco de quo ita Pomponius Mela.

*In quodam lacu Chemmis inſula lucos, ſyluaſque, & Apollinis grande ſuſtinens templum, natat, & quocunque venti agunt, pellitur.* Pomp. Mel. libr. 1. de ſitu Orbis c. 9.

*Omnia ſunt hominum* talium *tenui pendentia filo*, ſemper neſcio quam Atropon timent, improuisò telam fœlicitatis ſuæ ſecturam, vt dicant, *antequam ordirer, ſuccidit me, de manè vſque ad veſperam finies me.*

Vt nos quamlibet ſani ſubitam mortem, ſic alli præcipitem ruinam ſemper timent.

Lubrica, tremula, pendula, vitteola in Curijs amicitijſque Potentiorum ſunt omnia.

**Repræſentatio mutationum circa Baptiſtam,**

Veſtram enim fidem. Dixiſſetis (Auditores) cū heri aut nudiuſtertius legeretis, aut ex me audiretis illa; *Herodes metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum*;

Item; *Herodes cuſtodiebat*, ſeu obſeruabat *Iohannem*, vt gemmam auro incruſtatam &c. vt regni ſui ærarium, vt ſeipſum.

Item; *Herodes libenter audiebat Iohannem*, nō minùs, quam Sirenem aut Muſicem &c. totus & totos dies ex Baptiſtæ ſui ore pendebat.

Item; *Herodes audito eo multa faciebat*; eius, vti Dictatoris, arbitrio Remp. pænè totam Galileæ regebat &c. Erat Baptiſta in Galilæa ſub Herode, quod Ioſeph

olim

olim in Ægypto ſub Pharaone, qui *conſtituit eum Dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret.* pſal. 104. Erat Cothon Herodianus.

Ipſius *Herodes cuſtodiebat Iohannem*, & cuſtodia militari illi inſuper decreta, contra Herodiadis illũ inſidias ita tuebatur, vt etſi quam maximè vellet Herodias occidere Iohannem, nullo modo poſſet &c.

O gratiam Concionatoris apud Regem propè incredibilem!

Dixiſſetis (inquam) tùm talibus lectis, auditis, aut viſis, fore tandem, vt auretis iſtud, *Adiecit Herodes & hoc ſuper omnia. Ipſe enim miſit ac tenuit Iohannem, & adligauit eum, & incluſit in carcerem propter Herodiadem &c?*

Vix ego, qui hæc loquor, niſi Euangeliſtæ tres facerent fidem, his ipſis habeam fidem.

Quis enim credat, accidere tantam rerum viciſſitudinem vnquam potuiſſe?

Iohan. Baptiſta heri deliciæ Regis; hodiè Regis quiſquiliæ, & Curiæ peripſema!

Heri Regis ceruical; hodiè ſupplex autem Regis tribunal, & quaſi capital'!

Heri donarijs & honorarijs augebatur; hodiè ſuis & libertate ſpoliatur!

Heri Rege vſus protectore; hodiè Rege vtitur impugnatore & captiuitatis autore!

Heri contra Herodiadem cuſtoditus; hodiè propter Herodiadem captus, adligatus!

O rerum, Regumq́ue inconſtantiam! O lubricas potentiorum amicitias! ô vitreos mundi fauores!

Sed ais: Neque Rex, neque res mutatæ, ſed ſpecies tantùm. Circa quas dubiolum;

Forſitan illi malè, qui tempora & tempora ſecernentes, putant aliquod tempus fuiſſe, quo Herodes Baptiſtam verè metuerit, obſeruârit, libenter audierit &c. & aliud, quo vel oderit, & vinxerit Iohãnẽ; vel quo, nullo Iohã. odio, ſed impotẽti Herodia-

dis amore, tamen etiam vinxerit, occiderit.

Simulata fuerunt vel priora omnia, vel poſteriora. Priora, cùm ſe amicum Iohannis etiam ſeueri monitoris ſimulauit, cùm verè intus odiſſet, vt deinde vinciens oſtendit. Poſteriora, cum illum vinciens mutaſſe animum finxit in gratiam Herodiadis, qui reuera vt priùs Iohannem diligebat.

Et opiniones duç.

Sunt enim certè, qui, quæ Marcus de beneuolentia in Iohannem regia memorat, negent accipienda, quaſi ſincerè & reuera eiuſmodi eſſent, ſed fictè à Rege oſtentarentur, à popello autem malè credulo pro veris minimeque fictis crederentur, vndè & Euangeliſta velut vera memorarit, non deceptus ipſe, ſed vulgi opinione loquutus.

Scripturæ enim Sanctæ minimè eſt inſolens, adparentia, veriſimilia, & vulgò ità credita, quaſi vera recitare.

Diuus Anſelmus in 14. Matth. *Conſuetudinis* inquit *Scripturarum eſt, vt opinionem multorum ſic narret hiſtoricus, quomodò eo tempore ab hominibus credebatur.*

Idem ibid. *Aliud volebat* Herodes, *& aliud ſimulabat... Frequentabat... eum tentans, ſi aliquo modo poſſet eum à reprehenſione ſui reuocare.*

Conſentiunt nonnulli ſcriptores claſſici, qui triſtitiam quoque Herodis, quæ mòx ſequitur, de poſtulato potiùs Iohannis capite, quam media parte regni, & de emiſſo coram tot diſcumbentibus iureiurando (ibi, *Et contriſtatus eſt Rex &c.*) omninò fictam adfirmant.

Denique, id ferè perſuadeor, quod fictiones illæ, ſimulationes, diſſimulationes, ferè ex genio Curiæ ſunt, & Potentiorum propriæ.

Hinc illud neſcio cuius Gallorum Regis (Ludouici XI. opinor) *Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare*; quod vnum ſolumque Latinè etiam filium ſcire ſatis putauit.

Attamen, non admodum repugnauero, ſi quis teneat quoque, Herodem initiò verè Iohanni benè voluiſſe,

luiſſe, *obſeruaſſe, libenter audiſſe* , contra Herodis inſidias defendiſſe &c. ſed vinxiſſe, occidiſſe, non odio, aut animo iam mutato & minùs benè volente, ſed tantum ne Herodiadi ſic poſcenti diſpliceret.

Fauent enim huic ſenſo Matthæus & Marcus, qui loquuti de carcere, ſubdunt mòx vterque *propter Herodiadem vxorem fratris &c.* q. d. numquam fuerat hoc Herodes facturus, niſi amor improbus, quo Herodiadem deperibat, viciſſet amorem quo Iohannem diligebat. Non oderat, cùm amicitiæ ſigna primum Iohanni demonſtrabat; amabat etiam tùm, cum ei vincula odij ſigna decernebat. Vis maior alterius amoris alterum vincebat.

Nycticorax illa, & ignaua bubo, ſola cum ſolo Rege, noctu in inceſtis puluinaribus ferali carmine cantans, tantum potuit, vt traheret amantem ad vim amato inferendam.

Fauet & illud, quòd poſtulato Iohannis capite, dicitur *Herodes contriſtatus*.

Fecit ſcilicet Herodes iſte Antipas circa Iohannem quod eius ſucceſſor Herodes Agrippa circa Petrum ſtatuerat; *Occiderat* Agrippa *Iacobum fratrem Iohannis gladio; videns autem, quia placeret Iudæis*, (id eſt vel ita velle Iudæos, vel gratam fuiſſe Iudæis primam illã crudelitatem, & Iacobi cædem) *adpoſuit adprehendere & Petrum*; cædem cæde ſtatuit cumulare, nullo Chriſtianorum odio, ſed tantum vt placeret populo. *Act.* 12.

Iſte etiam noſter fortaſſe nulla maleuolentia, ſed tantum, vt meretriculæ ardentiſſimè id adfectanti placeret, Iohanni manicas inijci iubet. Ille, vt placeret populo; hic, vt placeret Herodiadi: *propter Herodiadem*, ait Marcus cap. 6.

Niſi fortè idem Herodes fuerit, qui & Iohannem & Iacobum decollarit, vt bis expreſſis verbis putat Eraſmus, contra quam ego ſenſi concione 1. huius operis parte 2. pag. 11. & 12. & in mea Ara Cœli conc. 4. part. 2. pag. 68. *Eraſm. in Paraph. c. 12. act. Apoſt.*

**Tria notatu digniſſima elici ex Baptiſtæ captiuitate.**

Vt vt tamen, & quoquo ſpiritu, Baptiſtam Herodes in carcerem intruſerit; certè hinc videre eſt, ex his tribus vnum aliquod; vel *Inconſtantiam* Potentiorum magnam, ſi quem heri verè ardentiſſimeque diligebat, hodiè, animo demutato, intruſit in vincula; vel *Hypocriſin & Simulationem* fallaciſſimam, ſi animo ſemper eodem fuit erga Iohannem, id eſt, ſi ſemper, ex quo inceſtas eius nuptias cæpit reprehendere, illi malè voluit, nihilque aliud, quam fictè illum *timuit, obſeruauit, libenter audiuit, multa eo audito fecit,* & ab Herodiadis inſidijs decreta cuſtodia fictè defendit &c. vel *Iniuſtitiam* intolerandam, & Conſcientiæ immanitatem, ſi quem adhùc verè amabat & colebat, *ſciens eum virum iuſtum & ſanctum*, vinciri tamen, includi, necarique tandem iubebat, ſatellitibus & lictore expeditis, tantùm, vt placeret, aut non diſpliceret meretriculæ ita cupienti, & crebro illud inculcanti,

*Iuuenal. ſat. 6.*

*Pone crucem ſeruo*; & ad illa Herodis, *meruit quo crimine ſeruus.*

*Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi,*

*Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.*

reſponſanti; *O demens, ità ſeruus homo eſt?* id eſt, etiamne ſerui in hominibus recenſentur? *nil fecerit, eſto,*

*Idem ibid.*

*Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.*

Hæc tria Auditores { 1. *Inconſtantia,* 2. *Simulatio & diſſimulatio;* 3. *Conſcientiæ, & Iuſtitiæ contemtus.* } An non clamant, Herodē cum Curia ſua planè execrandum?

*Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum.* Virg. 3. Æneid.

II.

*Quæ cauſæ tantæ Inſtabilitatis.*

**Inconſtātiam Potentiorū oriri ex varijs cauſis,**

Et ſunt verò cauſæ nonnullæ, ob quas accidere vix aliter poſſit, quas iam iam produco, ſiue ad excuſandum hominum illud genus, ſiue ad vitandum ſtudioſiùs.

Cauſæ

Cauſæ Inſtabilitatis Potentiorum variæ,
- 1. *Intrinſecæ, vt*
  - 1. *Humanitatis noſtræ cõmunio;*
  - 2. *Delicatus animus, & lædi facilis.*
- 2. *Extrinſecæ, vt*
  - 1. *Spes ſubplementorum;*
  - 2. *Captatores gratiæ ipſorum Magnatum;*
  - 3. *Subplantatores;*
  - 4. *Genius negotiorũ regiorum;*
  - 5. *Fortuna.*

*1. *Intrinſecæ*, & ex ipſa hominum natura reſultantes. **Intrinſecis, vt 1. Humanitatis noſtræ communione;**

*1. *Humanitatis noſtræ communio*. Quamuis enim Reges a Poëtis paſſim filij Deorum, & a Propheta *Dij* adpellentur, *& filij Excelſi omnes*, vt qui Deum nobis officio ac dignitate repræſentent; non tamen idcircò ita hominem exuerunt (imò nec *Pontifices* ipſi *ex hominibus adſumti*) vt communes reliquis hominibus infirmitates in ipſos nihil poſſint.

*Et ipſi circumdati ſunt infirmitate.*

Et ipſi quoque homines ſunt.

Et ipſorum quoque eſt, ingenuè iſtud fateri; *Homo ſum, humani à me nihil alienum puto*. Terent. in Heaut. act. 1. ſcen. 1.

Et ipſis multa humanitus accidere, & ab ipſis fieri poſſunt.

Humanum autem eſt, non ſibi conſtare, aliud ſtando, aliud ſedendo velle, aliud de rebus, hominibuſque cogitare.

*Omnis homo mendax*. pſal.

*Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate inidipſum*. pſal.

*Homo numquam in eodem ſtatu permanet*, nec corpore, nec animo aut voluntate; vult non vult. *Iob*.

Incredibilis volubilitas liberi arbitrij eſt.

Hominum quislibet, modico interuallo, *vt luna mutatur*. Eccli. 27.

*Non ità Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ*. Propert. l. 2. eleg. 5.

*Pompon. Mela li.2. Plin.l.2. Strabo l.9*

Euripo ipſo eſt inconſtantior. Ille enim, vnius diei noctiſque ſpatio, ſepties recurrit; at homo, etiam iuſtus, *ſepties vno die cadit, ſepties reſurgit*; tantillo tempuſculo ſepties amorem ſuum vertit à Deo ad Creaturas, & ſepties illas peroſus amorem ſuum retorquet in Deum, velut toties mutata factione.

*Quod voluit, ſpernit; repetit, quod nuper omiſit:*

Mòx à pace, & vix icto cum Deo fœdere, rurſus bellum; pòſt, iterum paces bello intertextæ.

Imò vna horula, mille diuerſæ & aduerſæ vni homini & cogitationes & voluntates.

Meretricium neſcio quid animis noſtris ineſt, vt hoc nunc aliud mòx amemus.

Materiæ iurę adſimilaueris, diuerſarum formarum vt capaciſſimæ, ſic auidiſſimæ.

Ventis, ac literis aquæ inſcriptis fidere liceat citius, quam humanæ voluntati.

Græcoque verbo Euripiſton hominem quemcunque iure adpelles, adeò incerta eſt fide; parumq; conſtans, niſi ſacra aliqua Gratiæ Dei anchora ſiſtatur, & Spiritus-Sancti pondere velut ſaburretur.

pſal.107. *Vana ſalus hominis* cuiuſcunque.

Itaque & Regum ipſorum.

*Amicitiæ Regum repentinæ ſunt, amoriſq; ardore ſubitò accenduntur, ſed expugnari labefactariq; facile poſſunt*, ait Plutarchus.

pſal.145. *Nolite confidere in Principibus*, vti neque in filijs *hominum, in quibus non eſt ſalus.*

pſal.117. *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in Principibus.*

In Domino, in Domino ſperandum, *qui cuſtodit veritatem in ſeculum.* pſal.145.

**2. Animo delicatiore.**

* ij. *Delicatus animus &* tam lædi facilis, quam placari difficilis. *Faciles motus mens generoſa capit*, in deteriorem partem vt plurimum.

Ægerrimè in eundem virum & magna fortuna & magna patientia conueniunt.

Vt ferè Potentibus adeò delicata ſunt corpora, vt vel leuiculus vrticæ adtactus, vrat ipſos acriùs, quà opiliones

piliones aut plebeios infixus aculeus, vel apum vel ſpinarum; ſic ferè iiſdem animi adeò intractabiles, vt verbulo, aut nutu leui, neque leuiter excandeſcant, neque lenes pœnas exigant.

Pro plumeis offenſis plumbeas iras gerunt.

——*immodeſta voce nulli eſt*

*Fas homini violare Diuos* illos mortales. Pindar. ode 1. Olymp.

Teſtes, tot Principum in Reges ſuos, ab vno pugno, rebelliones; Regum, ab vno dicteriolo, in Principes feritates; teſtes, tot nobilium inter ſe, ob negatam aſini vmbram, monomachiæ; ac mutuæ cædes, ab vna vel refragatiuncula, vel mendacij, per iocum, obiectiuncula.

Magni ſcilicet in oculis ſuis homines, & qui ſe Dijs propemodum æquant, non tanti fieri ſe, quanti ſunt, aut ſe faciunt, non vulgariter dolent; & paulò iniquiores ipſorum æſtimatores, aut nimis ſobrios laudatores, mox reſpuunt, & ex albo amicorum reiectos, ſpongia obliterant.

Perficè adorari debere ſe cùm putent, Se? imò ſigna ſua, & ſtatuas (vti olim ſuam Nabuchodonoſor:) facilè vel minimam cuiuſque in quacunque recula tergiuerſationem, aut obloquium, multifariam multiſque modis multandam putant.

Alexander Magnus Clytum, amicum alioqui cariſſimum, Philippi Patris memoriam paulò magnificentiùs, quam vellet, tuentem, ferre non potuit, ſed arrepto à ſatellite telo, Patris laudatorem trucidauit.

Adſueti magna benefacta penſare gratijs pluma leuioribus, in paruis læſi, non paruas neque plumeas iras gerunt. *Mendaces filij hominum in ſtateris.* pſal.

Itaque, cum difficile ſit, amicos ipſorum non aliquandò peccare, aut nutu, aut verbulo &c. (*qui enim non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir:*) nec poſſint generoſa quædam clientium pectora vſquam aſſentari, ſed potiùs candidè omnia fateri, & atra atra di-

cere, & alba alba, albas niues, atros Æthiopes; negare, contradicere, cum ita res ferunt; indè fit, vt amicitiæ Potentiorum diuturnæ eſſe non poſſint.

*Difficilis cultura Potentis amici*, ait ille.

O! ſi Baptiſta noſter, ad quædam obſurdeſcere potuiſſet, aut voluiſſet! ſi ad quædam conniuere! ſimperaſſet ſibi omnia aſſentari!

Si potuiſſet, aut voluiſſet dicere *bonum malum, & malum bonum*! ſi vultum ex vultu Dominorum comparare!

*Terent. in Andria.*

Si potuiſſet, aut voluiſſet, Herodis cum Herodiade nuptijs ſubſcribere, & cum Volſæo Anglo neſcio quo autorare factum! aut non dixiſſet, *Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ!*

Si tacere odioſum illud, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui &c.* potuiſſet!

Si *de omnibus malis, quæ fecit Herodes*, ne gry quidem!

Vixiſſet profectò Baptiſta vno minor Ioue, Herodi charus, reuerendus, auditus, & in omnibus exauditus &c. quem nùnc auditis capi, vinciri, includi & cæt.

Auro, eſculento poculento vixiſſet, cui nunc datur *panis arctus, & aqua breuis.*

Nunquam iſtas in amicitia cum Rege mutationes eſſet expertus.

Lepidè quidem, ſed veriſſimè tamen noſtrate prouerbio iactatur; *Viuere volenti, tacendum eſt*, viuere inquam, hac vita mortali. Nam *viuere volenti* vita vitali, vitia omnia contra *clamandum eſt.*

Hic væ quia aliquid dixi; ibi *væ mihi quia tacui.*

Ibi tacuiſſe nocet; hic nocet, eſſe loquutum.

Ergò ille non malè, qui ſic ad amicum; *Viue tibi, & longè nomina magna fuge*, Ouid. libr. 3. Triſt. eleg. 4.

Fuge, apud quos vel loquendo, vel tacendo perire, neceſſe ſit.

*2. *Extrinſecæ*, & à rebus fortunæ oriundæ.

*3. *Spes ſubplementorum*, id eſt, quia credant Potentes, vel ſe ſibi ſufficientes eſſe (nam qui eiuſmodi ſunt amicitias non admodum adfectant:) vel, facilimè amicos nouos poſſe inuenire (vt vulgo dicitur) pro amiſſo vno duos, vt qui opibus & potentia frequenter non minùs, quam hamo piſces capiantur.

**Itē extrinſecis, vt 1. Fiducia ſubplementorum,**

*Vulgus amicitias vtilitate probat.* Ouid.

Vti rerum vtilium, quarum iactura non facilè eſt reparabilis, ferè diligentior ſolet eſſe cuſtodia; facilè autem reparabilium cura negligentior; ſic amicorum.

*Si diſcedit, diſcedat*, inquiunt Potentiores; ſuccedet, qui precetur.

*Numquid & vos vultis abire?* Iohan. 6.

*Neque te teneo, neque dicta refello.* Virg. 4. Æneid.

*Omne rarum, carum* Scilicet.

*Rerum pretia de raritate penſantur*, ait Bernard.

Erit belli Dux aliquis in hoſtico cum ſuis à patria & auxilijs procul? aut Nauarchus in medio Oceano, vbi ſubplementa deſperentur? Tùm & Nauarchus remigibus, quantum poterit, indulgebit, ipſoſque mollius habebit; & Dux belli parcet ſanguini veteranorum. Erunt autem ijdem illi ſuis propiores? extemplò ſpe ſubplementorum & ſubpetiarum, fient ſanguinis ſuorum paulò profuſiores.

**Quæ vbique cauſa eſt negligentioris cuſtodię habitorū.**

*Perijt memoria eorum* remigum militumque *cum ſonitu*. pſal.

*Generatio præterit, generatio aduenit.* Eccleſ.

Videtis, vt vitæ, quiſque ſuæ ſeruandæ ſit curioſus? Facit hoc, quod vnica viuenda hic data eſt, & quòd ſemel amiſſa numquam (regulariter) refunditur.

Ex qua ſtatione, quibuſque hybernis ſemel exceſſit, numquam animus reuertitur.

*Spiritus vadens, & non rediens.*

Pſal. 101. *Spiritus pertranſibit in* homine, *& non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum.*

Dediſſet duas vitas aut animas Deus: quam facilè homines per temeritatem alterutram certæ morti obieciſſent!

Senibus iàm & vietis, alioqui olim prodigis aut ſatis liberalibus, cur tanta pecuniæ ſuæ tenacitas? Deeſſe ſcilicet vires ſibi effœtis iàm vident, quibus, ſi partam profundant, nouam parent.

Iuuenibus contrà cùr tam facilis iactura nummorum eſt? Ætas ſcilicet, & vires in vegeto adhùc corpore, commercijs & lucris aptæ, ſi quid diſperſerint, recolligi poſſe pollicentur.

Ergò Potentes, etſi quoſdam amicos ſuos vtiles rebus ſuis, & neceſſarios vident; tamen, quia veteranis illis aut egreſſis, aut exploſis, nouos oſtentatis opibus commodiſque ineſcatos, aut amicitias ſuas vltro ambituros, aut oblatas facilè admiſſuros intelligunt; idcircò ſunt ad reſcindendas potiùs, quàm diſſuendas, veteres amicitias, quā nos humile vulgus, faciliores.

Pro Baptiſta vno amiſſo, ſperauit Herodes mille Phariſæos, aut Sadducæos &c. ſi collibuiſſent; itaq; facilior fuit, quod heri tàm amicum habuit, hodiè tam hoſtiliter adflictare, & hoſtem pro hoſpite gerere.

* *ij. Captatores gratiæ Potentiorum.* Circumuolitant enim Magnatum domos & Philoſophi ſępè ipſi, & Politici homines, & pauperes & diuites, vt floretum apes, vt aues dumeta, vt vnguenta muſcæ, vt horrea formicæ, vt frumenta columbæ, vt macella moloſſi, omnes ſpe emolumenti.

Non tam Aulæ, quam ollæ ſunt quidam ſectatores, & *amici menſæ*. Eccl. 6.

*Prædam ſequitur turba iſta, non hominem.* Seneca.

*Curremus* (inquiunt) ſed *in odorem vnguentorum tuorum.* Cant.

Ieſum ſequuntur multi non omnes ſtudio verbi Dei, ſed pars ſtudio ſanitatis, pars ſtudio comedendi de panibus eius piſcibuſque &c. traxit ſuam quemque tam vtilitas, quam voluptas.

Tam

Tam multi Potentum amicitias ambiunt, vt ipſos ipſorumque palatia, putes obſideri, & ipſos amiciri amicorum iſtorum preſſura magis quam amictu ſuo, & magis populo, quàm auro ſuo, coronari.

Quid? etiam quidam per peruentores (vt ille vocat) peruenire adfectant. Imò per largitiones, per munera, per *benefacta*, quæ ferè & *malè locata & malefacta arbitror*. Ennius. *Ennius apud Cic. li. 2. off.*

Hinc illud; *Dantur opes nullis nunc, niſi diuitibus.*

Et; *Datori namque eſt qui dat, non danti verò nemo dat.* Heſiod. op. & di.

Etſi, tàm dare, quàm *hoſpitalè eſſe remuneraturis, affectus auaritiæ eſt.* D. Ambroſ. lib. 7. in Luc. c. 14.

Ita quidam captatorijs inſtitutionibus imbuti, vt manè, vt veſpere; vt turbido, vt illimi flumine; vt procelloſo, vt ſereno cælo, ad Principum, quaſi piſcium alitumue, capturam, aut ferarum venationem, ſemper hamum aut rete ſuſpendant, & munuſculo, quaſi eſca tenui, captent; ouem ex ouo, aut ex oue bouem ſperantes.

Tanta hodiè eſt, fuitque pænè ſemper, ab auræis mòx ſæculis, φιλοτιμία, & propriæ excellentiæ cupiditas, vt meritiſſimè Calphurnia lex, ſi nunquam fuiſſet, nunc ſtatui debere videatur.

Ingerunt ſe in Principum amicitias, per ſtultam ſapientiam multi, &, quaſi pro Penelope, imò pro Helena, certatim, vt Principes amicent, pænè procari non erubeſcunt. Vt vmbra corpus, ſic *ſequitur fortunæ lumina vulgus.*

Tanto ergò agmine Volonum dicam? an violentorum? amicorum, ex quibus delictum optimorum facere Principes poſſe ſibi videntur (etſi ſæpè copia tanta nocet, & peſſimi non raro optimis præferuntur) Curias velut obſidente; quur miremur, Reges tã faciles eſſe, ad veteranos amicos leuiſſima, aut nulla, cauſa explodendos?

*iij. *Subplantatores*; & Eunuchi Regum incantatores, Colax, Morio, Ludio, & mille id genus homines, 9. Subplantatoribus,

alienæ fælicitati inſidiantes, conanteſque aliena miſeria beatitatem ſuam ſtatuere, aliorum deſcenſu aſcendere, aliorumque ruina ſibi gradum ad altiora facere; quò vt pertingant, apud Reges & Potentes ferè plus nimio credulos, delationibus, & calumnijs ſæpiſſimè veteres Regum amicos traducunt, ac ſede gradu ſuo ipſos deturbant.

Et *rana* loquax *in penetralibus Regum ipſorum*. pſal.

Senec. in Hippolyto. *Fraus ſublimi regnat in aula.*

Senec. lib. 7. de benef. *Nec quiſquam fingere contentus eſt leuia, cum magnitudine mendacij fidem quærit.*

Idem ep. 3. lib. 1. *Errat ille, qui amicum in atrio quærit.*

Idem ep. 2. libri duodecimi. *Ambitus tàm ſollicitus eſt, ne quem ante ſe videat, quàm ne ſe poſt alium.*

*Incuruare* (inquiunt tales honorato & optimo cuique) *vt tranſeamus.*

Noſtrates vulgo id vocant *felem alicui in tibias injicere.*

Sebaſtianum quendam ſub Valente Eunuchi, qui Imperatores ſopiunt, animi eius rectitudine offenſi, imperio deſtitui procurârunt. *Suidas in Sebaſticis.*

*Venerunt ad Demetrium viri iniqui & impij ex Iſraël & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri Sacerdos: & accuſauerunt populum apud Regem dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius, omnes amicos tuos, & nos diſperſit de terra noſtra.* 1. Machab. 7.

Itaque *vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum.* Iac. 3

Contentio, & *Malitia* ſubplantatorum iſtorum *tranſuertit ſenſum* Principum *ſine malitia*, & minimè
*Iac. 5.* ad fraudes eruditum.

Vt *naues cum magna ſint, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit*; ſic ſæpè Reges quamlibet Magni & circumſpecti, neſcio cuius locutuleij lingua hùc illùcque, nunc ad huius indig-

ni ineptum amorem, nunc ad illius immeriti capitale odium adducuntur, abducuntur, reducuntur.

Ita non rarò vnus Eunuchus animum Principis occupat totumq; tenet, vt deinceps dicere vix poſſis, *cor Regis in manu Dei eſt*, ſed in manu vnius, illius adulatoris, qui vt mollè cerâ illud vt vult fingit, refringit, vertit, conuertit peruertit, *mutat quadrata retundis*, triangularia quadratis, Regemque, vti vult, Iupiter ſcilicet ille nouus, transformat & alterat arte.

Ità vulpem vulgò fabulantur, apud Leonem cætera animantia traduxiſſe: & ipſa viciſſim, cum viderent apud ſuum ſe Regem, occaſione vnius omnia regentis vulpeculæ, plùs, quam vellent, viluiſſe; etiam ſtatuiſſe, magno conatu vulpem in Regis odium trahere; itaque ipſi vulpeculæ tandem, ſpecie honeſtæ legationis, ad diſquirenda ſcilicet quæ ad Regem Leonem ægrientem ſanandum facerent, ablegationem è Curia procùl, procurâſſe. *Apolog. apud Ant. Gueuarram p. 3. epp. aur. ep. ad Neptem ſuam.*

Alij aliorum, dimiſſionem, quorum oculatam præſentiam reformidant, ſpecie honoris procurant.

Regum animos quidam verbis ſuis quaſi paſtillicant, & quò, & quà volunt, verſant, vti paſtillos piſtores & pharmacopœi, aut vt crudas & adhùc rotæ hærentes glebas figuli Samiorum. **Quos Regum figulos poſsis adpellare**

Ex vaſis gloriæ efficiunt *vaſa contumeliæ*, atque ex phialis pellucidis, lebetes fuliginoſiſsimos;

De *vaſe electionis*, vas Eiectionis;

De Legato, relegatum; id eſt bonos Principes corrumpunt vnà & perdunt.

*Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam.* pſalm. 108.

Ierem. 18. *Deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam. Et diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis: conuer-*

*ſuſq;*

*ſuſque fecit illud vas alterum , ſicut placuerat in oculis eius.*

Quot in Curijs Principum adulatores, tot ipſos figulos vides, quorum rotæ ſunt doli animique verſatiles, quorum vi Reges, vti volunt, formant.

Iactare illi propemodum poſſunt de Dominis ſuis Regibus, Regumque populis, quod olim Dominus, ad populum Iſraëlitarum, apud Ieremiam; *Numquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſraël ait Dominus: Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſraël.* Ierem. 18.

Habet Figulus in lutum ius formæ, ius frangendi, ius refingendi? adulatores habent in populum ius vitæ & necis, ita Reges ſuos vſurpant abutendos.

Illud Pilati ad Chriſtum; *Neſcis quia poteſtatem habeo dimittere te?* iactare poſſint illi ſæpe ad populum, verius quàm iuſtius.

Danielem ſummo iam loco apud Nabuchodonoſorem, an non quidam eius farinæ homines, tantæ ius promotioni inuidentes, religionis peregrinæ ipſum apud Regem adcuſantes, è ſummo loco, ad lacum leonum dettaxerunt?

Mardochæum Aſſueri Regis olim ſeruatorem, populumque Iſraëlitarum vniuerſum, an non Aman Macedo, apud Aſſuerum ipſum pænè oppreſſit?

Aratum quemdam adoleſcentem, quo Rex Ptolomæus ad ſe ob virtutem allecto in omnibus vti decreuerat, nonne inuidi quidam criminati, omninò apud Regem exautorârunt?

Palamedem vtiliſſimum bello Troiano Ducem nonne perdidit falſa proditio, inuentum fallacis Vlyſſi? *Ouid. lib.* 13. *Metam.*

Nôrunt lippi & tonſores, & qui, & quem populi, & quam Nobilitatem & apud quem Regem (vt ſtorent ſcilicet ipſi, illorum miſeria & ruina magni) ita infamârunt, vt nulla hactenùs ſpongia deleri infamiæ macula potuerit, non ſanguine belli diuturni, adeò vt, ex Augeæ Regis Eliorum bubili ſordidiſſimo, facilius Hercules triginta annorum fimum, traducto per

modo

medium Alpheo flumine, egerere potuerit, quàm mi-ſeri illi accuſati facta atque infecta ab æmulis ſuis ſibi aſſcripta vel adſicta, pænè toto ciuium ſanguine e-luere.

Hinc populus olim, merito ſuo, Principibus ſuis ſemper cariſſimus, vixit deindè iiſdem ſuſpectiſſimus; Proceres olim eiſdem gratioſiſſimi, apud ipſos iam diu non diſſimiles exautoratis.

*Multi* ſcilicet (aiebat prudentiſſimè Rex magnus Artaxerxes) *bonitate Principum & honore, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam, & non ſolum ſubiectos Regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias ... Et in tantum veſaniæ proruperunt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni ſint, mendaciorum cuniculis conentur ſubuertere, dum aures Principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt*, & pietatem Regũ ſua crudelitate commaculant. *Eſther* 16.

Itaque per tales fit, vt etiam ij, quibus in Curia valdè arridere fortuna videbatur, facilimè ab eadem deſtituti, ex ſummis ad ima caſu grauiſſimo, derepentè, ignotis tam cauſis quàm autoribus, corruant.

Vt ſolum ipſum (a quo firma quæque ſolida nominantur) quantumuis ſtabile & natura immobile, tamen à vi ventorum, qui in viſceribus eius innaſcuntur, videmus nonnunquam à ſedibus imis commoueri, patique è montibus ſuis valles, è vallibus montes fieri, & ruina ciuitatum dorſo eius incubantium, ſic repentè adobrui, vt dicas, & *campos vbi Troia fuit*; Sic vitios primores ſæpè videre eſt, iamdudùm ſolidam in Curijs Principum gratiam ſuis meritis conſequutos, mòx mòx, neſcio quorum adulatorum, quaſi ventorum ſubterraneorum ſubflationibus & ſuggeſtionibus, illa deſpoliari, ruere, ac omninò nullos, & nihili fieri.

Ex ouibus, lupos veſpertinos, ex roſis rubeis, albas efficiunt, calumniarum ſuarum auri pigmento, eiuſmodi aſſentatores,

*Candida de nigris, & de candentibus atra. Dicunt nil bonum.* Columina ipſa Reipubl. aut Prouinciæ, ſunt ipſiſſimas ipſarum peſtes; & faſcino efficiunt, ut rerum Dominis videri.

Vt Baptiſta ſic ab Herodis gratia exciderit; vt qui heri vndequaque honoratiſſimus vir, hodiè latronis inſtar in vincula coniectus ſit, non putatis, fortaſſe tam ab aliquo Curiæ ſubplantatore, Herodiſque adulatore, quam ab ipſa Herodiade adcuratum?

Dictus eſt apud Regem fortaſſe homo nimis tetricus, nimis Cynicus &c.

Dictus eſt, Regem concionibus ſuis apud populum valdè exautorare; vehementer Maieſtatem lædere; auſu temerario falcem ſacram in Politicam meſſem non dextrè nec opportunè mittere; forſitan & obliquè regnum adfectare &c. Quidni? De Chriſto etiam innocentiore peiora apud Pilatum iactata ſunt.

4. Negotiorum regiorum natura,

* iiij *Genius negotiorum regiorum*, talis, vt
- 1. *Secretum poſcat;*
- 2. *Vtilitatem ferè ſolam quærat.*

j. Quibus aduerſatur multa communicatio,

* 1. *Secretum poſcat*, adeò, vt pænè nulli ſecundo integrè conſilia Regum credi poſſint.

Non ipſis vxoribus, quæ in Regum ſinu dormiunt, ſinus Regum debeat patere.

Samſon imprudentiſsimè, qui Dalilæ ſuæ quamuis importuniſsimæ ſedem virium tantarum ſuarum, & quaſi totius belli neruum tandem prodiderit.

Arcana & *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt.*

Sigillis pluribus ſeptem ſignare ſua Reges, congruit.

Itaque vt multa in fronte Reges amicis oſtentent; ſemper tamen plura ac potiora condant in receſſu, & pectoris penetrali. Potentis *Fronti nulla fides.*

*Amicitiam atq; inimicitiam* (vt loquitur Ennius) non ſemper *fronte promtam gerunt.*

Ludouici XI. Gallorum Regis conſilium, quo Carolum ſuum, ob valetudinis imbecillitatem, ſcire latinè vetuit, præter vnum iſtud, *Qui neſcit diſſimulare, neſcit*

*neſcit regnare* ; multorum Magnorum pectoribus altiſsime inſedit. *Phip. Cominæus in hiſt. Vincentius Lupanus lib. 1. de Magiſt. Francorum cap. 9.*

Tiberius Imp. nullam æquè ex virtutibus ſuis ac diſſimulationem diligebat. *Cornel. Tacit.*

*Aquam benedictam Curiæ* aliquem *dare*, iam prouerbio noſtrates iactant, quem fallere, aut vanis ſpebus alios lactare ſolitum putant. Quamobrem ſic? An non fortè, quoniam ſæpiuſculè experti ſint, Curiæ & Aulicorum eſſe proprium, aut fallere, aut ſpe vana paſcere?

Omnia ſcilicet Potentibus ſuſpecta, omnia ſolicita ſunt.

*Siquidet Saul quod Dauid prudens ſit nimis* ; *cauere eũ* occipit. 1. Reg 18.

Si dederint populi *Dauidi decem milia, Sauli mille*; inuidebit Saul, & credet, nihil Dauidi dandum ſupereſſe, niſi ſolum regnum. *Ibid.*

Sic ferè amant Potentes, & ſic ſe credunt ſuis, tanquam aliquandò ipſi ſint oſuri, ex Biantis (vt quidam falsò putant) præcepto; aut tamquam aliquandò futuri ipſis amicis ſuis exoſi. *Vide Cic. de Amici.*

Senecæ illud rarius eſt qui exaudiat, *Amare ſic incipe, tamquam non liceat deſinere.*

Itaque Potentes fere impetum beneuolentiæ, vti curſum, ſuſtinent, ſibi imperant, ne nimium fidenter quemquam ament, ne cuiquam familiarius myſteria regni omnia communicent.

*Quæ tamē vna confirmat amicitias,*

Cic. in Lælio. *Quonã enim modo quiſquam amicus eius eſſe poterit, cuius ſe putabit inimicum eſſe poſſe?*

Quo modo omnia in aurem ſinumque eius ſecreta effundat, quem ſit aliquandò deſerturus, vel à quo ſibi videatur aliquandò deſerendus?

Sed valet Biantæa illa (ſi tamen Biantis eſt) diſciplina, valet inquam, ad amicitiam ſi non omnem tollendam, certè ad veſculam & omninò exilem ſemper ac minimè vegetam efficiendam, ac conſequenter ad faciliùs diſſoluendam, quod ſc. non adeò multus eſt extirpandæ rei non altùm radicatæ labor; quòd non

multa

multa dedolendi,|dediſcendi, deſueſcendi anxietas eius, quod nunquam altè impreſſum fuit.

Ergò faciliores ad diſſoluendas amicitias ſunt potentes, vt quas ſc. diffidentia ferè ipſis neceſſaria nunquàm eſt paſſa altè radicari.

Vt exilis valdè eſt matrum de morte embrionum, aut de liberorum mòx à partu, aut ablactatione rapcu mæſtitia, grauior de mortuis cum adoleuiſſent, & cum ipſæ longo tempore amorem natorum concepiſſent; ſic de amicitijs debilibus exiguus dolor, cum deſe deſierint.

Rurſus; Secretorum iam communicatorum vincula, in multis id faciunt, vt ſuos non deſerant, ne ſont, quæ qui deſerti ſunt, ſciunt incommodo maximo deſertoris, alijs prodant. Secretorum communicatio, quaſi obſides quidam, quędam arra, & quoddam pignus, certiſſimaque cautio eſt amicitiæ haud leniter diſſoluendæ.

Iuuenalis homo acutiſſimus vidit, quid ſecretorũ communicatio, ad amicitiæ vel veræ vel ſimulatæ firmitudinem poſſit, cum dixit,

*Quis nùnc diligitur, niſi conſcius? & cui feruens*
*Aeſtuat occultis animus, ſemperq́; tacendis?*
*Nil tibi ſe debere putat, nil conferet vmquam,*
*Participem qui te ſecreti fecit honeſti.*
*Charus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,*
*Accuſare poteſt.* Iuuenal. ſat. 3.

Sed ſecretorum ſuorum communicatores haud faciles ſunt Principes (vti dixi:)

Ergò & ad deponendas mutandaſque amicitias faciliores, tum quòd minimo dolore ab amicis vix amicis diſcedant, tùm quod nihil timeant ab eis, quibus omnia, aut valdè multa regni ſui Sacramenta ſtudioſiſſimè occultauerunt. Prodi ſe aut ſua nihil timent.

ij. **Vtilitas quæritur,** *2. *Vtilitatem ſuam* ferè quærat. In ea enim inhumana ſententia ferè Potentes verſantur, vt *præſidij adiumentiq́; cauſa, non beneuolentiæ neque caritatis, amicitias eſſe expetendas* putent.

Tam-

Tamdiu & tantum amant, quamdiu & quantum egent, dum ſcilicet emerſerint.

Ruſticationem & mercaturam quamdam illos hic dicas exercere, quamlibet Nobilitatis id eſſe proprium ab illis abeſſe quam longiſſimè.

Vtenim Ruſticus amat, paſcit, colit, vaccas, oues, gallinas, agros alios alijs impenſius, quòd hæ lactis, agnorum, lanæ, ouorum, iſti frumentorum alijs ſint fœcundiores; ſic illi in amicos vtiliores propendent magis.

Vtiliore ſuperueniente, minùs vtilem ferè dimittunt.

Cicero, aut quiuis alius autor, libro ad Herennium de Inuentione 2. *Amicitiam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam vtilitatum ſuarum. Prata, & arua, & pecudum greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex eis capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita eſt.* **Amicitiarum peſtis.**

Iure dixeris de talibus, quod quidam de Thaide meretrice; *Thaida ſi quis amat; non ſe, ſua credat amari:*

*Thais amore carens, munus amantis amat.*

Diſce, vel ex militibus, quos æquè omnes, & qualeſcunque, & vndecunque confluentes, bellis adhùc feruentibus videas excipi humaniſſimè, amicari, demulceri, honorari &c.

Quid? etiam alicubi *nulli geſtanda dabuntur Signa Ducis, niſi qui ſcelerum iam fecerit vſum, Adtuleritq; in caſtra nefas.* Lucanus.

Audaciſſimus, perfidioſiſſimus, ſceleſtiſſimus quiſque ferè receptiſſimus.

Defetbuerit verò bellum, & candida Pax poſtliminio adflictum regnum, reuiſerit; mòx videas chariſſimos olim illos, & tantos nuper amicos tirones, veteranos, Centuriones etiam & Tribunos exautorari, ſæpè & rude indonatos, non lauro non auro honoratos, nonnunquam nec ſtipendijs emeritis ritè numeratis dimitti, forſitan etiam multari, & lorum pro

 lauro

lauro illis ipſis rependi, quorum arma egregiè hoſti reſtiterunt, auita regna Dominorum conſeruàrunt, forſitan etiam Dominis noua quæſierunt.

Ceſſat vtilitas, vel neceſſitas? *ſacra roganda via eſt*, tàm amicis Potentiorum ferè quam meretricum. Vtroſque ad amicitias egeſtas procliues facit, & vtilitas.

Dauidi de debellato Goliatho, quæ ſtipendia Saul numeràrit, quis neſcit?

Quis neſcit ab illo deindè ſtratagemate, Saulis in ipſum odia? inſidias? ſimulatas & doloſas paces? exilia? ac tantum non mortes? Hic pietatis honos, hic liberati Regis & patriæ, per monomachiam adeò imparem & periculoſam, Dauidis ſtipendium vel mors, vel perpetuum exilium.

Diſce & hoc ipſum, vel ex dicendi ad populum magiſtris. Ipſi enim (quamdiu nihil, niſi reddenda *Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, cui tributum, tributum, cui honori honorem &c.* eiuſmodi pronunciant; quamdiu aduerſus turbulentos nouatores & coniuratos; quamdiu de obedientia Superioribus a ſubditis bona fide præſtanda, de Regum Iuribus, & pro Regibus, vti & ſæpè neceſſarium eſt, loquuntur:) doctiſſimi homines ſunt, iudicioſi, diſertique ab ipſis cenſentur, & mitris omnibus, ac pænè ipſa Petri ſede digniſſimi; mutato autem per iuſtam occaſionem ſtilo, non etiam animo, ſubijciant illud, *vt quæ ſunt Dei, Deo*; doceant Sacerdotes Regibus præhonorandos, Regibus in Clerum & Sacra nihil iuris, non tantum in Sacerdotia, in monaſteria & Epiſcopatus, quantum vſurpant; vel duntaxat muſſitent, militem indiſciplinatum diſciplinatiùs habendum; tributis in luxum non abutendum; popellum pro ſubditis, non pro mancipijs habendũ; *Herodi non licere habere vxorem fratris ſui Philippi*, & viui & fœcundi; mòx ijdem illi, mutatis tam animo quã ſtilo, ipſos illos, quos heri Apollines magnoſq; Prophetas, adpellabant, hodiè delirare, repueraſcere, nõ ſtuduiſſe; vltra crepidam ſutores velle; res politicas

nihil

nihil ad illos pertinere, ſed breuiarium & roſarium vociferabuntur; blaterones eſſe, omnibusque cathedris explodendos &c.

*Abſq; Synagogis facient vos.*

An non igitur qui primum iſtos politica conuenienter & vtiliter Potentibus tractantes ſic audiebant, ſic colebant, ac faſtum non adorabant; deinde craſtino eoſdem eadem quidem, ſed commodiuſculè ſaluti Reip. & popelli, ex æquo & bono, adtingentes, deliros cenſent, aut minùs amant, meritò videri dicique poſſunt, amicitiam cùm talibus magis commodi ſui, quã charitatis cauſa coluiſſe?

Ergò Potentes ferè tamdiu amicos colunt, quamdiu vtiles experiuntur.

—— *Ferè maxima pars morem hunc homines* potentes *habent, quod ſibi volunt*

*Dùm impetrant, boni ſunt: ſed id vbi iam penes ſeſe habent*

*Ex bonis, peſſumi & fraudulentiſſimi ſunt.* Plautus in Capteiueis.

Vulgus noſtratium veriſſimè noſtrate lingua; *Seruitium Dominorum, non eſſe hæreditatem*, id eſt, non eſſe peculium inſtar fundi, firmum ac perpetuum.

At vbi vtilitas in amicitia, vel ſola, vel maximè quæritur, quid reſtat, niſi vt eadem, vtilitate ceſſante, facillimè fiat diuortium? **Ceſſante enim ipſa & ipſæ intermoriuntur,**

Cic. in Lælio. *Si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret.*

Senec. epiſtol 9. libri 1. *Amicus, qui cauſſa vtilitatis aſſumptus eſt, tamdiu placebit, quamdiu vtilis fuerit.*

* Sed contingit, amicos Potentum Potentibꝰ vtiles eſſe deſinere, vel iam ceſſantibus Potentũ neceſſitatibus, vel amicis ipſis nùnc per ætatem, nùnc per fortunã, nùnc per rectę Conſcientiæ dictamẽ impotentibꝰ. (Poſſit .n. vel Palatinus ille, vel Curia, ab amico, quod

iuſtum non ſit, huic poſtulare iſti præſtare; verbi cauſa; vt aut libidinis miniſter, aut adiutor ſit ad iniuriam; aut vt ſit in libidine & iniuria diſſimulator; quorum alterum hic Herodes noſter, de ſua libidine & in fratrem iniuria, optauit, nempè Baptiſtam de his ſilere; Baptiſta autem, vt vir bonus, renuit, cum ſilere Concionator diuinitus deſtinatus, niſi turpiter, non poſſet.

Ergò, & hinc amicitias cum Potentioribus non modò facilè diſſolui, ſed ſæpè etiam in odia acerbiſſima ac ſempiterna conuerti contingit, non rarò exilia & mortes adferre.

**Vt liquet ex Baptiſta & Herode.**

Ecce tibi ex textu noſtro, exemplum ad manum; *Herodes* hodiè *miſit, ac tenuit Iohannem, & adligauit eum, & incluſit in carcerem propter Herodiadem &c.* Iohannem, inquam, illum heri tam carum, ac penè delicium ſuum.

Et mòx mòx eundem occidiſſet, neq; vinctum diu aluiſſet, niſi populum timuiſſet.

Et quem Ioannem? illum ipſum, quem heri ac nudiuſtertius ille ipſe Herodes ita *cuſtodiebat*, ita *libenter audiebat*, ita *multo audito eo faciebat*, vt dormire non poſſet, niſi cunis ſuis (vt aiunt) à Iohanne agitatis.

Commodus fuit Herodi Iohannes, quum Iuſtitia, Turbis, Publicanis, Militibus prædicauit, quoniam *opus Iuſtitiæ, Pax* Regum & Regnorum? Herodes illum tùnc *timuit*, tùnc reuerenter habuit; tùnc *cuſtodiuit*, obſeruauit; tunc *libenter audiuit &c.*

Incommodior deindè eſt viſus, quum dicere cœpit, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui &c.?* & quum *corripuit Herodem de omnibus malis quæ fecit?* Cœpit eſſe contrarius operibus non tàm regijs, quam tyrannicis? Tùm dicto citiùs mutata in odium heſterna obſeruantia, *miſit* Rex *ac tenuit eũ, adligauit, incluſit &c.*

Hoc *crimine ab vno*
*Diſce omnes.* 2. Æneid.

**5. Fortuna ſecunda.**

* v. *Fortuna*, quæ, quò cuique maior beatiorue contingit, hoc Inferiorum cum ipſo amicitias inſtabiliores facit.

Parui faciunt eos, quorum bonorum non egent, alios contra egere ſuorum non ignari.

Cic. in Lælio. *Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. Non enim ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumq; efficit cæcos, quos complexa eſt. Itaq; illi efferuntur faſtidio, & contumacia, neq; quidquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui anteà commodis fuerunt moribus; imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari: ſperniq; ab eis veteres amicitias,* & indulgeri nouis.

Quod ſcitiſſimè aiebat quidam, aliò ſpectans, *Nō benè conueniunt, nec in vna ſede morantur* *Ouid. metam.*

*Maieſtas & amor*; hùc leniter torqueri poſſit.

Nam cum Magni ferè ab amicis minoribus ſecum agi velint, vt cum Magnis, non vti cum amicis ac paribus & alteris ſe (quod in vera amicitia expedit:) minores contrà non ſe minores ſemper, ſed amicos recordentur, & hæc pares arbitrentur, itaque verſentur loquanturque nonnunquam cum Magnis illis, vt cũ paribus; Hinc fit non rarò, vt offenſi illi opibus Magni, animis Maximi, ſpretis citò amicitijs veteribus, nouis indulgeant, ſpe prolixioris à recentibus illis reuerentiæ. *el reſpetto, el deſpetto, el ſuſpetto quattano tutto*, aiunt Itali profectò veriſſimè.

* *Deinde*; Amicus amico ſeruit, idemque ab amico expectat. Seruire autem neſcit Maieſtas Potentiorum illorum, adſueta ſcilicet ſeruitijs præueniri. **Iuribus amicitiæ repugnātiſsima.**

Paradoxa illa noua & vetera, *Maior ſeruiet minori*; *Et, qui maior eſt veſtrum, ſit veſter miniſter*, non didicerunt Potentes, vt opere illa repræſentent. Itaq; verè amici eſſe non poſſunt.

* *Rurſus*; Amicus amico fidenter pænè imperat, vt ſibi.

Sed qui cuiuſque etiam maiorum, imperium omne perhorreſcunt; amicorum minorum qui ferant?

*Qui Rex eſt, Regem, Maxime, non habeat.* Martial.

* *Item*; Amicus ad amici offenſiones tacet, patitur

&c. Potentes illas vt tormenta patiuntur, grauiſſimè commouentur ſc. & iraſcuntur.

* *Item*; Amicus amico ignoſcit (*amici vitia noris, ne oderis*, ait ille:) Potentes vlciſcuntur.

* *Item*; Amicus neſcit adulari, ſilere ad amici vitia; Potentes nulla re adeò vt adulationibus delectantur, monitoribus etiam blandiſsimis aſperi & iniqui, clauſis ſemper auribus Veritati. Omnia cum habeant aut habere cupiant, vnum hoc nolunt, qui ipſis, de ipſis verum dicat.

Cic. in Lælio. *Monere & moneri proprium eſt veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè, alterum patienter accipere, non repugnanter.*

Itaque, dùm amicus pauper cum potentiore, non tàm incautè, quam candidè procedit in omnibus vtens amicitię iure, nec timet Potentis amici vitijs maledicere, & paria ab illo poſcere, dùm ſe amicitiæ iure alteri putat parem; contra verò Potens impotenter atque impatienter accipit, cogitans illam, quam dignitatis ſuæ maieſtas facit, imparitatem; facilè inciditur, in repentinum amicitiæ veteris vel diſsidium, vel diſſolutionem.

Adeò vndequaque lubrica & *difficilis* (vt ille ait) *cultura Potentis amici*, non minus, quam ſerpentis capti retentio, de qua illud eſt. *Si laxas erepit, ſi ſtringis, erumpit.*

*Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt* quidem, ſed res ſanè perlubrica. *Horat. lib. 1. ep. ep. 18. ad Scæuam.*

Satius, audire foris & procul à Curia, aut legere, quid in Curia geratur, aut quales ſint Curiales illi & amici Curiæ, quam in Curia verſari velle, & in ipſa Curia, Curiæ mala, & rerum meliorum incuriam experiri; vt ferè aiebat doctus ille Franciſcanus, in Curia maxima Caroli V. Imp. diu multumque verſatus. *Anton. Gueuarr. tom. 1. epp. aur.*

*Notiſſima vox eſt, eius, qui in cultu Regum conſenuerat. Cum quidam illum interrogaret, quomodo rariſſi-*

*nam rem in Aula conſequutus eſſet, ſcilicet Senectutem?* *Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipſis,* ait etiam Aulicus alius Imperatoris alterius, *Seneca libro ſecundo de Ira.* Ite nùnc, ite, & confidite in Principibus &c.

Baptiſta (opinor) non modò iure Officij Concionatoris & Legati Dei, ſed amicitiæ cum Herode maximæ, etiam fiducia, auſus eſt liberè, non aſperè tamen, eumdem adulterij, & omnium malorum quæ faciebat, admonere: ſed Herodes ipſe nec officio quidquam, nec amicitiæ tribuens, minimè patienter, nec vt Concionatorem, nec vt amicum, illum audiuit.

Baptiſtam, velut oblitum Maieſtatis amici, minimè amicè tulit reprehenſorem. Regem ſe, non amicum, meminit.

Docuit amicos ſic cum Potentibus, vt Magiſtri & amici leonum cum leonibus ſolent, timidè, ſcilicet, & cunctanter, conuerſari.

## III.

*Quàm ſtulti Curiarum ac Potentiorum nimij ſectatores.*

Itaque eſt, cùr valdè quædam mirer in quibuſdam nimiæ Curiæ ſectatoribus, & (vt ſic vocem) veris procis.

Mirabile valdè, poſſe
- 1. *Ambiri adeò Curiam & Potentiorum amicitias;*
- 2. *Fieri omnia in Potentiorum gratiam mòx deſerturorum;*
- 3. *Amicitias Potentiorum diuinæ anteponi.*

**Itaque hæc miranda,**

*1. *Ambiri Curiam &c.* adeò, vt dicere poſsis Principes à quibuſdam obſideri, etiam à quibus minimè oportebat, ſcil. ſortis hominibus &c.

**1. Sic ambiri Potentiorum amicitias,**

Non aliud ſpirare, quàm Curiam, illos putes, non aliò adſpirare, non malle vel in Cœlum & Concilium Superorum aſcendere. Tàm ardentes Curiæ procos eſſe, quam Paridem Helenæ.

Ita ſcilic. muſicæ quædam miſellæ flammas amon magno circumuolitát, à quibus mòx amburantur; & aliæ quædam vnguenta lætanter delibant, quib⁹ mòx immoriantur.

Dixerit meritò quiſpiam de talibus, quod olim iocabunda vulpecula apud leonē, de aſino illo tandem trucidato, quem auaritia & ſpes exonerandi ſui & alios onerandi tertium ad Curiam ægroti leonis reduxiſſet, cum ſemel iterumque manifeſtum periculum euaſiſſet, dixit, nempè *neq; cor neq; cerebrum aſinum illum habuiſſe*. Tam enim excors, profectò eſt mentiſque impos, quàm aſinus iſte, quiſquis Curiam ita ambit, aut Aulicos. *Anton. Gueuarra epp. aureis ep. 26. ad Mariam Gueuarr. neptem ſuam.*

O Curia curatum officina, *Omnis qui viderit te, reſiliet à te*, ſi quid curat ſalutem, & ſecuritatem.

Aulici cuiuſdam quondam magni vox ad amicum, non contemnenda;

*Vſibus edocto ſi quidquam credis amico,*
*Viue tibi, & longè nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita;*
*Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.*
*Nam quamquam ſoli poſſunt prodeſſe Potentes;*
*Non proſunt; Potiùs plurimum obeſſe ſolent.*
*Crede mihi, benè qui latuit, benè vixit, & intra*
*Fortunam debet quiſq; manere ſuam.* Ouid. li. 3. triſt. eleg. 4.

Græcorum prouerbio conſonanter, quo dicitur; *Procul à Ioue atq; fulmine.*

Contiguam habere caſam proceræ turri, aut rupi præruptæ parum tutum.

Quod de coniugijs vulgò dicitur, valere hoc ipsū vel in amicitijs deligendis *Si qua voles aptè nubere, nube pari*, id eſt, *amicitias & tibi iunge pares.*

Martialis prudentiſſimè, qui interea, *quæ vitam tam faciunt beatiorem*, cumprimis *amicos pares* recenſuit.

Ad Potentes, vti ad ignem accedendum, nec propè nimium, nec procul nimis.

Vt enim remota flammæ illuminant, propiora cõburunt; ſic Potentes procùl poſitos, ac rarius adparẽtes, ferè amant ardentiùs, propioribus iraſcuntur, & frequentiùs, & periculoſiùs.

*Formida ſublimia ſemper.*

Vt qui medicè viuit, miſerè viuit; ità ferè qui Aulicè.

2. **Horum cauſa ſic peccari,**

* 2. *Fieri omnia in* Potentiorum gratiam &c. bona, mala.

*Græculus eſuriens in cœlum, iuſſeris, ibit.* Iuuenal. ſat. 3.

Doëg Idumæus à Saule iuſſus, audet ſacrilegas manus cæde Sacerdotum Nobes cruentare. 1. *Reg.*

Sed Doëg erat, id eſt mortuus, ſed Idumæus, id eſt terrenus, & ſanguineus.

Malchus, vile ex Idumea mancipium, immemor auriculæ, quam Petrus gladio abſciderat, per miraculum ſibi iam iam à Chriſto reſtitutæ, alapam Chriſto, & armata, opinor, manu impegit, & dentifrangibulus factus eſt illius, *in cuius faciem Angeli deſiderant proſpicere,* nullo alio operæ tam egregiæ pretio propoſito, quam vt Caiphæ Summo tùnc Sacerdoti, & patrono ſuo, placere poſſet, dignum patella operculum.

Micheæ 5. *Percutient maxillam Ducis Iſraël.*

Sed & hic erat Idumæus, & mancipiũ ſeruiliſſimũ, homini etiam contra Deum paratus ſeruire & militare. *Ibi fas, vbi maxima merces.* Lucanus.

Belliſarius Iuſtiniano Imp. Dux delli, etiam Siluerium Pontificem Max. vnius Auguſtæ mandato obedientior, quam diuino, mittit in exilium; itaque poſtea ab ipſa iure deſertus, atque excæcatus, tandem ſedentarius ad fores tugurioli ſuburbani ſtipem mendicare coactus eſt. *Breu. Roman.* 20. *Iunij.*

Homo aulicus Principi contra Deum militans, accepit dignum tanto ſtratagemate ſtipendium.

D. Thomam Cantuarienſem Ep. Henrici Anglorum Regis adulatores quidam, in templo ante aram ipſam auſi ſunt obtruncare, tantum Regi vt placerẽt,

cui hæc vox eruperat, *Se in ſuo regno cum vno Sacerdote pacem habere non poſſe.*

Proh! ſeruum pecus Aulicos iſtos!

Volſæus Cardinalis etiam Aulæ ſeruus pro Henrici VIII. diuortio, ac nouis (vt credebat nuptijs) contra Deum homineſque auſus eſt militare, de quo *illud conſtat* (ait Sanderus) *cùm tamquam reus læſæ Maieſtatis regiæ adprehenderetur, eum dixiſſe: Vtinam nihilo magis læſæ Maieſtatis diuinæ reus eſſem! nunc autem, dum nulli rei magis incubui, quàm vt Regi penitus inſeruirem, & in Deum peccaui, & Regis gratiam non obtinui.* Sanderus lib. 1. de ſchiſmate Anglic.

Eccui ignoti ſunt Guiſianorum, & maximè Cardinalis, Eccleſiæ Principis minimè temerandi, ad gratiam vnius (ſcitis cuius) percuſſores?

Vidi, qui pro Principe ſuo, gladiũ nudarit ac ſtrinxerit, in turbam populi magnam, aliquem etiam vulnerarit, ac pænè totam turbarit ciuitatem (iurene an iniuria nunc non diſputo, viderint ad quos ſpectat) ideoque cæperit deinceps eidem Principi ex cariſſimo multò charior fieri, pæneque filij aut Patris loco haberi, ſed non ad multum tempus. Nam non ita multò pòſt, cùm neſcio quo modo Principis illius ſuimiſtros offendiſſet, ita omni gratia excidit, vt quam antea fuerat illi carus, tam eſſet illi deinceps odioſus.

Ah! nimium ſeruile genus, Principibus quam Deo paratius!

Quorſum, pro Herode, contra Iuſtitiam tam multa audere, quam audent multi, cum mòx auſos ſit Herodes deſerturus, fortaſſis & oſurus?

Ac, proh dolor! De-um deſeri

★ 3. *Amicitias* Potentiorum diuinæ anteponi, quæ tam ſtabilis, quam Deus ipſe.

*Ego Deus, & non mutor.*

*Miſericordia Domini ab æterno & vſque in æternum, ſuper timentes eum.* pſal. 102.

Deus quum ferit cum quoquam fœdera, ferit ſempiterna

piterna, Violatus etiam vix deſerit.

Et eſt Dei amicitia benè meritis tanto vtilior, quã-tò Potentiſſimis quibuſque hominibus creditur Deus potentior.

Putatis Curiam & opes Salomonis, ad quas tamen Sybilla illa Sabę regina obſtupuit, aliquid ad Dei noſtri magnificentiam fuiſſe?

*Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* 1. Cor. 2. ex Iſai. 64.

*Dicite iuſto, quoniam benè.* Iſai. 3.

Petrus vix delibata eius boni drachmula in monte Thabor vt exclamat! *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus* & æternam velit illam manſionem.

Quas voces D. Franciſcus, ſacri Ordinis noſtri Romulus, cum ad quendam liberalem Comitem aliquãdò ſe conferret, ſperans ſub eius ſignis decus adipiſci militiæ, noctu audijt a Domino familiariùs ita ſe interrogante; *Franciſce, quis poteſt melius facere tibi, Dominus, an Seruus? Diues an Pauper?* Et, cum reſpondiſſet, *Tàm Dominus, quam diues facere melius poteſt;* inferente ſtatim; *Cùr ergò relinquis pro ſeruo Dominum, & pro paupere hòmine diuitem Deum?* Eaſdem aulicis iſtis Potentiorum procis nunc repeto: *Quis poteſt ò Aulici melius facere vobis, Dominus, an Seruus &c?* Si Dominus, *cùr ergò relinquitis pro ſeruo Dominum &c?* D. Bonau. in vita D. Franſci c. 1. §. 4.

**Cuius tamen amicitia nulla vtilior.**

*Filij hominum, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* pſal. 4.

Optima Maxima amicis ſuis præſtat Deus ille Opt. Max. vt peſſima quoque & maxima, amicitiæ ſuę contemtoribus.

Ergò *Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine.* pſal. 117.

*Quis vt Deus*, quis ita potens & glorioſus?

Quis tam nullius egens, & tamen omnium gentiũ amici-

amicitias expetens, non egeſtate, ſed egenos iuuandi voluntate?

*Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in Principibus* pſal. 117.

*Quis vt Deus?* non hoſtire tantum is ſolet, aut talionem ſuis referre, ſed centuplum, etiam iſthic.

*Quis vt Deus?* non alius ad ſaluandum æquè ſpontaneans & bonus, ac Deus, non alius æquè verax, aut amicitiæ tenax atque efficax promiſſorum. Non ille aureis montibus tantum pollicendis diues, ſed etiam exhibendis.

Ditiſſimus omnium rerum Deus votis humanis ditior, beneuolentiſſimus, potentiſſimus.

*Quis vt Deus:* Homines nec quidquid volunt, poſſunt, nec quidquid poſſunt, volunt, nec ſemper præſtant quod pepigerunt.

*Ouid. de Arte.* *Horat. de Arte.*

*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt*, & montes aureos promittere; ſed non ſemper in promptu atque in manu eſt, *quod dignum tanto ferat hic promiſſor hiatu.*

Claudicat alterutro vel facultate vel voluntate, nonnunquam vtroque, ita vt nec libeat, nec liceat amico benefacere.

Itaque ab hominibus ſæpè ſi *parturiant montes, naſcetur ridiculus mus.*

Quæ igitur illa Aulicorum iſtorum dementia eſt, qui cum acciderit tempus, in quo *amicitia huius mundi* & Principis *inimica ſit Deo*, ſitque ab altero ad alterum, reipſa & opere, transfugiendum, malint ab Herodis partibus ſtare offenſo Deo, quam cum Deo ſtando & eius mandatis parendo, Herodem offendere?

Quis ſapiens, imò quis mediocri rationis vſu præditus puer non eius amicitiam amicitiæ alterius anteponat, quem videat conſtantiorem, opulentiorem &c?

Quæ auis adeò ſtolida, vt in cannis & a údinibus vento agitatis, nullam vmbram facientibus nidificare malit, quam in cedrorum Libani culminibus?

Quæ

Quæ aquila malit in ſcarabæi fimo, quam in ſinu Iouis acquieſcere?

Quis in Arena ædificare domum ſuam malit, quã ſuper firmam petram?

Quis in Delo aut tremulis illis terris (quas mòx dicebã) arcès locet potius, quam in cantibus Marpeſijs aut Namurcanis?

Malè igitur, qui malunt, Herodibus inoffenſis, Deum offendere, quam Herodem inoffenſo Deo.

Baptiſta verò ſapientiſſimè, qui vt Deo officioque ſuo ſeruiret, Herodem offendi ſuſque deque habuit.

Sed ſcio, accidit multis, quod illi adulteræ, quæ dicebat; *Video meliora, proboque,*
*Deteriora ſequor.* Ouid. Metam.

Curiæ, & Potentis amicitiæ *nomen iugiter tota die, ab omnibus* etiam qui in media Curia verſantur, egregiè *blaſphematur*, & audit paſſim peſſimè, eadem tamen ab omnibus pænè ambitur, raroque ab ſemel ingreſſis ſeriò deſeritur.

Quotus Aulicorum quiſque non illud Lucani ſæpè dixit, *Exeat aula Qui vult eſſe pius.*
*Virtus & ſumma poteſtas*
*Non coëunt?*

Quis nõ ſępè exclamauit, *Quis dabit mihi pennas ſicut colũba*, quis mihi Dędalus id faciat, & ex Curia *euolabo, & requieſcam? Ecce elongabo fugiens & manebo, & requieſcam?* aut iſtud: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei*, in monaſteriolo aliquo, *magis quam habitare in tabernaculis peccatorum?* aut illud: *Beatus, qui procùl negotijs, viuit ruſculo contentus ſuo?*

Prou. 17. *Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio*, ſtrepitu, & Curiæ curis.

Quò mihi multitudinem hanc victimarum, cum tanta multitudine curarum in Curia iſta mero curarum Oceano inexhauſto? quid hic moror, vt *notus nimis omnibus, ignotus moriar mihi?*

Quorſum ſenem & decrepitum in Curia fieri, cum

Simi-

Similio illo Duce Imperatoris Adriani, vt tumulo quoque inſcribatur, *Hic iacet Similius, annoſus quidẽ, ſed qui ſeptennio tantum vixerit?* Septennium enim iſta numerabat vir ſapiens, tempus, quo relicta Prætora & Curia, priuatus ſibi vni vixiſſet. *Dion. Caſſ. antiq. hiſt. in vita Adriani Imp.*

Quorſum? Cedam potiùs atque abibo.

Sed nemo tam abit, quam abiturit, aut eſt ſimilis abeunti.

*Dic mihi cras iſtud, Poſthume, quando venit?*

Cùr, qui ambiturus aditurusque Curiam, vt bonã, currebas; nunc abiturus, & tam malam deſerturus reptas? maximè, cum ſit ferè natura animantium omnium mali fugitantior, quam adpetens boni?

Sed quid? *Non poſſum* (inquis) *tecum viuere, ô Curia, nec ſine te.* Martial.

**Curiã adſimilari Helenæ,** Curiam ergò Helenæ illi, Dijs ipſis ſtupendæ pulcritudinis fæminæ (vt autor eſt Demetrius Moſchus) iure compares. Nam, vt eam, etſi primis amatoribus ſuis aut damnoſam aut luctuoſam, non tamen ſemper amatores deperierunt; ſic Curiam multis exitialem, ſemper multi colunt.

Theſeum primum ſuum amatorem, & ſeu raptorem ſeu cuſtodem, Helena illa multis incommodis adfecit, regno Athenarum exuit, vt in Theſeo refert Plutarchus.

Eadem deindè Menelaum maritum, neſcio quem hoſpitem Paridem furtim ſequuta, deſerendo multũ adflixit, nec minus infamauit, & Græciam totam in Troianos armauit.

Nihilominus eadem etiam flagrante bello inuenit amatores ac defenſores.

Quin &, quamquam Troianorum ſenes prudentiſſimi (vt eſt apud Homerum Iliad. 3. de ipſa dicerent,

*Omninò immortalibus Deabus vultu ſimilis eſt:*

*Sed licèt talis ſit, in nauibus redeat*

*Neque nobis, liberiſq; in poſterum detrimentum relinquat*, quod notat Ariſtoteles libr 2. Eth. c. vltimo, quẽ exponens Albertus Addit, Sapientes plebis non niſi

auctio

auerſo vultu terga vertentes eam euaſiſſe, vocemque publicam fuiſſe, *Helenam eſſe fugiendam*, ne fixius pulchritudinem ſuam intuentes alliceret ac ligaret; Inuenit tamen etiam tunc ſtultum ſuum, Deiphobum Paridis fratrem, qui mortuo Paride, ſe vxorem quoque duceret, ſed maiore damno atque iniuria, quam priores. Nam quum ea, Græcos ſuos, deſperata Troiæ captiuitate, velut abiturientes, oſtentato ex arce ſigno quod conuenerat, face ardenti reuocaſſet, atque ita Troiam Græcis prodidiſſet, capta iam vrbe, etiam Deiphobum iuſto marito Menelao (quem ad eius dormientis conopæum introduxerat) occidendum propinauit, ſicque vnius temporarij mariti cæde, iuſto marito Menelao iterum eſt conciliata. Fœmina ſanè iam tùm perire digniſſima, cum peſtilentia Lacedæmonem vrgente, & oraculo ſignificante, *luem ceſſaturam, ſi quotannis nobilem aliquam virginem immolarent*, ipſam aliquandò ſorte ductam, ornatam, ac benè vittatam, iamque ſub cultris poſitam, aquila deuolans ſeruauit, quum gladium ſcilicet abripuiſſet, illatumque in armentum buculæ impoſuiſſet, *vt refert Plutarchus tom. 2. moral. in parallelis. Et Pierius Val. l. 19. Hieroglyph.*

Illi illi, tam multis infauſtiſſimæ, fœminæ, Curiam & Herodis amicitias compares. Vtraq; enim amatoribus ſuis perniciosiſſima.

Vel certè Dalilæ, quam tanto ſemper ardentiùs infœlix Samſon deperibat, quo illa frequentius doloſiuſque contra Samſonem pro Philiſtæis egerat. **Dalilæ,**

Vel ſexui fœminarum, quas etſi æquè omnes verbo blaſphemant, re tamen vera ferè nemo non amat, & rarus eſt, qui refugiat nuptias. *Non* enim *omnes capiunt hoc verbum.* **Amori fœminarum,**

Vel militiæ, quam fractus bello miles quiſque exſecratur, nec tamen deſerit, aut quum deſeruit tantiſper, mòx *repetit quod nuper omiſit*, vt primum vel ſignũ extollitur, vel tympana quatiuntur, id eſt, mòx vt miles conſcribitur. **Militiæ,**

Vel Ebrietati, quam ebrij omnes doloribus capitis

**Ebrietati,** pitis moribundi, & ructabundi noctu damnant, diluculo tamen primo ad immania ſua pocula rediturí.

**Caſeo,** Vel caſeo, qui ab omnibus pænè, medicis non medicis, malè audit, ſine quo tamen vltimæ menſæ, etiam medicorum, putantur inhonoræ.

**Equo Seiano,** Vel meliùs equo Seiano, de quo ita priſci loquuntur. Creditus eſt equus ille ex Diomedæis equis prognatus, inſigni quidem ſpecie, verùm eiuſmodi quodá fato (ſic illi loquebantur) vt quiſquis illum poſſideret, is cum omni domo ad internecionem vſque interitaret, id quod Cn. Seius primus eius dominus (a quo & Seianus dictus eſt) capitis damnatus, ac ſupplicio adfectus planè miſerando; deindè & Dolabella, bello interfectus: poſt hunc Caſſius ab hoſtibus occiſus: deinceps Antonius, deteſtabili exitio perditus probarunt. Hunc equum C. Baſſus Argis ſibi viſum refert, incredibili pulchritudine, vigore, & colore exuperantiſſimo nempè puniceo. *Vide Gellium lib. 3. noct. Att. c. 9.*

Nam nemo non ferè Curiam amat, quam multis nouit fuiſſe atque etiamnum eſſe exitioſiſſimam.

Ita meretricio neſcio quo lenocinio, aut (penè dixi) magico carmine valet Curia, & Potentia, vt vel volentes ad ſe adducat, vel inuitos trahat, adductos tractoſue teneat fortius, quam magna vis Magnetis ferreum Mahumetis ſimulacrum, aut ferreum Cupidinem in Dianæ templo, nulla circumligatione.

**Labyrintho.** Labyrinthum adpelles, vndè ingreſſus ſemel, niſi potenti gratia Dei, quaſi Ariadnæo quodam filo, egredi nec Theſeus ipſe poteſt.

Opus pænè ſit Angelis cogentibus, & manum adprehendentibus, vt Aulicum extrahant, pænèque extrudant, vti quondam Lothum manu *adprehenderunt, eduxeruntque eum* cum ſuis, *& poſuerunt extra ciuitatem* Sodomorum. *Gen. 19.*

*Reuocare gradum*, priuaſque *euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor eſt: Pauci, quos æquus amauit*
*Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,*

*Dis geniti potuere.* Virgil. 6. Æneid.

Itaque hoc diligentius prouidendum, ne faciles ad ambitum, aut ad ingreſſum ſimus, vndè tam difficilis exitus eſt.

Et verò, quorſum ſic ambire amicitiam inconſtantis Herodis, qui ſi hodiè me *obſeruauerit, libenter audierit, audito me multa fecerit*, deſtruxerit, ædificarit, *mutarit* triquetra quadratis, *quadrata rotundis*, orbem motu non tam proprio, & ſuo, quam meo vnius rexerit; cras alio audito, expeditis lictoribus me cum Baptiſta adligabit, ad carcerem damnabit, obtruncabit? **Dehortatiuncula.**

Quò mihi tàm conſtanter agere cum inconſtantibus?

Quorsùm amare Herodem neſcio quem *profundi ſermonis & ignotæ linguæ*, id eſt, qui nihil mecum quã ſimulet, diſſimulet, cuius nec linguam, nec nutus, nec ſigna, nec mentem, nec ipſius, nec interpretis cuiuſcunque vnquam ſatis intelligam? Apud quem cũ roſas ſpirare credidero, ſpinas inueniam? cum panes illũ dicere; experiar loquutum vel lapides, vel ſcorpiones? **Ezech. 3.**

Quid mihi cum *Aula*, quæ *eſſe ſolet ſimulatrix, plena dolorum?*

Cuius *ora fauo mellis, pectora felle tument?* vt olim cum Sallæo meo ludens ſcripſi? Cum Curia, quæ loquitur *ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo?* 1. Machab. 7.

Quid? etiam Baptiſtam illic falli ſimulata obſeruãtia! ſimulata audiendi eius libentia! ſimulatis, quaſi ad gratiam eius, Reipub. conuerſionibus!

Quocum non ſic agatur, ſi ſic cum Dei Legato, Deique Baptiſta, & tam publicæ & certæ probitatis viro ſimulata, diſſimulata omnia?

Quid mihi, ſi Deum timeo, ſi Conſcientiam reuereor, cum Herodibus, qui ne vnciola aut drachma, non ſcripulum Timoris Dei, nec ſcrupulus vllus Cõſcientiæ? qui nec *mentham*, nec *anethum*, nec *cyminũ decimabit*, & prætereà *relinquet grauiora legis, Iudicium & Miſericordiam & Fidem?* Matth. 23.

Qui, dùm vtile ſibi & commodum ſit, etſi inhoneſtum atque iniuſtum ſit, tamen, ad vnius Herodiadis ſubplicem libellum, & votum ſimplex, iubebit vel Baptiſtam capi, adligari, in carcerem trudi, omnia ſubhaſtari, caput amputari?

*Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum!*
*Fœlix quicumq; dolore*
*Alterius diſces poſſe carere tuo!*

Noſtri Baptiſtæ ſors, ſpeculorum multorum inſtar ſit vobis omnibus Auditores, nobis maximè Concionatoribus, Deique noſtri Legatis &c.

## ECHO
# CONCIONIS XXIII.

THEMA. *Adiecit* tamen tandem Herodes *& hoc ſuper omnia. Ipſe enim miſit; ac tenuit Iohannem, & alligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem vxorem Phillippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi {
*1. Peccatum vnum, alterius eſſe cauſam, & ipſum alterum ſæpè alterius eſſe pœnam;*
*2. Quomodò peccatum vnum dicatur, ſitq; re vera alterius cauſa;*
*3. Quo modo, & cùr captiuitas Baptiſtæ dicatur peccatum tranſcendens.*
AVE.

### I.

*Peccatum vnum, alterius eſſe cauſam, & ipſum alterum ſæpè alterius eſſe pœnam.*

**Probos Improboſque ſemper proficere,** Vt Probis viris (Auditores &c.) cura eſt ſemper proficiendi, longiuſque ſemper & altius ad Virtutū verticem progrediendi; ſic Improborum omne ſtudium eſt peccata peccatis cumulandi.

Vtrique ſtudium magnum aceruandi, his virtutes,

illis

illis ſcelera, his aſcēdēdi *ſcalam illam Iacob*, in cuius culmine ſedet ſuos coronaturus; Deus, illis deſcendendi faciles gradus illos, in quorum nouiſſimo iacet Infernus, & Inferni Tyrannus ſuos cruciaturus. *Geneſ.*38.

Probi ſemper aſcendunt Ieroſolymam ; Improbi ſemper deſcendunt ab Ieruſalem in Iericho. *Luc.*10.

Probi ſemper adſcendunt in templum, ſemper cantant canticum graduum? Improbi gaudent procul à templis, murmure deſcenſionum.

Probi ſemper creſcunt, vti oriens ad vſque meridiem; Improbi, vt Luna decreſcunt.

Probi creſcunt *in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; Improbi repueraſcunt*. Quò ſeniores, hoc ſtultiores, vt de quadam gente dicitur, *ſtulteſcit, quando ſeneſcit*.

Vir bonus *aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum*. pſal. 83.

*Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectam diem*. Prou. 4.

*Granum ſinapis, quod minimum eſt omnibus ſeminibus*, creſcit, & fit *maius omnibus oleribus*. Matt. 13. illos in melius.

*Lapis paruus abſciſſus de monte ſine manibus, percuſſa ſtatua, factus eſt mons magnus*. Daniel. 2.

*Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit*. Eſther. 5.

*Iuſtus, vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur.*

*Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt.*

*Adhuc multiplicabuntur in ſenecta huberi, & benè patientes erunt, vt annuntient*, vel, vt vertit Vatablus, *Adhuc in ſenecta germinabunt, ſucculenti & virentes*, id eſt viuidi, vel pleni vigore contra morem ſenum, viuificante illos Spiritu Sancto. *pſal.*91.

Vt Solon aut alius, certe Philoſophus, etiam moribundus amicis vna colloquentibus extulit caput, ſciturienſ quid dicerēt, vt diſcēdo moreretur; ſic Iuſt⁹ et-

 iam

iam moriendo nouis vel actis vel votis conatur ſemper ſe melior hinc euadere.

Vt Socrates (& deindè ab illo Sapientiſſimi quiq;) etiam cum multa didiciſſet, aiebat tamen ingenuè *Vnũ ſcio ꝙ nihil ſcio*, adeò multa ſcilicet videbat, quæ ignoraret, tam paucula, & paulula quæ ſciret; ſic Probi, cùm multos in ſtadio Virtutis progreſſus fecerũt, tùm quoque non ſe magis, quam teſtudines promouiſſe arbitrantur.

Vt *vnus Pellæo iuueni* Alexandro *non ſufficit orbis*, ſed hoc penè vniuerſo armis ſuperato, cum multos ex Anaxagora ſubaudiſſet, fleuit & nouis illis mundis inhiauit; ſic iuſtus cum omnia fecerit, ſeruum ſe inutilem dicit, nouiſque ſeruitijs Deum conatur demereri. Nullis niſi primoribus cæliſedibus contẽtus eſt.

D. ille Paulus, vt de ſubmiſsè loquitur! *Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe. Vnum autem, quæ quidē retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Quotquot igitur perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* Philipp. 3.

D. Franciſcus quoque noſter, quam ſæpè ſic ad ſuos, *Fratres incipiamus, hactenùs enim nihil fecimus!*

Vt Carolus V. Imp. ſemper Auguſtus Belgij noſtri decus & delicium, iſtud vſurpabat PLVS-VLTRA, ſic Sancti omnes.

Vt *creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit*;

Et; *tàm deeſt auaro quod habet, quam quod non habet*;

Et; *creſcit indulgens ſibi dirus hydrops*; ſic probis ſemper adcreſcit maior maiorque Iuſtitiæ fames ac ſitis, quo Iuſtitia copioſiore ſunt illuſtriores.

*Qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum.* Ioan. 4.

Spiritales deliciæ copia ſui non ſatietatem non faſtidium generant, famem potius iritant.

Quotidiè auribus ipſorum inſonat illa vox; *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhùc.* Periſſe diem omnem putant, quo nihil iuſtitiæ ſuæ adiecerunt.

Quotidiè talentis, quæ acceperunt, benè in num-

mula-

mularios collocatis, magnis vſuris fiunt ditiores.

Quotidiè cumulo Heſiodio adijcere vel tantulum conantur.

*Nuda dies abeat, quin linea ducta ſuperſit.*

Accedit, & fauens aura gratiæ Dei, quę illos implet mouetque, qui corda, velut vela, illi expanderunt, & remigando, vt potuerunt, ad portum tetenderunt.

*Etenim benedictionem dabit Legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* pſal. 83.

*Qui habet, dabitur ei, & abundabit.* Matt. 13.

Seruis, qui primis talentis a liberali Domino collatis induſtriè ſunt vſi, dicitur; *Quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Bonus prioris gratiæ vſus, gradus eſt ad gratiam ampliorem.

*Dantur opes illæ non niſi diuitibus.* Dij laborantes adiuuant.

*Poſui adiutorium in potente.* pſal. 88.

Improbi contra ſemper *deſcendunt in profundum, quaſi lapis; quaſi plumbum in aquis vehementibus.*

Semper *theſaurizant ſibi iram in die iræ.*

Semper *faciunt nouiſſima* ſua *priora prioribus.*

*Cuncta cogitatio cordis* eorum *intenta ad malum omni tempore.* Gen. 6.

*Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo.... iniquitatē meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.* pſal. 35.

*Qui in ſordibus eſt ſordeſcit adhùc.* Apoc.

Vtrique Probis & Improbis *in via ſua non progredi, regredi eſt.*

Vtrique præteriti acta temporis nihili æſtimant.

Vt annulus ferreus, in quem vis Magnetis; contagione tranſijt, annulum trahit; ſic iniquitas iniquitatem.

*Abyſſus abyſſum inuocat.*

*Vnda ſuperuenit vnda.*

D. Gregorius lib. 25. moral. c. 12. *Peccatum, quod per*

*pœnitentiam non diluitur, ſuo mox pondere trahit ad aliud.*

Pondera ponderibus adiecta quid niſi infirmum baiulum magis magiſque præcipitent?

Quid niſi pondus ingens omne peccatum? *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* pſal.

Vt globus, aut lapis molaris Siſyphio ſaxo ſimilis, quum ſemel è vertice montis decliuioris cæpit rotando deuolui, non antè quieſcit, quam in vicinum flumen, aut propinquam planitiem lubricauerit; ſic qui ſemel à culmine gratiæ Dei per peccatum exciderit, non ante rotari & peccare deſinit, ſi ſibi relinquuntur, quam vitam amiſerit.

*Paruus error in principio magnus eſt in fine.*

*Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.* pſal.

*Impiùs, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.* prou. 18.

*Flumina magna vides de paruis fontibus orta.* Ouid.

*Ecce quantus ignis quam magnam ſyluam incendit!* Iac. 3.

Scintilla exilis vel famoſiſſimam illis Mortis-Malorum in Hannonia ſyluam totam poſſit incendere.

*Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer* (exiguum licet incipiò)

*Serpere, & illæſas vitiatis addere partes,* ſic peccatum. *Ouidius.*

Vt Ningua minutiſſimi inſecti genus in Occidentalis Indiæ inſula Iſabella naſcens adeò paruum vt oculis diſcerni vix poſſit, cum primum pedes inuaſerit, & intra digitorum vngues cutemque penetrarit, niſi vel crebra lotione eluas, vel ſcalpro eruas, dicitur mòx folliculos parere maxima lendium copia grauidos, illiſque breui multiplicatis ſic cuncta exedere, vt vnicum ſuperſit remedium membri vſtio, aut reſciſſio; ità peccata, cum ſemel animum inuaſerunt, noua pariunt tanto numero, vt nil reſtet niſi æternum mori, niſi initio diligentiſſima lacrymarum lotione, & pœni-

pœnitentiæ gratiæque Dei ſcalpro arceantur. *Martinus Delrio lectione ſacra 28. quæ eſt 1. de Timore Dei.*

Titubat, labat, lapſat peccator, ſicut ebrius. *Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius.* pſal.

Faciunt hoc, &
- 1. *Seſſoris Dei abſentia.* Laxatis tùm frænis *quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.*
- 2. *Arrogantia quadam.* Reuerti non vult, ne reuertendo, videri poſſit fateri hactenùs erraſſe.
- 3. *Deſperatio.* Tēporarijs & præſentibus ſalte expleri volũt deſperantes æterna.

Videre libet, vt peccatum vnum aliud, vti in catena annulus annulum, trahat?

Euam vide. Auſa eſt primum de minis Dei dubitare, & dubiè ad ſerpentem loqui. Auſa deindè credere Deum inuidia quadam, & metu parium, eſum pomi illius prohibuiſſe. Tandem ad eſum ipſum prolapſa, & ad mariti ſui corruptionem.

Cainus primum auarus in ſacrificijs, deterrima, opinor, horrei ſui offerens Domino, decimator parum fidelis, & tardus; deindè inuidens fratri, cuius ſacrificia Deo gratiora, quam ſua, indè intellexerat, quod Deus igne de cœlo miſſo, in cinerem Abelis oblationem, non item ſuam conuertiſſet; mòx fratrem, ſpecie deambulationis, foras extraxit, actum cum illo de fide agere, ſpargere voces dubitantis de Deo, de prouidentia, de præmijs, de pœnis, horum nihil valdè credere (vt refert Ionathas interpres Chaldæus:) Deniq; in fratrem refellentem docentem meliora, inſurgere, & trucidare; negare factum etiam Deo inquirenti, de Dei miſericordia deſperare. *Gen.*

Vides peccatorum gradationem, & alterum alterius eſſe ſcaturiginem?

Vox Domini, de rebellacibus illis fundatoribus famoſiſſimæ illius turris Babel ſub Saturno, id eſt, vt quidam volunt, Nemrotho; *Ecce vnus eſt pepulus, & vnum eſt labium omnibus, cœperuntq́; hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* Gen. 11. *Beroſ. l.* 3.

Dauid nonne ab otio & imbellia ad inconceſſam Venerem prolapſus? ab illa, nonne ad Vriæ militum fideliſſimi abundè iàm læſi læſionem vltimam, dolo doloſiſſimo, datis literis Bellerophontæis, & quidem gladio alieno, & Barbarorum? 2. *Reg.*

O climacem, figuram vt in oratione pulcherrimã, ita in vita & moribus turpiſſimam!

Iudæis prophetando dictum *Implete*, id eſt, *implebitis menſuram patrum veſtrorum*; id eſt, vt illi, ſic eritis vos prophetarum & Apoſtolorum meorum parricidæ. *Matth*. 23.

*Super quo percutiam vos vltrà, addentes preuaricationem?* Iſai. 1.

**Herodes progreſſus in malum.** Herodes, ergò, quoniam tàm multa iàm in Remp. peccarat, fratriam ſuam Herodiadem deindè rapuerat, raptam publicè domi habebat, contẽtis Dei, naturæq; legibus, Subditis atque infirmis ſcandalo exemploque peſſimo fuerat, mala cætera patrarat, de quibus omnibus correptum à Iohanne nuper dicebamus, eo quoque tandem ſceleris progreſſus eſt, vt in monitorem, Doctorem, & Concionatorem ſuũ violentas manus iniecerit, adligarit, carcere clauſerit, *Adiecit* (ait Euangeliſta *& hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in carcere*. Luc. 3.

* *Deindè*, quoniã auſus eſt quoq; Baptiſtã capere, in vinculis habere, & annũ nihilominꝰ totũ vel circiter, poſt legitimã Baptiſtæ, per verbũ Dei, monitionẽ, in volutabro ſuarum libidinũ, vt lutulẽtus ſus, volutari, incidit in occidẽdi Baptiſtæ deliberatã volũtatẽ. Nam dicitur Matt. 14. *volens eũ occidere, timuit populũ.*

* *Denique* temerè iurauit, in malo promiſſo fidem non reſcidit. Baptiſtam occidere, quam ſaltatriculam contriſtare maluit.

Peccatis peccata cumulauit. *Finis alterius mali, Gradus eſt futuri*. Senec. in Hercule fur. act. 2.

Iſai 14. *De radice colubri egredietur regulus* (ſeu baſiliſcus) *& ſemen eius abſorbens volucrem* (vel, vt Vatablus vertit, *& fœtus eius erit preſter volans* (vel ſerpẽs ignitus:) Vbi, etſi ſenſu literali intelligat propheta

per

per colubrum, Oziam qui adflixit Palęſthinos 2. paral. 16. per regulam, Ezechiam, qui vehementiùs eoſdem vexauit, quam Ozias proauus eius 4. Reg. 18. tamen aliquid eſt, quod accommodatè quadrare negotio hoc noſtro poſſit.

Progreſſus iſte in malum, quibus rebus ſimilis.

Nam vt coluber, ſerpentum non omninò exitioſiſſimus, generare dicitur regulum ſeu baſiliſcum, animal tanta acuitate veneni, quamuis 12. digitorum, aut palmi magnitudinem non excedere dicatur (dicatur, inquam; nam nomine notius eſt hoc animal, quā viſu:) vt ſerpentem quamlibet magnum habitu ſuo extinguat, inſigni ſuo ſibilo omnes fuget ſerpentes, vti leo rugitu cæteras quadrupedes; imò (vt vulgò ferunt)* hominem ſolo viſu extinguat; ita perfrequenter ex paruis initijs, & (vt ſic dicam) peccatulis, vel commiſſionis vel omiſſionis, in maxima ſcelera prolabi contingit.

*D. Bern. ſer. 14. in pſal. Qui habitat. & Plin. l. 29. c. 4.

*Qui contemnit minima, paulatim decidet.*

Vt Crocodilo ſerpenti Ægyptio croci fugitantiſſimo (vndè & dictum ferunt, κρόκον δειλῶ, id eſt, crocū fugit, eiuſque odorem multum reformidat) hoc proprium eſt, vt ſolum inter omnia animalia, ex tam paruis initijs, in tam incredibilem, (duorum videlicet & viginti cubitorum) excreſcat magnitudinem (ponit eum oua anſerinis non maiora) & quamdiu viuit, nullum faciat creſcendi finem; ſic peccato omni hoc proprium eſt, vt ex tricis, & friuolis ſatis primordijs mirè, excreſcat, nec facilè creſcendi finem facit.

Vt zizania, ſeu *infœlix lolium & ſteriles dominantur auena*, latæque propagantur; *Virg. 1. Georg.*

*Et mala radices fortius agit*; & ſerpillus herbula mirè per terram, & cancer morbus latiùs latiuſque ſemper per corpus humanum proſerpit; ſic indies nō modò *ſermo malorum ſerpit*, ſed & actio, & ſcelera, vel eadem iterando, vel noua adijciendo latiùs propagantur. *Adiecit & hoc Herodes ſuper omnia, incluſit Iohannem &c.* *Ouid.*

Vt ignis quo ſemel accenſa candela eſt, ſemper magis magiſque retrogradè lambendo obtinet, non de-

ſinens, niſi totam exuſſerit; ſic ignis peccati, cum ſemel animum inflammârit.

Vt viatorum *paruus error in principio, magnus ſit in fine* & philoſophos ac diſputatores *vno admiſſo abſurdo, multa ſequuntur abſurda*; ſic in moribus, cùm ſemel eſt peccatum vel tenuiter, iterumque iterumque & grauiùs peccari ſolet.

Et fit quidem id dupliciter; volente ſc. ita homine ipſo, & Deo non nolente, qui in peccati prioris pœnâ, deſerit deſertorem, & gratiam quâ cadere non poſſet, iuſtè ſubtrahit, quam gratiæ ſubtractionem, offendiculum vocat Propheta.

**Offendiculum Ezechielis quomodo ſanè intelligendum.**

Ezech. 3. *Si conuerſus iuſtus à Iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo*, id eſt, Gregorij ſenſu; *Qui peccatorem diu expectat, vt redeat, nõ redeunti atque contemnenti ponit adhùc vbi grauius offendat*. D. Gregor. tom. 2. libr. 1 ſer. 11. in Ezech. in hoc ipſum.

*Ponit Deus offendiculum* (ait hîc Vatablus) *coram peccatore, quandò non reuocat eum adflictionibus, calamitatibus, & conſolationibus, ſe facilem prabens eius conuerſioni, & iens obuiam*.

Niſi fortè ad vitandam blaſphemam illam ſuſpicionem cooperationis diuinæ, aut præcipitationis humanæ a Deo in peccatum, malis cum amico quodam meo egregiè docto Andrea Hoyio Græcitatis apud Duacenſes profeſſore, per offendiculum calamitates & vltiones diuinas intelligere, ſic enim ille lib. 1. paraphraſis ſuæ in Ezech. c. 3.

*Si fors à recto deuortat tramite iuſtus,*
*Et ſe præcipitem ſcelerum ſub gurgite mergat;*
*Aduerſis vindex offendam caſibus illum,*
*Vt ſapiens obliqua via diuortia linquat.*

Et cum doctiſſimo illo commentatore Pinto Hieronymiano, qui ſic de hoc offendiculo; *Exiſtimo hoc offendiculum eſſe acerbam quamdam calamitatem, qua Deus virum iuſtum errare incipientem obprimit, vt conuertatur.* Et paulò pòſt; *Huic expoſitioni fauet verſio Theodotionis, qui hoc loco Ezechielis pro offendiculo tormentum*

*mentum, ſeu cruciatum vertit.*

Ado & Caſtalionem ipſum fauere, qui ſic vertit, *ideoq; ego ei infortunium aliquod obiecero.*

Cæterum vera eſt Theologorum iſta, ex D. Gregorio, ſententia, *Peccatum, quod ex peccato ſequitur, peccatum ſimul eſt, & pœna peccati.* D. Greg. tom. 2. lib. 1. ſerm. 11. in Ezechielem.

Ipſa vitiorum incrementa, ſunt quædam in peccatore ſupplicia.

Indurat Deus cor Pharaonis. *Exod.* 7.

*Conuertit cor eorum* ( Ægyptiorum ſcil. ) *vt odirent populum eius & dolum facerent in ſeruos eius.* pſal. 104.

*Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis* pſal.

*Appone* ( ait Dauid ) *iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam,* id eſt, à peccato non liberando, neq; gratiam refundendo, quàm ſtultè effuderunt, ſine eos crimina criminibus aggerere. *pſal.* 68.

Philoſophos Gentium, quia *cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis; & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: tradidit Deus in reprobum ſenſum, in deſideria cordis eorum in immunditiam.* Rom. 1.

Hæreticos æui noſtri priſciq; ruere in hæreſim permiſit, vel fœdas libidines, vel arrogantiã &c. vlciſcendo. Hinc illud; Hæreſis nunquam eſt primum peccatũ. Caluinus antè hæreſim Sodomita; Henricus VIII. Rex Angliæ Polygamus, adulter &c.

Quoſdam peculariter excæcatos à Deo & induratos legimus, in quibus Iram, Iuſtitiã ac Potentiam ſuam, inſigni ſingulariq; vindicta, Dominus oſtenderit.

Excæcatos (inquam) atq; induratos, quos ſ. illuminare, quos mollire, ſtudio peccata priora vlciſcendi, noluerit. *Vide Aug. li. de præd. & grat. c.* 4.

*Non obdurat Deus impartiendo malitiam, ſed non impartiendo miſericordiam.* D. Aug. ep. 105. ad Six.

Vel circa quos Deus non actiuè quidem, ſed paulò ampliùs, quàm permiſſiuè, in ipſorum peccatis, ſeſe habuerit.

*Vide*

*Vide Melchiorem Canum lib. 2. de locis Theologicis. 4. quem hic ſequor.*

Iſta enim Excæcare, Indurare, Decipere, Præcipere Semei, vt maledicat Dauid &c. impropriè, & figuratè Deo tribuuntur.

Dicitur Deus iudurare &c. vel j. Ratione amotionis,

Excæcare, indurare &c. dicitur Deus ratione { 1. *Sublationis, vel amotionis*; 2. *Miniſtrorum*; 3. *Subiectorum diuerſorum.* }

* 1. *Sublationis* vel amotionis. Primum enim, cum ſublato Dei lumine, nihil aliud, quam caligo & cæcitas ſuperſit: cùm, ablato ſuauitatis eius ſpiritu, corda noſtra in lapides obdureſcant: cùm, ceſſante eius directione, in obliquitatem contorqueantur; excæcare aliquos, indurare, errare facere dicitur, quibus facultatem videndi, liqueſcendi, ad veritatem rectam ingrediendi adimit.

Nam, & qui lucem hanc oculis noſtris auferrent, & qui columnam, qua firmatur & conſiſtit ædificium (vti quondam Samſon inter Philiſtæos) tollerent: ij verè ac iure, & obtenebrare oculos, & diruere ædificium dicerentur.

Cùm autem dicimus, Deum facultatem videndi auferre, cæteraque ſimilia: id non ita accipiendũ eſt, quaſi homo arbitrij facultate priuatus, nec videre, nec molleſcere, nec recta ingredi poſſit. Sed ita demum intelligere oportet, vt, quia ſine lumine homo videre non valet, nec ſine Spiritus ſuaui oleo emolliri, nec ſine Dei directione rectà ingredi: idcircò, qui illa iuſto hominibus iudicio adimit, hic facultatem quoque ea exequendi quodammodò dicatur adimere.

Naturalia ſibi relinquit, quibus ſupernaturaliter operari homo non poteſt.

Supernaturale verò illud lumen, *in quo lumine videmus lumen*, & vim illam diuinam, quâ naturæ viribus altiora poſſemus, tollit peccatori zelo iuſtitiæ.

ij. Ratione miniſtrorum;

* 2. *Miniſtrorum.* Et hæc ratio propiùs ad verborũ proprietatem videtur accedere: quòd ad exequenda

indi-

indicia ſua, Satana adminiſtro vtitur, ob idq́; ea dicatur efficere, quæ miniſter illius auctoritate roboratus efficit.

Vt quæ Iudicis adminiſter, dum iuſtam eius ſentẽtiam exequitur, facit: ea ſuo modo, a Iudice quoque fieri ſanè intelligimus.

*5. *Subiectorum diuerſorum*, quam rationem D. Hieronymus quæſt. 10. ad Hedibiam reddidit. iiij. **Ratione Subiectorum.**

Sicut enim vnus eſt Solis calor, & ſecundum eſſentias ſubiacentes, alia liquefacit, alia indurat: alia ſoluit, alia adſtringit: liquatur enim cera, lutum induratur, & tamen caloris non eſt diuerſa natura; ſic Deus eodem omninò lumine, malè adfectum excæcare dicitur, benè inſtitutum illuminare: eodemq́; prorſus beneficio indurare illum, hunc mollire.

Videlicet miraculis eiſdem editis, Iſraël eſt emollitus, cor Pharaonis obduruit: eadem doctrinæ luce Apoſtoli viderunt, Phariſæi cæci facti ſunt. Quoniam diuina lux etſi per ſe quidem ad videndum editur, ſed per occaſionem tamẽ in eo cæcitatem efficit, qui prauè affectos habet oculos: in eo duritiem, qui prauo affectus eſt animo.

Crocodilum crocus offendit (vndè & adpellatum illum iam dixi) qui homines vehementer recreat.

*Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne*
*Vnguentum: nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt,*
*Quod nos interdum tamquam recreare videtur.*
*At contra, nobis cænum, teterrima cum ſit*
*Spurcities, eadem ſubus hæc tàm munda videtur,*
*Inſatiabiliter toti vt voluantur ibidem.* Lucret. libro 6.

Hinc prouerbia illa; *Nihil cum amaracino ſui.*

Et; *Sus per roſas.*

Cic. *Illi alabaſtrus vnguenti plena putet.*

Itaque *viuere in Arabia ſuillum genus vllo genere poſſe negant, quippè cùm ea regio ſit odoramentorum altrix, à boni cuiuſq; odoris hoſte meritò declinatur.* Pierius li. 9. Hierogly.

**Aquilæ oculum lux Solis delectat, nycticoracis adflictat.**

Quid ergò mirum, ſi quibus Dei beneficijs quidā meliores fiunt, alij fiunt deteriores; ex quo impropriè dicitur Deus aliquos indurare, excæcare &c?

Nec tollunt iſta arbitrij libertatem.

Vt enim dicimus, liberè carcerem illum & mortem adiſſe, qui patrauit crimina breuibus gyaris, carcere, & morte digna, quæ potuit non patrare; ita in peccata ſecunda, & primum conſequentia, liberè prolabi ille dicendus eſt, qui potuit primum non admittere, per quod auxilijs gratiæ Dei exui promeruit.

*Laërt. l. 1. c. 5.*

Qui ebrius hominem occîdit, nihilominus (imò, Pittaci vnius ex ſeptem illis Græciæ ſapientibus cenſura, duplo grauiùs) plectendus, quàm ſi ſobrius & ſecus occidiſſet, quoniam ſpontè in breuem illam voluntariamq; inſaniam ſpontè prolapſus eſt.

Ergò Herodes hic noſter, Deo tam Tyrannidem eius, quàm libidinum ſordes vlciſcente, beneficio Dei, id eſt, prædicatione Baptiſtę, qua probus aliquis molliri poterat, obduratus, & nequior factus, *adiecit & hoc ſuper omnia, tenuit Iohannem &c.*

## II.

*Quomodo peccatum vnum dicatur, ſitq; reuera alterius cauſa.*

Id verò quî verè dici poſſit, iuuat examinare.

**Peccatum vnum alterius cauſa, vel**

Peccatum ergò dicitur alterius peccati cauſa quadrifariè vel
- 1. *Vt cauſa efficiens ſimpliciter, & per accidens;*
- 2. *Vt cauſa materialis;*
- 3. *Vt cauſa finalis;*
- 4. *Vt cauſa formalis.* D. Thom. 1. 2. q. 75. art. 4. in corp.

**j. Vt cauſa efficiens ſimpliciter,**

* 1. *Vt cauſa efficiens* ſimpliciter ſeu per ſe, diſpoſitione quadam ſc. quia per actum vnum diſpoſitior eſt, & paratior quiſq; ad ſecundum. Habitus enim per actꝰ generantur.

**Aut per accidens,**

*Per accidens* verò, vt qui oſtia Nili, aut Tiberis cataractas frangeret, quibus ſatis potenter fluuius vterque alueo ſuo continetur, *vt non conuertatur operire*

*terram*

*terram*, cauſaret haud dubiè per accidens vtriuſq; extra alueum ſuum exundationem;

Et, qui horti ſæpem ſpineam euellit, cauſat per accidens fructuum deprædationem.

Et, qui fundamenta turris, aut palatij camerati columnas ſubruit, aut ſecurim ad radicem ponit, cauſa eſt vt pyramis illius, tabulatum alterius, & comæ arboris collabantur;

Sic, qui per peccatum abigit, aut excludit ea, per quæ peccata vitantur.

Sed certiſſimum eſt, Gratiam Dei, Timorem ipſius, Verecundiam, Rectum de rebus Iudicium, id eſt, rectam rationem, proprios obices eſſe, clauſtra, vel retinacula peccatoris.

Quid enim ſalui amiſſo iam pudore? quò non turpitudinis ruat mulier, ſi cum veſte exuerit verecundiam? aut pudorem cum pudicitia depoſuerit?

Quò non, qui Timorem Dei Hominumq; valere iuſſerit; qui *nec Deos nec homines reueretur*, vt quandã Iudex ille?

Quò non præceps ruat, cui oculos mentis culpa clauſerit, vt Samſoni Philiſtæi corporeos aliquandò, expunxerunt? Quò ſine lumine rationis non impingat? cui non erit, tot impactionibus, offenſionibus, alliſionibusq; ſuis, vt Samſon quondam Philiſtæis ludibrio. *Iudic.* 17.

*In circuitu impij ambulant.* pſal.

*Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* pſal.

*Errare fecit eos* cæcitas *in inuio, & non in via.* pſal.

Quid poſſit homo deſertus à Gratia Dei, ſibiq; relictus?

*Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis.* Virg. 2. Æneid.

*Tu nihil inuita facies diceſúe Minerua.* Horatius de Arte.

*Sine me nihil poteſtis facere*, ait Chriſtus.

*Sicut palmes non poteſt fructum ferre à ſemetipſo, niſi manſerit in vite; ſic nec vos niſi in me manſeritis.* Iohan. 15.

*Non*

*Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* 2. Cor. 3.

*In ipſo mouemur, & ſumus,*

Omnibus his, velut anchoris, firmamur; his veluti ſaburramur contra vortices maris huius magni.

Gratiā autem illam Dei, peccato velut abigi, Timorem ipſum minui, Verecundiam perfricari, ac deruoeſcere, oculumque rectæ rationis, quaſi concretis humoribus, iniectis pulueribus, aut quomodolibet hebetari, quis tam tenuiter Chriſtianus, imò tam parùm homo, qui neſciat?

Itaque magnoperè contendit Sathanas, vt vel ad vnicam te culpam trahat.

Sperat, ſi non *alliſeris paruulos tuos ad petram*, ſi ſerpentis caput non contriueris, ſed aliquo ipſum admiſeris, facilè toto corpore illuc ſe irrepturum, aut irrupturum.

Sperat, ſi vel ſcintillulum ignis excuſſerit, magna inde incidentia conflaturum.

Sperat, ſi nauim tenuiter terebrauerit, totum Oceanum immiſſurum.

*Omnia principijs ſemper ineſſe ſolent.*

*Modicum fermenti totam maſſam corrumpit.*

Vt principibus latronum in more eſt, conari, vt puerulus latrunculus, quaſi errabundus & tenebris noctis præuentus, in domum Potentis quam velint expilare, poſſit quoquo modo introduci, vt media nocte dormientibus Dominis ſeruiſque, apertis ab ipſo furtim portis, magno agmine ſociorum irrumpant, omnes cædant, omnia efferant; ita Dæmoni magna cura, in animos noſtros vel vnum peccatum intrudēdi, qui ſperet hinc pluribus & minoribus culpis ingreſſum fore.

Sinonem vnum in Troiam per dolum præmiſiſſe, qui ſparſis paſſim ignibus portas vrbis omnibus, nocte concubia aperiret, ſatis Græcis fuit, ad Troiæ totius euerſionem.

Ergò peccatū prius poſterioris cauſa eſt per accidens

dens, quoniam ea tollit, aut minuit, quibus ſolet homo in officio contineri.

*2. *Vt cauſa materialis*, quo modo lignum cauſa nauis & ſedis, metallum cauſa Campanæ, ferrum cauſa armorum. Sic auaritiam cauſam diſſenſionum adpellamus. ij. **Vt cauſa materialis.**

*Certamen mouiſtis opes*, ait Poëta.

Sic ebrietatem, cauſam iurgiorum, homicidiorũ; Deſidiam & otium malorum omnium parentem.

Sic Gulam cauſam libidinum. *Sine Cerere & Baccho, friget Venus.*

Nota ſunt Lothi cum filiabus inceſta.

Exod. 32. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*, quos ludos Deus nouit.

*3. *Vt cauſa finalis* quæ dicitur ea, cuius gratia cætera fiunt: vt quum vnum peccatum admittitur, non propter ipſum, ſed vt per ipſum ad aliud aliquod via ſternatur, vltimum illud peccatum quod ſpectatur, fuerit cauſa præcedentis. iij. **Vt cauſa finalis.**

Vt ſi quis virginem inebriet, vt ebriam vitiet, vitiatio virginis fuerit cauſa finalis inebriationis eius, quod ad vitiationem, vti ad ſcopum finemque ebrietas referatur.

Sic filiæ Lothi patrem aliquoties vino ſepelierunt, vt cum ſepulto vino ſomnoque inceſtè iungerentur. *Geneſ.*

Vel; ſi quis philtra propinet, magico carmine dementet, aut maritũ occidat, vt vxore abutatur, quod ſibi Abrahamus ab Ægyptijs, ob Saræ ſuæ pulchritudinem metuebat: aut ſeruus occidat Dominum, vt theſauro potiatur; vti Sichæum ſororium ſuum olim Pygmalion clàm ferro incautum obtruncauit, vt auro hâc vi potiretur.

Sic vinitores olim quidam, viſo herili filio hærede vineæ, dixerunt, *Ecce hæres, venite occidamus eum*, vt ſcilicet vineam ſibi vſurparent.

Vel; ſi qua cuiuſpiam effœti & infæcundi viri vxor, cum alio viro miſceretur ſtudio prolis, vt ſic infæ-

cum ſi patrimonio frueretur, ſecundorum hæredum detrimento

Vel; ſi qua mater, vt Medea, vterum ſuum ferro aut venenis rimaretur, vt reliquias Iaſonis, & ſpem illam, quam in aluo commendatam haberet erueret, pelleret, occideret, zelo vindictæ de Iaſone indulgente nouis amoribus capiendæ.

*(Vide apud Ciceronem quadam orat. pro Cluentio de quodam Oppianico, qui filios ſuos trucidauit infantes, ut nuptias, quas cum Saſſiâ, propter eius opes, cupiebat contrahere, impediret.*

*Item de muliere quadam Mileſiâ, quæ ab heredibus ſecundis accepta pecunia partum ſibi medicamentis abegerat. &c.)*

Vel; ſi quis Simoniam exerceat, vt in meretrices ebrietateſque abliguriat. &c.

Tùm peccatorum illorum quæ primò admittuntur, cauſa finalis ſunt poſteriora, quæ ad ipſa conſequuntur, aut quibus priora illa ſtrauerunt viam.

Vt virum bonum aiunt, vnam virtutem, virtutum omnium adminiculo, exercere; ita adfirmare, peccatorem, ope aliorum peccatorum, ad alia pertingere, non eſt abſurdum.

iiij. **Vt cauſa formalis.** * 4. *Vt cauſa formalis.* Sic in furto commiſſo intentione fornicandi, furtum ſe habet vt materia, fornicatio vt forma.

Herodi ergò noſtro *vt adijceret & hoc ſuper omnia,* id eſt, vt Iohannem caperet, vinciret &c. cauſa efficiẽs ſimpliciter fuêre, tot Tyrannides ex ipſo antè exercitæ (de quibus vbertim à me dictum ſupra:) item eædem etiam per accidens; quibus adijce raptum fratriæ: inceſtas cum ipſa nuptias, publica indè ſcandala &c. quoniam hæc aliquem iam illi vſum audendi crudelia, ac bibèndi inſtar aquæ ac vini, ſanguinis humani ingenerârant. Itemque quoniam primis illis peccatis iam gratiam Dei à ſe propulerat, & quaſi anchoras ſoluerat, iam Timorem Domini excuſſerat,

tat, iam Verecundiam exuerat, & iam luci rationis tenebras magnas offuderat.

Ruptis frænis, excuſſoque ſeſſore, *quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.* Virgilius Æneidos.

Item cauſa materialis huius fuit, Voluptas eſca malorum omnium, & frequenter cædium. Clariſſimè id docet Euangeliſta dicens, *Vinxit Iohannem propter Herodiadem.*

Cauſa verò finalis fuit, ſtudium placendi meretrici, eamque ſemper magis magiſque ſibi deuincendi. *Matt. 14.*
Matthæus & Marcus hanc quoque cauſam tangunt *Marc. 6.*
his ipſis verbis; *vnxit eum; poſuit in carcerem propter Herodiadem.*

Item ſtudium libertatis & omnis licentiæ. Adfectauit enim, ſperauitque, amoto rigido iſto vitiorum ſuorum Cenſore, pleniſſimam omnia audendi libertatem, vt lupus amoto moloſſo pecuario, & cætera olim animantia, amandata longiſſimè Leone & a Curia, ſpecie honeſtæ legationis, oculatiore vulpecula.

Ac ſic etiam cauſa formalis captiuitatis Baptiſtæ fuit, adulterium cum Herodiade.

Vt veriſſimè iam olim dictum fuerit; *Nox, & Amor, Vinumq; nihil moderabile ſua dent.*

Itaque vel hoc vno exemplo abſterriti, diſcite, Amoris inordinati nunquam ſubire Tyrannidem, cogentem quos ſubiugârit, ad tam indigna.

Et cum tentatio animũ principiò pulſat, tota belli mole reſiſtite, tenete, *allidite paruulos* veſtros *ad petrã, caput ſerpentis conterite*; Herculis inſtar, in cunis, in cunis inquam ipſis geminos angues ſuffocare, niſi vultis longam criminum catenam ipſi vobis fabricare

*Principijs obſta.*

*In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non adproximant ad te.* pial.

Cui digitũ dederis, manũ tandẽ dabis vel inuitus.

Cui pedem agri tui definieris, eidem agro tandem toto cedes vel coactus; ibi fodiet, ſæpiet, conſtruet, vt in tuo tibi dominetur, vt te abutatur.

*Qui contemnit minima, paulatim decidet*, vt ſæpè iam dixi.

## III.

*Quo modo, & cur captiuitas Baptiſtæ dicatur peccatum tranſcendens.*

**Iſtud (*ſuper omnia*) qui poſſit intelligi.**

Captiuitatem autem Iohannis, crimen fuiſſe omnium omninò, quæ hactenus perpetrâſſet Herodes, criminoſiſſimum mihi (ſaluo meliori iudicio, nam ſine autore, etſi nō ſine ratione, ita iudico) Euangeliſta inſinuare videtur, cum dicit; *Adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in carcere.* Luc. 3. q. d. Eò etiam tandem progreſſus eſt, vt Iohannem, Concionatorem ſuum, incluſerit &c.

Nam etſi illud (*ſuper omnia*) verti etiam poſſit per (*inſuper*) vt vertit Caſtalion, vt dicat ordinem & conſequutionem, quòd ſcilicet hoc poſt alia multa perpetrarit, & ſignificet augmentum quoque ſecundum numerum, addito ſcilicet vno iſto ad tam multa; magis tamen mihi placet ipſa verſio communis, & illius, qui vertit (*ſupra omnia*) quòd indicare poſſit, non ſolum ordinem, & auctionem numeri peccatorum, ſed etiam grauitatem ipſam huius vnius cætera conſequentis peccati, referendo (*ſuper omnia*) non ad

**Pro peccato cętera tranſcendēte.**

verbum (*adiecit*,) ſed ad illud pronomen (*hoc*) ſic ſcilicet coniungendo (*Hoc ſuper omnia*) hoc ſcelus cæteris omnibus ſupereminens, hoc omnia tranſcendens, vt captiuitas Baptiſtæ, ad cætera crimina Herodis, habeat ſe ſicut maius aut minus, ſicut gigas ad pygmæum, ſicut muſca ad elephantem. q. d. Fecit & hoc ſcelus cæteris maius enormiuſque, Baptiſtam incluſit, occidit. Nam totam interfecti Baptiſtæ Tragædiam, pluribus tamen artibus conſtantem, vnum malum hic adpellamus, malum tranſcendens.

Herodes ergò hic ſubiecit Pelion Oſſæ, fecitq́; crimen, quòd tantùm inter cætera caput efferat.

Quantum

*Quantum Roma alias inter caput extulit vrbes.* Virg. Buc.

Ex multis pauca nūc dicam, cur hoc Herodis peccatum tranſcendens adpellârim. Nam ſum alias id quoq; latiùs oſtenſurus.

| | |
|---|---|
| Tranſcendēs ergò dixi, vel adſpectu | 1. *Generis peccati,* 2. *Perſonæ, circa quam,* 3. *Cauſæ propter quam.* |

*1. *Generis peccati,* homicidij ſcilicet. 1. Vel ratione generis

Homicidio enim ſanè, ratione damni nulla via reparabilis, neſcio an peccatum vllum grauius excogitari ab homine poſſit.

Euerſæ vnius Auguſtæ ſtatuæ tantam iram Theodoſio mouerint; non moueat Deo bilem viuentis & viuidiſſimæ imaginis ſuæ demolitio?

Non peſſimè vulgus noſtras (niſi hác illi creſceret libidinū licentia) quū lepidè iocando dicit, *Melius eſſe duos generare, quàm vel vnicū occidere*, ac hoc quidem multis de cauſis, quas proferre non eſt huius loci.

Quo magis miror, pleroſq; etiam hoc populi præiudicio damnatos, adeò ad cædem faciles, vt cædē hominis non pluris, quàm pulli gallinacei, aut colūbini, æſtiment, vndè nunc & duella tàm crebra, & heu! bella noſtra tàm diuturna.

Sed & obſtupeſco, Iudices quoſdam eſſe ad miſericordiam tàm faciles, imò tàm auaros, & tàm promtos ad capiendum, vt gladios priuatorum, alterius in alterum, frequentiſſimè nudos, in plateis, in foris, in agro, in arena, ſtrictos ad homicidia videre cogamur, videre autem vix vnquam poſſimus Magiſtratuū macheras aut ſecures micare, *ad vindictam malefactorum* in theatro; cùm tamen Deus & iam olim homicidium ante legem in Caino ſeueriſſimè ac celerrimè vindicârit; cum deindè audiente Noaco, noui mundi reparatore ſeriò ita decrerit, *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius; ad imaginem quippè Dei factus eſt homo*; & lege Moyſis, ita ſtatue- Geneſ. 9.

 rit,

Leuit. 24. rit, *Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur*; & ſub lege Euangelica, id eſt noſtra, rurſus autorârit Filius legem Patris, in auribus Petri Eccleſiæ Matt. 26. Principis, dicens, *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Verum hoc alias vberius, nunc ſit ſatis, notaſſe apud emendaturos.

Tollit homicida homini bonũ, poſt Deum & Virtutes, ſummum, bonum nunquam reparabile; tollit Reipub. hominem nonnunquam magis neceſſarium, quam ſit Sol ipſe, qualis erat hic Baptiſta.

(Vbi obiectiuncula, & eius ſolutio.) Sed ais, Iam Herodes olim fuerat homicida, & quidem plurimorum, vt Iohannis cædes non debuerit dici peccatum cæteris altius & tranſcendens.

Reſpondeo; etſi cædes vnius non ſit ſimpliciter grauior cæde alterius, multò minùs vnius cædes cæde plurimorum; tamen ſecundum aliquid, rectè grauior poterit æſtimari; vel quia occiſus iſte eſt iſto dignior, quo adſpectu, cędes & crucifixio Chriſti exſecrabilior eſt cæde vniuerſorum &c. vel quia eſt alter altero vilior, quo adſpectu, in bello, poteſt vnius Ducis cædes grauior, quam mille militum gregariorum æſtimari &c.

Hùc adſpexerunt mulieres illæ, quæ Dauidi à cæde Goliathi reuertenti præcinentes, dixerunt; Iô, Iô! *percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia*. Quomodò enim decem milia, cùm vnicum Goliathum obtruncaſſet? decem tamen milia meritò aiunt, quoniam occiſo hoc vno Gigante ſpurio, & ſubuerſa mobili illa turri carnea, non minore damno Philiſthæos affecerat, quàm ſi decem ipſorum legiones proſtrauiſſet, tam erat vtilis bello vir ille ſpurius.

Virgil. Æneid. Hùc facit & illud Virgilij; *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet*
*Terra viros &c.*

Et, quòd ad Troiam olim Agamemnon profeſſus eſt, breui ſe Ilium fuiſſe expugnaturum, ſi decem ſi-

bi Ne-

bi Neſtores contigiſſent, quòd ſumma eſſet vir prudentia, ætatis diuturnitate collecta, maxima conſilij dexteritate, & eloquentia. Nam qui id dixit, oſtendit, plus illi incommodi allaturum, qui Neſtorem vnum occidiſſet, quàm qui decimam exercitus Græcorum partem deleuiſſet.

Sic Duce Laburloto, ad Neoportum, incerta manu nuper occiſo, paſſim iactatum, quanto pluris vnius illius viri mors fieret, quàm multorum. Eiuratum enim tùnc, ac caſtratum, morte noui illius Camilli, dixiſſes reliquum exercitum.

Herodes ergò cùm Iohannem vel vnicum, poſt alios tam multos, occidit, enormiùs peccauit, quàm cum Tyrannide multos contrucidauit; quòd Iohannes eſſet non modo cæteris dignior, ſed & Reipublicæ quaqua verſum illis, multis nominibus vtilior, præcurſor Chriſti, Doctor & Viocurus vniuerſorum.

Solem è mundo tollere videbatur Herodes, tantum totius doctrinæ & probitatis lumen, ſubterraneo carcere abſcondendo &c.

Ecce *non erat ille lux*, ſed Lucifer tantum, *qui teſtimonium perhiberet de lumine*. Iohannis 1.

* 2. *Perſonæ circa quam*, cuius quot poſſunt eſſe circumſtantiæ perſonam nobilitantes, tot modis poteſt dici maior, cæteris paribus, quæuis in eum vel iniuria vel contumelia. Iam, iam aliquid huius adtigi. — 2. Vel ratione perſonæ læſæ;

Pro perſonarum atq; obiectorum varietate, eſt varietas delictorum.

Cùr infinitæ malitiæ dicimus quidquid in Deum perpetratur?

Quoniam perſonam (vt ita nùnc dicam) ſuſtinet immenſæ Maieſtatis.

In hominibus, cùr impingens opilioni colaphum, Dacico, aut Philippico, aut aureo duntaxat multatus abſoluit; impingẽs aũt Principi, manu vtraq; multatur?

tur? Facit culpæ & pœnæ diuerſitatem, diuerſitas perſonarum.

At Iohannes Baptiſta quis vir, & quantus? Tantus, vt quidquid initiò de ipſo diximus, etſi valdè copiosè, minùs tamen ſit eo, quod dici aut debuit, aut potuit.

Vno tamen verbo; Tantus fuit, vt vel Chriſti ipſius coram ingenti turba teſtimonio, *Inter natos mulierum, non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta.* Matth. 11. Quo Panægyrico quid plenius?

Ergò Herodes illum vnum includens, occidens *homicidium* homicidia cætera *tranſcendens* perpetrauit.

Quæ etiam ſpeciem peccati variat;

Neq; verò hic Perſonæ adſpectus peccatum grandit tantummodò, ſed eius quoq; variat ſpeciem, & valdè alterat.

An enim eadem ſpecies peccati, eius, qui quemuis è plebe; & Neronis, qui ſuam matrem Agrippinam;

1. Reg.

aut illius, qui Sacerdotes in Nobe, aut *Zachariam filium Barachiæ* Sacerdotis *occidit inter templum & altare?* Matth. 23.

Factum prioris, homicidium vulgus vocat; Neronis autem, Parricidium; Interfectoris Sacerdotum Nobes, aut Zachariæ, Sacrilegium.

Sed Parricidij certè crimen tam graue eſt, vt Solon in hominem cadere poſſe vix putârit. Interrogatus enim ille Reip. Athenienſium magnus Reformator, *cùr nullas pœnas aduerſus eos, qui Patres verberâſſent?* reſpondit, *Quoniam nullos tales exſtituros exiſtimabam.* Anton. ſer. de liberis parentes honorantibus.

Homicidium illud eiuſmodi eſt, *Cuius ſupplicio nō debeat vna parari*

*Simia, nec ſerpens vnus, nec Culeus vnus.* Iuuenal.

Sacrilegium verò, aut vis illata ſacris Dei miniſtris, quanti ſit æſtimanda, mòx dicemus.

Et hæc quidem tria Homicidium, Parricidium, Sacrilegium, in Baptiſtæ cæde concurrerunt, in alijs illis, ſolum Homicidium;

Ergò Peccatum illud Herodis, & ratione perſonæ, &

næ, & Speciei nouæ, reliqua eius peccata tranſcendit.

Herodes enim hic fuit, & { 1. *Parricida,* 2. *Sacrilegus*

* 1. *Parricida.* In Patrem enim non carnis ſuæ, ſed ſpiritus ſæuiebat, in Præceptorem ſuum.

Vndè Herodes fuerit, & Parricida, (idque dupliciter, 1. Præceptorem,

Parentes enim certè cenſentur, non modo qui corpus, ſed etiam, ac forſitan æquiùs, qui mentem, meliorem noſtri partem, figurant; qui non temporariæ huic, ſed æternæ vitæ, hominem aptant; qui non viuere hoc brutum commune cum animantibus dant, ſed cœleſte, ſed benè viuere, & cum Angelis rationem ducem ſequi, docent; *qui non* generant neque *ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo* regenerant. *Ioan.* 1.

D. Paulus, quod primus Corinthijs fidem importaſſet, audet ſe ipſorum Patrem nuncupare; *Non vt confundam vos hæc ſcribo* (inquit) *ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Nam ſi decem milia Pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos Patres. Nàm in Chriſto Ieſu, per Euangelium, ego vos genui.* 1. Cor. 4.

Michas quidam de monte Ephraim, Leuitã Bethlemitem ſtationem quærentem ſic adfatur; *Mane apud me, & eſto mihi parens ac Sacerdos, daboq́; tibi per annos ſingulos decẽ argenteos, ac veſtem duplicem, & quæ ad victum ſunt neceſſaria.* Nota illud (*eſto mihi parens*) Iudic. 17.

Eidem Leuitæ, etiam ab ipſis ſacrorum eius raptoribus dictum; *Veni nobiſcum, vt habeamus te Patrem ac Sacerdotem.* Iudic. 17.

Hoc adſpectu, maiores olim noſtri, Franciſcani Ordinis Sacerdotes BEATOS PATRES adpellabant; neque omnino adhùc nepotes id dedidicerunt.

Ieſuitæ nùnc in ſocietatem eius nominis venerunt.

D. Gregor. in cap. Quis dubitet. 96. diſt. *Quis dubitet Sacerdotes Chriſti, Regum & Principum omnium-*

*qúe fidelium Patres & Magiſtros cenſeri?*

Clemens Rom. Conſtit. Apoſt. l. 7. c. 10. *Explanantem tibi ſermonem Dei honora, eumq; in memoria habe diu noctuq;: in honore autem habe eum, non vt ortus vitæque tuæ auctorem, ſed, vt eum, qui tibi dedit, vt bene ac laudabiliter viueres: vbi enim viget doctrina de Deo, ibi adeſt Deus.*

Ariſtoteles denique ipſe, ipſos Patribus, ac penè Dijs ipſis æquat, cùm ait; *Dijs, Parentibus, & Magiſtris non redditur æquiualens.* Ariſtot. libr. 6. Eth. c. 1. & 2.

Sed Baptiſta noſter, quid aliud Herodi, quam in Christo Pater? quid niſi Pædagogus? quò collimabat, niſi vt eum tandem ſpiritalis pater aliquandò pareret cælo?

Et erat, opinor, Herodi Iohannes, vt multis alijs, etiam ſpiritalis Pater a collato ei Baptiſmo ſuo, & regius Baptiſta.

Ergò & aliquo modo Herodes hic parricida.

2. Medicúque suum occidendo:) * *Parricida* rurſus. Nam medicum ſuum, alterum vitæ ſuæ patrem, ac Seruatorem occidebat.

Patrem certè olim, & Patriæ, & cuiuſque, adpellabant, tam eum, qui alicui ſeruarat vitam, quam qui dederat.

Patrem iuſtius adpelles, qui non iſtam cum brutis communem vitam vel ſeruat integram (vt Chriſtus Reguli filio:) vel reddit amiſſam (vt idē Lazaro Magdaleno) ſed illam hominum Electorum, & Angelorum, Gratiæ ſcilicet & Gloriæ Dei.

Quid verò Iohannes ſtuduerat *corripiens Herodem de omnibus malis quæ fecit*, ob quæ vt plurimum Tyranni trucidantur, niſi vt ab illis eum peccatis auocans, etiam eum vel certæ vel adparenti vel a populo per tumultum, vel a Philippo per iuſtam iram, morti eriperet?

*Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci*
*Deſcendunt Reges, & ſicca morte Tyranni.* Iuuenal. ſat. 10.

Certè Rodoaldus quidam Longobardorum Rex, anno

anno ſalutis 657. in adulterio deprehenſus, à marito adulteræ interfectus eſt. Philippus frater cùr non idem, ob ſuam Herodiadem, in Herodem potuerit?

Sed ad animæ vitam ſublimiorem. Quid ſtudebat Baptiſta inceſtas cum Herodiade nuptias taxans? &c. *& corripiens eum de omnibus malis, quæ fecit*, quò ſpectabat, niſi, vt Regem tòt lætalibus morbis circumſeptum, & alterum animæ pedem in cymba Charontis, & in portis Inferi, iam habentem eriperet, ſalutique redderet?

Ergò illum necans vitæ eius tam ſtudioſum ſeruatorem, aliquo modo parricida.

Niſi forte aliquo modo is parricida eſt, qui ab Hippocrate vel à morte ſeruat⁹, vel certè ſeruãdi ſui, ſi velit, pceptis & receptis aphoriſmis inſtitur⁹, Hippocratẽ ſtipẽdij vice curat iugulãdũ; is verò nullo modo eſt talis, qui edoctus ſeruare animam ſuam, eum trucidat, qui ſeruãdæ illius dux fuit, aut eſſe voluit? Et ſacrilegus,

* 2. *Sacrilegus*. Nã in clericũ, in perſonã Deo ſacrã, & (liceat nunc ita loqui) Eccleſiaſticã, in Filij Dei & multorũ ac forſitã & ſuũ, Baptiſtã; in *Prophetã, & pl⁹ q̃ Prophetã*; in diuini illius Triumuirat⁹ Legatũ &c. manus violẽtas iniecit, & ad tribunal ſeculare traxit &c. Quomodo,

O crimen ſuper omnia! ô ſcelus ſupereminens, & tranſcendens! *Adiecit & hoc ſuper omnia*.

Æmylius Probus refert, Ageſilaum Regem Lacedæmoniorũ præclarè dicere ſolitũ, *vehementer demirari ſe, eos non haberi in numero ſacrilegorum, qui læderent eos, qui Dijs ſupplicarent, vel Deos venerarentur.*

Idcircò lictores Veſtalibus apud Romanos decreti, opinor. *Plut. in Numa.*

*Adiecit ergò & hoc ſuper omnia*, ſit quaſi dictum ſit: Fecit & hoc crimen cæteris omnibus enormius, incluſit Iohannem, ac tandem occidit, homo laicus hominem Deo conſecratum &c.

Peſſimo ſanè exemplo, ſed quod tamen, proh dolor! ſæpius multos, & iam pridem, & nunc prauos imitatores reperit, & in clericos, & in res clericorum & in ipſa templa atque aras, nimium audaces. Cenſura in Herodianos,

Quod

Quod quid eſt, niſi in Deum militare, & facere vt illi, quos

*Adfectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes*
*Adgreſſoſque Iouem ſuperis detrudere regnis?* Ouid. 1. Metam.

Quid eſt (inquam) hoc, niſi Deum ipſum in ſeruitutem velle vendicare?

Vt homo laicus audeat profanas manus inijcere in Chriſtum Domini! mittere falcem laicam, in meſſem alienam, ipſique Deo ſacram!

Herodiano hoc ſtilo agere eſt, minimeque Catholico.

Quidam *in eo militiæ ſuæ conſtare gloriam credunt, ſi contemtibile ſit Sacerdotium: ſi Eccleſiæ vileſcat autoritas: ſi ità dilatauerint regnum hominis, vt Chriſti imperium contrahatur,* ait autor Policratici l. 6. c. 8.

Henricus certè Secundus Angliæ Rex hac imprimis infamis, vt qui, temporibus D. Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi, egregia hæc decreta condiderit, quæ ex Surio in vita eiuſdem Thomæ c. 6. hùc ad verbum tranſtulimus.

In Henricum II. Angl. Regem.

Decreta Henrici II. Angliæ Regis verè Herodiana,

1. *Quòd non adpellaretur ad ſedem Apoſtolicam ſine licentia Regis;*
2. *Quòd non liceat Archiepiſcopo & Epiſcopo exire de regno, & venire ad vocationem Domini Papæ, ſine licentia Regis;*
3. *Quòd non liceat Epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, ſine licentia Regis: vel terram illius, vel Officialium ſuorum ſub Interdicto ponere;*
4. *Quòd non liceat Epiſcopo coërcere aliquem de Periurio, vel læſa fide;*
5. *Quòd Clerici trahantur ad ſecularia Iudicia;*
6. *Quòd Laici, ſeu Rex, ſeu alij, tractent cauſas de Decimis, vel Eccleſijs.*

In Henricum VIII.

Quem Henricus VIII. ille heu! quondam dictus fidei defenſor, tandem; effectus vt hæres nominis & regni,

gni, ſic ſcelerum, pedepreſſim eſt imitatus.

**Henrici VIII. Angl. Regis in Clerum temeritates;**

1. *Se caput Eccleſiæ Anglicanæ iactauit, & creauit.*
2. *Litem vniuerſo Clero intendendam curauit, quà ob Legatorum nimirum Pontificis Romani, qui paulò antè in Angliæ fuerant, externam (vt tùnc cœptum eſt dici) poteſtatem, contra placitum Regis agnitam & propugnatam, Clericorum totius Regni bona in commiſſum cecidiſſe, fiſcoq́; Regis obnoxia eſſe pronuntiabantur*, vt loquitur Sanderus l. 1. de ſchiſmate Angl. pag. 87.
3. *De monaſterijs & monachis diſponit. Thomæ enim Audlæo Cancellario Mori ſucceſſori monaſterium Londinenſe, cui nomen fuit* ECCLESIA CHRISTI, *cum reditibus omnibus dedit. Religioſos autem illius loci Canonicos Regulares in alia monaſteria eiuſdem Ordinis diſtribuit*. Ibidem l. 1. pag. 89.
4. *Cromuelum quendam ſuum etiam (ſi Dijs placet) in ſpiritualibus Vicarium inſtituit.* Ibid. lib. 1. pag. 173.
5. *Non modò in viuos Clericos iudicium exercet, ſed & in mortuos, exemplo opinor Chriſti veri Capitis Eccleſiæ, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Diuũ enim Thomam Cantuarienſem Ep. poſtquàm ad maiorem religionis contemptum in iudicium vocari, & tamquam contumacem damnari, ac proditorem declarari fecerat, exhumari & comburi, cineres in ventum ſpargi iuſſit*. Ex Pauli III. Pont. Max. bulla excommunicationis Henrici. apud Sanderum pag. 191.

Noſtro etiam æuo & ſolo quidem quædam auſi ſunt imitari.

Vir quidam in Magiſtratu primario conſtitutus,

In vario- variorum locorum.

laicæ tamen poteſtatis, literis datis ad Prælatum quemdam, quas vidi, legi, & mihi tùm deſcripſi, auſus eſt (ſi Dijs placet) iubere *Concionatorem quempiam ad ſe procul deſtinari, de Concione quadam* (in qua ſe notatum putarat) *reſponſurum*. Non mittitur Concionator: ille iterat literas, atque in ipſis minatur toti Conuentui, ni ad ſe iuſſus Pater deſtinetur. Vidi ipſas ſecundas, & legi. Hoccine hominis Catholici (vt credebatur) & in Catholica vrbe Magiſtratum gerentis facinus!

Alibi; & in Catholica quoque vrbe, alius quidam & ipſe creditus Catholicus, ſimilem omninò Magiſtratum gerens, ſcripſiſſe literas creditus eſt ad alium Prælatum, quibus alium Concionatorem cupiebat dignitate deſtitui, atque exautorari, & quidem eidē adijciens, ni fieret, *ſciri aliam viam*; quidam aiebant dixiſſe, *ad Principem, captiuum Concionatorem tranſmiſſurum*.

Alibi; alius item non paruo fungens imperio, Concionatori cuipiam poſt pocula inſultanter in faciem dixit, *Virgas adhùc ſupereſſe, quibus virgari poſſet*.

Alibi; Sacerdos publicè à laicis captus, & in carcerem laicorum (Catholicorum tamen, vt opinio fuit) intruſus dictus eſt.

Alicubi; penſiones inuſitatæ in creatione merè ſacri Magiſtratus iuſſæ, adiectis minis iſtis, *creatum iri externum, niſi penderentur*.

Alicubi; literæ datæ, quibus *monaſteriorum* diuerſorum Ordinum *permutatio acceleranda iubebatur*, nulla in ipſis Pontificij indulti facta mentione. Vidi literas ipſas, & legi.

Alicubi; ità ſerui ſunt Laicorum Magiſtratuum Sacerdotes, vt ad Curionatus gerendos ab Epiſcopis ſuis iàm ritè examinati, iamque per patentes egregiè autoratas admiſſi, nihilominus iterum (ſi reuera volunt fieri Curiones ac frui) cogantur Laico Magiſtratui libellos ſupplices offerre, qui & ipſos ſecundum examinari iubet à quibuslibet, Sacerdotibus tamen, vndè fit proh dolor! vt *maior ſedes ab inferiore iudice-*

*tur,*

*tur*, Eccleſiaſtica à Laica, & in Epiſcopi examen, Sacerdos illo minor, Laicorum iuſſu, inquirat. Et hęc in vrbe Catholica, & ab Catholicis Magiſtratibus; vt creduntur.

O Herodianos, aut potius Herodes rediuiuos.

Parum alioqui peccarunt ſcilicet iſti, & *adijciunt hoc ſuper omnia.* cum Herode, vt Baptiſtas etiam vexent?

An volunt Rhadamanti & Rodomonti iſti noui, viros illos, quos Dei filius Iudices Mundi decreuit, his quoque verbis, præter alia multa, *Sedebitis iudicãtes duodecim tribus Iſraël*, ex Iudicibus, ſupplices facere derepentè, & quidem ſupplices ipſis ſuis Reis ac Subditis? *In cauda* eſſe, quos eſſe voluit Deus *in capite*? Ire ſurſum, quæ deorſum? *Matt. 19.*

An volunt Minoës iſti, de hominibus illis iudicare, qui teſte Paulo *etiam Angelos iudicabunt*?

An volunt, Iacobum redire ſub iugum Eſau, de quo prædictum, *Maior ſeruiet minori*? Iacobum inquã illum, cui ore Patris Iſaaci moribundi, quaſi viuæ vocis teſtamento, dictum, myſterio ſanè maximo, *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus: eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ* Gen. 27.

Et; *Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui.* Ibid.

*An Epiſcopum etiam* (vt ille cum ſtomacho aiebat). imò an Deum quoque *Valens agit*; An vxorati iſti, iam tandem gerent Sacerdotes?

Eiuſmodi Herodianos, egone vocem ſeruos Dominorum, non dico Chriſtianos aut Catholicos, ſed ſeruos Dei profitentium?

Itane Domini ipſi, tanto ſumptu pro Fide, pro Eccleſia, pro Sacerdotibus *vna cum gente tot annos.*

*Bella gerunt*; vt ipſorum miniſtri bella ſic gerant aduerſus Fidem, Eccleſiam, Sacerdotes? Vnus ædificet, vt alius ſic deſtruat?

Ergò iam *in caput alta ſuum labentur ab æquore retrò*
*Flumina, conuerſis Solq; recurret equis!*

*Terra*

*Terra feret ſtellas; cœlum findetur aratro;*
*Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas!*
*Omnia Naturæ præpoſtera legibus ibunt,*
*Parsq́ue ſuum mundi nulla tenebit iter!*
*Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negabam,*
*Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides!*
*Hæc ego vaticinor*, captiua matre ſub illis,
Quos primos miſeræ ferre decebat opem. Ouid l. 1. triſt. eleg. 7.

Quid ſi homines iſti, Rege, vel Saule vel Herode, vterentur? Emiſſarijs ipſis Saulis, credo, imo & ipſo Doëg deteriores illos Preſbyteri Epiſcopique experirentur.

Emiſſarij certè Saulis ipſius, iuſſi interimere Sacerdotes Nobe, quod Dauidem, quem Rex flamma ferroque perſequebatur, ſuſcepiſſent, pauiſſent, armaſſent Goliathi gladio, ne quidem vel tenuiter adtingere auſi ſunt, non, etſi Rex præſens, furijs plus quam Oreſtæis agitatus, vrgeret ad facinus, & Æacidinis minis in cunctantes vteretur. Illi immoti ſtetere, adeò ipſimet occidi, ſi fors ità ferret, quam Chriſtos Dei tangere malebant, boni ſerui Regis ſui, ſed Dei meliores, qui Domini furentis iuſſis miniſque, imò & morti, ſeruorum Dei Sacerdotum reuerentiam prætulerunt. Vnus Doëg Idumæus, omnis & religionis, & timoris Dei exſors, auſus ſacro Sacerdotum ſanguine fœdare ſeruiles manus, & iugulando Sacerdotes, vt Regi mortali placeret, Deum Regem Regum immortalem, in ſe ac Regem ſuum irritare.

Sed Doëg hic erat (Auditores) Doëg erat, Doëgerat, id eſt mortuus (ita enim Doëg quidam interpretantur) ne neſciant Herodiani iſti, æterna morte damnandum, quiſquis tàm excellentis Ordinis viris fuerit iniurioſus.

**Obiectiũculæ ſolutio.** Sed aiunt, quorundam Clericorum mores deprauatos ità mereri.

Reſpondemus, ex D. Thomæ Cantuarienſis vita apud Surium c. 7. *Erant ſanè* etiam *per id tempus* (ſub Thoma illo ſc. & Henrico II.) *mores quorundam è Clero valdè*

*ro valdè diſſoluti: ſed vt illi ad ſecularia iudicia raperentur, & à Laicis condemnarentur, id Archiepiſcopus ferre non ſuſtinuit. Volebat Rex vt ſacris initiati priùs degradarentur, atque ita pœnas luerent pro meritis. Contra Archiepiſcopus. Ego, inquit, Dei miniſtros laicæ poteſtati non exponam: ſed ſi peccent, ego eos puniam &c.*

*Suo Domino ſtant, aut cadunt.*

Nolumus ſanè Clericos eſſe *filios Belial*, & *ſine iugo*, & ſpe impunitatis omnia audere, non; ſed, apud ipſorum Iudices, in ipſos inquiri, atque à proprijs Iudicibus pro meritis ritè caſtigari, ne habeant *velamen malitiæ libertatem* atque immunitatem.

*Sic eos volo manere donec veniat* Iudex ſuus, *quid ad te*, ô Laice? *tu me ſequere.* Ioan. 21.

Eſt Rex ſacrorum, eſt Pontifex à poſſe & facere dictus, idemque Maximus, quod maximarum rerũ, quę ad ſacra & religionem pertinent, iudex ſit, iudexque contumaciæ priuatorum Magiſtratuum.

Vel Lucullus ipſe homo Ethnicus aliquando frequenti Senatu & quidem *de omnium collegarum ſententia reſpondit. Religionis, Iudices Pontifices fuiſſe: Legis, Senatum: Se & collegas ſuos de religione ſtatuiſſe: in Senatu de Lege ſtatuturos.* Cic. ep. ad Atticum l. 4.

*Eſt*, & *qui audiat* conquerentes de Sacerdotibus *conſtitutus à Rege* illo Sacrarum Sunt rotæ auditores &c. *2. Reg.*

Remittatur inſolens familiæ non tuæ filius, ad ſuum ſeu Patrem, ſeu Matrem, caſtigandus.

Peripateticus aliquis, ſi ſcholæ ſuæ, inſolentia aliqua, eſt inhonorus, ab Academico; Academicus, à Peripatetico, ad Scholæ quiſq; ſuæ Proceres & Rectorẽ relegetur caſtigandus. & ferulis reformandus.

Quis Pater aut Præceptor, alienum patienter tulit, ſuorum prolis aut diſcipuli, vel lanionem, vel virgatorem?

Olim etiam extremus Clericorum, id eſt dumtaxat tonſuratus, & ſic *pars Domini* factus, cum peccarat, ad Epiſcopum ſolebat remitti; cùr non nùnc ſal-

tem, ſummi Clerici, Sacerdotes?

Sed de his craſtino latiùs & diligentius. Sunt enim iſta talia, vt in ipſis totius pænè Chriſtianæ noſtræ Religionis cardo verſetur.

**3. Vel ratione cauſæ.** * 3. *Cauſa propter quam*, vt ſi grauiter læſus &c. At vinxit, occidit Herodes Iohannem, quia ſeruare, & ſanare cupiebat. Nocere benefico, an non *peccatum tranſcendens* omnia? *Dixeritis maledicta cuncta, cum ingratum dixeris*, ait ille.

Quam tranſcendens ſit peccatum ingratitudo, vel indè diſce, quod olim ſeruatum Dis vindicandum.

*Deindè*, tota cauſa, Herodias. *vinxit propter Herodiadem*, virum quem ſciuit ſanctum, propter nimis notam meretricem &c.

## ECHO
# CONCIONIS XXIV.

THEMA. *Adiecit* tamen tandem *Herodes & hoc ſuper omnia. Ipſe enim miſit, ac tenuit Iohannem, & alligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi
1. *An iniuria hæc in Iohannem, fuerit peccatorum eatenùs ab Herode commiſſorum maximum;*
2. *Non licere Herodi cuicunque, ſimilia in Clericos exercere;*
3. *Quid de Conſtantiniana donatione ſentiendum.* AVE.

### I.

*An iniuria hæc in Iohannem, fuerit peccatorum eatenùs ab Herode commiſſorum maximum.*

Quandoquidem (Auditores &c.) adeò notanter vocat Euangeliſta noſter crimen quo Herodes, poſt alia tam multa, Baptiſtam, per ſatellites comprehendere, tenere, alligare &c. auſus eſt, *crimen* ſuper omnia, om-

nibus

nibus ſupereminens, & *tranſcendens*, vti reuera fuit; nihil nocuerit, & nos hodiè adijcere, velut auctarij vice, aliquid ſuper omnia quæ heri diximus, &, ſumptis velut ocularibus, propius videre, an meritò iſta Herodis in Iohannem iniuria, cæteris Herodis eatenus peccatis, ſit cenſenda criminoſior.

Imò magnum multiplexque erit vnius huius operæ pretium.

**Quæ concionis huius vtilitas.**

*1. *Laicus* enim deinceps nihil inſolentius aget, Clericus nihil inſolens patietur; eritque ſic *opus Iuſtitiæ pax*. Iſai. 32.

*2. *Stoicos* philoſophos longiſſimè deliraſſe adpatebit, quum peccata omnia paria eſſe cenſuerunt. *Cic. in Parad.*

*3. *Conſtiterit* etiam ſic vobis, à quibus maximè peccatis ſit cauendum.

*4. *Ad quos* quaſi Lydios lapides Vitia Virtuteſq; probandæ &c.

Peccati igitur grauitas ſpectanda, &
- 1. *Tabula Decalogi*, contra quam ſit;
- 2. *Obiectis*;
- 3. *Damni quantitate.*

**Spectanda grauitas peccati, 1. ex ordine tabularũ &c.**

*1. *Tabula Decalogi*, & quaſi eius quota pagina aut folio; an ſcilicet contra primam, an contra ſecundam decem Legum vel paginam, vel tabulam; deindè etiã, contra quotam tabulæ cuiuſque legem peccatum ſit.

Sanctiora enim præcepta in primam tabulam, nimirum quæ Deũ, quæ religionem & diuina ſpectant, velut in propriam claſſem coacta ſunt; minora, quæ Homines, & hominum inter ſe ſocietatem & humanam caritatem, in ſecundam.

Rurſus, in eadem tabula ſanctiora priorem locum; minora, poſteriorem ſunt ſortita.

Itaque ſanctioris tabulæ, & in ea prioris legis violatio, fuerit tanto intolerabilior.

*2. *Obiectis*; an in Deum ipſum, an in hominem; an in ipſum hominem, an verò in perſonas ipſi coniunctas, an in res tantum peculij ipſius.

**2. Ex obiectis;**

*3. *Damni quantitate*, magnumne an paruũ, vnicũ ac multiplex, ſpiritale an corporale, priuatum an publicum &c.

**3. Damno.**

Querenti igitur, vtrum grauius, non ſanctificare Sabbathum, an parentes non honorare, aut vxorem vel ſeruum proximi concupiſcere; reſponderi poſſit, ſecundum tabulas, Sabbati violationem excedere, quoniam lex Sabbati prima tabula, leges reliquorum in ſecunda continentur.

Secundum obiectum verò, blaſphemia fuerit crimen grauiſſimum, quia recta in Deum militat.

Secundum damnum, homicidium fuerit blaſphemia grauius, quia hæc nihil adimit Deo; nec enim Deum verè lædit, qui Deum vel decapitat, vel euiſcerat abuſu militari; illud autem homini adimit bonú, quo nihil poſt Deum & virtutes, haberi carius poteſt, vitam ipſam.

*Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua*, quod videre eſt in captiuis, qui totis ſæpè patrimonijs vitam redimunt, & libertatem. *Iob. 2*

Sunt etiam damna inter ſe comparanda. Priuatumne an publicum, Spiritalene an corporale &c.

Grauius enim ille deliquerit, qui *vbiq; patrem, vbiqúe maritum*, occiſo ſcilicet bono Principe, abſtulerit, quam qui vni mulierculæ virum, & vni proli parentem ſuum.

Item grauius, qui animam vnam adimit cœlo, quá qui vnum hominem mundo. Homicidium tanto eſt grauius, quo vtilior Reip. eſt aut Eccleſiæ, qui tollitur.

Subindicat paraphraſis Chaldaica, de cæde Abelis ad Cainum ita loquens; *Vox ſanguinis generationum, quæ futuræ erant ſuccedere de fratre tuo clamant coram me de terra.* Gen. 4.

Quo autem plura, ex his tribus, in peccatum vnum confluxerint, hoc fuerit illud enormius æſtimandum.

Si verò vnum in vno fuerit, videri poſſit ex æquo & bono, grauius peccatum illud eſſe cenſendum, à quo maius damnum.

Ad iſtos ergò quaſi Lydios lapides hanc Herodis in Iohannem iniuriam nunc (ſi placet) examinemus.

Ad

Ac primò quidem notandum, non à me dici hoc Herodis peccatum ſimpliciter ſuper omnia, & tranſcendẽs omnia peccata huius mundi, facta & infecta; ſed dumtaxat ſecundum quid (vt ſcholæ loquuntur) & comparatè, vt ſcilicet cum alijs Herodis eatenùs peccatis, vel ad Critolai libram, expenditur.

**Herodis hoc peccatũ tranſcendere cætera, vt intelligendum. 1. Reſpectu tabularum.**

* *1. Tabulas* ergò ſpectamus? Tum Baptiſtæ cædes, quia recta eſt contra ſecundam tantum, qua dicitur, *Non occides &c.* non fuerit grauiſſima culparum Herodis; admiſit enim aliquas grauiores, ſi tamen meminiſtis quas ex Chryſoſtomo nuper memorabam Conc. 1. huius operis pag. 13. vbi, inter cætera, ſic aiebat ille aurei oris Concionator; *Herodes profanauit templum, Sacerdotium ſuſtulit.. corrupit quidquid erat Religionis, quod Legis.... quod fidei*; quæ manifeſtè in primam tabulam videntur militare, contra amorem Dei, contra honorem ſanctiſſimi nominis eius, contra omne Sabbatum, contra omnem Religionem. His nemo Atheus, non Diagoras, non Dionyſius ipſe, peiora forſitan potuerit.

*Ordinem* verò præceptorum eiuſdem tabulæ ſpectabimus? tùm cædes Baptiſtæ fuerit *ſuper omnia* Herodis peccata, ea ſcilicet quæ in tabulam ſecundam hactenùs perpetrârat.

Primum enim ſecundæ tabulæ præceptum *Honora Patrem &c.* tùnc violauit. Patrum enim nomine, etiam Doctores, & Magiſtri benè viuendi (vt heri dixi) cenſentur.

* *Adde*, pluries tunc ab eo tabulam eandem violatam.

Præceptum enim eius Secundum *Non occides &c.* poſt alios iam multos occiſos, iterum violauit. Grauius enim omnino eſt, *bis ad eundem*, vt eſt in prou. Relapſiones in eoſdem morbos periculoſiores.

* *Item*; In reliquis peccatis ſuis, poſteriores ſecundæ tabulæ leges violarat.

Sextum enim *Non mœchaberis*, rapta Herodiade violauit; & paulò antè, decimum, *Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius*, cũ hoſpes

in eiuſdem & hoſpitæ ſuæ & fratriæ amorem exarſerat.

Septimum *non furtum facies*, cùm populum exactionibus iniquis, obpreſſerat.

Sed his omnibus ordine præit præceptum *non occidendi*, quod hic violauit. Ergò cædes Baptiſtæ, punctū tranſcendens omnia.

2.Obiectorum; ★ 2.*Obiectorum* menſura, metiri volumus peccata Herodis? etiam ſic, erit aliquod ipſius peccatum maius cæde Baptiſtæ.

In Deum enim recta peccauit, cum (vt Chryſoſtomus nunc aiebat) *profanauit templum*, *Sacerdotium ſuſtulit....corrupit quidquid erat Religionis &c.* vt ob

pſal. 50. hæc meritò dicere potuerit illud, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*; te petebam, cum hæc agebam.

Obliquè autem atque indirectè tantum in Deum, cùm Baptiſtam cædebat, ferebatur.

Cùm *Sacerdotium ſuſtulit*, forſitan aliquos Sacerdotes vexando, amouendo dignos; indignos, & non veros ſucceſſores, pretio, prece, aut aliter promouendo (vt fit:) & forſitan nonnullos occidendo &c. Tùm, ſi digniorem ordinem Sacerdotum facimus, quā Prophetarum, de quo pauculis poſtea etiam diſputabimus; grauiùs peccauerit, Sacerdotem vnum occidendo (ſi quem occidit) quam Iohannem Prophetam, quem non putem in Sacerdotum claſſem (quamuis Zachariæ Sacerdotis fuerit filius; Sacerdotem enim nec tunc faciebat, etſi aptabat, filiatio, ſed vnctio;) referendum.

(Vbi notandum, Sacerdotē videri digniorem propheta, j. Ratione Sacrificij,

Sacerdos autem credi poſſit Propheta dignior, & ab
1. *Sacrificio*,
2. *Loquendi ordine*,
3. *Vnctione*,
4. *Origine*.

★ 1.*Sacrificio*, quod eſt actus Religionis ſummus, non autem ſic Prophetia; imò Prophetia eò tantum inſtituta, vt ritè colatur Deus, ac religioſè ſacrificetur.

Sed eligibilior eſt, & dignior finis, ijs, quæ ſunt ad finem. *Ariſtot. 3. Top.* Ergò.

★ 2.Lo

* 2. *Loquendi ordine.* Scriptura enim, cùm ſimùl de vtriſque loquitur, Sacerdotes Prophetis prænominat. 2. Prælationis,

Vbi enim neutros lædi prohibet, Sacerdotes primum deindè Prophetas memorat; *Nolite inquit tangere Chriſtos meos,* id eſt Sacerdotes, *& in Prophetis meis nolite malignari.*

Deindè ibidem vel adtingi tantum vetat Sacerdotes; in Prophetas vetat malignari, quod plus aliquid importat. Non vult tantum in Sacerdotes, quantum in Prophetas auderi.

* 3. *Vnctione.* Vngebantur enim exterius quoque Sacerdotes vti & Reges ipſi, non verò etiam Prophetæ, niſi itùs tantùm, *oleo* ſeu gratia Spiritus-Sancti *præ conſortibus ſuis.* 3. Vnctionis,

At certum, inter omnia cultui diuino in templo dicata, ſacratiora eſſe, quæ vnctione Deo conſecrata ſunt, quam quæ ſimpliciter hùc collata, & deuota.

* 4. *Origine.* Sacerdotes enim nō aliūdè, quā ex electo ſemine Aaronis, ac tandem etiam ex regio cū Aaronis permixto, creabantur; Prophetæ etiam ex bubulcis, vt Amos, ex paſtoribus ouium, vt Dauid &c. 4. Originis)

Vt non ex quouis robore Mercurius apud Gentes fiebat; ſic nec, apud Iudæos, ex quauis tribu & familia Sacerdos.

Denique; Vt ſe habet ſanctitas ad eruditionem, & vir doctus ad virum bonum; ſic ferè Sacerdos ad Prophetam.

Sed ſine controuerſia Sanctitas eruditioni antefertur, & omnium calculis vir bonus etiam rudis literarum, Sapientiſſimo cuique, ſed hoc tantum, anteferendus eſt. Ergò & Prophetæ Sacerdos.

Itaque, ſi propterea præferimus Prophetæ Sacerdotem; adſpectu obiecti, cædes Baptiſtæ non fuerit *peccatum tranſcendens reliqua omnia* Herodis peccata, ſed ipſa ſublatio Sacerdotum.

Sin contra Sacerdoti Propheta præferendus; rectè cædes Iohannis plus quam Prophetæ, etiam adſpectu obiecti, tranſcendens peccatum adpellaueris.

**Propheta autem digniorem Sacerdote 1. Ratione Legationis nobilioris.**

Et certè ſit, qui æſtimare poſſit Sacerdote prophetam digniorem, ab
- 1. *Legationum nobilitate;*
- 2. *Agendi modo;*
- 3. *Sanctitate maiore;*
- 4. *Præſidio.*

* 1. *Legationum nobilitate.* Sacerdos enim Legatus eſt hominum ad Deum; Propheta autem, Dei ad homines.

Hinc de Iohanne noſtro alius Iohannes; *Fuit homo miſſus à Deo.* Ioan. 1.

De Sacerdote ita D. Paulus; *Omnis Pontifex ex hominibus adſumtus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & Sacrificia pro peccatis.* Hebr. 5.

Eccl. 44. *Ecce Sacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit Deo, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.*

De Propheta ſeu Concionatore idem Paulus; *Pro Chriſto legatione fungimur*, ad homines ſcilicet.

De Pſeudoprophetis Dominus ipſe per Prophetã *Ipſi currebãt, & ego non mittebã eos*, vt ſubaudias veros Prophetas, diuinitus mitti ſolere.

Sed videntur Legati nobilitari magis à termino à quo, id eſt, ab eo qui mittit, quam à termino ad quẽ, id eſt, ab eo ad quem mittuntur, cum non huius, ſed illius, id eſt mittentis perſonam induant, atque ſuſtineant, & ferè pro mittentium, non verò pro eorum, ad quos mittuntur, dignitate, tractentur.

Cic. orat. contra Rullum inſinuat; *Graue eſt* inquit *nomen imperij* (Legatorum ſc.) *id etiam in leui perſona pertimeſcitur, propterea quod veſtro, non ſuo, nomine abutuntur.*

Quis non cenſet nobiliorem, cæteris paribus, eũ, qui a Pontifice Romano, aut Imperatore Germaniæ, ad nos cum poteſtate Legati à latere mittitur, quam, qui a nobis ad eoſdem ipſos deſtinatur?

Nos ab illis miſſos, vti ipſos ipſiſſimos pænè veneramur; Illi à nobis ad ſe deſtinatos, pro arbitrio.

Ab illis miſſi, dicunt, aguntque pro imperio eorũ, qui

qui ſe miſerunt; miſſi verò à nobis ad ipſos Pontiff. aut Impp. quàm poſſunt modeſtiſſimè.

Precantur Legati Populorum; Pontificum, Imperatorum imperant.

Ergò Prophetarum, qui à Deo ad nos mittuntur, dignitas maior, quam Sacerdotum, qui à nobis ad Deum.

Nam quid eſt homo compoſitus à Deo?

Quæ hominum, à quibus Sacerdotes ad Deum deſtinantur, ad Deum, a quo Prophetæ ad homines mittuntur, collatio aut proportio?

* 2. *Agendi modo.* Sacerdotes enim orant tantùm apud Deum, pro populo; Prophetæ, vice Dei, populo imperitant, & minantur. ij. Mo di proce dendi,

Sacerdotes, quà hominum ſunt legati, quid niſi ſupplices? Prophetæ, quid minùs quam Iudices?

Vtrum autem dignitatem maiorem ſpirat, precibuſne agere, an mero imperio? Supplicarene, an ferre ſententiam?

* *Item*; Sacerdotes vota & verba, quibus orent, ipſi concipiunt vt plurimum; Prophetis ſua, quibus cum hominibus agant, à Deo ipſo dictantur. Ore quidē illi ſuo, ſed nil niſi verba Dei loquuntur.

Ietem. 1. *Ecce dedi verba in ore tuo*, ait Dominus. *Exod.* 4. Moyſi tergiuerſanti, ne adiret legatus ad Pharaonem, de libertate populi Iſraël, *Perge*, inquit Dominus, *& ego ero in ore tuo doceboq; te, quid loquaris.*

*Ibidem.* Eidem Moyſi, *Ego ero in ore tuo, & in ore Aaronis.*

Chriſtus ipſe diſcipulis ſuis, non vt Sacerdotibus, ſed vt Prophetis ſeu Concionatoribus, *Non vos eſtis qui loquimini* (inquit) *ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.*

Hinc paſſim receptum, vt Prophetiæ omnes, & Conciones etiam noſtrę miſellorum peccatorum, adpellantur, ſicut verè ſunt, *Verbum Dei.*

Et Prophetis in vſu ſic ſæpè exordiri; *Verbum Domini*; vel, *hæc dicit Dominus*; *Et ſcietis, quod os Domi-*

*ni loquutum eſt &c.*

Dauid ipſe ingenuè fatetur; in ſuis, nihil ſuū; *Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.*

Et D. Paulus; *An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me Chriſtus?*

Quid Chriſtus ipſe? *Doctrina mea, non eſt mea.*

Sed plus dignitatis habet, hominem honorari alloquio & verbis Dei, quàm apud Deum agere verbis hominis. Ergò.

iij. Sanctitatis maioris. * 3. *Sanctitate maiore.* Ferè enim ſanctior fuit, atq; auſterior vita Prophetarum, quàm vet. legis Sacerdotum.

Sacerdotes & Leuitæ, vt plurimū vxorati; Prophetæ, vt filij Prophetarum ferè cælibes.

Sacerdotibus ſatis vacare immunditia, vt ritè ſacrificent, & preces concipiant; Prophetas plus aliquid deceat, nempè multā ſanctitate, & exemplo præire, quò alios vocant, ſi cum fructu ſunt dicturi.

iiij. Præſidij.) * 4. *Præſidio.* Vt neuter poſſit violari, Propheta tamen minimè iure Legatorum.

Legati enim hominum ad homines, iure Gentium, ſancti, & ferè tam inuiolabiles, quàm aræ ipſæ, uſque illud, etiam inter bella & hoſtium tela, incolume ſeruabatur. *Vide Alex. ab Alex. libr. 5. Gen. dierum c. 3.*

Immò, vt aræ ipſæ, pro aſylo ſunt ad ſe perfugientibus; ſic Legati ſæpè (vt, etiam apud Turcam, Legatus Regum Galliæ) & eorum violatio cùm ab hominibus, tùm à Deo ipſo, ſemper grauiſſimè vindicata.

* *Ab hominibus* quidem. Hanon enim Rex Ammonitarū, cum miſſis ad ſe à Dauide Legatis conſolatoribus de Patris morte, raſiſſet per ludibrium partem barbæ dimidiam, & veſtes eorum medias, vſque ad nates, præſcidiſſet, conſcientia delicti tanti, ſibi timens coëgit exercitum ſemel & iterum, ſed bis, Deo quoq; vlciſcente, à Dauide ſuperatus eſt. 2. *Reg.* 10. & 1. *Paral.* 19. & 20.

Romani M. Æmylio Lepido, & L. Flaminio Coſſ. L. Minutium, & L. Manilium, Chartaginenſium Legatis, quòd manus his intuliſſent, per Feciales dedẽdos curauerunt. *Valer. Max. lib. 6. c. 6.*

Iidem Romani, cùm cognouiſſent, Legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos à Q. Fabio & Cn. Apronio Ædilibus orta contentione fuiſſe pulſatos, continuò eos per Feciales Legatis ipſis dediderunt, additoijs Quæſtorem Brunduſium vſque, ne quam a cognatis deditorum iniuriam paterentur. *Idem ibid.*

Philippi Macedonis de hac re cenſura talis extat, epiſtola ad S. P. Q. Athenienſem, inter opera Demoſthenis; *Cùm cæteris omnibus*, inquit, *Præconem & Legatos violare impium videtur, tùm vobis imprimis. Certèquum Megarenſes Anthemocritum ſuſtuliſſent, tanta iracundia populus exarſit, vt eos myſterijs prohiberet*, (nota lector, etiam Ethnicis aliquam excommunicationem vſitatam) *& in monimentum iniuriæ ſtatuam ante portas erigeret.*

Cùm Paulus quidam Conſtantinopolitanus Patriarcha, Conſtante Imp. hæretico fretus, Sedis Apoſtolicæ Legatos variè in Inſulas relegaret, hoc eius ſcelere commotus Pontifex Martinus Tudertinus, coacto Romę Concilio 105. Epiſcoporum, eum condemnauit. *Breu. Rom. 12. Nouemb. Caduceatores* (ſcribit aliquis autor benè doctus) *vel verbo violare nefas eſt. Vndè Cato dicebat, Caduceatori neminem hominem nocere: & Euſtathius cerycas* ἀσύλους *vocat.* Vincentius Lupanus lib. 1. de Magiſtratibus Francorum tit. Heraldi.

*Caduceator gall. vn Ambaſſadeur de Paix.*

* *A Deo.* Lacedæmonij, cùm Xerxis Legatos, contra ius Gentium, occidiſſet, peſte grauiſſima tamdiu afflicti ſunt, dùm, ſuaſu oraculi, Bules & Sperches (vel, vt alij vocant, Buris & Spertis) ad Xerxem ſponte ierunt, ſuam ipſorum immolationem paci Patriæ, à Xerxe poſtulantes, quos tamen Rex, virtutem admiratus, domum illæſos iuſſit reuerti. *Plutarc.*

*Stob. ſer.*

*tom.*

*tom. 2. moral. de Apopht. Lacedæm. & Stob. ſerm. 2. ex Theſeo.*

Exaggerando ita Chriſtus olim exclamauit; *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt*, Legatos Dei Patris & meos, ô! Quid? Etiam *Cui Legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet, eius monimentum* maiores Romanorum *exſtare voluerunt, vt in bellis periculoſis obirent homines Legationis munus audaciùs*, ait Cic. Philipp. 9. initio.

*Lar Tolumnius Rex Veientium, quatuor Legatos populi R. Fidenis interemit: quorum ſtatuæ ſteterunt, vſq; ad noſtram memoriam, in Roſtris, iuſtus honos*, ait idem ibid.

Ac meritò quidem Legati ſacroſancti (ſenſo meo.) Nam alioqui quis vſus linguæ & rationis humanæ, hominum cum hominibus, externis, & iam irritatis interſe?

Quis alioqui, à ferino & armato bello, redeundi modus ad alterum illud hominum, quod geritur per diſceptationem?

Quis colloquijs, de captiuis redimendis, hoſtiendis. de pacibus, de fœderibus, de bello, de prælio, aut inducijs locus?

Infinita, ſine Legatorum tuta coitione, atq; interminata bella homines paterentur.

Maximè autem illi ſacroſancti, qui pro Deo, & Chriſto. legatione funguntur, Prophetæ, Concionatores: ita, ita Concionatores.

*Nolite* (inquit Dominus) *tangere Chriſtos meos* id eſt Sacerdotes; *& in Prophetis meis nolite malignari*, ne contumelijs quidem afficere illos audeatis, vt ſic videas velle Deum, Prophetas eſſe inuiolabiliores ipſis Sacerdotibus, cùm minùs ſit conuitiari, quam tangere aut ferire, Conuitia in Prophetas & Concionatores, pænè blaſphemiæ.

Sed Iohannes noſter quis? *Propheta, & plus quam Propheta*, reſponſo Chriſti.

Iohannes, Legatorum Dei celeberrimus. *Fuit homo miſſus à Deo.* Ioan. 1.

Iohan-

Iohannes Legatus; & Chriſti *Regis ipſius*, cuius erat Legatus, conſanguineus; homo, quo *inter natos mulierum* nondum *ſurrexerat maior.* Matth 11

Ergò, & ratione obiecti, his admiſſis, peccatũ Herodis in cæde Iohannis, fuerit peccatum transcendẽs reliqua omnia eius generis, etiam cædem Sacerdotũ Moſaicorum.

* *In cæteris* pleriſque peccatis, directè læſerat tantum Homines merè homines, exactionibus, vi, rapinis, raptu Herodiadis &c. indirectè, & obliquè Deum, qua Legislator erat, quem legibus eius violatis contemnebat. (*Sic enim peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis* ait Apoſtolus, ideò ſcili, et quia membra Chriſti facti ſumus; *Quomodò* enim *non peccas in Chriſtum, qui peccas in membrum Chriſti?* ait Auguſtinus, & quia lex Chriſti, de puſillis non ſcandalizandis, violatur &c.) *D. Aug. ſer. 16. de verbis Domini longè antè med.*

At in Iohannis violatione, peccabat in hominem pænè ſemi deum, vt ſic dicam, propter dignitatem Legati Dei, & pænè rectà ipſam Dei Opt. Max. maieſtatem lædebat, quam in Legato violabat.

Si verum dixit Veritas, quum dixit de Iohanne, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, cædes Iohannis fuit peccatum ſuper omnia, & tranſcendens cædem & Sacerdotis, & Prophetæ, & Hominis cuiuſcunque, infra Chriſtum & Mariam, accedens ad granditatẽ peccati à Iudæis commiſſi in Chriſti crucifixione, ratione obiecti.

*iij. *Damnum* verò ſpectabimus? Etiam ſic cædes Baptiſtæ vere *peccatum ſuper omnia, & tranſcendens* reliqua Herodis vniuerſa. 3. Damnorum,

Alibi enim, in bona humana, & hominum dumtaxat; hic in bona ipſa Dei, animas ſcilicet ipſas, inuolabat.

Ariſtotelis cenſura, *quod eſt diuturnius ſtabiliuſue, eligibilius eſt eo, quod minùs huiuſmodi: & quod per ſe, eo quod eſt per accidens: & quod melioris proprium, eo quod peioris: & finis, eo quod eſt ad finem: & duorum, id quod*

*propin-*

*propinquius eſt fini : & cuius finis melior eſt : & cui conſequens eſt maius bonum, vel minus malum : & id ex quo plura bona : & quod eo tempore magis valet : & quod in omni tempore, vel in pluribus eſt vtilius : & id quod propinquius vel ſimilius bono : & id, ex quo nulla moleſtia ſequitur, eligibilius eſt.* Ariſtot. lib. 3. Topic.

Ergò contra eligibilioris damnoſior eſt iactura.

Sed Iohanne quis melior, aut maior, aut toti Galilęæ imò orbi vniuerſo vtilior? Quàm multos, niſi cædes præuertiſſet, fuerat Chriſto generaturus?

*Vox ſanguinis generationum, quæ futuræ erant ſuccedere de fratre tuo, clamant coram me de terra.* Geneſis 4. iuxta interpretationem Chaldaicam.

Quis Chriſto, fini omnium noſtrum, vel ſimilior, vel proprior Iohanne Baptiſta?

Ipſiſſimus Chriſtus pænè cenſeri potuit; & tantùm non à Iudæis, (excluſo Ieſu, & Chriſto ipſo) pro Chriſto receptus eſt.

Vt Mutius nobilis ille Romanus, bono Porſenæ Regis, in cuius mortem coniurarat, iam ſicam in manu, ſtrictam, paratum neci, tenens, vnum ex purpuratis, forſitan ipſo Rege (vt fit) purpuratiorem, Regem putauit, & pro Rege ipſo occidit; ſic Iudæi, incommodo Chriſti, quantum in ipſis fuit, in Baptiſta neſcio quid, quod oculos magis perſtringeret, oculos inuidia iam tum caligantibus intuiti, Baptiſtæ ius regni (quod Ieſu Chriſto debuerunt) decepti tot virtutibus Magni Baptiſtæ detulerunt.

An ea parua laus Baptiſtæ, Primoribus Iudæorum Chriſtum potuiſſe videri?

Mementote & laudum eius, à me ſuperius, primis concionibus, congeſtarum.

Ergò, Herodes, illo vno violato & cæſo, patrauit *peccatum cætera tranſcendens*, adſpectu damni, quoniam, Baptiſta ſublato, extremo damno Rempub. affecit. In illo, pænè Chriſtum ipſum occidit.

Comparemus huic damna cætera diſtinctius, ſi libet.

Adulterans cum Herodiade, Herodiadem impri-

mis

mis honore ac ſalute ſpoliabat; *Quid enim ſalui eſt mulieri amiſſa pudicitia?* aiebat caſta Lucretia. *T. Liuius decad. 1.*

Philippum fratrem, ſua vxore, & fiducia frontis ſine rubore vbique adtollendæ; Liberos eius matre, ſed quali? atque his omnibus, paucis tamen numero, hęc aut ſimilia damna tùm inferebat; in Rempubl. verò peccabat non ita multum, niſi obliquè valdè, quòd ſe exemplo peſſimo audacem illam ad paria faciebat, quòd (vt dixi nuper) turbis & bellis regna implebat, quòd Deum ſibi ſuiſq; irritabat &c.

At Baptiſtam vnum iſtum occidendo, & ipſis illis omnibus nocebat; & Deo, cuius legationem abrumpebat; & Chriſto, cui ſuum Præcurſorem tollebat; & toti Reip. cui in tantis viarum ambagibus ſuum præitorem, & ducem in cælum, trucidabat, cui ſuam lucernam & facem, in tantis tùnc æui illius tenebris adeò neceſſariam, extinguebat.

*Ipſe enim erat lucerna ardens & lucens*, & Phar⁹ quidam errabundo populo.

*Paraui lucernam Chriſto meo.* pſal.

*Non erat* quidem *ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Iohan. 1.

Ipſe Lucifer quidam, ipſe ſtella Solis prænuntia.

*Populus* Iudæorum *qui* tùm *ambulat in tenebris, vidit* in Baptiſta *lucem magnam.*

Ipſe Mercurius quidam erat, & viarum index certiſſimus.

Ergò cùm Herodes Iohannem hunc vnum in carcerem rapiebat, occidebat, tanto Iudæos damno afficiebat, quanto qui Solem hunc illis è mundo ſuſtuliſſet.

*Nemo* (Herodes) *nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.* Luc.

Tu autem, ô Rex, Iohannem quatuor parietum anguſtijs includendo, quid niſi publicam lucernam diuinitùs datam ſub modio abſcondebas, inuidus & publici boni oſor nequiſſimus?

Noli

Noli *Diogeni*, noli populo tuo *umbram facere A-lexander*. Vide Laërt. lib. 6. de vit. Philoſ.

Itane, quia *oculi* tui *caligauerunt*, *nec poteras videre lucernam antequam extingueretur*: imò, quia *ſicut ny-cticorax in domicilio*, lumen Solis non ferebas, etiam publico damno tantam facem ſubprimere & exſuffla-re debuiſti?

Quia ambulare, & *deduci in viam mandatorum Dei* nolebas; *hominem, qui homini* omni *comiter moſtrabat viam*,

Et *lumen de lumine accendebat ſuo*, à te interfici o-portebat?

Comparationibus oſtenſum in quã Reip. damnoſa cædes Baptiſtæ.

O ſcelus verè tranſcendens! ô peccatum verè *ſuper omnia*! *Adiecit* verè *&*, *hoc ſuper omnia*, à damni mag-nitudine.

Fingite enim (Auditores) ſi totus mundus in tene-bris pluſquam Cimmerijs, vel Ægyptijs, verſaretur, & ignarus viarum omnium eſſet, vt quondam Iſraeli-tarum populus vagus & profugus in deſerto, interim verò Deus tot errantium miſertus, vel nouum quen-dam Solem, vel carbunculum & lapidem ignitum vel columnam ignis, vel ſtellam inuſitati ſplendoris (vt quondam tribus Magis) vel multorum ſinalium fa-cem immitteret, vel hominem lucerna hûc commo-diſſima inſtructum, & inſuper viarum omnium peri-tiſſimum, ducem deſtinaret; Si quis contra maleuo-lus, & illam facem extingueret, & illum ducem occi-deret; quanto ille vobis damno Remp. adfeciſſe vide-retur?

Tanto planè ac maiore etiam Herodes Iudæam v-niuerſam affecit, cum Iohannem tenuit atque inter-fecit.

Periculoſiùs enim *ambulare in tenebris* animi, quam corporis, id eſt, in ignoratione credendorum, agendo-rumque verſari.

Vel (ſi mauultis) fingite hortulanum, aut agrico-lam aliquem nouum, & nouarum frugum, nouæque agriculturæ inuentorem, qualis quõdam Noacus il-le magnus fuit, & (vt Ethnici fabulantur) apud Ianũ

in

in Italia Saturnus, & alibi Ceres ipſa, ad eos populos, qui hactenùs glande, herbis, ac pænè ſentibus ipſis paſcebantur, quòd neſcirent neque extirpare noxia ſarriendo, neque plantare ſalubria, diuino dono adtentâſſe, ſine inuidia, & gratis, vniuerſam artem & fruges nouas omnibus communicaturum; Illum autem ab vno neſcio quo, publici boni oſore, priuato odio, non ſini publicè artem docere, non ſarrire, non ſerere, non ſeminare &c. ſed teneri, ſed occidi; veſtrâ fidem, quod ſcelus occiſor ille, vobis Iudicibus, videtetur admiſiſſe?

Imò clariùs; Fingite in Rempublicam aut exercitum quempiam fame plus quam Saguntina laborantem, diuina prouidentia veniſſe Inſtitorem, commeatus omnis generis abundè importantem, nolle autem Prætorem caſtrenſem, priuatim in Inſtitorem iritatū; Inſtitorem horreum aut officinam aperire, frumenta venalia proſtituere; imò iubere includi, vinciri, & cum ſuo commeatu in Oceanum mergi; fidem veſtrâ, vos non hoc Prætoris ſcelus ſcelera omnia tranſcendens adpellaretis? Opinor.

Sed ager Iudeæ quam antè Chriſtum & Iohannem incultus! Spinetum atque vrcetum fuit.

Iudæi tùm glande & corticibus arborum, & noxijs paſcebantur.

Litera occidente à Scribis Phariſęiſque nutriebantur.

*Ventrem implebant ſiliquis quas porci manducabant.* Luc. 15.

Propemodum *fame* publica *non panis & aquæ, ſed audiendi verbum Dei* populus laborabat. *Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis.*

Petentibus *panem* erant, qui *lapidem* darent; & *prò ouo, ſcorpionem.*

Si comedere libet, *dic vt lapides iſti panes fiant.* Matthæi 4.

Hortulanus nouus Iohannes fuit,
Propheta *& plus quam Propheta.* Matth. 11.

*Conſtitui te hodiè ſuper Gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Ierem. 1.

Iohannes Baptiſta, magnus *Inſtitor, de longè panem verbi Dei,* & commeatum omnem ſalutis importans. *Præibis enim ante faciem Domini... ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum.* Luc. 1.

Herodes contra, Baptiſtam & peritiſſimum hortulanum vetat ſarrire, euellere, plantare &c. & eundem potentem Inſtitorem vetat panes, farinam, frumenta, tritici menſuras, venum dare, vetat liberè prædicare, tenet, vincit, occidit, Galilæis & Iudæis reliquis interim tantum non fame rabientibus.

An non igitur meritò peccatum Herodis Baptiſtā occidentis dixerimus, *peccatum ſuper omnia,* tranſabiens & *tranſcendens,* omnibus altiùs?

Ille tùnc ducem, ille tùnc paſtorem, & nutritium, ille tùnc vitam Reip. tollebat, cum Iohannem tollebat è medio.

Cum Prophetam hunc vnum tollebat, multos tollebat, qui pluſquam Propheta erat, qui vnus multorum inſtar erat, qui terminus Prophetarum erat. *Lex enim & Prophetæ vſq; ad Iohannem.*

*Iàm non eſt Propheta, & nos non cognoſcet ampliùs.*

Non putatis Auditores) tota tum Iudæa conclamatum, vlulatumque (niſi fortè metu tanti Tyranni muſſitandum dumtaxat fuit) quod olim à populo in Achaia, cum S. Andreas in crucem raptaretur, *Redde nobis hominem ſanctum, pium &c.*

Et verò non putant Herodiani noſtri, ſi quandò paria in pares faciunt, pariter in Deum & Rempubl. peccare?

Non credunt illi, Reipublicæ clarigationem, & res ſuas clariſſimè repetentium populorum clamorem (etſi non audiunt ipſi) aliquandò tamen ad Deum vſque aſcendere, dicentium, *Redde nobis homi-*

*nem ſanctam, pium &c.* bonum Concionatorem noſtrum &c.

*Væ vobis Legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis.* Luc. c. 11.

Non timet improperia illa, quæ olim de D. Gregorio ad Anglos emiſſo, Pontifici Benedicto qui miſerat, Romani turmatim adclamârunt, *Petrum offendiſti, Romam deſtruxiſti, quia Gregorium dimiſiſti?* Ex Ioán Diac. lib. 1. c. 23. de eius vita.

*Nolite, nolite tangere Chriſtos meos*, id eſt, homines mihi conſecratos, *& in Prophetis meis*, id eſt (ait Vatablus) *verbum meum populo meo annuntiantibus*, Legatis meis, *nolite malignari*, vel (vt quidam) *ne malefaciatis*, tenendo, calumniando, eijciendo, & quâ quâ curſum prædicationis ipſorum ſiſtendo.

* *Quid, quod* fortè etiam Herodes plus ſibi obfuit, in Iohannem, quàm, in Deum ipſum, offendendo?

**Herodi ipſi eadē quam incommoda.**

Io Climaci ſententiam audiamus; *Quamuis*, in quit, *ex natura ſua grauior ſit culpa, contra Deum, quā contra hominem peccare: aliquo tamen modo dici poteſt, periculoſius eſſe contra Patrem ſpiritualem, quàm contra Deum delinquere. Si enim peccatis noſtris Deum ad iram prouocamus, Patrem habemus ſpiritualem, qui (vt fecit Moyſes, quandò populus Deum ad iracundiam concitauit) precibus & ſacrificijs nobis reddet Deum placatum. Si autem Patrem offenderimus ſpiritualem, quis nos cum Deo reconciliabit, atque cum eo?* Io. Climacus c. 4.

* *Denique*, an non peccatum, *ſuper omnia*, & tranſcendens, quo adfectauit, atque effecit, vt coacto deinceps tanto Doctore conticeſcere, & nemine deindè paria auſuro, ne paria propter paria pateretur, in perpetua veri & ſalutis ignoratione verſaretur?

In ignorantiam certè Theologi dicunt peccatum periculoſiſſimum.

Ac meritò quidem. Nam qui vitentur mala, aut adpetantur bona, niſi cognita? Qui curentur morbi, quos æger ipſus neſciat?

Ignorantiarum autem peſſima illa eſt, quæ affectatiſſima.

Affectatiſſima illa eſt, quæ docendi potentem & libentem, docere prohibet, qualis iſta Herodis fuit. Ergò.

An etiam eſt vllius ignorantia rerum ſalutarium turpior aut nocentior, quam rectorum?

Vt non ſit mundo tàm incommodum, ſtellas ſimul omnes obſcurari, quam Solem obtenebreſcere; ſic Reipubl. pernicioſius, Regem eſſe ignorantem, quam quoſuis è plebe.

Frgò eminenter tranſcenderterq; peccauit, qui vt ignorans viueret, viuere noluit Doctorem ſuum.

## II.

*Non licere Herodi cuicunq; ſimilia in Clericos exercere.*

Ecclefiaſtæ boni perplexitas. quanta;

Quod Suſanna olim, id ego nunc meritò vſurpârim; *Ingemuit Suſanna & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique, ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugium manus veſtras. Sed melius eſt mihi, abſque opere, incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Daniel. 13.

*Coarctor* enim ego nùnc *nimis*. Herodis hoc crimen, quod *adiecit ſuper omnia*, id eſt, ſcelus illud magnitudine & mole *tranſcendens* cętera, quod in Iohannem, tantum Dei miniſtrum, perpetrauit, hinc irritat, trahit, ac pænè (vt videtis) cogit, me aduerſus Herodianos nonnullos ſeriò dicere; iſthinc verò terret, pæneque ſilentium dicturienti imperat & ipſorum, & eorum, qui vel opinione decepti ipſis fauent, vel ſtudio recularum ſuarum & ſpe promotionis ad maiora, conuiuere & ipſi volunt, & ab alijs conniuendum putant, tùm multitudo, tùm potentia.

*Ilicet obruimur numero*; ita Diſſimulatorum, Adulatorumque nùnc plena ſunt omnia.

Si

Si ne Hercules quidem contra duos, quid ego pygmæus contra tam multos?

*Anguſtiæ* profectò *ſunt mihi vndiq;.*

Si enim dixero liberè, & ſtylo Iohannis, quo hactenus ſoleo delectari, *Non licet tibi habere vxorem*, id eſt, vſurpare ius & ditionem *fratris tui*, mors mihi eſt; ſi tacuero, non effugiam manus Dei.

Cum Iuſtino martyre dixerim; *Ego quidem inſidias & fuſtuarium expecto à quopiam, qui alicuius ſit nominis, vel ab ipſo etiam Creſcente inſipiente, arrogatiæ quippè magis, quàm ſapientiæ amante.* Niceph. libro tertio c. 22.

Expecto vel hoc, vel calumnias certas, vel ſilentij indictionem, & vt *abſque Synagoga* faciant me &c.

Erit fortè & qui ſic optet, vt eſt apud Plautum; *Vellem me in anginam verti, vt huic aniculæ fauceis praeocuparem.*

Nouatorem aliqui, popularem, & rerum nouarũ ſtudioſum adpellabunt, dicentq; *commouet populum, incipiens à Galilæa vſq; huc.*

Audaculum alij & præſidentem, qui vel ſolus, vel cum valdè paucis, coner conſuetudini inueteratæ obſiſtere, aut putem multis iudicio & conſtantia vnius anteire.

Erunt amici mei & proximi mei fortè aduerſum me ſteterint.

*Si autem non egero*, neque aduerſus vim Herodis, & Laicorum pro aris & ſacris pugnauero, *non effugiam manus Dei, in quas incidere adeò horrendum eſt.*

*Quid faciam*, aut dicam, *cùm venerit ad iudicandũ Deus?* Iob.

Obijciet, *erubuiſſe me coram hominibus* & Maieſtatem & cauſam ſuam; ita meritum me quoque, vt viciſſim me *coram Patre erubeſcat*, & deſerat cauſæ ſuæ deſertorem.

Deſeciſſe me in pugna ſummè neceſſaria, atq; ordinem deſeruiſſe, & vexillum ipſum; & quidem cam-

po tàm aperto, locique opportunitate ad fortiter agendum prouocante.

Curatorem diuinorum reum tutelæ peraget.

Obijciet, me quoque (alioqui hactenus parũ mei ſolicitum) vel tandem cum pleriſq., *viuere*, id eſt, diſſimulare *didiciſſe*; ſilentium venale habere, & cũ Demoſthene non tam anginam, quàm argyranchen ſeu argenti morbum pati.

An paruæ anguſtiæ iſtæ Auditores?

Sed *melius mihi eſt, abſq; opere* alio malo, *incidere in manus veſtras* ò Herodiani, ſi qui hic adeſtis, aut relatu hic dicta audituri eſtis, quod Superi faciunt! *quã peccare* dicenda tacendo, atque Eccleſiæ cauſam deſerendo, *in conſpectu Domini*.

Nondum ille Boskhierum nouit, qui metu vllo cuiuſcunque putat veritatem proditurum.

*Malo veris offendere, quàm placere adulando.* Seneca in prou.

Sed cur mihi timeam, qui in vrbe tàm Catholica diſputo?

**Cauſæ nihil timẽdi.** Cùr timeam de his agens, ſub Rege Cleri & Sacerdotij protectore?

Illi timeant, qui Geneuæ, qui ſub Henricis Angliç Octauis rediuiuis, hanc lyræ fidem adtingunt.

Quamquam ſi pericula vlla eſſent, cùr illa timeam in cauſa tam pulcra?

*Precioſa mors* illa & glorioſa, quæ pro aris fociſque ſubitur.

Nihil politicè timendum, ne dùm cælum cuſtoditur, terra amittatur, vt Athenienſis ille aiebat.

*Nec fit ſine magno periculo facinus magnum & memorabile.*

**Reſponſum obiectiunculis.** *Difficilia, quæ pulchra.* Igitur audeamus.

Nouatorem ergò adpellabunt? At nihil nouat, qui antiqua in vſum reuocare conatur; Illi potiùs nouatores, qui veteri Eccleſiæ vſu exploſo, nouum adduxerunt.

Antiquarium vocabunt dictionis antiquæ ſtudioſum,

ſum, nouatorem vindicem morum antiquorum? Aut illum ferent, quidam etiam laudabunt; iſtum ſcenis theatriſque explodent?

Verbiſne, an *Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque?* Ennius apud Cic. lib. off.

*Moribus antiquis*, (opinor) vt Lipſius, heu! quondam meus dicere ſolebat, & *Priſca fide*, vt Schoppius meus Romæ nùnc vſurpat, ſalua conſtat omnis Reſpublica.

Quam voueo, vt *Multa renaſcantur, quæ nunc cecidère; cadantq́;*
*Quæ nunc ſunt in honore!*
(inquam) magis, quam vocabula. *Horat. in Arte.*

Præſidentem ergò vocabunt, qui inueteratum iam morbum curandum aggrediar? & a quo curari, qui ægri ſunt, nolunt?

Quinctilius quidam *ſi defendere delictum, quàm vertere, malles,*
*Nullum vltra verbum, aut operam inſumebat inanẽ.*
Horat. in Arte.

Quid igitur tu fruſtrà, poſt tàm multorum Æſculapiorum irritos conatus?

Quid tu vnus ac ſolus, aut cum pauciſſimis contra globum tam ingentem, ſi non aliter ſentientium, certè diſſimulantium? Vis vnus *digito monſtrari, & dicier hic eſt.*

Eiuſmodi de me, aut in me ſermones torquebũtur.

Quidni? Ita ſc. Thomæ illi Moro Deus bone! quãto viro! in iudicio pro Catholica quoque ſtanti, inquiebat Cancellarius; *Ergone tu vir melior aut ſapientior haberi vis, quàm omnes ſimul Epiſcopi, Abbates, reliquiq́; Eccleſiaſtici, quàm tota Nobilitas, quàm cuncti Senatores, quàm Concilium integrum, quàm vniuerſum denique regnum?* Sanderus libr. 1. de Schiſm. Angl. fol. 141.

At non ego ſolus (Auditores) non ego ſolus. *Reliquit* etiam nunc, & in hac cauſa ſua *ſibi Deus ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.* 3. Reg. 19. Rom. 11.

*Muli filij diſertæ magis quam eius quæ habet virum. Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.*

Superſunt adhùc aliquis *Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi*, qui reſiſtant Regi Oziæ, & dicant *Non eſt tui officij Ozia.* 2. Paral. 26.

Quod Thomas Morus aliquandò, in re non diſſimili, Cancellario in iudicio reſpondit, id nùnc ego, *Pro vno Epiſcopo, quem vos veſtræ opinionis habetis, mihi facilè ſunt centum, iiq; ex illorum numero, qui inter Diuos ſunt relati: & pro veſtra Nobilitate, habeo nobiliorem conſeſſum Martyrum ac Confeſſorum; pro vnico etiam Concilio (quod quale extiterit, Deus optimè nouit) habeo omnia Concilia generalia, annis ab hinc mille celebrata: & pro hoc vno exiguo regno veſtro, habeo pro me Galliam, Hiſpaniam, Italiam, cæteraq; ſpatioſiſſima Chriſtiani orbis imperia.* Sanderus vbi ſup. pag. 142.

Multi, de eadem re, olim & dixerunt, & ſcripſerunt, & nùnc quoq; multi multa; imò verò iam pedem multi pro hac re libentes mortui.

Quid igitur ſolitatem illi meam criminentur?

Sed eſto. Nemo hactenùs fuerit, aut nùnc ſit huius cauſæ patronus.

Sapiendū vt pauci. An quia propè vnus ſoluſque erat Horatius Cocles, qui eo bello, quod Porſena Hetruriæ Rex, pro Tarquiniorum reſtitutione, in Romanos gerebat, cū Ianiculum iam captum videret, cùm hoſtes iam in vrbem irruentes, reliquis omnibus adtonitis, & in fugā verſis, duobus tantum comitatus, hoſtium impetum tantiſper eſt remoratus, donec pons Sublicius à tergo ſolueretur, idcircò aut in campo Martio lapidatus, aut minùs à ſuis aut poſteris honoratus? Imò verò tātò hinc laudatior.

Q. Mutius Scæuola vt paſſim laudatus, qui vnus ſoluſque & primus, ex trecentis forſitan coniuratis, auſus ad Porſenam in caſtris ſuis feriendum, accedere!

Daniel vnus ſoluſque fuit & iuuenis, cùm à ſenum ſenten-

ſententia adpellaait, Suſannamque paratæ morti, eripuit, Iudices verò ipſos morte multauit. *Daniel* 13.

Ionathas vnus ſoluſque coram Saule Rege & Patre, contra Saulem Regem Patremque, Dauidis innocentiam apertè defendit. 1. *Reg.*

Ionathas, Iudæ Machabæi frater, *cum parua manu aduerſus exercitus regios pugnans, deſertus à ſuis, & cum duobus tantum relictus, reparauit bellum, auertit hoſtē, fugientes ſuos ad ſocietatem reuocauit triumphi.* D. Ambroſ. lib. 1. Off. c. 41.

Qui ſoli geſſerunt miranda, mirabiliores.

Vnus ſoluſque Dauid fuit, & valdè *adoleſcentulus tùm & contemptus*, quum catneam illam & loquentem Philiſthæorum turrim, & quaſi ſedem belli Goliathum, *in funda & lapide in nomine Domini*, in oculis trepidantis exercitus, expugnauit. 1. *Reg.* 17.

Vnus ſoluſque Samſon fuit, & mandibula tantum aſini armatus, cùm tot ſimul Philiſthæos trucidauit, *Iudic.*

Vnus ſoluſque Hercules fuit, cùm orbem monſtris inauditis, & ſolo nomine terribilibus, repurgauit.

Vnus, ac pænè ſolus Camillus fuit, cum Romam iam buſtum factam, & Capitolium auro iam a Romanis victis redemtum, de manu Brenni & Gallorum victis inſultantium, ferro liberauit.

Vnus ſoluſque fuit Leo Magnus, cùm Atilam cognomento *flagellum Dei*, iam iam cum ſuis Romæ imminentem, oratione non modo ſtitit, ſed & in Pannoniam, quæ nunc Vngaria eſt, redire perſuaſit.

Vnus ſoluſque Iohannes Baptiſta fuit, qui Herodi auſus eſt tacentibus vniuerſis, dicere, *Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui.*

Vnus ſoluſque idem eumdem, *corripere* auſus eſt *de omnibus malis quæ fecit.*

An enim forſitan ſolus Iohannes vel ſciebat vitam & acta Herodis; vel ſolus peccata ea eſſe intelligebat, ſolus caſuum Conſcientiæ tùnc peritus; vel ſolus tunc viuebat Concionator? Scilicet.

Multi tùm haud dubiè & æquè oculati & naſuti, &

Doctores, & Iuriſperiti, & Concionatores; tamen Baptiſta vnus ſoluſque corripuit.

An idcircò minori cum laude? Imò tanto maiori, ſenſo meo.

Eſt eſt victoria paucorum de multis, & puſillorum de potentibus, tanto glorioſior atque integrior, quo pauciores ex ea aliquid decerpunt: & ſi vinci in tali pugna contingit, a multis paucos, à corpulentis macilentos &c. vinci, victis minus pudendum.

Quid? Etiam *vna* & ſola *mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor*, & Holofernem illum orbis tunc terrorem, Aſſyriæ militiæ ducem, ſuo ſibi gladio iugulauit. *Iudith.* 14.

Deo æque facilè ſaluare in paucis imò nullis, atq; in multis; & æquè in funda & lapide, atque in baliſtis & vaſtis molaribus.

Non legiſtis *quomodo olim perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia?*

Non meminiſtis, vt voculæ illæ EGO SVM aciem illam totam in dorſum ſtrauerit?

Non legiſtis; *fugietis, nemine perſequente?* Neſcitis & Panicos eſſe terrores, atque ipſos multum pro iuſtis poſſe?

*Debet, debet vnuſquiſque rectiſſimam ſententiam dicere, tametſi ſolus in ea ſingulariſq; futurus ſit: nec enim ad eum pertinet rei exitus, ſed conſilium & ſuffragium optimum.* Cic. Philipp. 11.

*Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuiés.* Exod. 23.

Loquendum ſcribendumque vt multi; ſapiendum vt pauci. *prou.*

Vt neque Hercules, neque Danieles nos ſimus, certè *tam viri deſideriorum* bonorum, quam Daniel eſſe poſſumus; tàm ad domanda vitiorum monſtra, & homines exleges & legi rupiones caſtigandos, à Deo vero miſſi ſumus, quam Hercules ipſe, a ſuo falſo Ioue, ad monſtra ferarum, & Tyrannos reprimendos.

Viri boni, ac heroicè generoſi pectoris eſt, in cauſa

aliqua

aliqua bona, ſed ab omnibus pænè deſerta, dicere;

*Dux ero, miles ero;*

*Duce me, me milite, ſolus*

*Bella geram*, vt pænè puer ſcripſi, in Houdano Cæſarimontano.

**Vir fortis quid dicat in arduis.**

Et; *Ipſe Eques; Ipſe Pedes; Signifer, vnus, ero.*

Vt nihil proficiam, tamen *in magnis* ſi non *ſat eſt* (vt quidam ait) certè multum eſt, *voluiſſe.*

*Omnibus bonis in rebus, conatus in laude; effectus in caſu eſt. Et ſicut ad pœnam ſufficit meditari punienda, ſic & ad laudem, ſatis eſt conari prædicanda.* Apuleius li. 4. Floridorum.

*In recta ſententia, ne victa quidem cauſa vituperanda eſt.* Cic. Philipp. 11.

Cauſa victa aliquando placuit etiam Catoni. *Lucanus.*

Saltem, forſitan conatu iſto, etſi nunc irrito, fortiores adhùc ſomno oppreſſos, quaſi ſpeculator quidã excitabo, & ad aliquid vel tandem hic audendum vnus multos conglobabo, vt coitione facta vis Herodiana repellatur.

Quod anſer Romanis, ne ſuum Capitolium caperetur; quod gallus Petro, ne latius peccando progrederetur, fuerunt, id forſitan gallicinio hoc meo bonis fuero, vt euigilent, hucque aduigilent.

Erit forſitan (atque vtinam non vnicus ſit.) qui & hoc dicat, *Turpe eſt* non *Iſocratem* quidem, ſed Iſocrate longè inferiorem *pati dicere; me autem tacere*; mutum & elinguem loqui tacere diſertiſſimos.

Vt vt ſit, ſtat ſententia, contra Herodianam vim dicere, clarigare, & clariſſimè iura ac ditionem Eccleſiæ matris hodiè de manu vſurpatorum, ratione repetere.

*Hæc mea militia eſt, gerimus, quæ poſſumus, arma.* Ouid. lib. 2 Faſt.

*Nolite timere puſillus grex.* Luc. 12.

Atys ſcilicet Crœſi Lydorum Regis filius milite Cy-

te Cyri iàm Cræſi patris jugulum ferro ſtricto peten-te clarè exclamarit, patris mortem auerteret, qui ha-ctenùs mutus vixiſſet; ego Eccleſiæ filius, alibi mini-mè mutus, illa vim ab Herode patiente obmuteſcam? Non ita. *Herodotus lib.1.*

Igitur dextras iam iam, rationum colluctatione conferamus.

Si quis ergò nunc quoque Herodes ſeruos expedi-at, ad tenendum, ac ligandum Iohannem, & carcere continendum; ſciat Herodes, ſe ea a ſeruis exigendo; ſerui ſciant, Herodi hic parendo, ſeſe valde pecca-re.

**Poteſtas imperãdi eſt circũ ſcripta.**

Sunt Potentibus certæ imperandi metæ, ſunt ſub-ditis & parendi.

D. Greg. & habetur 2.q.7. Admonendi. *Admonendi ſunt ſubditi, ne plus quam expedit, ſint ſubiecti, ne cum ſtudent, plus quam neceſſe, hominibus ſubdi, compellan-tur vitia eorum venerari.*

**Apologetica pro Clericis.**

Miſit Herodes, qui Iohannem caperent; mirantur & alij nonnulli.

Sed, vt qui Herodi hic paruerunt, non omninò im-munes à delicto, ſic nec cæterorum in ſimilibus ad-miniſtri.

* *Item*; Nemo ex Chriſtiano in Ethnicum degene-rare, ſine culpa capitali, poteſt;

Sed Eccleſiæ decreta conuellere, aut contra ipſa militare, eſt in Ethnicum degenerare;

*Qui* enim *Eccleſiam non audit*, vel cenſurâ Chriſti, *ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*. Ergò capitaliter delinquit, qui Eccleſiæ decretis reſiſtit.

Sed conuellitur quod Silueſter Eccleſiæ caput iam-pridem decreuit, nempè *Vt Laicus Clerico non inferret crimen. Ne Clericus apud profanum Iudicem cauſam di-ceret*; cùm Baptiſta quiſpiam ab Herode capitur, vin-citur &c. Ergò.

* *Item*; Legum illæ minimè violandæ, quæ ſunt maximæ, antiquiſſimæ, & de Sacris.

Sed Priuilegiorum Clericalium quatuordecim à Ber. enumeratorũ, quæ & enumerat Card. in Clemen-tina

tina prima, de vita & honeſt. Clericorum, hoc primũ; *Quod non conuenitur coram Iudice ſeculari.* de foro cōpetenſi diligenti & antiquiſſimum, quia iam tum ſaltem à tempore Syluestri ſunt, imò à priſcis Romanis, apud quos ſoli ſummi Pontifices Veſtales delinquentes flagellabant, infodiebant, contumaciam priuatorum magiſtratuum vindicabant &c. Ergò. *Plut. to. 1. vit. in Numa.*

*Item*; De ſimilibus idem iudicium;

Sed Panormitanus in c. Epiſcopus de præben. dicit *Omnia priuilegia militum congruentia Clericis, habent Clerici.* Milites autem cum delinquunt, ad alium Iudicem non trahuntur, quam ad Prætorem Caſtrenſem, aut Ducem.

Ergò nec Sacerdos, ſi delinquet ad alium, quam Eccleſiaſticum Iudicem, trahi poteſt.

* *Item*; Vt ſe habet, filius ad Patrem, Diſcipulus ad Magiſtrum, ſeruus ad Dominum; ſic Laicus ad Sacerdotem;

Sed Liberi non ſunt Iudices parentum, nec Diſcipuli ſuorum Magiſtrorum, nec ſerui Dominorum. Ergò.

Quis vultu immutato ferat Patrem liberis ſupplicem eſſe, aut ſub ſecuri ceruicem truncandam dare? Suaſerit filio Iudici in cauſa paterna, vir quiuis æquabilis, tam ne iuſtitiam deſerat, quam ne Patri parum deferat, officio tantiſper cedere, alium ſubrogare.

Ioſephum adhùc puerulum dumtaxat ſomnium fratribus ita referentem, *Vidi per ſomnium quaſi Solem & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me. increpauit Pater ſuus, & dixit, Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? Num ego & Mater tua... adorabimus te ſuper terram?* q.d. vt fratres decere poſſit; certè id Parentes dedeceat.

Nos Sacerdotes laicorum parentes, *adorabimus te,* Herodes laice, *ſuper terram?*

Quis ferat, Magiſtrum à diſcipulis virgari, vt accidit illi Faliſcorum Ludimagiſtro? *Plutarch. in Camillo.*

Quis ſeruos contra Dominos audiat?

*Maio-*

*Maiores noſtri in Dominum de ſeruo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inueniri, ſed quia videbatur indignum eſſe, & Domini morte ipſa triſtius.* Cic. orat. pro Milone.

*Accuſauit me ſeruum tuum, ſeruus meus*, ait Miphi boſeth de Siba ſeruo ſuo, quaſi rem indigniſſimam queſtus. 2. *Reg.* 19.

Elinguem ac mutum ſeruum pingi, atque eſſe expediat.

*Rara eſt in Dominos iuſta licentia.* Senec.

Sed *quis dubitet Sacerdotes Chriſti, Regum, & Principum, omniumq́; fidelium*, *Patres & Magiſtros cenſeri?* Decret. p. 1. diſt. 69. § 9. ex epiſt. Gregorij ad Heremannum Metenſem Ep.

Ergò *miſerabilis inſania eſſe cognoſcitur, ſi filius Patrem, Diſcipulus Magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſua poteſtati ſubijcere, à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cœlis ſe ligari poſſe & ſolui.* Decret. ibid.

Filiorum Belial eſt, velle ſuos ſibi Patres ſupplices eſſe.

Ægyptiæ arrogantiæ eſt, velle Dominam Saram ancillari, ancillam Agar dominæ ſuæ dominari. *Geneſ.*

Beſtialis imbelliæ eſt, parere affectibus rationem.

Præpoſteritatis extremę, à plauſtro aut curru, boues trahi; gallinam gallinaceo præcinere.

* *Deindè*; Aphoriſmus eſt Iuriſperitorum, *non habere imperium parem in parem*, naturæ certè conuenientiſſimus.

Verbi cauſſa: Non poteſt Gallorum Rex in vita Regis Hiſp. vt Iudex inquirere, vti nec iſte, in illius.

Iure optimo queſti ſunt Catholiciſſimæ illius Heroinæ Mariæ Stuartæ Scotorum Reginæ miniſtri nuper de Eliſabetha Anglorum Regina, quod in Mariæ vitam, actaque in maritum ſecundum quaſi Iudex competens inquerere auderet, nouoque & peſſimo exemplo, poſt. 19. aut 20. annorum carcerem, Anglicè

capite

capite multandam decernere. *Vide martyrologium eius gallicum.*

Fratrum Geminorum vndequaque parium neuter in alterum quidquam rectè vſurpat.

Sed(vt demus,quod tamen non damus, eſſe in militante Chriſti Eccleſia duo tribunalia prorſus ſeparata,non inuicem ſubordinata,Eccleſiaſticũ , & Laicum)credo non erit adeò effrons Catholicorũ quiſquam , qui ſi Eccleſiaſticum tribunal Laico ſuperius digniuſque fateri nolit , ſaltem par nõ velit confiteri.

Tribunal ſacrum, laico auguſtius.

Ergò nec ſic quoque Laico tribunali vllum ius, in Eccleſiaſticum.

Non Iudex in Iudicem.

Imò nec vbi pares ſint Iudices, poſſit eorum alter quidquam in ſubditos alterius,& fori non ſui, decernere.

*Sententiam à Iudice non ſuo latam , prorſus nullam,* vel a bimulis cantatur.

Etiam Pilatus ipſe, vt Ieſum Galilæum ſubaudijt, & fori Herodis,ad Herodem illum mòx remiſit. Falcem in meſſem alienam & regiam,noluit Prætor Pacis amans immittere.

Sed non ſunt Clerici,fori Laicorum;ſuis Dominis, ſuo foro ſtant aut cadunt.

*Placet* (inquit Honorius Imp.) *clementiæ noſtræ, vt nihil commune Clerici cum publicis actionibus habeant,vel ad Curiam pertinentibus, cuius corpori non ſunt annexi.*

Ergò nihil poteſt Laicus Iudex in capita Eccleſiaſtici fori,id eſt in Clericos,duriùs conſtituere.

Sed paritate tribunalium contenti non ſumus,præferri Eccleſiaſticum Laico oportere cẽſemus, vti mòx multis confirmabo.

Ergò,ſi ne paris quidem in parem vllum imperium eſt;valdè is fallitur, qui inferioris in ſuperiorem aliquod eſſe putat;peccatque ſanè grauiſſimè , ſi cum obſtinacia tuetur, *Maiorem* & ſacram *ſedem poſſe ab inferiore iudicari.*

Numquam, niſi noua oracula cælitus dabuntur,

*Maior*

*Maior ſeruiet minori*. Geneſ.

Non ſeruiet, inquam, iure & lege; armis aliter fortaſſe, inter quæ ſilent leges.

* *Sed negas* fortaſſis (homo tenuiter Catholice, & parum Chriſtiane) maiorem Laico Sacerdotem, aut tribunal Eccleſiaſticum Laico maius eſſe.

Ego contra adfirmo, & iam mecum (opinor) ſentires, ſi quæ in mea nuper ARA COELI concione p. 2. pag. 132. 133. 134. 135. & ſeqq. ſcripſi, vel legiſſes, vel audiſſes.

Illa ignoranti, nunc quoque, vt à tua in meam venias ſententiam, adijciam quædam, forſitan illis paria, aut meliora.

Gelaſius ergò Pap. ep. ad Anaſtaſium; & habetur Decret. p. 1. diſt. 96. § 9. *Ambroſius* (inquit) *in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tam precioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior ordo Sacerdotalis.*

Nicolaus Papa ad Micha. Imp. *Satis euidenter*, inquit *oſtenditur à ſeculari poteſtate, nec ſolui prorſus, nec ligari Pontificem, quem conſtat à pio Principe Conſtantino.... Deum adpellatum: cum nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum ſit.*

*Auertat Deus*, Domini, *vt fraterculus aliquis iudicet Deos terrenos: vos eſtis Iudices Regum & Cæſarum, vt olim magnus dixit Conſtantinus. Vos à nullo iudicandi eſtis, præterquam à ſolo Deo:* dixit, ſcripſitque calenter aliquandò magnus ille Corn. Muſſus familiaris meus, conc. in Dom. 2. poſt Paſcha.

*Deus* (aiebat ad Epiſcopos Conſtantinus) *vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem de nobis quoque iudicandi: & ideò nos à vobis rectè iudicamur: vos autem non poteſtis ab omnibus iudicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium &c. Vos nobis à Deo dati eſtis Dij, & conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in Synagoga Deorum &c.*

Si non eſt Sacerdotium laica poteſtate altius, cur Sacerdotum genibus Reges colla ſubmittunt? *Videas Regum colla & Principum ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credunt ſe communiri*

*ſe communiri.* D. Ambr. lib. de Sacerdotali dignit. c. 2.

Imò, cùr Reges atque Imperatores, non dexteram magni Sacerdotis, ſed beatos pedes dumtaxat ſedentis, ſtantis, iacentes ipſi & proſtrati, oſculantur?

Cùr Carolus V. Imp. ſemper Auguſtus, & Dominus quondam noſter, & noſtras, Clementis VII. pedē tàm obedienter, religioſè, ac deuotè eſt aliquandò oſculatus; cur alij tam multi pari dignitate paria pari dignatiòne?

Vter maior, qui ſedet, an qui iacet? qui Iudici ſimilior eſt, an qui Subplici?

Sacerdotes à Philippo II. Hiſp. Rege, vt honorati.

Cùr Philippus II. Rex quondam noſter, & hæres paternæ gloriæ, cum permittat totius Orbis Nobiles, ac Vaſallorum Dominos (quibuſdam Principibus, Ducibuſque exceptis, quos Latinè Magnos & Magnates dicere poſſis, Hiſpanicè LOS GRANDES vocant) coram ſe ſtare nudis capitibus; Sacerdotes magna pietate mòx iubet capita tegere, & poſteà loqui, nec ſinit regiæ ſuæ manui oſcula figere, cū cæteris illam porrigere ſoleat oſculandam? Notate (Herodiani) notate veſtri quondam Regis in tanta potentia, de Sacerdotij celſitudine, non verbo, ſed facto, cenſuram.

In Hiſpanijs, Duodecimuiratus ille illuſtriſſimus ſacri regij Conſilij Philippi eiuſdem II. quid? Illorum ipſorum miniſter, qui ordinandis omnibus præfectus eſt, ſi fortè quis togatus ad illum accedit, quærit ex eo ſitne ſacris initiatus? Si eſſe dixerit, mòx ſedere, tegere caput, & vices ſuas loquendi honorificè expectare iubet; atque hoc etiam, ſi feria ſexta contingat, qua Maieſtas ipſa Philippi II. ſolebat Concilio intereſſe.

A Conſtantino Magno quomodo.

Cur Conſtantinus Imp. iam olim fecerit, quod ſic ipſe de ſe ait: *Tenentes frenum equi ipſius* Sylueſtri ſc. *pro reuerentia B. Petri, Stratoris officium illi exhibuimus.* Superauit ſc. votum impij Aman, pro ſe (vt putabat) Aſſuero, ſeu Artaxerxi, Regi ita conſulentis; *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus Regis, & imponi ſuper equum, qui de ſella Regis eſt, & accipere regiū*

*diadema ſuper caput ſuum , & primus de regijs Principibus ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens, clamet & dicat, Sic honorabitur, quemcunque voluerit Rex honorare.* Eſther.6.

Non enim dumtaxat primus regiorum Aulicorũ, equum S. Sylueſtri tenuit, ſed primus Regum, ipſe Imperator. *Decret.p.1 diſt. 96.§.14.*

Tanti ſunt Sacerdotes Euangelici , Chriſti ipſius inſtitutione; ſunt, Chriſtianorum dedicatione; ſunt, Conſtantini donatione.

**Baptiſmus ſubijcit omnes ſuſcipientes Rom. Pontifici,**

Vti electione populorum, Reges creati, maiores deinceps fiunt illis ipſis, qui electione ſua ipſos Reges crearunt; &, vt ſceptra & imperia in populos, iure ad eos pertinent, quibus ea populi ipſi mera ac pura donatione contulerunt, nulla repetundorum eorum relicta poteſtate; ſic Pontifex Romanus (vt Chriſti donationem ſileam) Chriſtianis omnibus ſuperior dicendus, tùm quia per Baptiſmi ſuſceptionem, omnes æquè Parui & Magni Chriſto atque Eccleſiæ nomina dederunt, Deo ſub capite viſibili Romano ſeruituri , tùm & minimum quia Chriſtianorum omniũ tunc Imperator Conſtantinus B. Sylueſtro & ſucceſſoribus ſe ſemel Imperiumque verbo & ſigno ſubiecit.

**Item ipſa deditio Cõſtãtini.**

Conſtantini certè decretum tale eſt; *BEATO SYLVESTRO & omnibus ſucceſſoribus eius de præſenti tradimus Palatium Imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri : ſimulq; Phrygium, necnon ſuperhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare aſſolet collum: verumetiam chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam , & omnia Imperialia indumenta: conferentes etiam & Imperialia ſceptra.* q.d. Pontificem Sylueſtrum , & quemlibet eius legitimum ſucceſſorem , meum & totius mundi Imperatorem dico & volo, &, ſi non eſſet, creo, atque illi imperium meum abdico, quod ſi deinceps geſſero, geram ſub ipſo. *Decret.p.1.diſt.96.§.14.*

Ergò, ſi Pontifex eſt Imperator Imperatoris ipſius, ab ip-

ab ipſo Imperatore liberrimè renunciatus; an non eſt quouis Laico tribunali tribunal Sacerdotale ſublimius?

Conſuetudine vſitatiſſima ſit, vt ſi quiſpiam Rex ſocietatem aurei velleris Burgundiæ Ducis ingrediatur, deinceps capiti ſocietatis illius, etſi alias ipſo minori, ſubdatur.

Et ſi quis titulotenus Epiſcopus, præbendorũ cauſa, collega Canonicorũ fiat; in capitulo ipſorum, ſubeſt inſtar cæterorum Capituli Præfecto, quà Canonicus; ſic Reges Põtifici ſaltem ſubſunt, quà Chriſtiani.

Leontius quidam olim Tripolis Lydiæ Epiſcopus, natione Myſus, ex ijs qui Iſtrum accolunt, vir tantus, vt *Regulam Eccleſiæ* vulgò vocarent, quanto eſſet Sacerdos Laico altior, illuſtriſſimo facinore demonſtrauit. Quodam enim tempore Concilio indicto, cũ Euſebia Conſtantij vxor, ſuperbia elata, ab Epiſcopis adoraretur: ſolus eam adulationem aſpernatus, domi manſit. At illa iritata, & animo inflammato, mittit ad eum expoſtulatũ, pollicitationibus etiam hominem alliciens; Se, Eccleſiam illi maximam exſtructurã eſſe, & affatim pecuniæ præbituram, ſi ſe conueniret.

Cui ille hoc modo reſpondet: *Iſtorum quidem ſi quid Imperatrix exequi volueris, non tam mihi te ſcito, quam animæ tuæ gratum facturam. Si me verò ad te venire volueris, debita Epiſcopis reuerentia conſeruata, vt ego quidem ingrediar: tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſubponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu verecundè aſtes: cùm iuſſero, ſigno dato, ſeſſura: ſi hæ inquam tibi conditiones placuerint, veniam ad te. Sin alio modo: non tàm multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore Epiſcopis conueniente neglecto, diuinum Sacerdotij inſtitutum violemus.* Hoc Epiſcopi facinus fuit, audite Imperatoris de illo cenſuram. Ea ergò cùm renunciata eſſent, exarſit iracundia mulier, non ferendũ rata Leõtij reſpõſum & vehementer cõmota, & multũ cõqueſta, multũq; muliebri

vile & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumque ad ſupplicium de illo ſumendum inſtigat. *Ille verò* (ait Suidas) *ingenuum Leontij animum magis laudat: placataq; ira vxorem in gynæceum ablegat.* Suidas in hiſtor. dict. Leontius.

Idem aliquandò, Conſtantio inter Epiſcopos præſidente, & Eccleſijs præſcribere volente aliter multo quam plerique, quidquid ille dixiſſet, cum plauſu & admiratione accipiebant, rectiſſimè id eſſe dictum aſſerentes. Hic verò tacebat. Quem cum rogaret Imperator: Quid tu ſolus omnium taces? *Miror,* (inquit) *qui fiat, vt alijs curandis deſtinatus, alia tractes: qui cum rei militari, & Reipub. præſis, Epiſcopis ea præſcribas, quæ ad ſolos pertinent Epiſcopos?* Imperator itaque verecundatus, eiuſmodi edictis in poſterum abſtinuiſſe fertur. *Idem ibid.*

Et quid ſibi vult illud Chriſti iterumque iterumque repetitum, *Ite oſtendite vos Sacerdotibus?* &, *Sedebitis iudicantes duodecim tribus Iſraël?* & alia multa his paria?

Eccleſiaſticum tribunal eſſe laico ſupertius probatur, 1. Quod Reges atque Imperatores ab illo autorantur,

Præterea ſublimius eſſe tribunal Eccleſiaſtium Laico, liquet ex Regg. & Impp.

1. *Autoratione,*
2. *Exautoratione,*
3. *Excõmunicatione,* per Pontifices.

* 1. *Autoratione,* quam qui confert, dignior videtur eo qui accipit.

Sed iam tùm in veteri lege, Reges à Sacerdotibus creabantur, vngebantur, non contra.

Poſt Clodouæum Gallorum Regem Chriſtianum factum, nemo deinceps ad regiam in Gallis dignitatem antè eſt prouectus, quã per Epiſcopos & Archiepiſcopos ſacratus eſſet.

Zacharias Pipinum eſt alia familia Hilderico Regem Gallorum ſubſtituit.

Stephanus Pont. Max. autoritate S. Petri, Proceres Francorum obligauit, ne alium quam ex ſtirpe Pipini Regem præficerent.

Leo Tertius creat Carolum Imp. teſte Eghinarto.

*Græci*

Græci Imperatores, etſi variè Imperium aut inuaderent, aut acciperent, tamen antiquitùs ſemper Patriarchæ tantum honoris tribuerunt, vt ei de religione Catholica primò ſatisfacere deberent, priuſquam legitimi Imperatores haberi poſſent.

Anaſtaſium, Imperatorem deſignatum poſt Zenonem, Euphemius Patriarcha, quod de fide ſuſpectum haberet, antè coronare noluit, quam *Anaſtaſius graui iuramento in ſcripto relato confirmaſſet: fidem Catholicã ſe inuiolatam ſeruaturum, neque quicquam rei nouæ ſuo tempore in Eccleſiam illaturum, necnon Chalcedonenſem ſynodum ex animi ſententia tribus reliquis Nicenæ, Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ additurum.* Vide Niceph. li. 16. c. 24 26. Euagrium l. 3. c. 32.

Quid? *Magos huius temporis Perſæ honorant, & quam maximè venerantur, vt quorum conſilio publica omnia & prædictionibus adminiſtrentur: ſeorſumque, quid quiſque premij pro re benè geſta promereatur, quidue ſupplicij qui flagitium fecerit, præſidendo & cognoſcendo decernãt: nec ſanè Perſis vel legitimum aliquid fore, vel æquum videbitur, quod Magorum non ſit ſententia confirmatum.* Agathias hiſt. lib. 2.

Druydæ apud Gallos olim non ſolùm Sacrorum, ſed vitæ quoque & mortis ſummam poteſtatem habuerunt. *Vide Cæſ. lib. 6. de bello Gall.*

* 2. *Exautoratione*, & (vt ſic dicam) degradatione. **2. Item exautorantur,**

Zacharias Papa Hildericum Regem Francorum regno priuauit, vel quòd iners eſſet & inutilis; vel quod tanti regni temoni gubernando minùs idoneus, vndè, vt boni mores ſua detrimenta, ſic regnum & Religio ſua pati potuiſſent. Itaque ei Pipinum, ex alia proſapia, Martelli ſcilicet filium, Caroli Imperatoris patrem ſuffecit.

*Ob inertiam depoſitum docent Gelaſius Papa, & habetur 15. q. 6. c. Alius item. Et Henricus Gandauenſis, & VVernerus Roſelinck VVeſtphalus, qui perbreuem hiſt. texuit, ab origine mundi vſque ad Innocentium VIII.*

Gregorius IIII. Ludouicum Imp. monaſterio incluſit,

ſit, illic defleturum adulterium, quod cum quadam Iuditha perpetrarat.

Alexander IV. excommunicationem minatus, Electoribus Imp. Germanici prohibuit, ne Corradum eligerent Cæſarem, quod ſoboles eſſet mali parentis Federici Imp. & quod puer eſſet, imperio adminiſtrando minus idoneus.

Quid? Ethnicarum etiam gentium quarumdam Sacerdotes, in Laicos Magiſtratus ſummum imperium habuere.

Romanis Pontifex, Maximus dicebatur, quod maximus rerum, quæ ad ſacra & religiones pertinerent, iudex eſſet, vindexque contumaciæ priuatorum, Magiſtratuumque.

Antiquitus Meroe (quæ eſt ciuitas Metropolis regni Æthiopię) poteſtas ſumma penes Sacerdotes fuit, tantaque auctoritas, vt nonnunquam, miſſo nuncio, mortem Regi imperarent, aliumque illi ſufficerent. *Strabo Geogr. l.* 17.

Cicero noſter Augures Romanorum quantos facit! *Quid enim eſt maius*, inquit, *ſi de iure* (Augurum ſcilicet) *quærimus, quam poſſe a ſummis imperijs, & ſummis poteſtatibus comitia tollere? concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? Quid grauius, quam rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus Augur aliter dixerit? Quid magnificentius, quam poſſe decernere, vt Magiſtratu ſe abdicent Conſules? Quid religioſius, quam cum populo, cum plebe agendi ius dare, aut non dare? Quid legem, ſi non iure rogata eſt, tollere? &c.* Cic. 2. de Legibus.

iij. Atque excõmunicantur.

* 3. *Excommunicatione.*

D. Ambroſius, Gratiano Imp. occiſo, ad Maximum eius interfectorem, Legatus profectus eſt, eumque, pœnitentiam agere recuſantem, a fidelium communione ſemouit.

Idem Theodoſium Imp. propter cædem Theſſalonicæ factam, ingreſſu Eccleſiæ prohibuit. *Brev. Rom. 7. Decemb.*

Innocentius Papa Romanus Arcadium Imperatorem, quod Iohannem Chryſoſtomum de ſolio Epiſcopatu

patus ſui deturbaſſet, excommunicauit, per literas ad illum in hæc verba perſcriptas: *Vox ſanguinis fratris mei Iohannis, Imperator, contra te Deum appellat: quomodo Abeli iuſti ſanguis olim aduerſus Cainum fratricidam vociferabatur. Dabis autem omninò pœnas, qui non hoc tantum feceris, verum etiam, ipſo Pacis tranquillitatiſq; tempore, perſecutionem aduerſus Eccleſiam Dei & ſacerdotes ipſius molitus ſis. Magnum illum orbis terrarum doctorem Epiſcopatus ſui ſolio, cauſa indicta, expuliſti, vnaq; cum eo Chriſtum abegiſti &c.* Michaël. Glycas Annal. parte 4.

Gregorius Papa Romanus Leoni Iſaurico Imp. quod ſacrarum imaginum iuratus hoſtis eſſet, Italiæ Romæque vectigalia amplius pendi vetuit: adeoque totam illam regionem ab hoc imperio prorſus auulſit *Idem ibid.*

Ioannem Zimiſcam, quum Nicephori Phocæ Imp. Conſtātinop. locum occupaſſet, & ad Eccleſiam pergeret diadema ſuſcepturus, Polieuctus Patriarcha, tāquam cęde pollutum, Eccleſiam non eſt paſſus ingredi. *Vide Zonaram tom. 3. in Ioan. Zimiſca, & Mich. Glycam p. 4 Annal.*

Anaſtaſio Silentiario, quod Imperator factus, ſub Euphemio Patriarcha Conſtātinopolitano, cathedra parata, cum quibuſdam cœtus agitaret, Euphemius minitabundus dixit: *Vt aut ſi frequentaret Eccleſiā, cū ea conſentiret: aut nequaquam eam, ad peruertendos ſimpliciores, ingrederetur. Sin ſecus* (inquit) *feceris: reſecta tua coma, te in triumpho ducam coram populo.* Ex eoque tempore quieuit Anaſtaſius, fœlicis illius gloriæ cauſa retinendæ. *Suidas in voce Anaſtaſius Silentiarius.*

Ignatius etiam Patriarcha, Bardam Cæſarem, Imperatoremque poſt Michaëlem deſignatum, iamque omnia penè in imperio gerentem, excommunicauit, ob neſcio quod cum vxore diuortium. *Florimundus Ramundus l. Antipapiſſæ c. 27.*

Hæccine indicio certiſſimo ſunt, Eccleſiaſticum

ſeu Cleri tribunal, *ſuper Gentes & Gẽtes conſtitutum*, cũ Clericorum Princeps, Pontifex Max. in regnis atque imperijs ſic *euellat, & diſſipet*, ſic *ædificet, & plantet* Iere.m. 1.

Quid igitur Herodiani nunc quidam in Clerum tantum audent?

Quid in clericos, adeoque monachos quidam imperium tam licenter vſurpant?

Quid ordinem diuinitus decretum adeò temerariè peruertunt?

Non timent, Deo vlciſcente, ſua & iura & regna amittere, qui vſurpant aliena, & quidem ſacra & diuina?

Non metuunt, ne quemadmodum pennæ aquilarum, aliarum alitum pennis mixtæ, ipſas deuorant; ita iura Eccleſiaſtica cum Laicis confuſa, ipſa omnino irritent, & perdant? *Plin. l. 29. c. 6.*

## III.

*Quid de Conſtantiniana donatione ſentiendum.*

Sed hoc (inquis) fundamentum omne habet à donatione Conſtantini.

Donatio autem Conſtantini aut *fabuloſa* eſt (vt Vallæ, & Htutteno viſum) aut adeò *inoffícioſa*, & cum tanta diminutione Imperij, Succeſſorumque detrimento, vt fieri ab illo non debuerit, proptereaque repetũdarum poſſit poſtulari; aut adeò *oneroſa*, vt reuocari à poſteris, propter Pontificum & donatariorum ingratitudinem poſſit.

Tempora lem Rom. Pontificis poteſtatem eſſe à Chriſto.

Quatuor ergò (vt video) inquis
- 1. *Originem Iuriſdictionis*;
- 2. *Falſitatem Originis*;
- 3. *Damnum poſterorum*;
- 4. *Conditionem in donatione*.

Quæ ego, eodem ordine, iam iam impugnatũ co.

*1. *Originem Iuriſdictionis*. Illam enim donum eſſe Conſtantini nego, ſed Dei & Chriſti, vt qui Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, vti Melchiſedech ipſe Rex ſit & Sacerdos, & *regale* gerat *Sacerdotium*, quod quia æternum habet teſte Paulo, &

iuxta

iuxta illud *Tu es Sacerdos in æternum*; poteratque, aſcendente ipſo aliquandò in cœlum, deficere, abiturus Petrum ſucceſſorem, cum plenitudine totius poteſtatis ſuæ (qua quà homo purus capax fuit) ab illo rurſus in ſucceſſores deriuabilis, inſtituit, ne vnquam deficeret: Totius (inquam) id eſt Sacræ & Laicæ; quoniam ad Chriſtum quoque, imò ad ipſum ſolum, orbis totius imperium pertinebat, vt qui eſſet (teſte Paulo) illud ſemen Abrahæ, cui futuris temporibus hoc promittèbatur, ibi; *Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo poſt te*; eſſetque pacificus ille Dauidis filius Salomon, *pacificans omnia, & quæ in cœlis, & quæ in terris*; & ille amabilis Domino, *in quo* ſcilicet ipſe *Pater ſibi complacuit*; cui fuerat promiſſum, *& dominabitur à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum*; eſſet quoq; *Filius Dei, itaq; & hæres per Deum* mundi totius. *Omnia enim dedit ei Pater in manus; & iudicium omne dedit Filio*; & *conſtituit eum hæredem vniuerſorum*; item per Reſurrectionem Victor, belli & vincentium iure, Dominus omnium, quæ ad victos pertinebant, vndè & ait, *Data eſt mihi omnis*, id eſt, abſoluta *poteſtas in Cœlo & in terra*. Itaque is tandem Legatione & paribus perfectis *tranſiturus ex hoc mundo ad Patrem*, Petrũ ac Pontifices Romanos eius ſucceſſores, tantos tantæq; Iuriſdictionis vnus ſoluſque effecit, cùm in ipſos ius omne, quod habuit ſecundum humanam naturam, tã Regni, quàm Sacerdotij, transfudit & tranſtulit. *Vide Thomam c.* 10. *libro tertio opuſcul.* 20. *de regimine Principum.*

D. Ignatio, Epiſcopus imago Dei eſt, propter principatum; Chriſti verò, propter Sacerdotium. D. *Ignat. ep.* 10. *ad Smyrnenſ.*

Ergò non à Conſtantino, ſed à Chriſto ipſo illa Cleri tam lata potentia & Iuriſdictio, Liber autem illius vſus, a Conſtantino.

Ergò Conſtantinus Imperium quod dicitur B. Sylueſtro dediſſe, non tàm dedit, quàm reddidit, aut frui dedit eo, quod iure quidem iampridem fuerat Eccle-

ſiæ Chriſti, ſed frui priores Imperatores per tyrannidem ignorationemque non ſiuerant. Reddidit itaque rerum hæres, Conſtantinus Siluestro ſuum, hactenus ab impijs & iniquis poſſeſſoribus per vim vſurpatum.

*Virtus Principis noſtri Ieſu Chriſti* (ait Angelicus Doctor) *principem mundi ſolicitauit, Conſtantinum videlicet, percutiens eum lepra, ac ipſum curans ſupra humanam virtutem, qua probata in dominio ceſſit Vicario Chriſti, videlicet Silueſtro, cui iure debebatur ex cauſis & rationibus ſuperiùs adſignatis.* D. Thom. c. 13. 14. & 16. eiuſdem libri de regimine Principum.

Notate illud Auditores, CVI IVRE DEBEBATVR, notate vel hoc vnum inquam.

Non precariò ergò aut fiduciariè tùnc B. Silueſter poteſtatem regni temporalem a Conſtantino accepit, ſed recepit, quaſi poſtliminiò ad verum dominum reuertentem.

Non ideò Rex temporalis aut terrenus, B. Silueſter, quòd a Conſtantino eſt coronatus &c. non, ſed potiùs ideò à Conſtantino hùc diuinitùs inſtigato eſt coronatus, quòd iam tandem Rex mundi pro Chriſto, à Conſtantino agnitus fuit.

*Princeps mundi,* tùm quoque nouo modo velut *eiectus eſt foras.*

Tùm quoque aliquo modo Chriſtus *vaſa fortis armati diripuit*, malè capta recepit.

Tùm a Conſtantino, primitiuorum Chriſtianorū, omnia ſua *ad pedes Apoſtolorum* conferentium, facies quædam eſt repræſentata.

Tùm, in vno Conſtantino Imperatore, & Regum omnium ac Poteſtatum Epitome, velut *procidebant viginti quatuor ſeniores,* id eſt, omnes Reges *ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes: Dignus es, Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.* Apocal. 4.

Tùm, à Conſtantino Hominium reapſe, Chriſto

in Vicario eius, eſt exhibitum, quod iam olim tres ſimul Reges Orientis, eidem in cunis adhùc vagienti, pronis ad terram corporibus, deuouerant, aut deberi potiùs profeſſi fuerant.

Iureque Pontifices Romani reſponderint, Conſtātini donationem, quaſi Iuriſdictionis terrenæ in Ecclesiaſticis originem, obijcientibus, quod Chriſtus ipſe olim ad Pilatum; *Regnum meum non eſt de hoc mūdo*, aut, *non eſt hinc*, id eſt, *non ab homine, neq; per hominem* Conſtantinum, vel alium, non, non, ſed a Deo & Chriſto originaliter. *Vide in Theatro noſtro Patientiæ Conc. 34. p. 3. pag. 376. quadruplicem huius loci ſenſum.*

**Conſtantini donationem non eſſe fictitiam.**

* *2. Falſitatem Originis*, quaſi ſc. commentitium aliquid ſit, donatio illa Conſtantini.

Tam manifeſtū mendaciū reſponſione vix dignor.

* *Aio* tamen, a nullo veteri alicuius claſſis ſcriptore dici id fabuloſum, ſed dumtaxat ab aliquot neotericis, nouatoribus, Hutteno ſc. Germano, ſed quo viro? Homicida, Pontificibus irato; Valla, ſed cuiuſmodi homine? docto quidem, ſed vbiq; ſuperſtitioſo, & nodos (quod aiunt) etiam in ſcirpo quærente.

* *Deindè*; Eccleſiam nullam eius fingendi cauſam habuiſſe, quæ titulo meliori, nempè donationis Chriſti, ſciret ſibi id deberi.

* *Item*; Si commentitia fuiſſet illa donatio; maiores, & vicinos illis temporibus, quibus eiuſmodi poteſtas primùm vſurpabatur, ac data à Conſtantinò fingebatur, reclamâſſent, qui ferè initia potentiæ cuiuſcunque ſoleant eſſe inuidioſiora.

* *Item*: Reclamatum iam olim fuiſſet, maximè ab ijs Imperatoribus qui palam Hæretici fuerunt, & ab ijs, qui apertiſſimo Marte Sanctam Petri Sedem non ſemel impugnarũt.

Sed ab illis ne gry quidem de hac ipſa re: Ergò.

* *Damnum poſterorum.*

Mihi ſanè homines iſti perindè facere videntur, ac ſi ab illo Cyro, eorum quæ egerit cum ſuis illis Perſis rationem exigerent: aut Alexandrum Macedonem repetundarum poſtularent, quòd priuatis quibuſdā obſcu-

obſcuriſque hominibus, ne parum regaliter munificus liberaliſque haberetur, integras ciuitates condonauerit, in ſucceſſorum præiudicium, & damnum ſuę illius Reipub.

Præiudicij (ſi quod eſſet) poſtulare iam ſerius, nullo vero poſtulato nùnc ſuperſtite.

**Imperatores æui noſtri de Conſtantini donatione conqueri non poſſe;**

Nàm dederit, non dederit Romanæ Eccleſiæ Conſtantinus aliquid, valuerit necne donatio Conſtantini; vſurpârint non vſurpârint aliquid ab Imperio, ſeu Romani Pontifices, ſeu alij quicunque (quemadmodum vſurpâſſe Galliam Francos; Britanniam Anglos; Hiſpaniam Gothos, atque alias nationes, alia plurima, Regumque & Populorum continua ſucceſſione, in hunc vſq; diem retinuiſſe certum eſt) breuiter quid quid eo tempore, de Romano illo Imperio factum, infectumue fuerit, ad noſtri temporis Imperatores nihil illic pertinere videtur.

**Et cur.**

Iamdudùm enim vniuerſa illa, cum ſuo Imperio, defecit a Conſtantio ſucceſſio, & poſteritas.

Imperatores æui noſtri, non Cõſtãtino, ſed Carolo illi Magno ſuccedunt, qui non a Conſtantinopolitanis Imperatoribus (quorum & tùnc, & diu poſtea ſupererat ſucceſſio) ſed à Romano Pontifice accepit Imperium.

Quare quid illi Conſtantini Imperio adcreuerit, decreuerit, nõ magis ad noſtros pertinet, quam quid olim Perſico aut Macedonico.

Potuerunt fortaſſis de eo queri Conſtantini in illo Imperio ſucceſſores propiores, ſi is ſua profuſione notabiliter læſiſſet Rempubl. ſtatumque Imperij minuiſſet.

Qui quia ſiluerunt, & auiti Imperij reliquijs adhùc ingentibus contenti vixerunt, & *dimidium* ſuum *plus toto* religioſi illi Principes æſtimârunt; non niſi temerè & irreligiosè ſeri pronepotes abnepoteſque (qui tamen nulli ſuperſunt) hac de re queri poſſint. Alioqui Poſteritas illa peſſimè gemino *bellum Troiani ordiretur ab ouo*, & ab ipſo Adami patrimonio.

**Conſtantini donationem fuiſſe ſine conditione.**

Multo verò peius nõ ſucceſſores, & qui quale quale &

le & quantum eſt, quod habent, habent à Põtifice, Petri & Syluestri ſucceſſore.

* *Denique*; Præſcriptionum vim neſciunt? neſciunt præſcriptionum cauſam, publicam ſalutem & tranquillitatem?

**Conditionem in donatione*, id eſt poteſtatem donationis reuocandæ, ſi donatarium abuti, aut ingratum eſſe contingeret &c.

O ſtuporem! Vbi enim iſti conditionem vllam Cõſtantinianæ donationis legerunt, qui donationem totam negant?

Et qui donationem admittunt; vbi aut quam legerunt conditionem?

Et, Quo Iudice cenſebitur Pontifex abutens dono, aut ingratus, *cuius Sedes à nemine mortali iudicatur?* Ergò aut Deum Iudicem iam iam implorent, aut extremi Iudicij diem expectent.

Si conditio vlla eſt; Cùr nemo maiorum, Iohannibus quibuſdam Romanis Pontificibus peſſimè viuẽtibus, alijs in nonnullos Imperatores ſeueriùs, quàm vellent, agentibus, quaſi iure conditionis in donatione poſitæ, Conſtantini donationem hactenus irritauit, aut irritandam dixit?

Profectò, Si qua conditio donationi fuiſſet adfixa; iampridem vnus aliquis, ex tot turbulentis Imperatoribus, & in ſanctam Petri ſedem coniuratis, donationem totam ad ſe reuocâſſet.

Deindè; Reclamat Eccleſiarum minorum conſuetudo, conditionibus illis, quas ſomniant.

Eccleſiæ enim nullæ partiales, nulli Epiſcopatus, nulla monaſteria dotem, agrum, cenſum ſimili conditione (opinor) accipiunt; accepiſſet Romana, quæ matrix & parens eſt omnium Eccleſiarum?

Denique; reclamat communis omnibus zelus ſuæ libertatis, odium ſeruitutis.

Si, *no benè pro toto libertas venditur auro*; libertas autem venditur, & ſeruitus illa ſaltem collo induitur, patendi ſcilicet obſeruationibus, inquiſitionibus in vitam, per eos, qui cum conditione reddendi, aut ab-

uſu poſito, repetendi, aliquid donant, cum quidpiam ita accipitur; credibile non eſt, Eccleſiam tam vililibertatem habuiſſe, vt donationem illam admitteret, conditione addita eiuſmodi ſeruitutis, vt oporteret, bonam aut malam vitam, merita bona, aut merita mala à Laica poteſtate trutinari. Quæ omnia etiam ſua, didicit relinquere, ſtudio libertatis; non fuit, vt alieno potiretur, ſubitura ſeruitutem.

Vel Paulum ipſum audi, zelantem pro immunitate ſua ac libertate. *Omnia mihi licent, ſed nō omnia expediunt: Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.* 1. Cor. 6.

Et, Cum eiuſmodi ſeruitute Silueſter recepiſſet, cuius ſe proprietarium non ignorabat?

Remanet ergò tribunal Eccleſiaſticum, Laico & ſeculari ſemper eſſe ſuperius.

Si quod Laici tribunalis, aut gladij, ius eſt, inter Chriſtianos, ſub Eccleſiaſtico eſt.

In vno hoc Eccleſiæ Chriſti regno, vti in cæteris, *multos imperitare malum eſt* (*nemo* enim *poteſt duobus Dominis ſeruire:*) itaque *Rex vnicus* ipſe Pontifex eſt, & ſolus: Cæteri, ſeu Reges, ſeu Imperatores, vel per illum, vel ſub illo ſunt, quod ſunt, & (vt ſic cum ſchola loquar) ſubordinati & ſubalterni; & ſi quod ius alterius id eſt materialis gladij (nam duos habet Petrus) habent *ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum*; vel ab illo, vel pro illo, vel ſub illo (qua ſunt Chriſtiani) habent, vti Prætores aut Balliui, à vero Domino, in partem ſolicitudinis adſciti; vt à Moyſe quondam ſeptuaginta duo illi ſenes, vt ab Apoſtolis verbo Domini intentis, ſeptem Diaconi menſis interim miniſtraturi, è grege cæteri aduocati.

Cæremoniæ in Regibus imperatoribusque inaugurandis, quid ſignent.

Teſtantur cæremoniæ illæ, quibus Reges atq; Imperatores à Pontificibus iam olim, cingulum, gladiū, & cætera regalia, acceperunt.

Certè Regi Galliæ Archiepiſcopus, cum eum inũgit, ſceptrum tradit, & diadema regale capiti eius imponit, & denique in regalis throni poſſeſſione collocat,

tat, diſertè addens: *Hæc omnia tibi, tamquam vero & legitimo hæredi, authoritate Omnipotentis Dei iam nunc traduntur, per nos, qui hic adſumus Epiſcopos, & alios Dei famulos; memineriſq; Sacerdotes tanto eſſe tibi magis honorandos & fouendos, quantò eos cernis magis ſacris altaribus appropinquare.*

Rex Poloniæ ab Archiepiſcopo Gneſnenſi, etiam Regni inſignia accipit, & notanter gladium ſumtum ex altari. *Vide Alex. Gaguin. rerum Polon. tom. 1. pag. 276. &c.*

Quid? Imperator ipſe Germaniæ, qui Laicorum Magiſtratuum totius orbis eſt ſummus, & cui Reges Chriſtiani omnes ſingularem prærogatiuam tribuunt, etiam a Principibus Electoribus, *Pontificis & Eccleſiæ Aduocatus* adpellatur, teſte Sleidano libro primo, anno 1519. & huius rei ſignò, dum Aquiſgrani coronatur, in Sacrarium abducitur, ibique Diaconi more veſtitur, & in cathedra collocatus, poſt certas preces, à Colonienſi Archiepiſcopo gladium accipit, annulum, & ſceptrum; diadema verò a tribus ſimul Archiepiſcopis Colonienſi, Moguntino, & Treuirenſi.

Quid vobis videtur Auditores? An non hæc ſubalterni imperij Laici manifeſta indicia?

In benedictionibus, vter maior, agenſne, an patiens.

*Beatius eſt magis dare, quàm accipere*, dixit Domin⁹ Ieſus. *Act.* 20.

D. Paulo certè videtur *minor à maiore benedici.*

Ad milites gregarios deſcendamus.

*Licet ſint* (ait Scriptor non nullius claſſis) *qui ſibi non teneri videntur Eccleſiæ, ex Sacramento ſolemni, quia jam ex conſuetudine plerumq; non præſtatur, nullus tamen eſt, qui Sacramento tacito vel expreſſo, Eccleſiæ nō teneatur obnoxius. Et fortè ideò ceſſat ſolemnitas Iuramenti, quia ad hoc omnes inuitat & coarctat neceſſitas Officij, & ſinceritas Fidei. Vnde iam inoleuit conſuetudo ſolennis, vt à die, qua quiſque militari cingulo decoratur, Eccleſiam ſolenniter adeat:* Sacramētum militare quid indicet;

gladioq;

*gladioq; ſuper altare poſito & oblato, quaſi celebri profeſſione facta, ſeipſum obſequio altaris deuoueat, & gladij, id eſt, officij ſui iugem Deo ſpondeat famulatum.* Iohannes Saleſberienſis lib. 6. Policratici c. 10

Quid receptio gladij ab altari.

*Milites non ſcedulam, ſed gladium offerunt, & quaſi primitias officij redimunt ab altari, vnde Eccleſiæ in perpetuum famulentur,* Idem ibid.

Si miles omnis famulus Eccleſię eſt, Imperator autem ipſe Aduocatus, quis non videt, Eccleſiam heram eſſe & Dominam, nec à famulis & aduocatis ſuis debere iudicari, ſed potiùs, ipſos ab illa?

D. Greg. Nazianz. audax ſententia.

D. Greg. Nazianzenus) homo, cuius pænè vnius, inter Eccleſię Doctores, indoffenſo pede ſcripta decurruntur; homo diuiniſſimæ mentis, & generoſiſſimi pectoris: ô vtinam aliquot nùnc tales haberemus!) Imperatorem ipſum Theodoſium, ſic, etiam pro concione, adfari auſus eſt; *Te quoque (ô Imperator) imperio meo ac throno lex Chriſti ſubijcit. Imperium enim nos quoque Epiſcopi gerimus, addo etiam præſtantius ac perfectius: niſi verò æquum eſt, ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere.* D. Gregor. Nazianzen. orat. 17.

Vett. Epiſcoporum fortia facinora.

Polieuctus quidam Patriarcha Conſtantinopolitanus Iohannem Zimiſcam ad Imperium admittere noluit, niſi priùs inter cætera polliceretur, & abrogare legem, qua Nicephorus Phocas Imperat. antecesſor eius lata ſanxerat, ne quis Pontifex ſe inſcio deſignaretur. *Vide Mich. Glycam p. 4. Annal.*

*Præfecti vrbis Romæ Baſilij cuiuſdam decretis lectis in Synodo quadam, cùm ventum eſſet eò, vt ſtatuere videretur de electione Pontificis, ne fieret ſine ſui conſultatione, reclamauit Creſconius Epiſcopus.*

*Et cùm ad illud, ne prædia &c. ornamenta venderentur à quoquam Pontifice, ſub pœna anathematis, reclamauit Maximus Epiſcopus adprobante Synodo.* Decret. p. 1. diſt. 96. §. 1.

Et poſtea Laurentius quidam Epiſcopus Mediolanenſis *Laicos (inquit) obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi.*

Leo IX. anteà Bruno nuncupatus, ex nobili Francorum familia oriundus, filius Vlrici Comitis Habſpurgenſis (vndè & Auſtriacorum domus) etſi auctoritate regalis excellentiæ ad Sedem beati Petri deſtinatus fuerat (vt ait Otto Phriſingenſis) auſus eſt tamen vſurpatam illam ab Imperatoribus, & inueteratam iam annis 150. à morte Iohannis Papæ VIII. denominandorum Summorum Pontificum licentiam infringere, tam decreto illo magnanimo, quod contra eam condidit, quàm facto ipſo, quo licentiæ illi derogans, conſilio Hugonis Abbatis Cluniacenſis, & Hildebrandi ibidem monachi Prioris (qui poſtea Gregorius VII. fuit) *denominationi de ſe*, vt olim de alijs, *per Henricum III. Imperatorem factæ renunciauit, purpuram depoſuit, peregriniq; habitu adſumpto*, comite Hildebrando, *Romam venit, ibiquè, à Clero & Populo, in Summum Pontificem electus eſt.* Ex orat. funebri M. N. I. Boucherij hoſpitis & amici mei, pro Philippo II. Hiſp. Rege, alijſque Scriptoribus.

*Otto Phriſing. lib. 6. hiſt. c. 33.*

*Vide Sigisert. Plat. Genebrard. chron.*

Cùm Henricus V. Imperator à Paſchali Papa captiuo ſuo, per vim ac minas, in eius dimiſſione, priuilegium de Inueſtitura Epiſcoporum extorſiſſet, poſtmodum anno ab Incarnatione Domini M. CXI. Synodo congregata, Epiſcoporum auctoritas tanquam Prauilegium reprobauit. *Otto Phriſing. lib. 7. hiſtor. c. 14.*

Gregorius VII antè Alexandri Archidiaconus, Hiltiprandus dictus, orto ſchiſmate grauiſſimo, eo quòd abſque conſenſu Regis per Electionem conſtitutus fuerat, quum per multum temporis ad libertatem Eccleſiæ obtinendam priuatus laboraſſet, iam ad Sacerdotalem dignitatem prouectus, a cœpto deſiſtere indignum ducens, tam ob hoc, quam pro Simonia extirpanda, ac incontinentia Clericorum reprimenda, plurimum deſudauit. Denique Regem ipſum ad Sydonalia reſponſa crebrò vocauit. *Idem Otto li. 6. hiſt. c. 34.*

Eccleſiaſticorum Galliæ nomine, Dominus Fran-

ciſcus Gueslius, inprimis ab Henrico IV. recenter creato Rege petijt, *ne ſua Maieſtas conſcientiam ſuam oneraret nominatione*, ſeu deſignatione (vt vocant) *ad Epiſcopatus, Abbatias, & alia beneficia, quibus cura animarum adnexa eſt, & alia*; nota cauſam, *ne Conſcientiam ſuam oneraret* q. d. meſſem illam a regibus alienam. *Hiſt. Septen. gall. ad annum* 1598.

Hæc tàm multa, à tam magnis viris tàm magnificè facta dictaque, quid teſtantur, niſi Laicum Magiſtratum Clericali inferiorem eſſe?

Quid deindè? niſi à Laico Magiſtratu nec debere nec poſſe Clericos ad ſe acceſſi, trahi; non Herodiano more Iohannem capi, teneri, cædi &c.?

Quid? Auguſtus ipſe Cæſar tamdiu Sacrorum Pontificibus ſubditus fuit, donec & ipſe, ne cui omninò ſubeſſet, Veſtalis creatus eſt Pontifex, & paulò poſt ad Deos relatus eſt viuus. *Iohan. Salesberienſis li. 5. Policratici c. 2.*

*Cæſaris innumeris, quos maluit ipſe mereri,*
*Acceſſit titulis Pontificalis honor.* Ouid lib. 3. Faſtorum.

*Maior Sedes, maior Sedes ab Inferiore non iudicatur, nō*, hoc vetus meum, & non retractabile ſenſum & ſatum.

* *Denique*; An non Sacerdotum Euangelicum, omnium calculis, eſt ſecundum Ordinem Melchiſedech?

**Quid ſit, Melchiſedechum eſſe ſine Patre ſine matre.**

At, cùr *Melchiſedech* dictus *ſine patre, ſine matre?*

Præter alias cauſas (quas in meo Oratore Terræ Sanctæ Philippica I. parte tertia, pag. vigeſimanona commemoro) etiam idcircò (opinor) quod nullo vteretur Superiore, nullo correctore, quam Seipſo & Deo.

Ergò nec Euangelici Sacerdotes, vllum tribunal, niſi Eccleſiaſticum, diuinumq; agnoſcunt.

*Dicimus* nos Leuitæ Chriſtiani, quiſque *Patri ſuo & Matri ſua*, id eſt, Laicis, *Neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro illos*, in iudicio. *Deut.* 33. Matris enim Eccleſiæ iam ſumus.

D. Pau.

D. Paulo profuerit olim, cùm iam loris eſſet conſtrictus, adſtanti ſibi Centurioni, quamuis Ethnico, dicere, *Si hominem Romanum, & indemnatum, licet vobis flagellare?* eaque vox vna captiui tortores diſſipauerit; vti & illa alibi, *Cæſarem adpello*; nihil nùnc proſit, apud Christianos, Catholicos, Fidei (vt dicunt) Defenſores, dicere *Sacerdos ſum*, Cæſarem meum, id eſt, Epiſcopum meum, aut Papam adpello? O tempora! ô loca barbara! *Nam quæ hunc tàm barbara morem permittit patria?*

*Nolite* ergò *nolite tangere Chriſtos meos*, fori non veſtri, *& in Prophetis* fori ſacri nolite malignari ait Dominus Deus, fori cuius vtrique ſumus.

*Reddide, Reddite quæ ſunt*, & qui ſunt *Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt*, & qui ſunt *Dei, Deo.* Matthæi vigeſimoſecundo.

Quorſùm peccato ſummo ima ſummis miſceatis? Inuectiua

Quorſùm periculo ſummo domum ſupra domum caſutam aggeretis?

Quorſùm damno maximo regnum Chriſti, diuiſionibus, periculo deſolationis, obijciatis?

Quorſùm ſi vultis, vt apud quaſuis Gentes, diſtinctas poteſtates; digniorem digniori, Eccleſiaſticam Laicæ præpoſterè ſeruire iubeatis?

Quorſùm, Si vnicam; diuiniorem, Chriſtianiorē, regnare non vultis?

*Non ſcindamus* inconſutilem Chriſti veſtem, *ſed ſortiamur de ea cuius ſit.*

Quorſùm falcem in alienam meſſem neglecta veſtra immittatis?

Quorſùm fundum alienum, veſtro interim inculto & lapidoſo relicto, non ſolum nulla mercede, ſed etiam magno malo veſtro, ſic colere ambiatis?

*Non relinquet* Dominus *hominem nocere eis, & corripiet pro eis Reges.* pſal.

*Qui tetigerit vos , tangit pupillam oculi mei.* Zachar. 2.

Quorſum ſutores vltra crepidam , ab Apelle illo magno, & fictore hominum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, grauiter caſtigandi?

Quorſùm *filij matris meæ pugnent contra me!* Cant.

Quorſùm adpetat infauſtus Cham *videri verenda patris ſui* vino ſepulti , & in tabernaculo parum decorè iacentis , indè relaturus maledictionem? Geneſis.

Quorſùm non potiùs Semi & Iapheti fratrum verecundia placeat , qui *auerſis oculis* incedentes, pallio *patris* dedecora operuerunt , & illius *virilia non viderunt?* Geneſ.

Quorſùm Conſtantini illius Magni non venit in mentem?

*In ſcripturis* enim *narratur Conſtantinus Imperator dixiſſe. Verè, ſi proprijs oculis vidiſſem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum , qui monachali habitu circumamicti ſunt, peccantem ; chlamydem expoliarem, & cooperirem eum , ne ab aliquo videretur.* Decret. p. 1. diſt. 96.

§. 8.

An piget pudetue Conſtantinum imitari Imperatorem Imperatorum celeberrimum?

An magis placet Iohannem vinciendo , includendo , occidendo , Herodem ſequi, hominem Dis hominibuſque inuiſum , Cæſari ipſi damnatiſſimum?

&c.

# ECHO
# CONCIONIS XXV.

THEMA. *Adiecit* tamen tandem *Herodes & hoc ſuper omnia. Ipſe enim miſit, ac tenuit Iohannem, & alligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi
1. *Quàm iniuſtum ſit, ab Herode Baptiſta, id eſt, à Laicis Clerum moleſtari;*
2. *Quàm periculoſum, laicam falcem in Cleri meſſem immittere;*
3. *Vt morbo illi occurrendum.* AVE.

## I.

*Quàm iniuſtum ſit ab Herode Baptiſtam, id eſt, Laicis Clerum moleſtari.*

Quod olim Romani pro foribus Curię ſcribebant: HOC LIMEN INTRANTES, POSITA PRIVATA CHARITATE, PVBLICAM INDVANT, id ego frontiſpicio non modò Suggeſti, ſed & Templi cuiuſcunque adſcriptum interpretor Auditores; quoniam attendere æquè oporteat & Auditores, & Concionatorem probum, publicum magis bonum, publicamque ſalutem, quàm commodum ſuum. Pulcrum Rom Curiæ epigramma.

Nec vos decet cupere audire placentia, nec nos loqui.

Id dixerim, animandi mei, & ſociorum miniſterij huius mei, cauſa, ad veritatem maximè iſtam, eſi omni tempore odioſiſſimam, tota libertate publicandā, quamuis cum Baptiſta ſit pereundum; tùm vt ipſi eandem ipſam, etſi iniucundiorem fortaſſis, tamen maximè certam, non illibenter audiatis.

Non eſt fortaſſis veritas vlla odioſior, quàm iſta de Baptiſta ab Herode malè capto, cæſoque, iurgatio.

**Damnatũ Herodis facinus,**

Attamen cùm tanta iniuſtitia diſſimulari omninò non poteſt.

Expediſſe hic dicitur Herodes ſatellites, aut adparitores ad Iohannem, ad hominem Clericum & ſortis Domini, tùm, qua Concionator verbi Dei; tũ qua Baptiſta, & miniſter elementaris. Sacramenti. Itane?

Nec cauſa facti, nec faciendi modus mihi placet. Non cauſa; nàm culpa nulla, ſed ſola gratificãdæ meretricis libido. *propter Herodiadem* ait Euangeliſta.

Non modus; laica manu. An non erãt Ieroſolymis, aut alibi, Principes Sacerdotum, Scribæ, & Phariſæi, qui vocarent, qui ad ſacrum tribunal Baptiſtam traherent?

Sed & Iudex parùm competens Baptiſtæ, Herodes mihi fuiſſe cenſetur. Caiphas aliquis, aut Annas competentior.

Multò aũt min⁹ cõpetẽtes Iudices Laici illi Herodiani quidam, qui nùnc ſeu Sacerdotẽ ſeu Sacrũ Cõcionatorẽ, (ſi quãdò aliquid ſtilo Baptiſtæ dixit, imò ſi quid etiam humanitùs deliquit) audent ad ſuũ tribunal trahere, citare &c. ſic ſcribere; hæc, aut hæc facies, pœna occupationis rerum temporalium, ſi quas habet, propoſita; vel ſi nullas habet; efficiendi, ne habere poſſit, quibus carere nemo poteſt &c.

**Et Herodianorũ æui noſtri**

An enim ignorant, Sacerdotibus dictum eſſe, *In regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos iudicantes* 12. *tribus Iſrael?* id eſt, Iudices ſeculi, etiã in hac vita eſſe cõſtitutos? *Matt.* 19.

Iudices, inquam, non rapina aut vſurpatione, ſed Chriſti ipſius collatione.

An neſciunt, *quoniã & Angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia?*

An neſciunt, quod *præcidat ſententia Petri ſententiam Cœli?* D. Bernard. in ſer.

*Adeò vt quæcumque infernè Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiam Dominus confirmet?* D. Chryſoſt. libr. 3. de Sacerdotio.

Diceres ſcilicet, Deum nihil pęnè aliud gerere, quã

Nota

Notarium, librarium, aut Subſcriptorem; Sacerdotem autem, merum Dictatorem. Iurare dicas Deum in verba Sacerdotis.

*Nihil ratum in cœlo, quod non Petri primum ſedit arbitrio.* D. Leo.

*Quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueritis &c.*

Sacerdotē ſi adpelles *totius Imperatorē*, & quaſi Dictatorē, *Trinitatis*, non erres, niſi errârit meus Theologiæ Magiſter, qui cū ſic pænè puer, dixiſſem laudauit.

Siſtit Sacerdos ad ſe, & cùm libet, & quoties libet, & quo libet, è cœlo, in terram, in manus ſuas, ipſum Filium Dei, panis viniq́ue potenti conſecratione, & velut adiuratione.

*Qui creauit me ſine me, creatur me dicte me*, ait Bern.

Si ſciunt (& ſciunt profectò) iſta Herodiani iſti; nō ne iniuſtiſſimè faciunt, cùm Iudices ipſos ſuos ad ſua tribunalia citant, trahunt &c?

Tanti ſint apud Chriſtum, vt corporis ſui vtriuſq;, & veri & myſtici, tantos Officiales eſſe voluerit, tam contra nihili erunt apud Herodianos quoſdam, vt ipſos eſſe velint ſupplices ſuos?

*Deinde; An non iniuſtiſſimum, contraq; naturā omnem, Iuniorem velle de Seniore cenſere?

*Presbytero humilia animam tuam*, ait ille.

*Credebant* olim *hoc grande nefas, & morte piandum,*
*Si iuuenis vitulo non adſurrexerat.* ait Poëta vetus.

Sed Sacerdotalis poteſtas, tempore prior eſt regia, atq; antiquior, & annoſiori cuiq; adſignata.

Nam, mòx à condito mundo, fuêre ſacrificia, non regna; & primogenitis familiarum, id eſt ſenioribus, ius erat ſacrificandi.

Sacerdotalis poteſtas antiquior regia.

Non niſi poſt diluuiū Reges, aut potiùs primi tyranni eſſe cœperunt. *Nemrothus*.n. *robuſtus* ille *venator*, humaneq; libertatis obpreſſor, primus regnādi autor fuit.

Vbicunq; Gentiū, & quandocunq; Diuinitatis aliquis ſenſus fuit; ibi, & mòx de ſacrificijs, Sacerdotibusq; cogitatū; at ſerò valdè & non vbiq; de Regibus.

**Sacerdotes cur Presbyteri adpellati.**

Itaque Presbyteri nomen, quod Seniorem ſignificat, rectè ad Sacerdotem, non ad Regem, ſignificandum maiores noſtri tranſtulêre, non tam ætate perſonæ (nam contingit Sacerdotes creari ex iunioribus, & Reges ex ſenibus) quam mores ſeniles, & præterea dignitatis ipſius vetuſtatem ſignificantes.

Iuſtumne igitur eſt, vt iunior ac recentior poteſtas ſecularis, de antiqua illa dierum, ſacerdotali ſc. audeat iudicare, cognoſcere?

Et, non ignorant iſti, ſi ex toto, quàm latè patet, genere humano, duò tantum homines ſupereſſent, Imperator ſummus Laicorum, & neſcio quis Dominus Iohannes minimus Sacerdotum; Imperatorem, ad genua Sacrificuli, neceſſariò procubiturum, benedictionem, remiſſionemque peccatorum captantem, non Sacrificulum, ad genua ſummi Imperatoris: Vide noſtram Aram Cœli de Sacerdotij dignitate. Concio. 7. parte 2.

Poſſit enim Sacrificulus, hoc neglecto, ſaluus eſſe; Imperator, non poſſit.

Quæ igitur illa iſta nùnc quorundam in tantam dignitatem licentia?

Herodem neſcio quem, expedire ſatellites in Baptiſtam, tenere Iohannem, alligare, & ſi quid habet, adnotare, & ſigillo munire &c?

Veſtales inter Romanos virgunculæ potuerint, cū in publicum progrederentur, honoris præſidijq; cauſa, lictores ſecum habere, ac tùm ſi quis ad capitale ſupplicium duceretur, quaſi vitam dare: nùnc viri, veri Dei Sacerdotes, & meliùs virgines, à lictoribus inter Chriſtianos vel raptabuntur vel ducentur, ad tribunalia Laicorum? *Plutarch. tom. 1. vit. in Numa.*

Annotant etiam Sacerdotalia, ſi Dijs placet. Ignorant ſc. Sacerdotem, vt Sacerdotem, nihil nno facti habere? quidquid illi, ſupra decentem victum & amictū, ſupereſt, iure Sacerdotij partū, id omne patrimoniū Crucifixi eſſe, & pauperum Chriſti, nō Herodianorum?

Ad fontes ſuos flumina refluere oportere, vt iterum fluant?

Bon

Bone Deus! quam inuerſa nunc rerum ſcena eſt!

Olim *erant Reges nutritij, & Reginæ nutrices* Eccleſiæ, & Clericorum, Iſai 49. Quàm inuerſa nūc rerum ſcena.

Syluestris olim Conſtantini ſceptra, diademata, & quid non? ſubijciebant, & dono dabant.

Dicebat hic de agro, ille de ſylua cædua, iſte de arce &c. Clericis primitiuis, *Dono ducite doque volentibus cum magnis DIS.* Ennius apud Cic. l. off.

Olim ditiſſimi quique omnia deponebant *ante pedes Apoſtolorum.* Act.

Olim tres Reges Orientis, Chriſto Eccleſiæ capiti, *theſauris apertis, aurum, thus, & myrrham,* adorabundi offerebant. *Matth.* 2.

Olim Abrahamus, triumphatis Regibus, Sodomorum vaſtatoribus, Melchiſedecho Sacerdoti, decimas, & ſpoliorum opimorum iuſtam partem afferebat. *Geneſ.*

Olim, qui in manus Cleri dare non poterat, in eos proijciebat, vt eſt in noſtrate prouerbio.

At nunc, non modò illa liberalitas vel refrixit, vel tepuit; ſed, proh dolor! pleriſque locis verſa eſt in rapinam.

Qui rapacior, ac voracior ſacri patrimonij, is beatior.

Dicas nepotes clarigare, & clarè, quæ dederint maiores, ab Eccleſia repetere. Repetere? imò per vim extorquere. Nepotes? imò ignoti & hoſpites.

Adſimilare nunc poſſis Eccleſiam coruiculę illi Æſopicæ, ad quam *repetitum venerit olim.* Eccleſia nunc vti coruicula Æſopica deplumatur,

*Grex auium plumas*, non quas illa malè vſurparit, ſed maiorum ſpontanea liberalitate iure poſſederit. *Horat. ex Æſopo.*

Sed quas temperantia, parcimonia, laboribus, induſtriaque auxerit.

Tempus tunc inferendi in Eccleſiam fuiſſe, nunc efferendi eſſe diceres.

Diceres præconis voce iuſſum, *Qui poteſt capere capiat*: prædæ expoſita patrimonia Chriſti om-

nia,fieri occupantium.

Sed illa fortunæ ludibria hoc in fortunio ab Herodianis adfici, vtcunque,etſi inuitus, diſſimulem, niſi etiam ad ipſos Baptiſtas, & homines Deo ſacros ſacrilega inſolentia illa peruaderet.

Subigitur, Vt de Clericis etiam & Monachis velit Herodes cognoſcere! vt velit tam ſacra capita ad profanum ſuum tribunal trahere!

Vt neſcio quis Herodes de virgis, de fuſtuario cũ audeat minaciter in Baptiſtam loqui!

Ah pudorem! Vt cenſeat Herodes,de Cenſore ſuo diuinicus ad ſe miſſo! Cenſuram Romanorum Cenſorum, quæ alia Cenſura iudicabat?

Vt cenſeat de Ciuitate Dei,qui ciuis eſt Mundi? de domeſticis Dei, hoſpites & aduenæ, & ij qui penè foris ſunt?

Indecorè, *Ingreſſus es,vt aduena, numquid vt iudices?* Geneſ.19.

Factus es Chriſtianus,vt pareres,non vt cenſeres. An Apoſtoli &c.cum quemcumque baptiſabant,Dominum ſibi adſciſcebant,an filium?

Quale eſt,vt filij huius ſeculi hodiè effecti filij lucis,de illis ipſis,quos Chriſtus ſumma lux Mundi, lucem quoque mundi,quadam gloriæ ſuæ communicatione, nominauit, filij de Patribus ſuis cenſeant?

Quale eſt,vt heri tirones, hodiè iudicare velint de Tribunis & ſummis Imperatoribus?

Quale eſt,vt videre velit Chamus pudenda patris ſui,ſi fortè incompoſitè atque indecorè iaceat in tabernaculo? *Gen.9.*

Quale eſt, vt *filius reuelet turpitudinem matris ſuæ?*

Quale eſt,vt Ruben aſcendat cubile patris ſui? *Geneſ.49.*

Vt de Eccleſia matre, filius vteri eius,inuerſa peſſimè rerum ſcena,cenſeat! O monſtroſam metamorphoſin!

Iniuſteq;. Vix finit Eccleſiæ vſus, carnalem matrem aut patrem

trem, filio Sacerdoti peccata ſacramentaliter confiteri, ab illo ſuam audire ſententiam, tamen mitiſſimã: tantum paternitati defertur; iſti Patres ſuos ſecundũ ſpiritum etiam per lictores cogant ſibi pro ſe reſpondere, accipere ab ipſis quam duras volent, ſententias!

*Eſt ità inuſitatum Regem capitis reum eſſe, vt ante hoc tempus non ſit auditum* (ait Cicero orat. pro Rege Deiotaro:) & quidem adcuſante Caſtore, Regis ex filia nepote, & Philippo medico, eiuſdem Regis ſeruo, à Caſtore corrupto; Inuſitatius fortaſſis (Auditores) Laicum nunc cenſere de Sacerdote &c. Iohannem Baptiſtam apud Herodem de capite dicere & cæt.

Non iniuſtum, non pudendum eſt, à Laico ſatellites mitti ad Sacerdotem, ad quem, & in cuius manus citatus (vt ſic dicam) ipſe Dei Filius quotidiè deſcendit, & ita iubenti paret, & perſonaliter comparet?

Adligabitur ab Herode Baptiſta & Sacerdos &c. qui ſoluit & ligat omnes nodo pluſquam Gordio atque adamantino, & in Cœlis & in Terris!

Minabitur Herodes, ſe Baptiſtam & Sacerdotem fame necaturum, qui quaſi *nauis inſtitoris de longè*, id eſt de Cœlorum vltimo *importat* illi *panem* vitæ, omnis generis, & illum viuificantem dumtaxat verbi Dei, & illum viuentem ſimùl & viuificantem Ieſum Chriſtum in altari!

Vt gladius, qui, ab Eccleſia, ad Eccleſiæ præſidium, datur Laicæ poteſtati, in Eccleſiæ ipſius quæ dedit pectus & viſcera conuertatur!

Vt qui pro nobis eſt Officio, contra nos ſtet actu & facto ipſo!

Vt Patrem filius officijs & iuribus ſuis deturbet!

Vt Dauide patre expulſo, intempeſtiuè regnet Abſalom! 2. *Reg.*

Vt quos *in cauda* Chriſtus, Ratio, & vetus Conſuetudo eſſe voluerunt, ij nunc, per vim aut

dolum,

dolum, *in capite* velint ſtare!

Nam quæſo ſi *multi vnum corpus ſumus in Chriſto*, ſi vnicum eſt Chriſti regnum, regnique huius aut corporis, myſtici quidem ſed tamen viſibilis, non eſt niſi vnum caput viſibile (vt verè non eſt niſi vnum, ne ſit monſtrum biceps, aut bellua multorum capitum) vtra Poteſtas Laica, an Eccleſiaſtica, caput huius dicenda?

Si in vrbe ac regione Catholica, non in Anglia diſputo, ſi ſub Catholicis & ingenuè Chriſtianis Regibus, non ſub Henricis Secundis aut Octauis, aut Eliſabethis neſcio quibus Anglicanis; nemo (opinor) negaturus, capita Eccleſiæ eſſe Sacerdotes.

An non Petrus, Sacerdos iam tum creatus erat, cùm à Chriſto creatus eſt Eccleſiæ caput, his verbis, *Paſce oues meas*?

Si autem Laici caput non ſunt, & tamen pars aliqua Eccleſiæ & regni Chriſti eſſe volunt, non Synagogæ; quid aliud neceſſario ſequitur, quam vt ſint membra eius?

Quidquid enim in corpore eodem eſt, aut caput, aut membrum eſt.

Quiſquis regni eſt, aut Princeps eſt, aut ſubditus.

Membra igitur Laici, de quorum etiam claſſe ſunt Reges, Imperatores &c. At quæ membra? Brachia opinor (vndè & vulgò clerici Brachium ſeculare, pro Laica poteſtate vſurpamus.)

At brachia & capiti ſubſunt, & ad caput obumbrádum, atque ab ictibus, à fuſtuarijs, ab alliſionibus, à læſionibus cuius cuius modi prætegendum, videtur imprimis Natura corpori comparaſſe.

Non valdè indecorum, atque iniquiſſimum ſit brachia præſidiaria in caput armari, caput vellicare, expilare, contundere &c?

Vel militem præſidiarium ciuiumque tutorem, ciues ipſos obprimere ſeruitute, prædari? &c.

Planè tam abſonum, Iuſtitiæque aduerſum, ab Herode, à brachio ſeculari, ad Iohannem Baptiſtam,

ele-

elementarium Sacramentorum Baptiſmi ac Pænitẽtiæ miniſtrum, ad Paſtores animarum, ad Concionatores, ſatellites expediri, ab illis ipſos teneri, alligari, carcere claudi, cædi &c.

Nam veſtram fidem! quid eſtis vos Iudices quicunque Laici (ſi tamen Catholicè Romaneque Christiani eſtis) niſi Eccleſiæ accita præſidia, acciti auxiliares ac tutelares, acciti curatores, aduocatique tutores?

Imperator, eſt Eccleſiæ aduocatus.

Non meminiſtis, ab ipſis electoribus, etiam *Imperatorem, Pontificis & Eccleſiæ Aduocatum adpellari?* Sleidanus l.1.ann.1519.

Iuſtinianus veſter Conſtitutione 9. an non hoc Sacramentum præſtari vult, ab vnoquoque officia eiuſmodi ſuſcepturo; *Teſtor ego iurando Omnipotentẽ Deũ &c. quòd cum Sanctiſſima Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia communionem habeo, neque ei vlla vnquam in re, aut modo, aduerſabor; neque quantum in me erit, alicui alij permittam?*

At, per Deum, quid eſt Eccleſiæ aduerſari, ſi à foro Pontificum, ad Laicum rapere Clericos non ſuos, ſi ſiſtere Iohannem Baptiſtam ad Herodem, ſi Baptiſtam tenere, alligare &c. non eſt?

An non exſecrabile iniquitatis genus eſt, Curatorẽ aut pupilli Tutorem ipſum, vel res pupilli ſui diripere, vel ipſum aut vi (vt Oppianicus quidam apud Cic. feciſſe legitur) aut veneno tollere?

*Cic. orat. pro Cluẽtio.*

Demoſthenes aquilifer ille Oratorum, an non merito tandem tres Curatores ſuos reos tutelæ peregit, quod ſe, & patrimonium neglexiſſent? *Ex Suida.*

Quid feciſſet, ſi ſe obpreſſiſſent, ſpoliaſſent?

Hecuba Priami Regis vxor Regina, an non meritò, à mulieribus Troianis adiuta, barbaro illi Regi Thraciæ Polymneſtori oculos vnguibus expunxit, cũ reſciſſet ipſum, & antiquum hoſpitem, & amicum, & Generum ſuum, delectum quaſi tutorem & ſeruatorem Polydori, ad eum cum ingenti auri pondere, à Priamo patre, initio belli Troiani, incertos communis Martis euentus metuente, emiſſi, è Tutore factũ

præ-

prædonem, & filij patricidam? Quis neget?

An non iniquiſſimum, vt Aduocatus in patrocinii accitus, ipſe cauſam ſui clientis euertat?

An non iniquiſſimum, vt aliquis Achillis aut Ionathæ armiger, ipſum Dominum ſuum, cui lanceá, ſcutum, & galeam geſtat, in prælio ei ſuggerendum, omnium primus offendat?

An non iniquiſſimum, ipſos latrones, ſeu eos conductos milites, quod antiquitus ita dicebant, ἀπὸ τοῦ λατρεύειν, id eſt inſeruire, quoniam mercede ſeruiret, quos circum ſe ſtipatores habere Imperatores, primoſque ad omne diſcrimen emittere ſolebant, dictos (Varronis ſenſo) quaſi laterones, quia latera clauderent, (cuſtodes regij corporis nunc adpellant) primos latera aut iugulum Regis ſibi commiſſi, ſecuribus, aut ſariſſis adpetere?

Et dicatur, *Homo, in quo ſperaui, magnificauit ſuper me ſubplantationem!* pſal.

Et; *Filij Matris meæ pugnauerunt contra me!* Cant.

Et; *Quomodo tunc* (Iſmahel) *is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur* (Iſaacum) *eum qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc!* Galat. 4.

Ità planè iniquiſſimum, Herodianos nonnullos, electos defenſores, tutoreſque perſonarum, rerumq; Eccleſiaſticarum, ipſas frigidè in quibuſdam tueri, ardentiſſimè verò in nonnullis, præpoſteram vim in ipſas exercere, ipſas citare; ad profana ſua tribunalia trahere, tenere, alligare Baptiſtas, Herodis huius noſtri inſtar.

Aræ olim Sacerdotum & templa, etiam inter Ethnicos, omnes tuebantur, neque ex aſylo alieno olim ſceleroſi extrahebantur.

Amicitiæ olim ſeruitia, obſequia militum in Reges ac Dominos ſuos, dumtaxat *vſque ad aras*; aris, ſcilicet ſacriſque parcebant, vt vt ab amicis Dominiſue aliter iuberentur.

Nunc verò Herodiani quidam, non Sacerdotes, non Baptiſtas, ne in deſertis quidem & monaſterijs

ſuis

ſuis ſ nunt ta :os eſſe;ex aſylo ſuo & proprio, imperioſè extrahu it, citant, pænamque & minas Pælatis proponunt, niſi ad ſe ſuos emiſerint ex aſylo.

*—— pereunt Hypaniſq; Dymaſq;*
*Confixi à ſocijs;nec te tua plurima Panthu*
*Labentem pietas,nec Apollinis infula texit.* Virg. 2. Æneid.

D.Athanaſius ille Magnus ep.ad ſolitariam vitam agentes,ait,nihil cogitari poſſe in re Chriſtiana monſtroſius, quam Regem Eccleſiaſticas controuerſias velle iudicio ſuo definire, quod quoniam Conſtantius Arianus tentaret, & præſidere vellet iudicijs Eccleſiaſticis,ſeque in decernendo principem facere Epiſcoporum,*quis*, inquit Athanaſius,*non dicat illam eam ipſam eſſe abominationem deſolationis, quæ à Daniele prædicta eſt? Nàm in hoc,quod Anti-Chriſti eſt,facit, & quid Anti Chriſtus,quum venerit, amplius committere poterit?*ibique deplorat Epiſcopos, contra legem ferentes Iudicem Conſtantium.

**Veterum Patrum, de hac re tota, cenſuræ;**

Vox D.Thomę Cant.Epiſcopi;*Ordo confunditur, ſi paſtorem ouis, Magiſtrum diſcipulus, Patrem filius verberet.*Ex Surio tomo 6.vit. menſe Decemb. in vita eius c.10.

D.Eulogius Ediſſenus, Valente Arriano à priſco more diſcedente rectè eius Præfectum rogabat *Numquid cum Imperatore Pontificem Valens agit?*

D.Ambroſius; *Ad Imperatorem palatia pertinent,ad Sacerdotem Eccleſiæ: publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt,non Sacrorum.*D.Amb.ep.32.ad Imp. Valentinianum.

*Vide Aug. ep.162.*

Conſtantinus ille Magnus hoc ipſum iampridem profeſſus;*Vos,ô Epiſcopi,intra Eccleſiam,ego extra Eccleſiam à Deo Epiſcopus conſtitutus ſum*. Euſeb. de vita Conſtantini l.4.c.24.

**Conſtantini;**

Sed & Iuſtinianus Imp.declarauit, Clericos maiores, ac Laicis eſſe digniores. *Vide Codicem & textum qui l.3.C.de ſumma Trinitate,& alium in l.2. C.vt nemo.*

Quid? *& imici noſtri ſunt Iudices*, & fautores.

**Vulgo,** Dicitis enim vulgò menſæ accubituri *Honorem Eccleſiæ deferendum.*

**Caluini ipſius,** Quin & Caluinus ipſe, acerbiſſimus Eccleſiæ Cath. perduellis, acerrimè in eos quoque inuchitur, qui Henricum VIII. Eccleſiæ Anglicanæ caput adpellarunt. *Calu. comment. in c. 6. Amos.*

*Si ſcripturas* (inquit alibi) *& vetera exempla intuemur, quis eſt, qui abnuat in cauſa Fidei, Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores Epiſcopos iudicare?* Cal. l. 4. inſtit. c. 11. ſect. 15.

Hùc facit, quòd Chriſtus leproſos, etiam curatos, ſemper ad Sacerdotes ſuos remiſit.

Vt ſacræ Theologiæ omnes diſciplinas; ſic Sacerdotali dignitati, oportet dignitates omnes ancillari.

Vt oleum cæteris liquoribus, ſupernatat, ſol ſyderibus cęteris ſplendidius micat; ſic ordo ille ſublimior vniuerſis.

**D. Franciſcus Sacerdotes ſingulariter reueritus.** D. Franciſcus Legislator noſter etſi Clericus, atque Diaconus, tamen quia numquam Sacerdos fuit, tanti fecit Sacerdotũ Maieſtatẽ, vt dixeris; *Si haberet tantã ſapiẽtiã quantã Salomon habuit, & inuenire pauperculos Sacerdotes huius ſeculi; in Parochijs in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatem ipſorum. Et ipſos, & omnes alios volo timere, & honorare ſicut meos Dominos. Et nolo in ipſis conſiderare peccatum, quia filium Dei diſcerno in ipſis, & Domini mei ſunt.* D. Franc. in Teſtamento. c. 1.

Idem; *Ipſi Miniſtri, ſi Presbyteri ſunt* (inquit) *cum miſericordia iniungant illis* (ſc. fratribus ad ſe, de certis mortalibus culpis, recurrentibus) *pœnitentiam: Si verò Presbyteri non ſunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis;* vbi vir Sanctus noluit, ne à miniſtris quidem & Prælatis non Sacerdotibus, iudici pœnitenti Sacerdotibus, quamlibet ſubditis ſuis, & peccatoribus. D. *Franc. in Reg. c. 7.*

Noſtri iſti (ſi Dijs placet) Herodiani, & intra Eccleſiam vel irrumpere vel irrepere, & ſupra Sacerdotes

ſupra-

ſupráque Eccleſiam, & ſupra pinnaculum templi, à tentatore illo veteri conſtitui, & ſedere adfectabunt? *Matth.* 4.

Benè fuerit, ſi ſe quóque non mittent deorſum, ſi cadentes non offendant ad lapidem pedem ſuum, in talibus vijs non ſuis, deſerti ab Angelis iuſſis nos cuſtodire in vijs duntaxat noſtris. **Quam periculoſa in Sacerdotes licentia.**

Benè fuerit, ſi *domus ſupra domum* non *cadet*.

Benè fuerit, ſi membra reliqua, in Præſidem, & capi ... otius vitalis Oeconomiæ, ventrem, armata, non ſubitò langueant, vt plebi Romanæ aliquandò Patritios armatæ pertimeſcendum dicebat Menenius Agrippa *Liuius decad.* 1.

Benè fuerit, ſi is, qui olim *non reliquit hominem nocere eis*, vel (vt alij vertunt) *non permiſit homini cuiquam, vt eos opprimeret*; *& corripuit*, tam verbo increpationis, quam pæna vltionis arguit, vt ait Titelmannus, *pro eis Reges*, vel (vt Caſtalion) *animaduertit in Reges*; benè inquam fuerit, ſi idem Deus non aliquandò vſurpantibus iura aliena, tolli permittat ſua.

*Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis?*

Certè, Herodem tandem regno excidiſſe, atque exulaſſe, ob hanc iniuriam in Baptiſtam, ferunt, vt mòx dicam.

## II.

### *Quàm periculoſum, laicam falcem in Cleri meſſem immittere.*

Atque, vt non noſtro tantum, ſed Herodianorum quoque, bono iſta dixerimus; agedum paulo latiùs oſtendamus, quam malè hactenùs ſemper ceſſerit euſmodi vſurpatoribus, vt alieno maiorum dolore, nepotes carere diſcant ſuo.

*Qui pauet, cauet*, ait prou.

Si nobis infeſtos odiſſemus; neque nunc foueam, neque laqueos, in quos ſe recta præcipitatum eunt, ipſis indicaremus; potius folijs frondibuſque obumbraremus.

brarēmus. Caritas in ipſos iſta nobis extundit.

Igitur ordiamur.

Exempla punitæ licentiæ in Clerũ & Sacra.

Prætereo libens ( id quod tamen ſatis veriſimile eſt) Cainum, exilio & membrorum tremore perpetuo, & tandem violenta morte, Lamechi manu, ideirco maximè mulctatum, quod Abelem, trucidarit ſceleſtiſſimè, non tam qua frater, quam qua gratus Deo ſacrificator, ac denique Concionator veritatis, aduerſus ipſius de vita futura, & finibus, ſeu præmijs bonorum & malorum, errores, ſeueriuſculus fuerat (Caini enim Ionathas interpres Chald. in his erraſſe, & ab Abele memorat reprehenſum.)

Omitto etiam, tribum Beniamin pænè aliquando internecione, armis reliquarum vndecim, fuiſſe deletam, ob vnicam vnius Leuitæ vxorculam a viris Gabaa inſolentiſſimè conſtupratam *Iudic.19.& 20.*

Silere verò quis poſſit, quod Nadab & Abiu, etſi Aaronis ipſius ſummi Pontificis filij, tamen quoniam, arreptis thuribulis, auſi eſſent ſuffire ac thurificare Deo, & iniuſſi a Moyſe, & igne alieno atque externo, id eſt, profano, & qui non erat è cœlo miſſus, vt ille, qui cælitus ſemel demiſſus ſuper altare, legitur ad illud vſque tempus inextinctus duraſſe, quo Iſraelitæ in Babylonem captiui abducti ſunt; alio igne, quo nollent, cælitùs ad vindictam miſſo fulminati exanimatique ſunt; Aarone interim, & reliquis eius filijs, vetitis vllum luctus ſignum edere, non gemere, ne fortè & ipſi morerentur, totique indè populo malè eſſet. *Leuit.10.*

Itane? Tamen hi filij Aaronis erant, & ad ſacrificandum fortaſſis tempore ſuo, nati.

Deindè, quid niſi tunc Deum colere voluerunt?

Sed quia & iniuſſi, nec à Moyſe Sacerdotum tunc Præſide autorati, & igni profano ſunt ad ſacra vſi, hæc paſſi ſunt.

Herodiani igitur iſti, qui nec Sacerdotum filij eſſe iure poſſunt, nec forſitan magno velint; quique a ſacris iure ſunt excluſi; quique non Dei cultui, vt illi, aut

aut

aut Chriſto ſtudent, ſed vnis ſibi, atque augendo imperio, cùm in Baptiſtas & Clerum iſta audent, cum tenent, cum ligant &c. qui non modo iniuſſi, vt illi, ſed omninò ſerioque vetiti, igne alieno vtuntur, id eſt, non pœnis Sanctuarij ſiue Eccleſiaſticis, vt Excõmunicatione &c. agunt, nec poſſunt; nihilne etiam à diuinis ignibus, & fulminibus timent? nihilne, vt etiam fulminatos flere, aut lugere, in Eccleſia prohibeatur?

Core, Dathan, atque Abiron, quod Leuitico miniſterio non contenti, etiam iura Sacerdotij ambiuere (hoc enim eos voluiſſe Moyſes oſtendit, his verbis ad ipſos, *Idcircò ad ſe fecit Dominus accedere te* (ô Core) *& omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam Sacerdotiũ vendicetis, & omnis globus tuus ſtet contra Dominum:*) an non ſequenti craſtino, inſpectante populo vniuerſo, ipſi cum coniuratis, cum domibus ſuis, terra ipſis dehiſcente, *deſcenderunt viui in Infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis?* Num. 16.

Et tamen Leuitæ erant & ipſi; & Laicis meris aliquid amplius.

Oza quidam, ruina ſua tam famoſus, vt loco nomen dederit, qui dicitur *Percuſſio Ozæ*, cùr tam ſubitò extinctus? 2. *Reg.* 6. *&* 1. *paral.* 13. **De cauſis percuſſionis Ozæ variæ ſententiæ.**

Vulgò Theologi tenemus, quia, cum vxorem ſuperiore nocte adtigiſſet, auſus ſit arcam fœderis, vel, laſciuia boum vacillantem, tenere illotis, parumque mundis manibus; vel, impotentia boum vix progredientem, ſeu trahere, ſeu impellere adiutando. Egiam verò culpam.

Tenet alius aliquis; quia arcam bobus vectandam commiſerit, non ipſe humeros ſuos illi ſubpoſuerit. Grande facinus ſcilicet.

D. verò Thomas; quia Leuita, non Sacerdos, auſus ſit arcam adtingere, non aliorum, quam Sacerdotum manibus contingendam. *D. Thom.* 2. 2. q. 33. *art.* 4. *ad* 1. *& in* 4. *Sent. diſt.* 19 *q.* 2. *art.* 2. *q.* 3. *art.* 2.

*Tantæ* ne hinc *animis cæleſtibus iræ?* Omninò.

Ergone, qui Arcas Dei viuas, arcas Deo plenas, à quotidiana Euchariſtiæ ſumtione, à vitæ ſanctitate; arcas imputribiles, ab animæ immortalitate; arcas, armaria SS. Scripturarum, archiua animata legis Dei, Sacerdotes inquam à ſolis Sacerdotibus regendos, tangendos, per vim tangunt, tenent, ligant &c. Herodiani, & homines ne Leuitæ quidem, ſed merè Laici, homines quotidiè in vxorum; (forſitan & in meretricum etiam) gremio corpus volutantes, ſperauerint impunè abituri?

Sperauerint arcas tam diuinas etiam bobus, id eſt ſatellitibus, & mechanicis manibus raptandas malè committere?

Ne Dauid ipſe quidem, vir tam ſanctus, & pænè ſiuendi modo ſacerdos, viſo Ozæ, à tam leuicula cauſa tali interitu, auſus eandem arcam vel in Regiam ſuam religionis ergò deflectere; iſti audeant animatas arcas in ſuos carceres, per irreligionem ſummam, etiam pertrahere?

Ieroboami manus, qua extenſa de altari (ad quod ſtabat in Bethel thus iaciens) iuſſerat virum quemdam Dei, venientem de Iuda in ſermone Domini, quem audierat de noui altaris nouæque ſuperſtitionis ruina prophetantem, adprehendi, nonne derepente *exaruit, quam nec valuit retrahere ad ſe?* 3. Reg. 13.

Quid, quod me Oziæ quidem & Regi, & optimo, ac de religione imprimis bene merito, è terminis Laicatus ſui in alienos Cleri, egreſſo parcitum eſt? Quia enim voluit incenſum Domino adolere ſuper altare thymiamatis, & Azariæ, & Sacerdotibus octuaginta vna ſibi reſiſtentibus thuribulo minabatur, mòx in fronte lepra perenni percuſſus eſt. 2. Paral. 26.

*Ozias* (inquit Chryſoſt.) *cum eſſet Rex cinctus diademate, quoniam erat iuſtus, elatus eſt animo, maiore ſpiritu concepto, quam pro dignitate, ingreſſus eſt templum.*

Et

*Et quid dicit Iſaias? Ingreſſus eſt Sancta Sanctorum, aitque, Volo adolere incenſum. Rex cum eſſet, Sacerdotij principatum vſurpauit. Volo, inquit adolere incenſum, quia iuſtus ſum. Sed mane intra terminos tuos: alij ſunt termini Regni, alij termini Sacerdotij: hoc regnum illo maius eſt. Neque enim ex his quæ videntur, hic declaratur Rex, neque è gemmis illi adfixis, neque ex auro, quo amictus eſt, debet æſtimari Rex. Ille quidem ea quæ ſunt in terris ſortitus erat adminiſtranda.* Diuus Chryſoſtomus homil. 4. de verbis Iſai. Vidi Dominum.

Saul ipſe initiò tam bonus, tamque toto corpore, facie, & animo dignus imperio, nomnè regia dignitate exutus, exautoratuſque eſt, & a Samuele ſtultus ad pellatus, quod ad Regnum, non ad Sacerdotium vnctus, inuitus quidem & reclamante conſcientia, neceſſitate tamen cõpulſus, auſus eſſet offerre holocauſtum? *Quia vidi* (inquit ad Samuelem culpam excuſans) *quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies*, ſtato tempore: *porrò Philiſthijm congregati fuerant in Machmas: Dixi, nunc deſcendent Philiſthijm ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui*, necdum Dominum conſului; *neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum Domino*, id eſt, etſi diceret mihi animus, te expectandum; vici tamen ipſum, neceſſitate ita vrgente, vt Rex Sacerdotem quoq; agerē; Samuël tamen corripit aſperrimè, & minimè vanis minis iſtis fulminat; *Stultè egiſti.... quod ſi non feciſſes, iàm nũc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum*, ſeu longo tempore. Vox enim Hebræa non tempus infinitum ſignificat, ſed propriè tempus quod intermedium eſt inter Iubilea. *Sed nequaquam regnum tuum vltrà conſurget: quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum*, iam tibi ſucceſſorem è ſtirpe non tua ſibi delegit. 1 Reg 3.

Sacerdotia vſurpando, regna amittũtur.

Itane? Sacerdotia ergò vſurpando, etiam regna amittuntur? Videtis manuque tangitis.

Adde eumdem, victum tandem, & cruenta morte cum regno vitam quoque amiſiſſe, quod tot Sacerdo-

tibus innoxijs in Nobe vitam ademiſſet. 1. *Reg.*

*Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges.* pſal.

Quinquagenarij illi duo Principes, cum 50. quiſque ſuis commilitonibus, quia Achabo, etiam *vſque ad aras*, id eſt, plus æquo obtemperabant, cum ad Eliã Prophetam captandum venêre, nonne mòx mox pariter ſunt fulminati? 4. *Reg.* 1.

Heliodorus Quæſtor Regius, quod auſus (mandato tamen ſui Regis) in Ieroſolymitani templi ærarium inuolare, quam regiè, imò quam ſeruiliter, & dignè meritis ſuis, diuinitùs exceptus eſt? Narrabo Sacræ ſcripturæ verbis: *Spiritus Omnipotentis Dei* (ait liber Machabæorum) *magnam fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam, ità vt omnes qui auſi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterentur.*

*Adparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentiſ adornatus, iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit. qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea.*

*Alij etiam adparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu: qui circumſteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes.* Audite Sacerdotum virgatores, audite.

*Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfuſum rapuerunt, atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt.* Audite Concionatorum illo Baptiſtæ vtentium expulſores.

*Et is, qui, cum multis curſoribus & ſatellitibus, prædictum ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta Dei cognita virtute: & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni ſpe & ſalute priuatus.*

*Cumq; Summus Sacerdos* Onias, oblata pro ſalute viri hoſtia ſalutari, *exoraret, ijdem iuuenes eiſdem veſtibus amicti, aſtantes Heliodoro dixerunt, Oniæ Sacerdoti gratias age: Nàm propter eum Dominus tibi vitam donauit:*

*donauit: tu autem à Deo flagellatus, nũtia omnibus magnalia Dei & poteſtatem. Et his dictis non comparuerunt.* Vel Heliodorum Dei internuntiũ audite, Herodiani.

Denique: *ſi quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem* (aiebat Regi ſuo nouam legationem cogitanti Heliodorus, iam plus ſatis tam geniali feſtoque epulo ſaturatus) *mitte illuc, & flagellatum recipies, ſi tamen euaſerit.* 2. Mach 3. Audiſtis?

*Doëg* (ille ſcilicet Idumæus, qui, iuſſu Saulis in Nobe occidit Sacerdotes) *interpretatur mortuus, quorſum? ne neſcias*, ait Marulus, *morte æterna damnandum eſſe, quiſquis tam excellentis Ordinis viris iniuriam irrogare non perhorret.* Ac ne tam immane flagitium vel Sauli iubenti, vel ipſi Doëg perperam obedienti, impunè ceſſiſſe exiſtimes, vterque ſimul, cum in Gelboe Philiſthinos fugerent, iuſto Dei iudicio, proprijs mucronibus incubuerunt, ſemet interficientes, qui Sacerdotes interfecerant, 1. *Reg.* 22. & 31.

*M. Marulus l. 3. exep. c. 5.*

Volunt ſcilicet Herodiani iſti noui, qui paria aut peiora moliuntur, honorarijs epuliſque paribus, iſthic cum Heliodoro, & alibi cum Doëg illo Saulis lanione, tandem honeſtari?

Sed, ab his priſcis, ad paulò recentiora veniamus.

D. Paulus nunc totus noſter, cum aliquandò minimè noſter, in Damaſcum proficiſceretur, vinctos adducturus in Ieruſalem diſcipulos Domini, vt habitus eſt! vt fulminatus! vt pænè exanimatus!

*Numquid & vos vultis abire*, eadem via, in eamdem calamitatem?

*Herodes* iſte noſter, *qui Iohannem* hunc noſtrum *necitradidit, perfidiæ* quoque *& crudelitatis ſuæ pretium luit.* Egeſipp. l. 2. de Excidio Ieroſ. c. 5.

Quidam ſcribunt, mòx à cæde Baptiſtæ, ab Areta Rege Arabum Socero ſuo prælio victum.

**Herodis licentiã in Iohannem quæ pænæ exceperint;**

*Apud Iudæos fuit opinio, iuſta vltione numinis deletũ Herodis exercitum propter Iohannem, qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc enim tetrarcha necauit virum optimum &c.* ait Ioſeph. l. 18. antiq. Iud. c. 7. al. 10.

 Tibe-

Tiberius verò Imp. ademit quoque illi tandem Tetrarchiam, eamque ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniamque eius donauit eidem Agrippæ iudici Herodianæ defectionis. *Ioſeph. l. 18. antiq. Iud. c. 9. & lib. 2. de bello Iudaico c. 8.*

Denique; *Deiectus regno, atque exilio datus, fugiens in Hiſpaniam vna cum vxore Herodiade, mœrore animi conſumptus eſt*, ait Egeſip. libr. 2. excid. Ieroſ. c. 5. & Ioſeph. lib. 2. belli Iud. c. 8. qui tamen etiam Lugduni vrbe Galliæ refert exulaſſe. *libro* 18. *antiq. Iud. c. 9.*

Manus Malchi, ſcelesti illius mancipij, quæ dedit alapam Chriſto Ieſu, vt ſe nunc habet? in perpetuo motu ac rotatione, Ixionis inſtar. *Dixi latiùs in theatro Patientiæ conc.* 22. *pag.* 252. 253.

Commemorarem, & illos quoq; fulminatos quos veteres Poëtæ

*Adfectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes,*
*Aggreſſos Superiſque Iouem detradere regnis.*
*Exſtruere hi montes ad ſydera ſumma parabant,*
*Et magnum bello ſolicitare Iouem.* Ouid. l. 5. Faſt.

Et; quod, ille falsò creditus Deus, Iupiter tum primum, (hactenùs inermis) tela vltricia tantæ indignitatis ſumſerit, vt ait Poëta;

*Fulmina poſt auſos cœlum adfectare Gigantes*
*Sumta Ioui: primo tempore inermis erat.*
*Ignibus Oſſa nouis, & Pelios altior Oſſâ*
*Arſit, & in ſolida fixus Olymphus humo.* Ouid. li. 3. Faſt.

Dicerem, quod *ex quo*

*Tydides, ſed enim ſcelerumq; inuentor Vlyſſes,*
*Fatale adgreſſi* (ſeu per cuniculos, ſeu per cloacas)
*ſacrato auellere templo*

*Palladium* (quod, cùm apud Troiam, in honorem Palladis, arx, & in eius ſummo templum illi ædificaretur, nondum æde cooperta è cœlo cecidiſſe, & ſibi in eodem templo locum delegiſſe ferunt, ac deos mòx ab Apolline tale oraculum redditum, *perituram tum ciuitatem, cum extra mœnia exportaretur*; vti & de co-

de eodem, poſteà bello Mithridatico Romam aucto, reſponſum : IBI IMPERIVM FVTVRVM, VBI ET PALLADIVM *cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,*

*Corripuère ſacram effigiem, manibusq; cruentis*
*Virgineas auſi Diuæ contingere vittas;*
*Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri*
*Spes Danaum, fractæ vires, auerſa Deæ mens.* Virg. li. 2. Æneid. & Seruius ibid.

Dicerem, & Phaëtontem, à Ioue auo ſuo, fulmine in Eridanum deturbatum, quòd non content⁹ orbita conſtituta, auſus eſſet adfectare regimen curtus Solaris, & ſedere ad clauum, vice Patris Apollinis, quem licèt decretum rectorem, & adſuetum, vix equi ſuſtinebantur;

Dicerem (inquam) & illa vetera parabolica, & ipſis ſimilia, niſi & noſtris, & recentioribus, clariorib⁹, & certioribus, ſic abundare, vt copia pænè ipſa noceat, faciens deligendi difficultatem.

Valentis igitur Imperatoris ſellam, in qua facturus decretum, de eijciendo è ciuitate Baſilio, ſedere volebat, confractam ferunt; & ex tribus calamis, ad ſcribendam exilij legem, adhibitis, nullum reddidiſſe atramentum, & cùm nihilo minùs in propoſito ſcribendi impium decretum perſiſteret, ipſius dexteram, diſſolutis neruis, totam contremuiſſe; itaque Valentem his commotum, chartam vtraque manu conſcidiſſe. Ea autem nocte, quæ ad deliberandum Baſilio data erat, Valentis vxorem intimis cruciatam fuiſſe doloribus, vnicum etiam filium in grauem morbum incidiſſe. *Breu. Rom.* 14. *Iunij, ex Amphilochio, & alijs de vita Baſilij Magni.*

Conſtanti Imperat. Hæretico quot, quantæq; calamitates acciderunt, ex eo tempore, quo in Italiam Olympium Eparchum miſit, vt Martinum Tudertinum Pontificem Max. aut interficiendum, aut ad ſe perducendum curaret, quòd Paulum Conſtantinopolitanum Patriarcham, & hæreticum, & Legatorū Apoſtolicæ Sedis violatorem ritè condemnaſſet? Longum eſt dicere. *Vide lib. Pontifical. tom.* 2. *Concil. &* — Quæ Conſtantis in Martiū Pont. Rom.

*Breu. Rom. 12. Nouemb.*

Lictor ipſe, quum iuſſu Eparchi Pontificem occidere aggreditur, in Baſilica S. Mariæ Maioris ad præſepe Miſſarum ſolemnia celebrantem, cæcus repente factus eſt.

**Quæ Dodonis in S. Lambertum;**

Dodo ter impijſſimus S. Lamberti parricida, anno dolore pariter & plaga exenteratus peſſima, ante annum à vermibus conſumtus interijt, quem & ſui, præ fætoris intolerantia, in Moſam demerſerunt? Socij eius & coniurati, nonne ad vnum omnes diuinitùs pœnas dederunt? Certe percuſſor iactabundus, in montem publicum Leodij cum fratre congreſſus, fratrem occidens, à fratre quoque peremtus eſt, victor vna, victuſque. Et haud dubiè Alpais ipſa, tot malorum autrix, fuerat quoque peritura, niſi, Dodonis & ſociorum horrenda morte perculſa, pœnitentiam egiſſet, & collegium virginum, ſceleri expiando, beato martyri, in villa, quæ Orpio dicitur, dedicaſſet, adiunctis è Niuigella ſanctimonialibus. *F. Ioannes Placentius, in catal. Antiſtitum Tungarorum &c. in Lamberto.*

**Quæ Beliſarij in Pont. Romanum.**

Beliſarij, Ducis alioqui ſub Iuſtiniano tam felicis, extremas miſerias, exautorationem, expunctionem oculorum, mendicitatem quidam indè natas ſatis veriſimiliter putant, quòd, iuſſu Auguſtæ, in Pontifice Romanum fuerit audacior.

**Quæ Præpoſiti Maioris Leodienſ. in Abbatem quendam**

Illuſtre eſt, quod refert Thomas Cantipratanus; *Monaſterium* (inquit) *S. Iacobi apud Leodium notum multis eſt, & acceptum. Iſtud quidam adoleſcens, conſobrinus maioris Præpoſiti, cauſa deuotionis & religionis intrauit. Quod vt audiuit Præpoſitus, indignè tulit, mandat Abbati, remitti conſobrinum per clericos: renuit ille. Tunc Præpoſitus forti manu collecta ſatellitum, intrat violenter cœnobium, rapit iuuenem, & nudatum Sancto habitu, induit ſeculari. Abbas ergò monaſterij collectis Primoribus ciuitatis, Epiſcopo conqueritur, & totum clerum pro tantis iniurijs interpellat. Hoc cùm indignanter audire vix vellet Epiſcopus, & Abbatem potius duris verbis impeteret: flexis Abbas genibus, cum moderamine verborum, dixit Præpoſito; Iudicem contra te,*

*ô Præpoſite in terra habere non poſſum, & ideò contra te Deum ſummum Iudicem interpello, ut infra quadraginta dies uterque noſtrum compareat coram illo, ſententiam pro meritis accepturus. Ad hæc Præſul cum ſuis cachinnans, cum ſuis irriſit hominem atque ſpreuit, & repulit exprobratum. Quid plura: Quadrageſimo die circa nonam mortuus eſt dictus Abbas. Et cum pro eo ſolenniter pulſaretur, ſedens in balneo Præpoſitus, quæſiuit à circumſtantibus, quid hoc eſſet. Mox quidam ingrediens, & requiſitus de ſonitu campanarum, reſpondit, Abbatem S. Iacobi modo eſſe defunctum, & pro eo pulſationem fieri tàm ſolennem. Illicò recordatus Præpoſitus, quadrageſimam diem eſſe, qua ſe citatum coram ſummo Iudice audierat ab Abbate, conſternatoq́; animo dixit ſuis. Citò, videte quid faciã, mortuus ego ſum: comparere me hodiè ſummi Iudicis conſpectibus oportebit. Nec mora, poſt verba hæc, cũ balneũ egredi feſtinaret, in adſtantiũ manibus cũ diro eiulatu & vocibus expirauit, ibi proculdubio reſpondere compulſus, vbi cauſarũ ſtrepitus ceſſant, Iuriſperitorum aduocatio conticeſcit, vbi nec preces, nec precium liberabunt.* Thom. Cantiprat. Epiſc. lib. apum. NOTA.

Quid? Ipſa Hannonia noſtra, & Valencenæ huic vicinæ, teſtari etiam abundè poſſunt, quid ſit profanum hominem temerè in Baptiſtam & Clericũ quidquam audere. Dicam iterùm Cantipratani verbis.

*Simile quid* (inquit) *& de Comite quodã Hannoniæ fide indubitata percepimus, qui dũ vellet in Eccleſia S. Ioã. in Valencenis Canonicos expellere regulares, & pro eis ponere Canonicos ſeculares, Abbas eiuſdẽ loci ad ſummũ Iudice adpellauit. Adpropinquãte aũt adpellationis die, cũ Abbas inciperet infirmari, & ſe ad cõparendũ corã ſummo Iudice orationis inſtãtia prepararet. ipſeq́; Comes ſub eodẽ tẽpore ſentiret incomodũ, cauſa ceſſit, omnimodè diẽ veritus Iudicij, & ſentẽtiã expectare.* Thom. Cantip. li. Apum. Quæ Comitis Hãnoniæ, in Canonicos;

Philippo Gallorum Regi, vt ordinis Templariorũ apud Clementẽ Quintũ accuſatori, ac proindè ruinę eorundem autori, circiter annum Domini 1310. Neapolitanus quidam Eques Templarius diem dixit, intra ſpatium anni vnius, ad Tribunal Ieſu Chriſti;

Mira-

Mirabile dictu; Ipſo anno eundem Galliarum Regem mors intercedens ad Iudicem Deum iſtit. *M. Petrus Sanchez in Quadrangulo tract. de Iuſitu. art. 4.*

*De Templarijs, videre eſt latius apud eundem autorem loco citato. Item, in eiuſdem hiſtoria morali in vita Remu. §. 5.*

*Item, apud Petrum Mexiam in ſylua p. 2. c. 4.*

*Item, apud F. Ioan. à Pineda dialogo 11. §. 30. Monarchia Eccleſiaſtica, ex libro quodam monimentorum Floriani de Ocampo in monaſterio S. Franciſci Zamorenſis.*

Gregorius Papa IX refert, ſe ex B. Franciſco, dum viueret, audiuiſſe, ipſum Sanctum inter cætera hoc Priuilegij obtinuiſſe, *Quòd quiſquis Ordinem ſuum perſequeretur, grauiter à Domino puniretur, & dies ſuos & breui, & malè finiret.* Ex Reg. Capucinis per Platinum edita pag. 79.

Refert Hieronimus Platus lib. de bono ſtatus religioſi, ſtupendum eius rei exemplum, de Epiſcopo per D. Franciſcum obtruncato.

**Quæ militis in D. Tho. Can.** Ille ipſe miles è Regis ſcilicet domeſticis, & apud Regem Angliæ Henricum II. gratioſus, qui D. Thomam Archiep. Cantuarienſem per calumniam accuſārat, eodem anno mortuus eſt, cum duobus filijs, quòd non eſſet veritus mittere manum in Chriſtum Domini. *Surius tom. 6. menſe Decemb. in vita D. Thomæ Cant. c. 9.*

**Quæ virginis Arrianæ in D. Ambr** *D. Ambroſius, cùm Sirmium, ad ordinandum Epiſcopum Anemmium perrexiſſet, Iuſtinæ temporis Reginæ potentia, & multitudine coadunata, Eccleſia pellebatur, ita vt vna de virginibus Arrianorum tribunal conſcendens illum adtrahere vellet ad partem mulierum, vt ab ipſis cæderetur. At verò ille ad eam: Etſi, inquiebat, ego indignus tanto Sacerdotio ſum, tamen te non conuenit in qualemcunque Sacerdotem manum injcere: vnde debes vereri Dei iudicium. Quod dictum exitus confirmauit. Nam alio die mortuam ad ſepulchrum vſque deduxit.* Ex D. Ambroſij vita per Paulinum, ad S. Auguſtinum c. 3.

Neque

Neque verò perſonales tantum calamitates, & eorum propriæ, qui talia auſi ſunt, interdum inde accidunt; ſed & publicæ quoque perfrequenter. **Et hinc queq; calamitates publicæ.**

Quæſo (Auditores) ignoſcite, ſi, congeſtu exemplorum, hic videor veſtra abuti patientia. Proderit olim vobis hic tædij deuorati labor, ne in tædia grauiora laborum, & calamitatum maiorum aliquandò incidatis.

Videamus ergò an publicæ aliquandò hinc calamitates. D. Thoma Cantuarienſi Arch. in templo, ad aram, ab Henrici II. Angliæ Regis miniſtris, ei placituri entibus, impiè trucidato, *ſubitò, & præter omnium exſpectationem, Deo vlciſcente fuſum ſanguinem martyris ſui, pax regni perturbata eſt, excitatæ ſunt ſeditiones, & bellum exſtitit inteſtinum. Filius incurrit in patrem, & pater in filium*, inquit hiſtoria apud Surium tom. ſexto menſe Decembri in vita Thomæ c. 25. **Vt in Anglia ſub Henrico II.**

*Nortmannia hoſtili gladio ferienda tradita eſt. Anglia contremuit, & commota eſt à facie cladis imminentis. Obſidebant eam hoſtes vndiq;, & ictus vaſtabant exitiales ſeditiones, alijs patre, alijs filium cauſam iuſtiorē fouere aſſerentibus.* Surius ibid.

*Comes Flandriæ cum immenſo exercitu in Angliam traijcere ſtatuerat.* Ibid. c. 26.

*Rex Scotiæ Angliam vaſtaturus* videbatur. *Ibid.*

Semperque deinceps mala malis ſucceſſiſſent, *poſteriora* ſemper *peiora prioribus*, niſi Henricus ipſe, illuſtri pænitentia, Deum ſibi ac regno reconciliâſſet.

*Rex enim* ipſe, *cùm ſignificatum eſſet per viſionem, nulla alia via ſperandum eſſe pacem, niſi conciliato Martyre; corde contrito & humiliato, ad monumentum B. Martyris veniam petiturus properauit. Cumquè Cantuariam veniſſet, ab æde B. Dunſtanni vſque ad ſummum templum, in quo S. Thomas conditus, nudis pedibus, & communi veſte, lachrymabundus ingrediebatur, non viarum aſperitate, non pedu teneritudine retardatus. Vbi ad Eccleſiæ fores venit, procidit & adorauit: porrò ingreſ-*

*ingreſſus locum illum, in quo vir beatus occiſus eſt, lachrymis infudit: deindè, dicta Confeſſione coram Epiſcopis, cùm multo tremore ac reuerentia acceſſit ad loculū Martyris, atque illic, toto proſtratus corpore, quos gemitus, quæ ſuſpiria ediderit, quos lachrymarum profuderit imbres, dici non poteſt. Poſteà cùm palàm ſe reum proclamaſſet, veniamque precatus eſſet, quòd ſanctum virum tam pertinaciter eſſet perſequutus, non tamen occidi voluiſſet, reſtituit in integrum Eccleſiæ Cantuarienſi iura & dignitates, quæ anteà habuiſſet, addiditq; ei ſui triginta librarum redditus, vt ſanctum Martyrem poſſet habere propitium. Deindè, exteriori veſte ſe nudans, ſcapulas & caput in tumuli feneſtram magna humilitate ſubmiſit, ita vt omnes eo ſpectaculo ad lachry-*
N *mas permouerentur: primoque ab Epiſcopis quinquies cæ-*
O *ſus eſt: deindè, à Monachis amplius octoginta, ternos ac-*
T *cepit ictus, atque ita ſolenniter abſolutus eſt. Poſt hæc,*
A. *nuda humo reſidens, nudis pedibus, vt venerat, atque ieiunus totam noctem in precibus exegit. &c.* Surius ibid. cap. 26.

*Vt verò ſatis conſtet, S. Thomæ Martyris meritis ab illo regno diuinæ ſeueritatis animaduerſionem amotam, eodem die, quo Rex venit Cantuariam, pro ſuis in Martyrem peccatis ſatisfacturus, Comes Flandriæ, qui, cum immenſo exercitu, in Angliam traijcere ſtatuerat, mutata illico ſententia receſſit. Altero die, Rex Scotiæ Angliam vaſtaturus, in acie comprehenſus eſt: & breui omnes conticuêre hoſtes.* Ibidem.

Vt in Græcorum exercitu.

Taceo, ob raptum Chryſeidem, Sacerdotis Apollinis filiam, tam grauem aliquandò Gręcis immiſſam peſtilentiam, vt Agamemnon patri puellam reſtituere ſit coactus. *Homerus. 1. Iliados.*

Scilicet aurum Tholoſanum, aut equum Seianum, iure adpelles, ius Eccleſiæ à profanis hominibus vſurpatum.

Ita eſt, (cari mei Auditores) ita eſt omninò, *gens & regnum, quod non ſeruierit tibi*, ô Chriſte, aut legatis tuis, *peribit*. Iſai. 60.

Non

*Non relinquet hominem nocere eis, & corripiet pro eis Reges.* pſal.

*Inimici eius terram lingent.* pſal.

*Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* pſal.

*Puluerem pedum tuorum lingent.* Iſai. 49.

Illi illi *populi meditati ſunt inania*, & quicunque *adſiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*, dicentes; *dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum* Sacerdotum & Pontificum; *qui enim habitat in cœlis* ſeriùs aut citius *irridebit eos, & tanquam vas figuli confringet eos.* pſal. 2.

Defendat ſcilicet Reges, & quiuis è plebecula, quiſque ſua, & *funiculum hæreditatis ſuæ*: relinquat Deus clerum ſuum indefenſum, & proculcatum? Scilicet.

## III.

*Vt morbo illi occurrendum.*

Dicant igitur Baptiſtæ, ſub Herode vim patientes, & horum primores, Chriſto, cum gemitu, quod olim Apoſtoli, cum nauis, huius rei figura, pænè operiretur fluctibus, *Domine ſalua nos perimus &c.*

Prouideant & iidem, vt principijs quoque obſtent: & adſit cum gratia Numinis, dextra & cura hominis. *Principijs malorum occurrendum.*

*Modicus* enim *ignis*, & vix ſcintillula, *quantam ſyluam* non rarò *incendit!* Iacob.

*Flumina quanta vides paruis ex fontibus orta!*

*Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.* Eſther. 11.

Exſtillans per tenues rimas initiò leniſſimè extra alueum, ac vix aliud quam exſudans, vnda fluminis; paulò pòſt, neglecta, quàm latè *ſternit ſata leta, boumq; labores!* Virgil.

Cæli pluuiolæ vix atomis grandiores, vel maris ſtillulæ ſenſim influentes, diutiùs à Nauarchis neglectæ, quam multa ingentiaq; nauigia perdiderunt!

Febri-

Febricula neglecta, quàm ſæpè robuſtiſſimũ quã-que enecauit!

*Paruus error in principio, quantus eſt in fine!*

*Vno admiſſo abſurdo, quàm multa loquuntur abſurda!*

*Qui contemnit minima* quò non *paulatim decidit!*

Initio obex paruulus, aut aggellus, ex tribus glebulis, obiectus irrepentibus aquis, totum agrum ab inundatione non raró poſſit tueri.

Tantillum aquæ oportunæ ſuperfuſum ingens ſiſtat incendium.

Catapotiolum, pilulæ ternæ aut quaternæ, aut venæ ſectio, integram valetudinem ſæpè reſtituerunt.

Negatiuncula alterius præmiſſarum, aut diſtinctiuncula Sorbonica, ſiſtat totum inſidioſæ diſputationis curſus, & velut torrentem.

*Serò medicina paratur,*
*Cùm mala per longas inualuêre moras.*

Carthaginem, Deus bone! quantam vrbem! continuis ſedecim diebus ardere oportuit, cuius incendio initiò reſtitutum non fuit. *Eutrop. lib.* 4.

Vix tùm tandem flammæ ruina extinguuntur.

Capi concluſione bona neceſſe eſt, qui præmiſſas admiſerit.

Serpentis corpus certò irrupturum, & tota mole belli venenique pugnaturum ſciat, quiſquis caput eius irrepentis non contriuerit.

De quibuſdam eſt ferè dicere, quod Dominus aiebat Iſraëli, *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, noſter erit. Deut.* 11.

Aut, quod de Xerxe lectum; vndè tantillum aquæ, & terræ obtinuiſſet, ibi ſe Dominum dicere aut credere ſolitum; vbi enim iſtis digitus ceditur, tota manus occupatur.

Vt cancer ſerpunt eiuſmodi mala.

A præſcriptionum titulis valdè metuendum.

*Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes,* & verò etiam longè difficilius.

*Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.*

N

Ni *cum numine dextra* quoque hùc adlaboret, non parum hinc mali.

*Non colligunt de ſpinis vuas, neque de tribulis ficus.* Matth. 7.

A caudis igniferis vulpecularum Samſonis, meſſoribus pertimeſcendum. *Iudicum.*

*Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas*, capite inquam, dum adhùc ſunt paruulæ. *Cantic.*

*Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ad petram.* pſal.

*Obprime, dum noua ſunt primi mala ſemina morbi.*

Sit anſer aliquis, raucus licèt, & malè diſertus, aliquis tamen, qui excitet Capitolij vigiles, aduerſus iſtas Brenni ſcalas! Oriatur Manlius Capitolinus aliquis, qui aſcendebat ex aduerſo, ſeque *obponat murū pro domo Iſraël,* contra Herodem.

Sit vel gallus aliquis, ſemel & iterum neſcio vndè cantans, qui Petrum periculi ſui admonent.

Vel Angelus neſcio quis, qui in ſomnis iterum illi dicat. *Surge velociter &c. Act.*

Pro aris, pro foris, pro ſacris, pro libertate ſurgendi, ſtandique cauſa æquiſſima.

*Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* Iſai. 1.

*Panem filiorum* accipiunt *canes* improbi *de menſa dominorum ſuorum.*

Ab Amane, Eſther Regina, Aſſuero præſente, pænè obprimitur. *Eſther.* Fortiter omnia pro aris ferenda.

*Ab ira viri peccatoris nihil timueritis,* non exilia, nō ſpoliationes &c.

Cùr exilia? *Viris fortibus,* viris virtutum, *omnis terra patria eſt, vt æquor piſcibus.*

Coſmopolitæ ſunt viri fortes omnes, vti de ſe Diogenes aiebat.

Cùr facultatum accisiones, adfiſcationes &c. *Non priuabit Deus bonis eos qui ambulant in innocentia.*

Deindè; Natura, & philoſophia Chriſtiana contéta pauciſſimis eſt.

Cùr Eccleſiæ ruinam ab iratis? Præſtat aliena malitia, nulla culpa noſtra, quàm ruere culpabili rnentium negligentia.

Sunt fortiores nobis? Imò verò *plures nobiſcũ ſunt, quàm cum illis.* 4. Reg. 6.

Deus ipſe pro nobis, qui vnus multorum inſtar, imò vnus ſuprà & ſuper omnes eſt.

Vnus ille, Herodis & ſatellitum *colla propria virtute calcabit.*

*Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* pſal. 2.

Occumbendum? *melius mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ,* quam miſerijs, quam inhonorę ſeruituti ſupereſſe &c.

Satius *glorioſiſſimam mortem, quàm odibilem vitam complecti.* 2. Mach. 6.

Semel mori gloriosè, melius; quàm diu ingloriè viuere imò diu mori.

*Eleazarus* optimè, qui *deſtinauit non admittere illicita, propter vitæ amorem.* 2. Mach. 6.

Alioqui, quid Chriſto, quid Apoſtolis reſpondebitis, ô proceres, qui vos *poſuerunt cuſtodes in vineis,* de vineis tàm profanè ſacrilegeque vindemiatis, *ab omnibus qui prætergrediuntur viam,* expoſtulantibus atque obiectantibus, non ſtatum ex aduerſo, vti & quãdò oportebat, conſolidatum, quod fractum adparebat? &c.

Qua fronte, priſcorum Epiſcoporum, & beatorũ maiorum conſpectus ſuſtinebitur, ſi pro qua illi cauſa auſi ſunt mori, nepotes pro eadem non dico non audent liberè loqui, ſed ne mutire quidem vel tenuiter.

Itane? potuiſſe maiores inter Ethnicos adipiſci, quoo nepotes tueri inter Chriſtianos non poſſunt?

*Iniuſtitiæ* (ſi quis ignorat) *duo ſunt genera. Vnum eorum qui inferunt; alterum eorum, qui, cum poſſunt, nõ propulſant iniuriam. Qui enim non reſiſtit, cùm poteſt*

*iniur-*

*iniuria: tàm eſt in vitio, quàm ſi Patriam aut parentes deſerat.* Cic. 1. Offic.

*Delicta qui non vetat, cùm poſſit, iubet.* Seneca.

*Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt.*

Vulgatiſſimum autem eſt, *eum qui tacet, videri cõſentire.*

*Imperia ſoluit, qui tacet, iuſſus loqui.* Seneca.

Qui ſperabit tandem quiſquam Deum Patrem atque eam cum, qui ſponſæ eius Eccleſiæ vel vim intulerit, vel vim patienti non ſuccurrerit?

Hîc hic claues regni cælorum oſtentandæ.

Hîc hic poteſtas, & vis ligandi atque ſoluendi, exſerenda.

Hîc hîc alter gladiorum Petri, ille ille, inquam, cuius Bono, vel ſolo nomine ſonoq́; terribilis, è vagina educendus.

Tentandum, an verè & gratis Iob colat Deum. *Iob.*

Fortiter, pro Baptiſta, armis cælitùs datis, aduerſus Herodem, dimicandum; etſi cum Baptiſta moriendum.

Parumne gloriæ, cum Phocione illo mori, & pari cauſa?

Pietatis aliquod genus fuerit, hîc ſeueriuſculum fuiſſe, ne tres vno velut ictu pereant; Herodes, vím inferendo; Baptiſta, vim patiendo; Clerus, vim illatam in Herode perperam diſſimulando.

Eſt vbi tollenti tunicam, non ſit dandum & pallium &c.

# ECHO
# CONCIONIS XXVI.

THEMA. *Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Iohannem, & adligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris ſui, quia duxerat eam.* Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi:
1. *Quòd quò iuſtior quiſque eſt, hoc ferè in vita adflictior:*
2. *Herodem peſſimum fuiſſe Concionatoris ſui remuneratorem;*
3. *Vndè Herodi tanta Iuſtitiæ, & Gratitudinis obliuio.* AVE.

## I.

*Quòd quò iuſtior quiſque eſt, hoc ferè in vita adflictior.*

Quàm verè dictum à Pſalmiſta (Auditores &c.) *multæ tribulationes Iuſtorum!* pſal.

Et à filio eius Salomone; *Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem!*

Et à Paulo; *Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, perſequutionem patiuntur!*

Nam ferè vt vmbra corpus, ſic Iuſtos adflictiones conſequuntur.

Iuſtos Exilia, Dedecora, Mortes &c. perpetuò comitantur.

Ab Abele iuſto ad Chriſtum, à Chriſto ad nos vſque recenſe; & ita cenſebis.

Ac ferè impiiſſimus quiſque, pientiſſimi cuiuſque tortor & perſequutor, id eſt coronæ illius faber.

Et tacet tantiſper Deus, *conculcante impio iuſtiorem ſe.*

Vel

Vel hinc vide; Ecce Iohannes qualis vir! iuſtus & ſanctus, vel hoſtis ſui Herodis iudicio, ab ipſo tamen Herode hodie capitur, ligatur &c.

Vide, & { 1. *Quis;*
2. *A quo ligatur;*
3. *Cuius gratia.*

*1. *Quis? Homo miſſus à Deo;* homo, hominibus omnibus maior, ſi duos exceperis; Homo, qualem iã diu initio depinximus; depinximus? immò depingere tantùm conati ſumus. Nam tam vitæ eius celſitudo depingi difficilis, quã vultus Chriſti pulchritudo.

Tenetur, ligatur, includitur, qui non eſt neque latro, neque furioſus, neque phræneticus, neque demoniacus, ſed æqui bonique ſeruantiſſimus, *amicus ſponſi &c.*

Ita, ita: Torquis aureus, quo hic ſolet donare ſuos Deus, vincula ſunt, compedes ſunt, aureo illo Burgũdionum vellere, & Anglicano ſubligaculo certè glorioſiora.

*Fili hominis, Eccè data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris: & linguam tuam adherere palato tuo faciam, & eris mutus* Ezech. 3.

*Ecce circumdedi te vinculis, & non te conuertes, de latere vno ad aliud.* Ezech. 4.

*Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies.* Thren. 5.

*Ligauerunt* milites Holofernis *Achior ad arborem* contrariè ipſis de Iſraëlitarum Deo ſentientem. *Iudith. 6.*

Nabuchodonoſor iubet, ligatis pedibus, in fornacem ignis ardentis Sidrach, Miſach, & Abdenago; in lacum leonum fame rabidorum Danielem immitti *Daniel.*

D. Petrum alius Herodes intrudit in vincula, *Act.*

*Cùm eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit Ieſus, ſignificans quà morte Petrus clarificaturus eſſet Deum.* Ioan. 21.

D. Paulus de ſe; *Spiritus ſanctus* (inquit) *per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens : quoniam vincula & tribulationes Ieroſolymis me manent.* Act. 20.

*Non eſt* ſcilicet *ſeruus maior Domino ſuo.*

*Comprehenderunt enim* etiam *Ieſum, & ligauerunt eum milites & Tribunus.* Iohan. 18.

Torquatus vinculis Imperator, ſimiliter torquatis, id eſt, catenatis, militibus delectatur.

Quales manicas, quales armillas, qualia dextrariola geſſit Dominus in paſſione, talia ſeruis atque athletis ſuis in vita vult eſſe communia.

Sic vittatas, ſic torquatas, ſic ornatas hoſtias habet Deus noſter gratiſſimas

Tauros ſic edomitos vinculis, ſicque cicuratos, in fercula nuptiarum Filij ſui, Deus Pater adfectat.

Cibis venatione quæſitis libentiſſimè, vti olim Iacob decrepitus, veſcitur.

Itaque Baptiſtam quæri, capi, teneri, vinciri &c. diuinæ fuit diſpenſationis.

Venatio ergò ſanè regia inſtituta eſt, in qua &

1. *Venator* robuſtus; Herodes, non eundo, ſed mittendo, & ita ordinando;
2. *Equites*; Aulici eius, Paraſiti, Tribuni, Centuriones &c.
3. *Canes*; ſatellites ab eo expediti. *Circumdederunt me canes multi.* pſal. Moloſſi regij.
4. *Campus* venationis, vel Bethabara, locus trans Iordanem in tribu Ruben locus olim celebris, vbi erat Iohannes baptizans; vel deſertum Iudeæ, vbi primi diuino mandato Iohannes cœpit eſſe vel Echo, vel *vox clamantis in deſerto*;
5. *Cornu*; Herodis imperium;
6. *Retia*; carcer in Macherunte oppido in tribu Ruben, in Perea regione trans Iordanem, ſeptem miliaribus diſtante ab Aſphaltite, inter Arnonem & Iordanem

[illegible]

*Ioſeph. lib. 7. belli Iud. c. 25, Plin. libr. 5. c. 16.*

7. *Venabulum*; ferrum ſatellitum;
8. *Tempus vernum*, mênſis Aprilis, qui eſt anni initium ſecundum legem, & quaſi iubar diei exoriens, tempeſtas venationi opportuniſſima,
9. *Præda*; Iohannes Baptiſta;

Præda opima quidem, ſed venatori inutiliſſima, vt cuius nec caro ad victum, nec pellis ad veſtitum, nec oſſa ad pharmacum commoda &c. Lucrum enim de capto Iohanne, homine ſc. Iro ipſo & verme quouis nudiore; nullum à relicto in ſuis ſyluis damnum; vt qui pinguia deſerti non læderet, contentus ſc. locuſtis & melle ſylueſtri; nemini dente, vt aper; nemini cornibus, vt ceruus aut taurus, noceret; niſi fortaſſis in vitia egregiè baubari & latrare, id ſit iudicio Heordis nocere, & agrum vrbeſque infeſtare.

Capta tamen hęc prędaeſt, directè ac maximè *propter Herodiadem*, forſitan iam prægnantem, & carnes humanas prægnantium quarundam inſtar, ardentiſſimè adpetentem; indirectè propter Deum, *in cuius conſpectu pretioſa eſt mors Sanctorum eius.*

Diuinæ diſpenſationi Herodes neſciens, & aliò ſpectans, ſeruiebat.

* 2. *A quo?* ab Herode iubente; ab Herodiade inſtigante; a milite obediente.

Herodes per ſatellites ſuos, *ſaltus, nemoroſaquè teſqua*

*Et ſyluas vaſtaq́;* Iohannem, quaſi *feras, indagine cingit.* Lucan. 6.

Eremus tota, ac cellula Iohannis ita viris plagiſq; ab Herode coronata, ſic indagine atque indagatore crebro circumcincta, vt ſi ad Cacum neſcio quem vicinorum populatorem, aut aprum furentem capiendum contenderet, vt, niſi miraculo Iohannes omninò non poſſet, etſi valdè vellet, regios caſſes effugere. Vt ad Chriſtum poſteà

capiendum cum fuſtibus, & armis, & cohorte ventum eſt: ſic tunc opinor od Iohannem.

*Et funes extenderunt in laqueum; iuxta iter ſcandali poſuerunt mihi.* pſal 139.

*Diodor. Sicul. l. 5. Biblioth.* Dixiſſes tum ab Hercule quæri Nemæum illum leonem raptorem; aut aprum Erymantium; aut Caci illum famoſum, incendijs ac latrocinijs vicinia peruaſtantem; aut ſingularem ferum, vineam totam ſuffodientem ac depaſcentem.

* *Miſit* ſatellites, quaſi ad latronem, ad maiorem Baptiſtæ infamiam, ſcilicet.

Capi enim per ſatellites regios, ſine infamia magna, vix quiſquam poſſit, etiam innocentiſſimus.

Citatus verbulo, non modo veniſſet ad Regem Baptiſta, ſed aduolaſſet, homo per martyrium emigrandi cupidiſſimus.

Sed flocci eſt Herodi cuique, & vita, & infamia monitoris innocentis.

* *Tenuit*; Capta eſt præda minimè fera, ſine vulneribus, incruenta victoria, vt tantò magis victores exultent.

Facilè capitur & tenetur, nec fugiens, nec repugnans, imò cui pro veritate *mori, lucrum.*

*A cane non magno ſæpè tenetur aper*, multò magis, à tot moloſſis, imbellis ouicula.

*Virg. Æneid.* *Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis*; ſi Eremitam vnum, tot regij emiſſarij, & commiſſarij capere potuiſtis.

**Tenuit eum*; at non etiam quæ illius erant, qui nihil præter veſtem è pilis camelorum poſſideret.

Nec fortè Herodes Herodianorum quorumdam æui noſtri famem æquauit, qui & Iohannem tenent, & ea maximè quæ ſunt Iohannis; imò forſitan Iohannem tenent dumtaxat propter ſua. Lardum comediſſe ipſi (vt vulgò aiunt) calumniantur, vt cauſam aliquam habere videantur capiendi, & ſpoliandi.

* *Et adligauit eum*, quaſi ſtultum aut furentem, ipſe magis tenendus & ligandus, qui phræneſi tanta vagabatur, & tam ardentibus febribus inceſti amoris in

vxorem

vxorem alienam tenebatur.

Stulti enim ferè ac furentes teneri ſolent, ac vinciri.

* *Et incluſit in carcerem* quaſi canem rabidum, aut quaſi monachum nimis gyrouagum, & inſtar onagri in deſerto. Magis clauſtralem, muriſque arctatum illum eſſe voluit, egregius ſcilicet reformator, ne monachus in turba, viſis, auditis, affatis multis, cũ multa quoque cogitantium interturbantium turba conflictari cogeretur. Includatur, inquit, vt ſit quod dicitur Eremita.

Ah! Includeres potius ô Herodes, & in *latebras abſconderes pectore penitiſſimo ſtultitiam tuam* ! Plaut. in Ciſtell. 2.

Includeres potius Herodiadem tuam, Philippo marito remittendam!

* *Incluſit*, ne ſemper lucem hanc adſpiciens, ſemper hominum colloquijs vtens, ſemper clamore oratorio & ſtudio cerebrum fauceſque adfligtans, ſemper phrænesi (qua Baptiſtam laborare videri volebat Herodes) grauaretur, *factus ſibimetipſi* primum, deindè alijs quoque valdè *grauis*.

Tenebras (inquit) & clauſtra, & ingenij otia, mederi eiuſmodi ſtultis & adfectæ mentis hominibus ferunt. Forſitan tantiſper incluſus Baptiſta redibit ad ſeſe.

* *Incluſit*; vt mordax hactenùs & petulans in omnes fera ſic diſceret cicurari, & aliud aliterque cantare, quam hactenùs.

* *Incluſit*; ne deinceps mutire audiretur, qui Reges ipſos opportunè importunè ad nauſeam vſque reprehenderat.

Ezech. 19. *Miſerunt eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltra ſuper montes Iſraël.*

* *Incluſit*, & lapidibus quadris, quaſi terminis, circumſcripſit; ne ſolita licentia, extra terminos Concionatoris (vt Politicus putabat) in negotia vſque Regni & Status (vt Aulici nunc noſtri vocant) vagè, errabundè, deſultoriè deinceps penetrare vel poſſet, vel auderet.

★ *Incluſit*; veteranum iam & rude donandum militem, velut tironem, inuſitato ſanè ipſi ludo, bonus ſcilicet Iohannis Mæcenas; vt de ſuo Principe melius loqui diſceret, aut tacere opportunè.

★ *Incluſit*; ne videretur vir vultu venerãdus, & veſtitu toto, ac geſtu admirandus, atque operibus eius cõtrarius. q. d. *Grauis eſt nobis etiam ad videndum*. ſubducatur ab oculis læſis, ab oculis noctuarum, lumen tàm illuſtre.

★ *Incluſit*; ne viri tanti vel conſpectus ſolus populum ad Deum conuerteret; & viſa dumtaxat eius vita, vitam omnem Regis, Reginæ, ac Regiæ totius altè lateque condemnaret. Baptiſta enim profectò totus vox fuit, quantus quantus fuit.

*Vritq; videndo* vir probus in bonum, non minùs quam *fœmina*, in malum.

Quam vrit, quam adficit mentes etiam irreligioſiſſimas vel ſolus adſpectus Capuccinorum, & cæterorum Chriſti, Franciſcique pauperis verorum æmulatorum!

Iohanni non tantum vox, qualis nobis, fuit, cuius ſonis atque articulis prædicaret verbum Dei; ſed ipſe totus vox fuit: toto corpore, toto vultu, toto habitu, toto geſtu loquebatur. Etiam ipſi eius panniculi altiſſime & diſtinctiſſimè loquebantur.

Capili, frons, oculi, facies, inceſſus, dictio, victus ſingulæ parænefes erant ad vitam cæterorum corrigendam, multis quamlibet prolixis multorum con-
psal. cionibus potentiores. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia; vox Domini confringentis cedros &c.*

Vno ac ſolo Iohanne viſo, verè *populus videbat voces* multas, voces virtutis.

Exod. Iohannem ergò Herodes non ſolum tacere voluit, ſed & latere, cuius ſcilicet *fortiſſima* erat non ſolum *oris, ſed operis vox*.

Videns *populus* capillos Baptiſtæ incultos; *videbat voces*.

*voces;* vidēs oculos emortuos, faciem ieiunijs pallentem &c. *videbat voces.*

Vocem ergò obpreſſit, & *Miſit lucern in tenebras exteriores,* Herodes maligniſſimus.

*Sedet in tenebris lucerna, lucis amicus Omnipotentis.* proſa diei Decollat. Baptiſtæ.

* *Incluſit* Iliadem hanc in nuce ; hominem hunc hominibus maiorem, ſeptempedali vix fortaſsè foſſa, egregius ſcilicet artifex.

*Magni artificis eſt, clauſiſſe totum in exiguo*. Seneca ep. 53.

* *Incluſit* hunc viuum & vocalem diuinæ legis librum, non in arca fœderis ex lignis Sethim, (vt legem Moyſi veteres Iudæorum Reges:) non in arcam in ſolidum auream, ac gemmis grauem, (vt quondam Homeri libros Alexander Magnus in illam Darij pretioſiſſimam:) nō, non, ſed in lacum ac locum ſanè indigniſſimum. *Sabellicus lib. 2.*

O Tyrannum profaniſſimè tam ſacrum & chariſſimum Deo caput tractantem!

* *In carcerem* , vt fortem , ne elaberetur, ſic inhumanum , & Solis inacceſſum radijs , in baratrum illo Athenienſi fortaſsè tetrius , vt grauius vexaretur.

Fortem certè. Nàm erat hic carcer in Maherunte, oppido poſt Ieroſolymos ab Herode validiſſimè munito. Itaque ſecunda poſt arcem Ieroſolymorum habebatur. *Hieron. Natalis S. I. in notis ad Dom. 2. Aduentus.*

*Spelunca* , opinor , *alta fuit* , *vaſtoquè immanis hiatu,*
*Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris.*
——*ſub rupe ſiniſtra,*
*Mœnia lata videt triplici circumdata muro;* *Virgil. 6.*
*Porta aduerſa ingens, ſolidoq; adamante columnæ,* *Æneid.*
*Vis vt nulla virum, non ipſi exſcindere ferro*
Chriſticolæ *valeant. ſtat ferrea turris ad auras,*

Aliquid

Aliquid arci Antuerpianæ, aut Vilbordianæ ſimile fuit fortaſsè.

* *Incluſit in carcerem* theſaurum ſanè precioſiſſimum minimè conuenienter. *Hic* ſcilicet *pietatu honos*; hoc tot ſudorum eius honorarium. Hæc ferè merces meliorum Concionatorum.

* 3. *Cuius gratia. Propter Herodiadē* (inquit.) Herodias ſcilicet veritatibus ſancti viri iritatiſſima orabat, inſtabat, vrgebat, caput adultero ſuo Herodi noctu interdiu obtundebat, reditum ad ſuos minaciter promittebat, oſcula deinceps negabat &c. ni Baptiſtam includeret &c.

Herodias Herodem vinctum victumque in vinculis adamantinis inceſti amoris habebat, tenebat, trahebat, impellebat quo volebat, vt bubalum, cuius naribus circulus inſertus eſt. Dominabatur Herodias; Herodes Rex Herodiadi ſeruiliſſimè ſeruiebat. Tyrannidem mulierculæ, virorum Tyrannus patiebatur.

Diogenem ferunt, cum aliquandò triumphatorem videret, obtorto ſemper magis magiſque collo, oculos in puellam formoſam diutius defigentem, dixiſſe: *O egregium victorem, quem puella collo vinctum tenet!* Plutarch.

O Egregium quoque Regem Herodem iſtum, cui Herodias meretricula ſic imperat!

II.

*Herodem peſſimum fuiſſe Concionatoris ſui remuneratorem.*

Hinc diſcere eſt, veriſſimè noſtrate prouerbio iactari; *Seruitia regum hæreditatem non eſſe.*

Item (hominum quorumcumque labores, ſpeſque, vanas ac ſteriles hic eſſe, ab illo Adæ maledicto, *Maledicta terra in opere tuo... ſpinas & tribulos germinabit tibi*. Geneſ. 3.

*Nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergò habet zizania?*

*In die plantationis tua labruſca.*

Etiam Deum hæc adtingit iniuria, vndè & queritur;

tur; *Ego te plantaui vineam electam omne ſemen verum: quomodo ergò conuerſa es mihi in prauum vitis alienæ?* vel, *quomodò conuerſa es in amaritudinem vitis alienæ!*

*Sæpiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius & torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret vuas, & fecit Labruſcas.* Iſai. 5.

Doctores proh dolor! & Concionatores maximè in hac ſorte.

Ingratos vt plurimum excolunt.

*Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*

Quidam etiam, vt Nero Senecæ, & hic Herodes ſuo Baptiſtæ mercedem ſoluunt barbariſſimam.

An non debuerat Herodes Iohannem cultorem Conſcientiæ & Curiæ ſuæ fideliſſimum, lapides ex ea tam diligenter extrudentem, ſarrientem, aberuncantem omne malitiæ genus, ac deindè virtutes omnes inſeminare, atque inſerere conantem, præmijs ſummis atque honoribus adficere?

*S*ummum illi Sacerdotium, poſt Annas, poſt Caiphas, illi debuerat vel conferre, vel impetrare &c.

At eccè contra, ſumma beneficia maleficijs extremis penſat.

Inſtar muli, calce impedit matrem, à qua lactatus eſt.

Iohannes in Herodē

1. *Ad Herodem, opinor, ſæpè ex Eremo in Curiam venit*, ſtudio commonendi; vel ſaltem venientem cum cæteris Regem in deſertum ad concionem, è concione ſeductum, primum priuatimque admonuit, ne publicè cogeretur. Plus pænè Herodem, quam Chriſtum honorauit. Ad Chriſtum enim è vinculis duos diſcipulos miſit, ſed erat in vinculis.
2. *Eruere illum conatus eſt ex vnguibus Herodiadis*, harpyiæ ſanè tenaciſſimæ; & Diaboli, qui iam eum tenebat totum,

benefi- cus, tùm quod

tum, medijs faucibus.

3. *Vincula peccatorum diſſoluere ſtuduit,* quibus ſanè varijs & multiplicibus circùligabatur. *Funes peccatorum circumplexi ſunt me.* pſal.

*Tenebar non alieno ferro, ſed ferrea mea voluntate,* obſtinatione & conſuetudine. *D. Aug.*

4. *Interuertere illum* ab Inferni carcere, in quem videns volenſque ruebat, in Cœlum voluit.

Miſerat ſcilicet inuiſibilis ille Inferni Herodes, glorians in pellibus, & donis Dei nimium elatus, enam ſatellites ſuos, Herodiadem ſcilicet, & Salomen filiam eius, & alijs aliquot malorum eſcas, qui Herodem iſtum caperent & tenerent.

Vinctum Herodē tenebat Diabolus

1. *Pulchritudine corporea Herodiadis & filiæ;*
2. *Flore ætatis;*
3. *Mollitie veſtium, quæ in domibus Regum & maximè;*
4. *Mutuis videre & videri, audire & audiri;*
5. *Choreis, & geſticulationibus filiæ Herodiadis;*
6. *Concubitu cum Herodiade, & quis ſcit, an non & cum filia matris fortè pellice?*
*Impius cum in profundum venerit, contemnit.*
*Aquæ furtiuæ dulciores ſunt.*
7. *Conſuetudine diuturna peccandi &c.*

*Inueni amariorem morte mulierem, vincula ſunt manus illius.*

Adulteræ mulieris' amores bithalaſſo compares, qui ſic nauem ſemel impingentem tenet, vt citius diſcedat & dehiſcat, quam euadat; Immori enim illis homini citius contingit, quam verè deteſtari.

His

His quaſi adamantinis, & pluſquam Gordijs nodis, Herodem Diabolus ità circumligauerat, vt elabi non poſſet, quoque magis captiuitas Herodis & mulieroſitas publicè noteſcebat, hoc arctius conſtringebat.

Vt enim (Plinio teſte) leo tum ſolet prædam captã tenere fortiùs, eam amplexando, ei incubando, atque inſidendo, quum aliquem conſpexit, à quo receptum iri prædam formidat; ità Diabolus animas peccatrices, cum quiſquam adparet futurus illarum vindex in libertatem.

Baptiſta certè noſter eripere contendebat; Dæmon contrà trahebat; Herodias, & filia cum Dæmone vinctum diſtinebant.

Baptiſta, vt erumperet, aut ereperet, ad rauim vſq; ſuum NON LICET TIBI &c. vociferabatur; illæ cum Dæmone, vt commaneret, blandiebantur.

Baptiſta minas, Baptiſta pericula ſi maneret; illæ cum Dæmone, delicias tutas oſtentabant.

Sed maluit, in hoc biuio poſitus, degener iſte Hercules Sirenum iſtarum, Voluptatis, & Dæmonis blãdulos cantus, quam Baptiſtæ Virtutiſque maſculum ſermonem audire.

Imò verò etiam, quot omninò, & qualibus beneficijs ipſum Baptiſta demeruit; tot Baptiſtam, & ex diametro contrarijs maleficijs adfecit.

*Vnum contra vnum* obiecit.

Herodes ingragus &c

1. *Miſit* ſatellites ad eum, qui toties ad ſe venite dignatus fuerat, & adloqui ipſus ipſum, non per interpretem, vti poſteà Chriſtum per legatos, & diſcipulos. *Matt.* 11.

Armatam ad Iohannem mittit legationem, aliam longè ab illa, quam Iudæi antè miſerant, ab Ieroſolymis, ad eumdem; *Iohann.* 1.

2. *Tenuit eum*, qui ſe ex harpyiarum Dæmonumque vnguibus eruere adcuraſſet;

Non

maleficus in Iohannem; tũ qua

- Non vel verbulo præmonet Baptiſtam deſiſteret in Regem & Curiam &c. vt ipſe interpretabatur, debacchari;
- 3. *Adligauit eum*, qui ſua vincula diſſoluere voluiſſet;
- 4. *Incluſit in carcerem* eum, qui ſe in libertatem veram filiorum Dei, ex ſeruitute Diaboli, & meretri[illegible]atum adſereret contendiſſet.

Hoſtimentum quidem, ſed hoſtiliſſimum; tantum pro tanto profectò, ingentia ſcilicet mala pro ingentibus malis.

Talionem peruerſum magno ſtudio rependit, & quaſi ad Critolai libram expenſum.

*Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* pſal. 108.

Hæc ferè merces Sanctorum, & eorum qui in *ſpiritu & virtute Eliæ*, aut Iohannis, apud Achabos Herodeſque euangelizantur, Auditores.

*Omnes, omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur.* 2. Timoth.

*Piè viuere in Chriſto* etiam eſt, proximum errantē, pietate Chriſtiana liberè arguere; quod qui non audent, aut nolunt, dicuntur illi quidem vulgò noſſe viuere: & viuunt profectò, ſed non piè, neque ad Deum, neque ad proximum, itaque nec in Chriſto.

Herodis fuerat potiùs hæc agere:

*Mittere* ad Iohannem honorificam legationem, cum muneribus &c. accerſere eum in Curiam ad ſe, ad honores &c.

*Tenere* apud ſe, cibo & menſa regia alere;

*Alligare eum*, ſed longa & multiplici beneficiorum catena, Epiſcopatu. Dabat enim eiuſmodi pro arbitrio, etſi hoc inordinatiſſimè.

A quopiam Perſarum Rege, ruſticum hominem ad Præfecturam promotum ferunt, quòd ei rapam aut pomũ neſcio quod inuſitatæ magnitudinis, in horto ſuo natum obtuliſſet. Credidit enim Rex eum, qui hortorum plantarumque tam diligens cultor eſſet,

fore,

fore etiam Reipub. & hominum diligentiorem.

Aſſuerus Mardochæum ſecundum à ſe conſtituit, quod Eunuchorum quorumdam in ſe inſidias detexiſſet.

Alligabat beneficijs, quem iàm fides, Principi ſuo ſatis alligarat.

*Includere*, vt theſaurum longè precioſiſſimum, ne ſe fuga aliò reciperet, homo Curiæ ac Reip. toti tam neceſſarius. Hæc Herodem Baptiſtæ rependere oportuit.

Sed tam illò, quam *hoc tempore obſequium amicos, Veritas odium parit.* Terent. in Andr.

Quamquam Auguſtini cenſura, *melius eſt pro veritate ſubplicium, quam pro adulatione conſequi beneficium.* D Aug. ad Caſulanum, &c. Nemo 11. quæſt. 3. Sed eſto.

Plus Baptiſtæ Herodes neſciens profuit perſequendo, quam benefaciendo &c.

III.

*Vndè Herodi tanta Iuſtitiæ & Gratitudinis oblinio.*

Iniqui ſanè vtrique in hac Iohannis captiuitate, & Dominus & miniſtri.

Quod Chriſtus aliquandò de ſe, hoc de ſe quoque Iohannes (etſi valdè impariter) meritò vſurparit; *Tanta opera bona oſtendi vobis, propter quod horum me vultis occidere?*

Curauit ægros mente, *prædicauit regnum cœlorum, non tacuit vitia eorum, vt ipſa potiùs eis diſplicerent, non medicus à quo ſanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tamquam multa febri frenetici inſanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitauerunt conſilium perdendi eum.* D. Aug. in pſal. 63. ſed de Chriſto loquens.

Miniſtris tamen ſuis Rex ipſe iniquior.

Quod fecit turba ſatellitum, in eo ipſo quod fecit, aliquantulum particeps fuit; comparatione tamen Herodis, multò ipſa innocentior.

Si reus, qui fecit iuſſus, & fortaſſis inuitus; Hero-

des non magis reus, qui facere iuſſit, & coëgit?

Herodes bis reus, primum peccato ſuo, quo Iohannem perire voluit; deindè alieno, quod alijs eiuſdem imperauit.

At vndè hæc tanta Herodi (inquis) & ſui, & æui obliuio?

Euangeliſta indicat, dicens: *Propter Herodiadē*; id eſt ex irrequieta Herodiadis ſolicitatione, cui amator ſcilicet bonus ſatisfacere voluit. *Carthuſ. in 14. Matt. art. 27.*

Forſitan, vt Poppea quondam Neroni, ob matrem illi imperantem, ſic Herodias Herodi, ob Iohannem Regis pænè rectorem, inſultauit, ac, mordaciter illudendo, dixit; Pupillus, ſub Tutoribus & Actoribus eſſe videris, & quaſi ſcholarū tiro adhùc ſub ferula huius Baptiſtæ degere. Excedendum tandem tibi eſt ex ephebis, iugumque excutiendum &c.

Poppea certè meretrix, quæ tandē Neronis Tyranni vxor fuit, quærens & ſibi matrimonium, & Octauiæ diſſidium, cum id, incolumi Agrippina, deſperaret, crebris in eam eſt vſa criminationibus atque criminibus; & aliquandò, per facetias iocoſque, Neronem pupillum vocabat, qui iuſſis alienis obnoxius, non modò imperij, ſed etiam libertatis egeret. *Cornel. Tacit.*

Fœdiſſima profectò rerum facies, vt, quum Princeps & Principis amica diuerſa velint, id potius fiat, quod amica velit, quam quod Princeps.

*Obſeruare*, & reuereri *Iohannem* volebat *Herodes*, Herodias contra ſeruari ipſum in carcere, & torqueri; hoc imperat illa, & impetrat.

*Mulier verita, ne* Baptiſta *virum conuerteret, illum incarcerari obtinuit à marito. Cumq; ne ſic quidem ceſſaret arguere, mortem ipſius accelerauit.* Chriſtianus Maſſæus l. 8. Chronic. pag. 95.

Vel *propter Herodiadem*, idem ſit, ac ſi dictum eſſet, propter amorem, quo Herodiadem deperibat, Regem vſque adeò efferatum, atque excæcatum.

Vel *propter Herodiadem*, id eſt, in eum finem, vt oc-

cidi,

ciſo, & altum ſilente Baptiſta, cum ſua ſue inextinctæ libinis Herodiade, liberius ſecuriuſque in libidinum conſuetarum luto volutaretur.

Addo etiam contigiſſe, vſitata Magnatum complurium ingratitudine, quibus omnis gratia leuior pluma eſt, iræ omnes etiam ob verbulum vnicum, plus quam plumbeæ.

Itaque nota
- 1. *Mulierum in viros mulieroſos potentiam;*
- 2. *Amantium mores,*
  - 1. *Feritatem;*
  - 2. *Indocilitatem.*

*1. *Mulierum* in viros mulieroſos potentiam, præſertim meretricularum.

Non male, qui mulierem à mulcendo dici volunt, aut quaſi mollierem, à molliendo hero, quod herum ac virum ſuum mulier valdè emolliat.

Et a vulgo noſtrate verè dicitur, cum prouerbio iactatur; *Auem noctu cantātem, id eſt mulierē, multa poſſe, in vtramque partem.*

Eiuſmodi *nycticorax in domicilio*, aliquandò eſt vt *ignauus bubo, dirū mortalibus omen* (vt de Herodiade contra Iohannem hic liquet:) aliquando verò & acredula ipſa mitilante eſt iucundior (vt de Eſthere pro Iudæis manifeſtum eſt.)

*Et matutinis acredula vocibus inſtat,*
*Inſtat, & aſſiduas vocum iacit ore querelas,*
*Cum primum gelidos rores aurora remittit.* Cic. ex Arato.

Non lucar auis prima luce ſuauius cantat aut efficacius, quam mulieres diluculo primo apud viros ſuos.

Importunis, ac magicis (pænè dixi) carminibus ſuis, inuitis viris nihil non inculcant, nihil non extorquent, nunc in bonum, nunc in malum.

Eſther Aſſuerum Regem ita cicurauit, vt Iudæis iā damnatis, iam iamque morituris parceret, & Amanū delicium ſuum mòx in crucem ageret.

Omphale Lydiæ Regina, etiam Herculem ipſum, amore ſui captum, ad lanificium traxit, cum

ipſa calathum & colum cultuſque fœmineos, ſagittis, & claua leoniſque exuuijs mutaſſet.

Magna ferè vel crimina, vel delicta *propter Herodiadem*, id eſt in gratiam fœminarum.

Adamus ad Deum ſic de peccato ſuo; *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi*. Geneſ 3.

Salomon, à vero Deo, ad Deaſtros deſciuit, & templi illius auguſtiſſimi vero Deo paulò antè fundator, etiam idolis tandem fana profana conſtituit, *propter Herodiadem*, id eſt, in gratiam mulierum alienigenarum. 3. *Reg.* 11.

Achabus Rex quid? vndè cultui, & cultoribus veri Dei tam infeſtus? vnde Nabothi innoxij, & tot prophetarum parricida? *propter Herodiadem* ſuam, id eſt, Ieſabelem 3. Reg.

Ioram & ipſe Rex Iſraëlitarum, quæ non, Athaliæ vxoris ſuaſu, flagitia perpetrauit? *Libb. Reg.*

Tarquinius ipſe Superbus vndè tam ferus, vt Socerum ſuum Seruium Tullum Regem impiè trucidaret? *propter Herodiadem* ſuam, id eſt, Tulliam vxorem ſe huc inſtigantem. *Liuius l. 1. decad. 1.*

Alexander Magnus vndè tam ferus, vt Perſepolim vrbem vaſtaret incendio? *Propter Herodiadem*, id eſt, Thaidem meretriculam. *Ebrio* (inquit Curtius) *ſcorto de tanta re ferente ſententiam, vnus & alter & ipſi mero onerati aſſentiuntur &c. Primus igitur Rex ignem Regiæ iniecit, tum conuiuæ, & miniſtri, pellicesq́ue.* Q. Curtius l. 5. rerum Alex.

*L. Flaminius* (vel Flamininus Plutarcho) *cum eſſet Conſul in Gallia, exoratus in conuiuio à ſcorto eſt, vt ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis, probro priuato coniungens imperij dedecus.* Cic de ſenectute. Plut. in eius vita. Feneſtella de Magiſt. Rom.

Quid dicam de magnis viris, quam multa etiam *propter Herodiades* ſuas, id eſt, veras coniuges faciant? Themiſtocles faſſus ab vxore ſe regi, matrem à filio; itaque & a filio ipſo ipſam Rempub.

Cato latiùs Romæ graſſari hoc mali deplorabat, dicens; Omnibus quidem hominibus uos Romani imperamus;ſed cum viri & mariti reliquarum gentiũ ſuis vxoribus imperent, vxores noſtræ nobis imperitant,ex quo fit, vt toti,quam latè patet, terrarum orbi imperitent mulieres Romanæ. Quaſi ſyllogiſticè diceret;Qui dominis rerum dominatur, rebus omnibus dominatur;Sed mulieres Romanæ viris ſuis rerũ Dominis dominantur;Ergò mulieres Romanæ rerum omnium ſunt dominæ.

Putauit homo ſapientiſſimus maximè pudendum, Trophæum de viro rationis capaciſſimo, a mulieribus,rationis minus capacibus conſtitui, maximè de Principibus,de Regibus &c.

Deus bone!In quot Curijs Herodias magis, quam Herodes ipſe dominatur!

In quibuſdam Curijs, non tam ipſi Reges regunt populos ſuos,quam Herodiades ipſæ, quæ Reges ipſes regunt.

Ipſæ tollunt in altum, quos volunt; quos volunt, eadem deturbant.

Ipſæ officia,beneficia, munera his impetrant, his auferunt.

Ipſæ,quos volunt,mortis licèt centies reos, abſoluunt;quos volunt, etſi maximè innoxios, premunt &c.

Ipſi rerum veri Domini,nil niſi ipſarum velut amanuenſes ſunt & librarij,dum placitis ipſarum ſubſcribunt,ipſarum diplomata autorant &c.

Ipſæ Præturas, Præfecturas, Prælaturas non modò impetrant,ſed imperant.

Adeò vt tales Herodes non Galilæam regant, ſed Herodias ipſa.

*Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, mulieres dominatæ ſunt eis* Iſai 3.

Nullæ tamen ferè latiùs rerum Dominæ, quam pellices,quam adulteræ &c.

Quicunque nullo matrimonij vinculo copulati, copulantur corporibus,ijdem ſeu viri,ſeu fæminæ,plu-

ra ferè amori inuicem tribuunt, plura amoris ſigna o-dunt, plura alter alteri præſtant, & imperant, quam coniuges veri atque legitimi.

Cauſas quæris? paucis accipe.

Adulterantium offi-cia inuicem magna, quod inter ipſos
- 1. *Fides nulla mutua;*
- 2. *Debitum nullum copulæ;*
- 3. *Gratia Sacramentalis nulla.*

* 1. *Fides nulla mutua*, vel perpetuo commanendi, vel nulli alteri ſocietatem tori communicandi, vti iuſti matrimonij ratio poſtulat.

Si qua fides eſt, neuter tamen illam ſatis ſeriò ſacroſancteque iuratus eſt.

Deindè; etſi ſeriò vterque iuratus, neuter tamen eam præſtare compellitur, imò vterque eam tenetur violare, & diſcedere.

Fidem malè datam ſeruando, vterque peccat magis; non ſeruando, incipit fieri melior.

In malis promiſſis fides reſcindenda, ex Iſidori mente.

Itaque, dum vtrimque timetur, ne aliquando Herodias irata latus Herodis, aut Herodes læſus Herodiadem deſerat, & dicat illud Oſeæ c. 2. *Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam & linum meum, oleum meum, & potum meum;* fit vt Herodes Herodiadi, & Herodias Herodi ſeruiat quam poteſt ſtudioſiſſimè, officioſiſſimè omnia præſtet, nihil neget, non æqua, non iniqua (vt hic in Baptiſtæ captiuitate, & mòx obtruncatione, & capitis in diſco conceſſione videre eſt.)

Studetur vtrimque; vt neuter nouis amoribus capiatur, veteribus faſtiditis, ne ille Herodiadem remittat ad Philippum maritum; illa ad Aretæ filiam priùm Herodem, inſultando.

Qua qua poteſt alter alteri blanditur, & nouis ſemper illecebris ac tendiculis captat.

Coniuges verò certè legitimi, ob fidem ſacroſanctè inuicem datam præſtandamque, perpetui conuictus & tori, non tam ſtudioſè alter alteri placere, aut non diſplicere accurant. Iuramenti & mutuæ fidei ſiducia

ſidentiores, ac negligentiores indulgentiæ & conniuentiæ tantæ facit.

Parùm aut multum alter alteri placeat; ſcit tamen æquè vterque, deſeri ſe ab altero omninò non poſſe, neque pellicem aut pellucem admitti.

Vt Volones ſeu voluntarij milites, ſemper nouis donatiuis à Ducibus ineſcandi, ne defluant, non autem ſic, qui legitimo ſacramento ſunt autorati; ſic omninò in adulterijs, & liberis coitionibus.

* 2. *Debitum nullum* copulæ, quale in iuſto matrimonio eſt.

*Vxori vir debitum reddat.*

*Nolite fraudare inuicem &c.* Quod debitum tale ac tantum eſt, vt, citra lætale peccatum, neuter poſſit illud alteri petenti, obſtinatè denegare.

Itaque legitimi coniuges, hac debiti inuicem præſtandi neceſſitate freti, non admodum anxiè conantur nouis meritis atque indulgentijs alter ab altero impetrare.

Adulteri verò, vt ſemper, quod numquam debitum eſt, poſſint impetrare, mille artibus, mille ſeruitijs (vt ſerui Dominarum eiuſmodi loqui ſolent) ſtudent promereri, & facere debitum, propter donum aut ſeruitium antecedens, quod merè eſt liberum.

Petunt ergò Herodiades illæ manicas, mitras, redimicula, faſcias pectorales, annulos, diſcriminalia &c. imò vel Baptiſtæ mortem? verbulo vno aut nutu obtinent. Herodes *nihil imperanti negare poteſt, nihil recuſare audet. Si poſcit, dandum eſt: ſi vocat, veniendum: ſi eijcit, abeundum: ſi minatur, extimeſcendum* Cic. paradoxo 5.

* 3. *Gratia Sacramentalis nulla*, quæ Catholicè matrimonio copulatis diuinitus copioſa præſtatur, qua & ſe inuicem ament, quantum ſatis; & qua nihil, neque nimis, quam decet, agant, ſed copula illa, ad filios procreandos, & ad remedium moderaméq;

concupiſcentiæ, vtantur; vndè & moderatis blanditijs mutuam caritatem fouere, & temperatè, quaſi medica potione, ſe inuicem vti, ſatis putant.

In adulteris autem, cum nullum ſit diuinũ mutui amoris alimentum, aut fomentum gratiæ Dei, neceſſu copulæ mederi malo quærant, ſed abuſu corporum Ætnæum illum ignem magis magiſque accendant atque iritent, & fiant ipſa copia, & copulæ frequentatione, ſemper egentiores, & velut hydropici; fit, vt nullo non obſequio conentur alter alterum nouis ignibus inflammare, & nouam velut gratiam pro gratia, & fauorem fauore impetrare.

Amare & Sapere vix cuiquam Superi permiſerunt.

Ferunt, cum aliquando duo amantes admodum impotenter ſe viciſſim deperirent, neque tamen matrimonium inire, parentelæ gradu prohibente, poſſent, fuiſſe tandem à quopiam nuptijs copulatos: Itaque mòx inter coniunctos amorem illum immoderatum elanguiſſe.

Ergò Herodes Iohannem vincit *propter Herodiadem*, vt Herodiadem nouo obſequio ſibi deuinciat, quam vinctam veri matrimonij vinculis firmiſſimis non tenebat, etſi (vt falsò putabat) *duxerat eam*. Hinc illæ Baptiſtæ capti, & tandem Herodis capi ſubentia lachrymæ.

Hinc illa æqui boniquę in Herode obliuio. Cauete vos, & ſapite &c.

# ECHO
# CONCIONIS XXVII.

THEMA. *Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Iohannem, & adligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem uxorem fratris ſui, quia duxerat eam*, Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi
1. *Qui potuerit Herodes tantæ ſuæ in Iohannem iniquitatis miniſtros reperire.*
2. *An iuſſi capere Iohannem & miſſi, obedire tenerentur.* AVE.

## I.

*Qui potuerit Herodes tantæ ſuæ in Iohannem iniquitatis miniſtros reperire.*

Cùm tam publicæ notæque probitatis eſſet Baptiſta, tamque manifeſtè in Herodem officioſus & beneficus, non videtur dubium cuiquam fuiſſe (Auditores) non lippis, non tonſoribus, non generi hominũ omni, Herodem, cum capere Baptiſtam vellet, iniquiſſimè ingratiſſimeque agere.

Qui ergò potuit (inquiat aliquis) Herodes iſte, tantæ iniquitatis ſuæ adminiſtros reperire?

Reſpondetur bifariè
1. *Herodem forſitan vſum prætextibus ſpecioſis;*
3. *Herodem dignos ſe ſatellites atque amicos habuiſſe.*

**1. Herodem* forſitan vſum prætextibus ſpecioſis, vel
1. *Quòd Iohannes regnum adfectaret;*
2. *Quòd Cæſarem læderet, prædicans nouum Regem, quem Imper. Rom. non miſiſſet;*
3. *Quòd Iohannes reformatione & repagulis egeret &c.*

* j. *Quòd Iohannes regnum* adfectaret, congregatis ſc. nimis ſæpè, ſibiq; conciliatis plebibus, militibus &c. declamatis libidinibus, cæteriſq; Regis ſui vitijs, vt creato illi odio populorum illum deturbaret, illi ſuccederet.

*Ioſephus certè lib.* 18. *antiq. c.* 10. cauſam incarcerationis Baptiſtæ putat rerum nouandarum ſuſpicionem; credo, non quam verè Herodi crearet Baptiſta, ſed quam de Baptiſta Herodes falsò faceret.

Sycophantiſſandum ſc. illi eſt, qui Æſopum quamlibet ieiunum, de ficubus deuoratis, egregiè domino pænas dare deſideret.

Ouem lupus turbâſſe fontem inquiet, quam deglubere voluerit.

Occiſurus canem, aut felem; iſtam dicet lardum aut caſeum comediſſe, illum rabie laborare: cauſſam certè inueniet.

Diana, cùm voluit Actæonem vlciſci (quòd nudam inter nudas virgines in balneis vidiſſet) atque obijcere canibus ſuis deuorandum; primùm ablata illi humana ſpecie, vel ſaltem occultata, ceruinâ illum membris vultuque induit, vt ſic canes eius, alioquî hominem & Dominum ſuum non deuoraturos, ineſcaret, & talibus auſis aptaret. *Ouid. libr. Metam.*

Hoc ferè potentiorum cacoëthes.

Ieſabel, Nabothum occiſura, ieiunium indixit, vt illud Nabothus violâſſe diceretur, ac duos conſtituit, qui iactarent; Naboth benedixit Deum, & Regem. 3. *Reg.* 21.

De Chriſto primates, ſed non optimates, Iudæorum ſic apud Pilatum; *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem dari tributa Cæſari &c.*

Et; *Commouet populum, incipiens à Galilæa uſque huc.*

De D. Paulo, ſic Tertullus quidam, coram Felice Præſide; *Inuenimus hunc hominem poſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbi,*

& au-

*& authorem ſeditionis ſectæ Nazaronorum, qui etiam tẽpium violare conatus eſt.* Act. 24.

*Dixit Ama Regi Aſſuero* de Iudæis, quos volebat extinctos, *Eſt populus per oẽs prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legibus & ceremonijs, inſuper & Regis ſcita contemnens. Et optimè noſti, quòd non expediat regno tuo, vt inſoleſcat per licentiam. Si tibi placet, decerne vt pereat, & decem milia talētorum adpendam arcarijs gazæ tuæ.* Eſther 3.

De iiſdem quondam Ieroſolymos inſtaurantibus, æmuli quidam Magnates vicini ita ad Artaxerxem ſcribebant; *Vrbs illa, orbi rebellis eſt, & nocens Regibus & prouincijs, & bella concitãtur in ea ex diebus antiquis.* 1. Eſdræ 4.

Quid aliud eſt, talia iactare, quàm dicere, Canis iſte rabidus eſt, ergò occidendus?

Vlyſſes Palamedi mortem machinaturus, *hinc ſpargere voces*

*In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.* Virgil. 2. Æneid.

Plinius in panegirico Traiani meminit *Principis in capita Dominorum ſeruos ſubornantis, monſtrantisque crimina, quæ tanquam delata puniret.*

Auguſtus Cæſar Ouidium relegaturus, non viſa, ſed ſcripta nimis armatoria obiecit.

Henricus II. Angliæ Rex iactabat, *ſe in regno ſuo propter vnum Sacerdotem pacem habere non poſſe*, Diuum Thomam Cantuarienſem intelligens, quæ vna vox ſancti viri trucidandi paraſitis autor fuit.

Guiſijs aliquis malè volens, non Catholicos illos, ſed regni adfectatores iactauit.

Eliſabetha, imò Ieſabela, illa Anglorum Regina, Mariam Stuartam quondã non magis Scotorum, quã perfectarum mulierum æui ſui Reginam carceri datura, & tandẽ, ô facinus nunquam intermoriturum! ſecuri percuſſura, nõ Catholicã, ſed mariti ſui, pulueris

tormen-

tormentarij adminiculo, paricidam, regni Anglicani affectatricem dicebat &c. & adhuc ſiles, ac ledes, calumniam iniuriamque tantam diſſimulans, ô Iacobe fili tam ſanctæ Matris?

Herodes ergò, opinor, ſic quoque honeſto aliquo nomine ingentem iſtam culpam prætexit, vt miniſtris & ſatellitibus libentioribus hûc vteretur.

Cic. lib. off. *Si violandum eſt ius, regnandi gratia violandum eſt.* ait C. Cæſar.

* ij *Quòd Cæſarem* læderet, prædicans nouum Regem, quem Imp. Rom. non nominaſſet, Chriſtum Ieſum ſcilicet.

Sanxerant enim tùm Romani, ne quis ſine autoramento Senatus Rex diceretur.

*Omnis qui ſe Regem facit contradicit Cæſari.*

D. Chryſoſt. hom. 2. in c. 2. Matth. op. imp *Quicumque Rege viuente alterum Regem pronunciat, aut orat, quaſi miniſter Tyranni, punitur in ſanguine.*

Scilicet, Bellum hinc populo a Romanis creari poſſe, ſi cum Baptiſta diſſimuletur.

Ergò Herodes, ne diceretur parum *amicus Cæſaris, ſi hunc dimitteret*, forſitan regi ſe nolentem volentem aiebat, Iohannem, quamlibet ſibi hactenus reuerendum & carum, tenere, & vincire.

Se offenſam Cæſaris ſolam timere, illum dimittendo; Iohannem capiendo, Iohanni nihil niſi bene velle.

O vulpem! ô vulpem! vti Chriſtus illum vocabat.

* iij. *Quòd Iohannes* reformatione & repagulis egeret.

Egeret, inquam, vel { 1. *Vt gyrouagus.* / 2. *Vt vertiginoſus.* }

* j *Vt gyrouagus*, qui ſcilicet populis nimis fieret familiaris, omnes baptizando, cum omnibus de omni re agitando &c. in Curiam ſæpiuſculè ventitando &c.

Vel hinc videri illum nimis vagum, & nimis forenſem Eremitam, quòd inceſtum Regis tam diſtinctè ſciret, nomenque genuſque pellicis &c.

Quod

Quòd nihil vitæ & actorum Herodis ignoraret, quem ſic *de omnibus* quæ faceret *corripiebat*.

Dedecere monachum in turba videri, cui ſolitudinem etiam nomen ipſum ſuum commendet.

*Quid facis in turba qui ſolus es?* D. Hyerony. in ep.

Turpe illum vocari publicum aut triuialem eremitam (id eſt, vt noſtrates quemdam gallicè adpellabant, *l'Ermite d'aual les ruës*, quòd in vrbem ſæpiuſculè ventitaret.)

Eremitam, aut monachum, tàm malè ſpiritu valere, extra ſepta monaſterij ſui, quàm extra viuaria carpiones, & in ſolario quoſuis piſces.

Monachum dedecere, ſui, & exteros curet, obliuiſci; charitatem ordinatam a ſui cura incipere; quéque ſibi proximum eſſe.

Eremitæ oppidum pro carcere, ſolitudinem pro paradiſo habendam eſſe.

Iohannem ergò qui inſtar onagri ſit in deſerto, multumque ab inſtituto ſuo defecerit, in carcere vt clauſtro ad tempus habendum, eſſe, vt dediſcat inanes illos diſcurſus, quibus diutiùs magno ſuo damno, plebeculæ ſcandalo, Regis offendiculo, adſueuerit.

Reformationem hoc, non captiuitatem Baptiſtæ eſſe.

O prætextum ſanè ſpecioſum!

Chlamis iſta Reformationis, Religionis &c. quàm multa in pleriſque facinora obumbrat!

* ij *Vt vertiginoſus*; qui ſcilicet perpetuus aquæpotor, atque abſtemius viuat; qui nil, niſi locuſtas neſcio quas voret; qui ſeminudus ambulet; qui concionibus perpetuis qui continuis alienæ ſalutis ſolicitudinibus, qui magnis ad ranim vſq; in ripa Iordanis clamoribus &c. cerebrum ſuum adſlictet.

Multæ nimis literæ, vigiliæ, inediæ, curæ, inuectiuæ Iohannem (aiebat Herodes) ad inſaniam redegerunt.

Profuerit ergò illi claudi, lucem nullam videre; tam multa, quibus adeò excrucietur, non audire; largius

paſci, & apud me paulò liberalius enutriri, veſtiri &c. intra parietes meos domeſticos.

Curam bonæ valetudinis Sancti viri, non captiuitatem iſtam eſſe. Falli eos, qui aliter rem totam interpretantur.

His alijſque prætextibus decepti ſatellites Herodi ſeruierunt, Ioannem ceperunt, tenuerunt, alligarunt &c.

*Poſuerunt in lacu inferiori, in tenebroſis, & in umbra mortis.* pſal.

*Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi*, pſal.

Veræ autem cauſæ { 1. *Zelus vindictæ*, 2. *Amor meretriculæ*; 3. *Pudor vitæ ſuæ*.

* j. *Zelus vindictæ*; vlciſci haud dubiè volebat illam oris libertatem, & illud ferale pronuntiatum, NON LICET TIBI, &c.

Ægerrimè intùs ferebat, *correptum ſe*, ab vno (et per contumeliam) Eremita, *de omnibus malis, quæ fecerat*, tàm quà Rex, quàm quà Priuatus; tàm domi, quàm Militiæ.

Sacramenta regni, & myſteria ſtatus, imò Tyrannidis ſuæ, iam cuiuis patere, detegente neſcio quo cuculato, intùs dolebat, vt vt foris *libenter audire ſimularet*, *& multa audito eo faceret*.

Simulant, diſſimulant homines eiuſmodi, tantiſper, dum ſe det occaſio vlciſcendi.

Ars prima regni & amplificandi ſui eſt hæc fictio &c. impij Machiauelli ſenſo libr. 2. comment. c. 13. & c. 8. de Principe.

*Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare*, aiebat Ludouicus ille XI. quod heu nimis multi nimium didicerunt, & vſu repræſentant.

* ij. *Amor meretriculæ*. *Propter Herodiadem*, ait Euangeliſta, cùm veram propriamque cauſam captiui Iohannis refert, aliter quam Ioſephus, qui prætextum pro cauſa poſuit.

Sed heri de cauſa iſta dixi.

* iij. *Pudor vitæ ſuæ*. Ferre non poterat diutiùs ...

deri, & in publica luce verſari hominem, qui ſic totus vox eſſet, vt, etſi ore taceret odioſiſſimum illud ſuum NON LICET TIBI &c. nec viua voce, nec ſcripto Herodem corriperet de omnibus malis quæ fecit; tamen efficaciſſimè totam Regis vitam, vita ſola valdè ſuæ contraria condemnaret.

In Vultu enim aſpectuque emortuo Baptiſtæ, *videbat voces*, quæ *oculos* eius lubricos, garrulos *plenos adulterij &c.* condemnarent.

In Cultu, *videbat voces*, quæ mollitiem veſtimentorum ſuorum iam ſenis, & Curiæ totius proſcinderent.

In Victu *videbat voces*, quæ menſæ ſuæ delicias, (quas plebeculæ tributis vexatæ ieiunia, & inediæ præſtabant) flagellarent.

In Inceſſu, *videbat voces*, quæ greſſus eius fractos, arte compoſitos, quæ choreas filiæ Herodiadis curſorias, luctatoribus &c. exploderent.

Toto Bapt. corpore, tota vita *videbat voces*, legebat, audiebat, quibus vitæ illum ſuæ vehementiſſimè pudere oporteret.

Omnia in Baptiſta voces erant, linguæ erant, manus, calamuſque erant declamantes, ſcribentes, non in Curiæ tantùm pariete, ſed in Regis fronte, ſed in omnium pectore illud MANE, THECEL, PHARES, & certiſſimam damnationis vitæ Herodis ſententiam. *Daniel* 5. Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcebant.

Itaque ſic Herodes apud ſe, de Iohanne;

Tot bona contraria, tot contrarijs malis palã oppoſita, nimium eluceſcunt, nimium pudefaciunt.

Baptiſta nimiùm *contrarius eſt operibus noſtris.*

*Grauis eſt nobis etiam ad videndum.*

Ergò qui tam bonus eſt, deinceps nunquam compareat, ne ego tam malus adpaream.

Lateat bons, ne pateat malus.

Si maius lumen obfuſcat minus, quid meis tenebris accidat tantæ luci comparatis?

Lateat Sol & occidat, vt liberius euolet nycticorax è domicilio.

Sic ſic quidam tenebriones, claram lucem clarorum virorum ferre non poſſunt.

Studioſiores Virtutis, Literaturæ, Reformationis, Politiæ melioris, quamlibet quietos, pacificos, ad omnia ſurdos, & quouis piſce magis mutos, è Curijs, è Magiſtratu, è Congregatione amandatos volunt, ne Vitia, ne Aſinitatem, ne Deformationem, ne ſuam Babylonem, & rerum confuſionem, Studioſorũ præſentia ſola clariſſimè latiſſimeque condemnet.

Ait Pilatus, *Ecce homo?* illi contra reclamant; *Tolle, tolle, crucifige eum.*

Quos Virtus adtollit, inuidia deijcit, vt Dauides, vt Beliſarios.

Tacitis tamen proprijs cauſis, prætextibus vſus Herodes, facilè iniuſtitiæ ſuæ miniſtros decepit.

Paucis bonis accidit, vt Dauidi, qui ſic ipſe de ſe; *Qui timent te, videbunt me & lætabuntur.* pſal.

* 2. *Herodem dignos ſe* ſatellites, atque amicos habuiſſe, paraſitos, Malchos, Poltrotos, homines linguas, manus, gladios venales habentes; & omnia, æqua iniqua, audentes, dùm Dominis placeant. *Ihiſu, vbi maxima merces.* Lucanus.

Ita de quibuſdam Dominis verum eſt iſtud; *nulli geſtanda dabantur*
*Signa Ducis, niſi qui ſcelerum iàm fecerat vſum.* Lucanus.

Quæritur ferè *dignum patella operculum*; & quod noſtrates vulgò dicunt, *quale poculum, tale cochlear.*

Et; *qualis Dominus, talis ſeruus.* alterum ex altero facilè æſtimes. *Qui vnum nôrit, ambos nouerit.*

Plinius in Panegirico Traiani. *Priores quidem Principes, excepto patre tuo* (Nerua ſcilicet) *præterea vno aut altero, & nimis dixi, vitijs potiùs ciuium, quàm Virtutib us lætabantur. Primùm, quòd in alio ſua quemq; natura delectat: Deindè, quòd patientiores ſeruitutis arbitrabantur, quos non deceret eſſe niſi ſeruos. Horum in ſinum omnia congerebant: bonos autem otio aut ſitu abſtruſos,*

*ſtruſos, & quaſi ſepultos non niſi delationibus, & periculis, in lucem ac diem proferebant. Tu* ( Traiane) *amicos ex optimis legis: Et Hercule æquum eſt, eſſe eis chariſſimos bono Principi, qui inuiſi malo fuerint.*

Non curant plerique quàm bonos, ſed quàm obedientes & *ad oculum ſeruientes* ſeruos habeant.

Malũt ſeruos, in Æſopi fabularum ſcriptoris ſchola, quam Solonis inſtitutos, qui placere quo quo modo Principibus didicerint.

Quum enim Æſopus iſte aliquandò Soloni homini ſapientiſſimo, qui Cræſo vera dicendo diſplicuerat, dixiſſet; *Aut non accedendum ad Principes, aut ſtudioſè placendum illis, & adulandum*; reſpondit Solon; *Imò, omninò non accedendum, aut verum omninò dicendum, beneq; conſulendum*; ſanè verè & prudentiſſimè. *Plutarch. in Solone, tom. 1. vit.*

Æſopi ergò quam Solonis diſciplina tinctos ſeruos, multi Potentes malunt, & ſanè feracior eſt Æſopi, quam Solonis ſchola; Adulatorum enim, vti & *ſtultorum infinitus eſt numerus.*

Paucis illud Dauidis arridet; *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.* pſal.

Sunt tamen, qui eiuſmodi ſunt, homines coruis ipſis deteriores; Corui enim in mortuos tantùm inuolant, & excæcant; iſti in viuos & quidem in Dominos, quibus oculos quoque expungunt, id eſt, conſilijs improbiſſimis excæcant.

Canibus Actæonis canes iſtos meritò comparaueris.

Eiuſmodi homines non tantùm non lenituri Dominos furentes ac ſæuientes, ſed ſunt ad peiora etiam inſtigaturi.

Homines ſunt, quorum *pedes in malum currunt* cũ malis Dominis, imò ſæpè anteuertunt & præcurrunt, de quibus dicas, quod de Pſeudoprophetis olim Deus, *Currebant, & ego non mittebam eos*, Regum Præcurſores.

Aiunt Dominos ſuos nimis bonos, nimis patientes

&c. ſc, ſi Reges eſſent, ſeueriùs longè acturos.

Non iuſſi, quaſi iuſſi ſæuiunt.

Ita *Malchus dedit alapam Ieſu, dicens, ſic reſpondes Pontifici?* Pontifice non iubente, tanti Pontifici vt placeret, quaſi egregiè honoris herilis ſolicitus.

Curiatum meræ peſtes, Reip. faces. domorum incendiarij.

Homines digniſſimi, quos boni Reges omnes, cum Auguſto oderint; Quos cum Seuero è Curia ejiciant: Quos, cum alio quodam Imperatore, in tres onerarias naues coniectos in Pontum relegent, proq; tanto munere tres duntaxat Sapientes hoſtimento exigit; Quos, cum Troiano tempeſtatibus objiciant; Quos, cum priſcis Athenienſibus capite plectant, quod primus, adulator ille Perſicus Darij Regis Timagoras malo ſuo expertus eſt.

*Nihil gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod contigit* (ſub Traiano ſc.) *deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortasq́; ceruices agnoſcebamus, & fruebamur, quum velut piaculares publicæ ſolitudinis victimæ ſupra ſanguine * noxiorum ad lenta ſupplicia grauioresq; pœnas ducerentur. Congeſti ſunt in nauigia raptim conquiſita, * ac tempeſtatibus dediti abirent, fugerentq́; vaſtatas delationibus terras. Ac ſi quem fluctus ac procellæ ſcopulis reſeruâſſent, hic nuda ſaxa & inhoſpitale litus incoleret, ageret duram & anxiam vitam, relictaq; poſt tergum totius generis humani * ſecuritate mœreret. Memoranda facies. Delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, coactaq́ue vela tempeſtatibus pandere, iratosq; fluctus ſequi, quoſcunq; in ſcopulos detuliſſent. Iuuabat proſpectare ſtatim à portu ſparſa nauigia, & apud illum ipſum mare agere principi gratias, qui clementia ſua ſalua, vltionem hominum terrarumq;, Dijs maris commendaſſet.* Plinius in panegyrico Traiani.

**fortè melius* (*in noxiorũ.*)
**mel. vt*
**mihi mel. ſocietate*

*Spectent paria præmio damna: nec maiores ſpes, quàm metus habeant, timeantq́;, quantum timebantur.* Ibidem.

Si ſic; non tùm delatores, non honorati ſicarij, ſed leges timerentur.

Facta

*Fœtere illi faciunt odorem Iſraëlitarum coram Pharaone.* Exod.

Eiuſmodi homines olim cùm ſubaudiſſent Henricum II. Angliæ Regem, de Diuo Thoma ſuſurrantem, *ſe, propter vnum Sacerdotem, pacem in regno habere non poſſe*. non imperium Regis expectârut, ſed præuolantes, immaniter trucidârunt, quaſi ſuo Regi, tã egregio ſc. obſequio ſe commendaturi, quale nec Regi imperanti debuerunt.

*Omnes hanc fidem habemus, quàm noſtri Principes, qui ſi colerent idola, & nos etiam coleremus. Et non ſolum Papam, ſed Chriſtum etiam negaremus, ſeculari poteſtate vrgente. Quia refrixit charitas, & omnis interijt fides &c.* Æneas Syluius, ſeu Pius II. libro primo ep. ep. 54.

Forſitan ergò & tales Herodis Aulici pleriq; omnes fuère, peſſimi Domini peiores ſerui, vt non fuerit opus ambitu multo, vt ad Iohannem in vincula captandum procederent, iam volones & nimis ipſi hùc ſpontanei.

II.

*An iuſſi capere Iohannem, & miſſi, obedire teneantur.*

Herodes *Miſit, tenuit, alligauit &c.* æquiſſimè, & religioſiſſimè dixit Euangeliſta, non verò *ſatellites tenuerunt, ligauerunt &c.* vt ſciremus, non tam ſatellites obedienter iſta facientes feciſſe, quam Herodem iuſſorem; &, miniſtros nihil vltra imperata (vti nec decet ſeruos) feciſſe.

Quæritur tamen, an ſi hoc illibenter, & nihil, niſi imperata, fecerunt, peccauerint?

Timidè iſta & circumſpectè, quaſi ſpinas, tractare ſoleo, & in his, quaſi in fluminis glacie vna dumtaxat nocte durati, atq; vt Petrus cum aquas liquidas calcaret, ambulare.

Audiendũ tamen, & aliquandò neceſſariò de his di-

 cendum

cendum; Qui Petrum, ne mergeretur, in fluctibus ambulantem erexit, adſit etiam nobis manuductor, & quaſi Palinurus.

Primùm ergò ponendum; *Non omnibus Regum, aut Superiorum, iuſſis ſubditos teneri, ſed tantùm iuſtis; imo ad tergiuerſandum quoque & non obediendum teneri, quoties liquet vel Dei, vel maioris alicuius legibus ipſorũ iuſſa aduerſari.*

D. Greg. & habetur 2. q. 7. Admonendi. *Admonendi ſunt ſubditi, ne plus quàm expedit, ſint ſubiecti, ne cùm ſtudent plus, quàm neceſſe, hominibus ſubdi, compellantur vitia eorum venerari.*

Dicendum, in contrarijs Deo imperijs, cum Petro ad magiſtratum Iudæorum; *Obedire magis oportet Deo, quàm hominibus.* Act.

Et cum adoleſcente illo Machabæo; ad Antiochũ vrgentem ad Idolatriam; *Non obedio præcepto Regis, ſed præcepto Legis.* 2. Machab. 7.

Cum D. Bernardo de præcepto & diſpenſatione; *Melius eſt obedire Deo, quàm hominibus; & ipſis melius magiſtris, quàm diſcipulis. Porrò in magiſtris, melius noſtris, quàm extraneis. quibus autem melius conſtat obedire, ipſis proculdubio non obedire eſt deteſtabilius.*

Sed ſic ſe Reges ad Deum habent, vt diſcipuli ad Magiſtros, aut ſerui ad Dominos. Ergò.

Per veſtigia Dauidis eundum.

Pſal. *Ad omnia mandata tua,* quaſi ad amuſſim aut perpendiculum, *dirigebar*, inquit.

Pſal. *Conſilium meum* (vel al. conſiliarij mei) *iuſtificationes tuæ.* Ad leges Dei, quaſi aurum ad lydium lapidem, actiones ſuas Dauid probabat.

Et per veſtigia quorumdam Saulis Regis miniſtrorum.

1. *Reg.* 22. & 31. Emiſſarij Saulis Regis iuſſi interimere Sacerdotes in Nobe, Dauidis fautores, abſtinuerunt. aderat Rex, in facinus vrgebat, cunctantibus iratus minabatur; at illi immoti fixique ſtetére: adeò ipſimet occidi, ſi res ita ferret, quam occidere Dei miniſtros, Rege inſtante, malebant. Serui deniq; morte con-

te contemta, furentis Domini iuſſioni, reuerentiam Sacerdotij, prætulerunt.

Eadem Subditorum & Superorum, quæ amicorũ inter ſe, hic ratio, vt tantùm licita faciamus.

Cic. in Lælio. *Hæc lex in amicitia* (ergò & in Principum Subditorumque inter ſe politia) *ſanciatur, vt ab amicis* (ſubditisque) *honeſta petamus; amicorum cauſa* (& Principum) *honeſta faciamus.*

*Ne quid nimis.* Terent. in Andria. Act. 1.

Amicus Rex, amicus Imperator, magis amica Iuſtitia, Veritas &c.

Eum, qui aliter, & in aula propter ollam inueterauit, ſi caula hic tandem non excipit, excipiet (non dubito) alibi ſeculis futuris, olla illa, in qua ollaribus illis amicis nil niſi *mors & væ.* Herodes tamen talibus videtur abundâſſe, cui mòx ſatis fuit venatorum robuſtorum, ad prædam illam imbellem (Iohannem Baptiſtam dico) capiendam, ligandam &c.

Faxit Deus Opt. Max. vt Curijs Principum Chriſtianorum, tales longiſſimè abſint, ne obſint, ſibi, Dominis, Regno &c.

Adſint potiùs multi ſimiles illis, quos nùnc dixi ſeruis Saulis, & ſimiles Themiſtocli, etiam cùm exularet, totusque ex Patriæ hoſte penderet.

Themiſtocles enim, etſi Xerxi Perſarum Regi multis nominibus eſſet deuinctiſſimus, tùm quòd ſe hoſtem olim acerrimum, transfugam, & à ſuis proſcriptum non modò clementiſſime excepiſſet, immemor tantæ nuper cladis ab illo acceptæ, ſed & tot inſuper beneficijs adfeciſſet, vt aliquandò dicere cogeretur. *Perieramus, niſi periiſſemus*; tamẽ, quum ipſum contra patriam militare, etiam cum ſummo imperio, Xerxes voluit, epoto tauri ſanguine, ſe conficere antè maluit, quam iniuſta, impia, neque neceſſaria arma in patriam induere.

Amicus Perſa, amicus Xerxes, magis amica Patria, Iuſtitia, Iura Naturæ &c.

Non vbique parendum, docet Elias, & cœleſtis ille ignis, qui duos Achabi centuriones vel quinqua-

genarios, cũ ſuis commilitonibus 50. derepentè fulminauit, ob non aliud, quam quòd Achabi imperio, ad ſe captandum, venerant, etiam tertium parì cauſſa fulminaturus, niſi blandiſſima oratione culpam eſſet antè deprecatus 3. *Regum*.

Docent Angeli ipſi, qui Heliodorum Quæſtorem regium, in templi Ieroſolymitani ærarium, mandato ſui Regis, inuolantem proſtrauerunt, flagellârunt, ſemianimem reliquerunt. Non meminiſtis, nuper rem hanc totam a me latiùs enarratam?

Docent miracula; vt quòd lictor quidam, qui iuſſu Exarchi ab Conſtante Imp. miſſi, Martinum Tudertinum Pont. Max. in baſilica S. Mariæ Maioris ad præſepe miſſarum ſolennia celebrantem occidere adgreditur, cæcus repente factus eſt *Breu. Rom. 12. Nouemb.*

Docet differentia Tyranni & Regis. Rex enim dicitur, qui rectè imperat, & meretur omnem obedientiam, Tyrannus qui pro libidine gerit omnia, cuius mandatis quædam non modo licèt, ſed etiam decet, oportetq; contemnere.

Tyrannum definit Caſtrius noſter libro aduerſus hæreſes, tit. Tyrannus. *Tyrannus iuxta eam vocis ſignificationem, qua nunc omnes vtimur, ille dicitur, qui non iure dominatur in Republica, aut vltra iuſtas dominij ſui leges, poteſtatem ſuam exercet.*

Deindè; in quale chaos omnia redigentur, ſi vbiq; Dominis fuerit parendum?

Nullis ergò legibus terminabitur poteſtas imperantis; nihil vmquam fecerit vltra iuſtas dominij ſui leges, ſi in omnibus tenetur ſubditus illi parere.

Ergò eritis ô Reges ſicut Dij, potentiæ amplitudine, errandi in imperando impotentiâ.

Si ſeruum oportet agere, quidquid Domino collibuerit imperare; iam humano erit ſubditum ius diuinum; Cœlum, Terræ; Deus ipſe, hominibus.

Cancellandum, delendumq; ex oratione Dominica iſthuc fuerit, *Fiat voluntas tua &c.*

**Sed ais; Non adtendit verus obediens, quale ſit quod præcipitur, hoc ſolo contentus, quia præcipitur*, Bernardi ſenſo.

Pulchra omninò res promta obedientia. dictum factum.

Luc. 7. *Dico huic militi, vade, & vadit, ſeruo meo, fac hoc, & facit.*

* *Deinde*; Diſcreta illa & librata obedientia, multùm diminuit Maieſtatem, iuſq; imperandi.

**Retardat* etiam frequenter curſum rerum alioqui opportunè gerendarum. Dum enim a ſubdito deliberabitur, an parere debeat, necne; hoſtis auolauerit, abierit occaſio, non iterum reditura. *Illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumper.* Salluſt. in coniurat. Catilinæ.

*Fronte capillata eſt: pòſt eſt occaſio calua.*

Et hæc imprimis cauſa eſt preferendæ Monarchię, cæteris Reip. gubernandæ modis, ne, mora cum multis conſultandi, quod alioqui manu tenebatur, elabatur.

Ergò inutiliter ponitur, Subditum omnibus Superiorum imperijs non teneri.

Diſtinguendos igitur putem, qui imperant, & pro qualitate imperantis, vel obediendum in omnibus ſimpliciter, vel non in omnibus, & cum cautela moderata.

Imperat ergò homini, vel
1. *Deus ipſe;*
2. *Homo merus;*
3. *Homo diuinus, ac penè ſemi-Deus,*
4. *Eccleſia.*

*1. *Deus ipſe.* Illi dico indiſtinctè parendum in omnibus, vt vt abſurdiſſima præcipere videatur.

Hinc vni *obedire nolle, quaſi peccatum ariolandi eſt.* 1. Reg.

Quæ enim adparēt diſtortiſſima, eo ipſo quòd Deus illa præcipit, ſunt rectiſſima.

Imperia eius, *iudicia eius iuſtificata in ſemetipſa.*
*Æquitas, iudicia tua Domine.* pſal.

Ipſe eſt regula prima, ad quam omnia dirigenda.

Pythagoræum illud tùnc repetendum, *Ipſe dixit.* q. d. ergò benè, & iuſtè.

Abrahamo imperabit Deus Iſaacum ſuum ipſi ſua manu trucidare, cremare holocauſtum: *Tolle filium tuum &c.* trucidabit, cremabit.

Oſeæ prophetæ ſibi accipere *vxorem fornicationũ*, id eſt, vel natam matre adultera; vel quæſtuariam, & antè nuptias, publicam iam meretricem; vel poſt nuptias futuram adulteram &c? ducet.

Sauli, omnes Amalechitas internecione delere, nulli parcere &c? omnia ferro flammaq; delebit.

Dicet monaſteriũ cogitanti, ſi in limine iaceat pater; ſi paruulus ex collo pendeat nepos &c. vt mentē

D. Hier. mutet: *per calcatum perge patrem; & ſiccis oculis ad vexillum crucis euola?* calcabit per patrem.

Captiuandus tùm in obſequium Dei intellectus.

*Vt iumentum*, nec ratione vtens, nec diſputans, *factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* pſal.

*Homines & iumenta ſaluabis Domine*, id eſt, homines ratione quidem præditos, ſed nihil magis, quam bruta animantia, ratione vtentes, nihil diſputantes, nihil ad præcepta Dei tergiuerſantes, ſed promtè ſimpliciterque Deo obedientes.

Aſellis talibus perlibenter Deus in Ieruſalem inuehitur.

* 2. *Homo merus*, vt ſunt Reges, & alij Præfecti omnes, qui etſi Deum repræſentant, non tamen promiſſionem Spiritus-Sancti, & gratiæ Dei, perpetuò ipſis adfuturæ, conſilium daturæ &c. acceperunt, vt errare, labi, decipi præcipiendo nunquam poſſint.

*Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.* Terent.

*Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.*

Taliũ ergò præpoſitorũ imperia diſcutere nō tãtũ licet, ſed etiam oportet, cum moderatione tamen.

Mandatorum enim ab homine quædã {
1. *Bona manifeſtè*,
2. *Mala euidenter*,
3. *Indifferentia*,
5. *Dubia*.

*3. Bi.

*1. *Bona manifeſtè*; vt cum iubetur Deus coli, Catholicè viui &c. In his parendum promptiſſimè, indiſputatè.

*2. *Mala euidenter*; adeò, vt vel cæcus videat, ſine peccato obediri non poſſe; vt, cum iubetur Deus blaſphemari, parentes violari &c. Iohannes Baptiſta capi; Cardinalis Guiſius cædi &c.

Caſtrius lib. aduerſus hæreſes tit. Tyrannus. *Rex, qui ſupremam habet autoritatem, non poteſt citra iuris ordinem, aliquem non monitum, non vocatum, non conuictum interficere.*

In his non longa diſcuſſione opus; mòx in his tergiuerſandum, auerſandum, non parendum. Ibi ſcelerata fuerit obedientia, vt mòx latiùs oſtendam.

Traianus Imp. ita ſenſiſſe videtur, quum Præfecto cuidam gladium porrigens dixit; *Accipe hunc pro me, ſi benè; contra me, ſi malè imperauero.*

*3. *Indifferentia*; id eſt, nullam neque boni, neque mali ſpeciem habentia, attamen futura, quia præcepta & obedienter perfecta; vt ſit; turrim potius quam aggerem in mœnibus adtolli; vel haſtam aut ſariſſam, veteri potius Germanorum more geſtari, ferro à tergo ſcilicet prominente, quam nouo Hiſpanorum, ferro à fronte & ante oculos geſtantis propendente, quod ſic forſitan promptius in hoſtem vibretur, nullam moram faciente conuertendæ in hoſtem cuſpidis neceſſitate.

Præcipiet ergò hoc aut illud Dux militibus ſuis? mòx mòx indiſputatéque in his parendum.

*4. *Dubia*; vt, cum bellum, aut prælium cum hoſte, cuius æquitas vel iniquitas nondum eſt, vel per Vniuerſitatum reſponſa, vel per publicam famam ſatis nota, indicitur, cum in eam militiam ſedulò coiri præcipitur &c.

Examinare tum quidem rem totam ſubditus poteſt, & debet: parere tamen etiam tutò poteſt.

Emanuel Sa tit. Bellum. *Miles, inquit, bellum, de cuius iuſtitia dubitatur, gerenti ſubditus, ſi in eo prælietur, non peccat: peccat autem, ſi ſciat eſſe iniuſtum.*

Idem tit. Obedientia. *Obediendum Superiori, cum, non eſt certum, præcipi malum: in dubio autem, an malum ſit, excuſat obedientia, credentem licere obedire.*

Quibus verbis duo dicuntur; Primum, in incertis & creditis licitis, licitè inculpateque pareri; Alterum, de quibuſdam Superiorum præceptis poſſe dubitari, diſputari &c.

Vt; Videri poſſe & diſcuti, an res aut perſona, in quam ſatelles mittitur, ſit fori eius, qui capi vel adduci imperat.

Vt; An Epiſcopum etiam Valens agat &c.

Vt; An Herodes Iohannem Prophetam, & (vt ſic dicam) Eccleſiaſticum hominem ritè iubeat capi, ligari &c.

In reliquis *obedite Præpoſitis veſtris, & Dominis non tantum bonis, ſed etiam diſcholis*, & moroſis.

*Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Matt 22.

*Non ſolum propter iram, ſed etiam propter Conſcientiã.*

Et ita *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, vt quæ ſunt Dei Deo* non auferatis.

★ 3. *Homo diuinus, ac penè Semi Deus*, non natura, ſed gratia, & officio, vt Petrus, & quiſquis legitimus eius ſucceſſor, & in eius ſede ſeſſor.

Etſi enim illi natura non aliud quam homines ſũt, tamen humana illa, labi, errare, decipi, ab eis, vt talibus, ſunt aliena, cum dixerit Chriſtus non tam Petro, quam Sedi, & Dignitati; *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua &c.*

Sedi illi errare non contingit.

Ergò & illi, in omnibus, indiſtinctè, indiſputatoq; parendum.

Iſthic quoq; *melior obedientia quam victima.* 1. Reg.

Hinc *obedire nolle, quaſi peccatum ariolandi eſt.* Ibidem.

★ 4. *Eccleſia*, ſeu Concilium Oecumenicum; & hic vti ſuprà procedendum.

*Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.*

*Qui vos audit, me audit.*

Vide

*Vide Alphonſum à Caſtro Ord. D. Franciſci aduerſus hæreſes tit. Eccleſia, hæreſi* 3.

Ioh. Caſſianus l. 1. de Incarnat. *Sufficit ad euerſionem vnius, vniuerſitatis conſenſus.*

*Plura vident oculi, quam oculus.* prou.

*Ibi ſalus, vbi multa conſilia,* etiam humanitùs.

Quid verò diuinitus? Quid, cum eſt in medio Eccleſiæ, in nomine Chriſti congregatæ, promiſſus ille *Spiritus Veritatis docens omnem Veritatem?*

Quid, vbi Moſes, & 70. cum eo ſenes etiam Spiritus Moſaici participes?

Vbi dicitur, *Viſum eſt Spiritu Sancto, & nobis?*

Ephororum iſtorum irretractabilis, irrefragibiliſque ſententia eſt.

Cum his errare (ſi fieri poſſit) malim, quam cum alijs vera dicere.

Eccleſia vna ac ſola, mihi plus quam mille rationes ſtantes ex aduerſo; ipſa mihi quouis oraculo Delphico certior, veraciorque eſt.

*Ne contemnas* (fili mi) *præcepta matris tuæ.*

Ergò quandocunque in merè humanis præceptis caſus dabitur, vt duobus Dominis, Deo & homini, ritè ſeruiri ſimul non poſſit; ſemper ſuperioris Domini, vt Dei, Pontificis, Eccleſiæ &c. obedientia, inferioris obedientiæ fuerit præferenda.

Probo ex ſimilitudine obedientiæ {
1. *Liberorum, ad parentes;*
2. *Vxorum, ad maritos.*

* 1. *Liberorum, ſic;* In liberos, non minus (imò plus fortaſsè) iuris habent parentes, in negotijs priuatis, & cauſis domeſticis, quam Reges in Subditos, in publicis & politicis; etſi, patre aliud iubente domi, aliud Rege publico bono præcipiente, neglecto patris imperio, Regi ſit parendum.

*Propter hoc* enim quoque *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit* Regi ſuo.

*Qui amat patrem, aut vxorem &c. plus quam me,*

& Rempub. non eſt me dignus, dicere iure poſſit Rex quicunque legitimus.

Sed ſi Pater aliquis impius filiam, aut ſceleſta mater filium in ſuos thalamos venire, aut quæſtum, corpore cuiuis proſtituto, facere iubeat (vti Loth facturus aliquandò videbatur, potius filias ſuas Sodomitis propinans, quam infandam in Angelos libidinem paſſurus;) poſſunt, imò tenentur tam filius, quam filia, neutri obedire.

Ergò, & Rege contraria Deo, Pontifici, Eccleſiæ imperante, poteſt imò debet ſubditus non parere. Dubitatis?

Vel Chriſtum audite, de filiorum hic libertate; *Qui amat patrem, & matrem plus quam me, non eſt me dignus.* Matth. 10.

Chriſti exemplo; *Neſciebatis* (ait in medio Doctorum a matre inuentus) *quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* q. d. Seruire Deo patri antè debui, quam vobis, cum vtriſque commodè non potui.

Et alibi, admonitus inter concionandum, matrem fratreſque ſe in ianuis præſtolari, reſpondit; *Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt*, q. d. Virtutem magis coluero, quam naturam, matrem etiam, ſi Deo aduerſaretur, Dei cultori alieniſſimo poſthabiturus. *Luc.* 8.

*D. Gregorius lib. 3. dialog. c. 31. & allegatur 24. q. 1. cap. Cœpit.* memorat illuſtre exemplum, de Armigildo, qui vt Patri Regi Arriano à Catholica auocanti pareret, numquam adduci potuit. *Vide locum.*

Hypermneſtra ex Belidibus illis famoſis vna, patri iubēti filiab⁹ ſuis 50. vt prima nocte nuptiarū, ſinguli maritos cognatos (ob neſcio quod fatum) interficerent, cæteris barbarum patris iuſſum perficientibus, ſola, Linum maritum (vel, vt Euſebius vocat Lynceū) ſeruando, patri non paruit, vndè & a patre Danao vincta in carcere, & detonſa, ſic loquitur; *Quod manus extimuit iugulo dimittere ferrum,*

*Sum rea; laudarer, ſi ſcelus auſa forem.*

Eſſe

*Eſſe ream præſtat, quam ſic placuiſſe parenti,*
*Non piget immunes cædis habere manus.* Ouidius in ep. Hypermneſtræ ad Linum.

Nemo adeò rudis, qui illam non laudet, aut aſſerat obedire illic Patri debuiſſe. Ergò.

* 2. *Vxorum*, quibus Deus non minus ſuperiores viros dedit, quam *impoſuit homines* Reges *ſuper capita noſtra.* pſal.

*Sub viri poteſtate eris.* Geneſ. 3.

*Et ad virum conuerſio* (vel al. conuerſatio) *tua*; id eſt, ad mores viri, eiuſque regulam, compones tuos; &, vt pinnæ ferreæ turrium, pro ventorum arbitrio, nunc huc, nunc illuc conuertuntur; & vt mobiles illæ aciculæ Solarium horologiorum, magnes ſemel adtigit, ſemper ex Solis ratione vertuntur; ſic tu mulier, pro viri tui voluntate. *Vultum ex vultu compara: ſi dixerit, eſtuo, ſuda.*

*Mulieris caput vir.*

Sed non tenentur parere, imò non parere tenentur vxores maritis, ſi fortè, vel ſe proſtituere, vel lupanar aperire, & hoſpitalitatē Raab imitari, aut furari iuſſerint, aut abortus procurare &c.

Vxor *amica* ſit viro, ſed *ad aras vſque* tantùm.

Ergò & Subditus, cum Rex in Deum peccare iuſſerit, ab obedientia abſoluitur.

*Obediendum* quoque *non eſt*, cùm creditur *inde malum oriturum.* Emanuel Sa tit. Obedientia.

*Non tenetur obedire, qui credit Superiorem per errorem præcipere, etſi veritatem ſciret, non fuiſſe præcepturum: & quidem per edicta generalia non intendunt ſuperiores obligare cum magno damno.* Idem ibid.

D. Polycarpi, Epiſcopi vetuſtiſſimi & martyris, vox, ad Proconſulem vrgentem eum iurare fortunam Cæſaris, totam hanc rem poſſit abſoluere; *Docemur* (inquit, Chriſtiana ſc. religione, *Principibus, & Poteſtatibus ijs qua à Deo ſunt, honorē deferre, eum ſcilicet, qui religioni non ſit contrarius.* Euſeb. Cæſar. libr. 4. hiſt. Eccleſ. c. 15. ex epiſtola Eccleſiæ Smyrnæorum ad Ponti Eccleſias.

*Breu. Romã. in off. de Apoſt.*

An non idem ſibi vult illud, quod milies toto anno de Apoſtolis ac Eccleſia cantatur; *Iſti ſunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentes iuſſa Principum, meruerunt præmia æterna?* Ergò.

Ad obiectionem autem ex Bernardo, dicendum; Bernardum non loqui de ea qualitate præcepti, qua eius bonitas vel malitia adtenditur, ſed tantum qua aut difficultas eius, aut vilitas; cui & ego tunc alludior.

Ergò ſatellites iſti Baptiſtæ captatores, in magna culpa, qui Herodi iubenti, mittenti paruerunt. Non parere, ſed potius officijs cedere debuerunt.

*Diſcite* ergò (Auditores) *iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos*; vni, malè imperando; alteri, malè parendo.

An tamen, neglecto mandato, nonnunquam rectiùs fiat, id quod vtiliùs; vide diligenter apud Gellium libr. 1. noct. c. 13. & cap. 3. & libr. 2. c. 7. ſi-de inquam; Nam ad alia cogimur vel inuiti properare.

## ECHO
## CONCIONIS XXVIII.

THEMA. *Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Iohannem, & adligauit eum, & incluſit in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris ſui, quia duxerat eam.* Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodiè mihi:
1. *Cur Iohannes non ſe modis omnibus, quibus poterat, defenderit;*
2. *Iohanni non carcerem, non mortem (maximè tali cauſa) moleſtam fuiſſe.*

AVE.

### I.

***Cur Iohannes non ſe modis omnibus, quibus poterat, defenderit.***

Mirum

Mirum fortaſſe (Auditores &c.) alicui videri poſſit, cùr Iohannes, homo, & apud Deum & apud homines gratioſiſſimus, tam facilè indefenſeque ſe capi, teneri, abduci, includiq; permiſerit, ac fortè (nam quis ſcit? & cùr non ſic?) fores ſancti monaſterij ſui mòx latiſſimè aperuerit iubenti militi, aut ad vnicam vel fecialis vel apparitoris euocationé, mòx omnia ſua ſecum portans prodierit.

Neque enim diù multumque quæſitus narratur; non latebras captaſſe, non repugnaſſe, ac tandem captus fuiſſe.

Captus eſt ſine vulneribus ſuis, & captatorum; *quaſi ouis ad occiſionem ductus eſt* ſeruus, vti & Dominus, poſt non ita pridem.

Cùr igitur tantus Dei Legatus, miſſus à Deo ſe paſſus eſt violari?

Poterat ſanè iuuari { 1. *Diuinitùs*; 2. *Humanitùs.* }

1. *Diuinitùs* Poterat, qui *venerat in ſpiritu & virtute Heliæ*, itidem (vti & Helias quondam Achabi Quinquagenarios duos, alterum poſt alterum, cum 50. ſuis, idem in tertium facturus, niſi genibus flexis ille pœnam deprecans ipſum exoraſſet, & Angelus ipſum ad deſcenſum ex monte inuitaſſet;) poterat (inquam) & Baptiſta, ignibus cœlo excitis, Herodis quoque Centuriones & miniſtros perdere, dubio procùl.

Poterat cæcitate illos percutere, vt Loth Sodomitas domum ſuam obſidentes; & quondam Eliſæus robur exercitus regis Syriæ, qui ad capiendum ipſum confluxerat. 4. *Reg.* 6. *Geneſ.*

* 2. *Humanitùs.* Poterat populi, & tot Auditorum quondam ſuorum ſibi beneuolentiſſimorum opem inclamare, vim ſibi inferri &c. Cæſarem ipſum adpellare.

Si vel vno pede dűtaxat terram concuſſiſſet (vt de ſe quondam Pompeius iactabat:) ſi manu illa, qua tam multos baptizarat, concurſum indixiſſet; ſi

vel

vel digitum illum beatum indicem Chriſti tantum mouiſſet, cum vrbitim compitimque captiuos doceretur; totam in Herodem ſuum Galilæam, Iudæamque armaſſet; quis neſcit?

*Act.* 23. Vt Paulo profuit, inter Sadducæos & Phariſæos exclamaſſe in Concilio, *Viri fratres, ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor*, quod, his dictis, -orta inter ipſos diſſenſio conſilium mox diſſoluit, & Phariſæi mox in Pauli par:em tracti; ita Baptiſtam forſitan liberaſſet, exclamaſſe aut in ſuo deſerto, aut oppido aliquo, *De veritate, & reprehenſo Herodis adulterio, inceſtuq; & omnibus malis, quæ fecit, ego iudicor &c.*

Qu: non vocaſſet populos *vox illa aurea clamantis in deſerto?*

Decem millia mòx ille pro ſe contra Herodis ſatellites in armis vidiſſet homo Dei.

Niſi quædam ſimilia poſſe aliquandò nos miſelli Concionatores ſinceræ Veritatis crederemur; bone Deus! quid non ab Herodibus, & Herodianis, reprehendi verè libereque vitia ſua indignantibus, patemur?

Quæ ego non vidi, & tuli hic illic? at quod peiora non vidi & tuli; debeo fauoribus Auditorum.

Cur non igitur Iohannes ſic, aut ſic, ſe vetuit capi, abduci? &c.

Reſpondeo Cauſæ indefenſi Iohannis, mihi iſtæ fuere, vel

- 1. *Defectus gratiæ miraculorum, vel cauſa non vtendi;*
- 2. *Temporis æuiq; ſui differentia;*
- 3. *Reuerentia publicæ poteſtatis;*
- 4. *Cognitio diuinæ de ſe voluntatis;*
- 5. *Martyrij deſiderium;*
- 6. *Studium præeundi etiam hoc Conſtantiæ exemplo.*

* 1. *Defectus gratiæ miraculorum* vel &c.

*Diuiſiones gratiarum ſunt, tàm harum, quam illarũ. Numquid omnes Prophetæ? nũquid omnes Doctores? &c.* Talentorum Domini partitio inæqualis.

*Alteri datur ſermo ſcientiæ, alteri gratia curationũ &c.*

Sic,

Sic, *Non omnis fert omnia tellus.*
*India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

Rurſus, in donis Dei, quædam ſunt habenti tantum ſalutaria, ſed eidem ingloria; quædam habenti glorioſa, ſalutaria non item.

Quæ ergo ſunt habenti glorioſa dumtaxat, non etiam ſalutaria, vix electis ſuis illa concedit Deus, cuiuſmodi ſunt diuitiæ, honores &c.

Si quæ tamen ſunt ad Eccleſiæ ædificationem tam vtilia quam glorioſa, vt ſunt *genera linguarum, operatio virtutum &c.* dat illa quidem etiam ſuis aliquando cariſſimis Deus; ſed non vt omnia, nec omnibus; ſæpeque liberalius eiuſmodi donis, imperfectos cumulat, quam perfectos.

Stant ſimul, his pollere, & perire; prodeſſe alijs, & ſibi obeſſe.

Matth. 7. *Multi venient in illo die dicentes, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus?* qui tamen audituri, *non noui vos.*

Quis neſciat, perditum Iudam etiam conciones habuiſſe, & miraculis cumprimis claruiſſe?

At Dona gratiæ iuſtificantis, vt eſt fides recta, vita ſancta, Virtutes &c. electis tantum diſpenſantur.

Baptiſtæ ergo datæ quidem gratiæ, & iuſtificans illa iam in vtero matris, & Virtutes &c. & gratuita illa prophetandi, & vocis clamantis articulatiſſime in deſerto de Chriſto &c. ſed illa miraculorum glorioſior habenti quam ſalutarior homini, & miraculo, & inter miracula, concepto, natoque aut omnino denegata, aut opere non demonſtrata, niſi forſitan in vtero matris, cum mater ſpiritu paruuli prophetauit; & mox ab vtero, cum pater & vſum linguæ recepit, & cæpit prophetare

*Venit Ioannes in ſpiritu* vnico, *& virtute Eliæ*, prophetandi, magna oris libertate corripiendi &c. non autem *duplici*, id eſt, & altero quoque illo etiam miracula faciendi: Iohanni homini pleno gratia gratia vna hæc videtur defuiſſe.

Eliſæo, Moyſi, & alijs nonnullis Prophetis *ſpiritus*

Ille *duplex* datus; Baptiſtæ non item.

Faſſus hoc vel ipſe, cùm dixit; *Ego vox clamantis in deſerto &c.* q. d. Vt prophetæ alij fuerint vox & actio ſimul; dixerint illi mira & egerint; *ego tamen nil niſi vox*; alij, vt Dei Oratores, ſic miraculorum patratores fuere; ego autem Dei Orator ſum dumtaxat.

Cętera prophetarum turba *potens opere & ſermone*, potuit *facere & docere*, mihi docere tantum & baptizare conceſſum. *Ego vox, ego vox tantum.*

Miracula ergò patrare non potuit opinor; vel certè, ſi potuit, nulla patrauit; potentiam actus non eſt conſequutus; vis potentiæ certis de cauſis ſuſpenſa eſt, vel ab ipſo, vel a Deo.

Iohann 10. *Iohannes quidem fecit ſignum nullum.*

Iohannes autem miracula non patrauit, Chriſti ſtudio,
- 1. *Ne ipſe Iohannes pro Chriſto haberetur,*
- 2. *Vt Chriſto faciliùs crederetur miraculis coruſcanti.*

* 1. *Ne ipſe Iohannes* pro Chriſto haberetur. Nam ſi ſola doctrinæ eius autoritas, vitęque auſteritas populorum animis pænè indelebiliter impreſſerunt ac perſuaſerunt ipſum eſſe Chriſtum; Quid ſi etiam miraculorum patratio acceſſiſſet?

Extundi expungique non niſi miraculis ingentibus fides illa potuiſſet, non contraria inculcari.

Quid fuit opus, vias alioqui planas aſperare? & ad miracula cogi per miracula?

* 2. *Vt Chriſto faciliùs* crederetur miraculorũ Nouitate, & Raritate coruſcanti.

Miracula enim eo mirabiliora; quo rariora, & inſitatiora; aſſiduitate certè vileſcunt.

Baptiſta ipſe videtur populo Chriſtum à miraculis commendaſſe, cum dixit; *Qui autem poſt me venit fortior me eſt*. Miracula enim potentiam indicant patratoris.

Et Iohannis 10. adlegantur miracula, vt cauſa, cur quidam in Chriſtum crediderint; *Dicebant, quia Ioannes quidem fecit ſignum nullum.*

Et Bapti-

Et Baptiſta *duos, ex diſcipulis ſuis*, ad Chriſtum *miſit,cum audiſſet in vinculis opera ipſius,actum*, Chriſtus in oculis ipſorum varia miracula edidit,ſperans vtraque,legatos illos ad rectam de Chriſto fidem, viſis illis,adduci poſſe. *Matth.*11.

Et iterum Chriſtus ex Iudæis poſcit magnam in ſe, & de ſe fidem,ab operum ſuorum magnitudine: *Operibus credite &c.*quod inualidius popoſciſſet,ſi coætaneus eius Baptiſta paria recenter præſtitiſſet.

Itaque,nullo ſe miraculo Baptiſta Herodis vinculis eripuit,quia vel non potuit,vel noluit, diſpenſatione ordinatiſſima,& ſtudio fidei in Chriſtum faciliùs promouendæ,qui *parare viam Domino* venerat, & facere *aſperas in vias planas.* *Iſai.*

*2. *Temporis auiquè* ſui differentia. *Omnia tempus habent.* *Eccleſ.*

Tempus vindicandi,tempus patiendi.

Lex alia Rigoris;vel alia, Gratiæ eſt. Alios illa,alios iſta mores poſtulat. Tunc etiam *Deus vltionum Dominus.* *pſal.*

Ergò Helias,quia ſub lege rigoris & vindictæ vixit,(qua etiam miſericordiſſimus natura *Deus*, videbatur *obliuiſci,miſereri, & continere in ira miſericordias ſuas,* *pſal.* ſuppliciorum crebritatem, atque granditatem) vindicare non indecorè potuit quinquagenariorum audaciam fulminibus è cælo accitis; Baptiſta autem, quia ſub lege Gratię,vel in eius(vt ſic dicam)ſuburbio erat,ac velut Aurora & Lucifer diei illius ſereniſſimi prænuntius & præcurſor,congruentiſſimè, cum Herodis ſatellitibus ac Centurionibus, mitius patientiuſque agere iam tum debuit, vt ſic patientiã Chriſti,patientia præueniret, vti & baptiſmum baptiſmo &c.

*Non venit filius hominis perdere ſed ſaluare.*
*Quaſi ouis ad occiſionem ductus eſt.*

Defendi ſe in extremo periculo, nec armis Petri, nec armis Cœli,nec miraculis voluit.

*Vim vi repellere licet*,legibus naturę quidem,& Moſaica,& Ciuili;

Cic. orat pro Milone; *Tempus hominis necandi eſt non modò iuſtum, verùm etiam neceſſarium, cum vis illata defenditur.*

Idem ibid. *Silent leges inter arma, nec ſe expectari iubent, cùm ei qui expectare velit, antè iniuſta pœna luenda ſit, quam iuſta repetenda.*

At Euangelicæ legis alius planè genius eſt.

Ergò Baptiſtam, Legis Euangelicæ prænuntium, decebat, non tantum licita, ſed perfecta ſectari; non præceptis tantum ſatisfacere, ſed conſiliorum reuerentia, etiam aliquid ſupererogare.

Qui ſe tuetur cum moderamine inculpatè tutelæ, benè facit; qui non tuetur, melius facit.

D. Cyprian. lib. 1. ep. 1. *Occidere innocentibus nec nocentem licet.*

*Diuus Auguſtinus ep. 48. ad Vincentium fratrem*, de Petro loquens, docet, non fuiſſe Sacerdotis, neque Apoſtoli, charitatem profitētis, gladio percutere. Quādò enim Petri gladius in vaginam reuocatur à Chriſto, oſtenditur non debuiſſe de vagina eximi, nec etiam pro Chriſto.

Sed Baptiſta quantillo à Sacerdote, & Apoſtolo differebat? Ergò.

Quid? Diuus Franciſcus Patriarcha noſter, in teſtamento ſuo ſic ad ſuos; *Præcipio firmiter per obedientiam fratribus vniuerſis, vt vbicunque ſint, non audeant petere aliquam literam in Curia Romana, per ſe, nec per interpoſitam perſonam; neque pro Eccleſia, neque pro alio loco, neque ſub ſpecie prædicationis, neque pro perſecutione ſuorum corporum: ſed vbicunque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendum ibi pœnitentiam cum benedictione Dei.*

Ne calamis quidem illis & literis, eiuſmodique defenſoribus ſuos niti voluit.

* 3. *Reuerentia publicæ* poteſtatis. Alia vis, quæ à Magiſtratu legitimo infertur; alia, quæ à priuatis. Horum enim vim vi repellere ſi licet, illius non licet, vt cuique libet.

*Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

Et aliquid à priuato factum vis, iniuria, & contumelia dici poſſit, quod idem à Magiſtratu profectum nil tale ſit, ſed cauta prouidentia.

Hinc vulgi noſtratis prouerb. *Male capere, benè reddere*, vt ſignificetur. Prætori licere nonnunquam in vincula conijcere immerentes, ne dum nimis parcit vinculis, meriti & nocentes nimium regnent.

Et aliter iudicat, qui corpus Reipub. totum adminiſtrat, aliter qui eius vnicam partem aut membrum.

Etiam Petrus à Chriſto coërcitus à vi defenſiua, quoniam Prætoriani milites erant, & Magiſtratus populi, qui vim Chriſto inferebant.

Ergò Baptiſta nulla vi vim repulit, non populum concitauit &c. quod regij ſatellites eſſent, qui ſe inuadebant.

* 4. *Cognitio diuinæ* de ſe voluntatis.

Ex archiuis & libris fatorum de ſe diuinorum ſibi apertis, id eſt, reuelatione diuina didicerat, ſibi aliquando violenta morte pro Iuſtitia, moriendum.

*Illum* (Chriſtum ſc.) *oportet creſcere, me autem minui*, dixerat ipſe, ſignificans qua morte eſſet moriturus *Ioann.* 3.

Nam etſi hæc ſententia literaliter ac primariè ſignificetur, Chriſtum, hactenùs hominum opinione obſcurum, ignotum, & minorem, quam par fuit, creditum, fore ſolito celebriorem, & pro Meſſia (vti reuera erat) deinceps creditum iri; Iohannem verò Baptiſtam hactenus maiorem, quam par erat, habitum, & ita celebrem, vt Meſſias & vulgo & ſapientiſſimis Iudæorum crederetur, paulatim nomen illud amiſſurum, & vanam illam populi de illo ſuſpicionem ſenſim in fumum abituram, veritatem de vtroque emerſuram (vt noſter Feras, & Eraſmus in paraphraſi, & poſt pſos Toletus expoſuere:) tamen illi non malè, qui ad genus mortis, quod vterque, & Ionas iſte noſter, *Ferus & Toletus ſuis in Ioannem commēt.*

ſter, & Chriſtus, eſſent ſubituri, illam deflexerunt.

In Nazianzeno lectum, Iohannem Baptiſtam martyrium ſuum prænouiſſe; ſic enim ait: *Ego à te baptizari neceſſe habeo. Adde &, Pro te. Exploratum enim habebat fore, vt martyrij baptiſmo ablueretur, aut, vt Petrus, non pedibus ſolum purgaretur. Et tu venis ad me? Hoc quoque propheticum. Futurum enim norat, vt quemadmodum poſt Herodem Pilatus fureret, ita eum quoque prius vita functum Chriſtus ſequeretur*. Diuus Gregorius Nazianzenus orat. 39. in ſancta lumina.

Ergò, cum quaſi in fatis eſſe, Doctore intùs Deo didiciſſet, fereque *fata volentem ducant, nolentem trahant*; maluit Dei de ſe voluntati obedienter parere, quam vanè Herodi reſiſtendo, nec mortem effugere, nec gratiam apud Deum inuenire.

*Velis, quod poſſis,* ait ille.

*Heu! nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis*. Virg. 2. Æneid.

*Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*. Act.

* 5. *Martyrij deſiderium*, quod, vt in ſanctis alijs multis, ſic in Baptiſta ardentiſſimum fuiſſe credibile eſt, maximè cum (vt mòx dixi) loquente ſibi intùs Deo didiciſſet & genus mortis, obtruncationem ſcilicet (*Me oportet minui* capite agebat; *illum autem* Chriſtum Dominum *creſcere* ſublatum in crucem) & etiam fortaſſis, tempus nunc eſſe ac *poteſtatem tenebrarum*. Nàm ſanè textum illum hùc torquet Diuus Auguſtinus.

*Factum eſt Iohanni quod ipſe prædixerat, Illum oportet creſcere, dixerat de Domino, me autem minui. Iſte minuitur in capite, ille creuit in cruce.* D. Aug ſerm. 116. in nouis ſermonibus.

Ignatij martyris quantum martyrij deſiderium fuerit, teſtantur illæ voces, velut hominis amore languentis; *Vtinam fruar beſtijs (inquiebat) quæ mihi ſunt præparatæ! quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me, ne, ſicut & aliorum*

*erum martyrum non audeant* (meum) *corpus adtingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me vrgebo, vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de his quæ videntur, deſiderans, vt Ieſum Chriſtum inueniam. Ignis, Crux, Beſtiæ, Confractio oſſium, membrorum Diuiſio, & totius corporis Contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant, tantum Chriſto fruar.* D. Hier. de Script. Eccleſ.

Leocadia virgo Toletana conuerſa ad eos qui ſe lachrymis proſequebantur, cum in cuſtodiam duceretur, *Eia,* inquit *Chriſti milites, congratulamini mihi, quoniam digna habita ſum pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Ex proprio Sanctorum Hiſp.

Apollonia ipſa in ignem ſponte proſilijt.

Diuus Laurentius, *aſſatum eſt,* inquit, *iam verſa, & manduca,* Mutio Scæuola Romano tanto conſtantior.

D. Martino Turonenſi Epiſcopo *non martyrij voluntas, ſed voluntati martyrium defuit.*

Diuus Franciſcus aliquoties ad Barbaros hoc ſtudio tranſmigrauit. Deerat deſiderijs perſequutor.

Quid? etiam hoc æuo Thomas Morus homo vxoratus, &, quamdiu libuit, fortunatiſſimus, perſequutione Henriciana, quam auidus martyrij ſubeundi fuit! *De illo enim die, quo Roffenſis ad mortem ducebatur, Morus (quod tamen Rex vetuerat) certior factus, cum vehementer timeret, ne fortè ipſe martyrij corona excideret, ad Deum conuerſus, Confiteor, inquit, tibi Domine, quod tantam gloriam non ſum meritus; non ſum ego iuſtus & ſanctus, ſicut Roffenſis tuus, quem de vniuerſo regno iſto tibi ſecundum cor tuum elegiſti, ſed tamen, ſi fieri poteſt, particeps fiam Domine calicis tui.* Sanderus lib. 1. de Schiſmate Anglic. pag 137.

Hinc Moro mori pro Chriſto, pro Iuſtitia, in votis primis fuit.

Moro mora mortis vel tantillo fuit moroſiſſima.

Tam Moro mori (imò verò multò magis) quam mundi amatoribus viuere viſum dulciſſimum.

Eiuſmodi viris mors in votis, in deſiderijs; vita in pœnis & patientiæ.

Habetur illis miſericors, qui mortem ipſis pro vita dedit.

Quidni? In martyrio enim magna tum { *1. Gloria,* *2. Vtilitas.* }

* 1. *Gloria.* Martyr enim idem quod teſtis, ac quidem teſtis Dei.

*Hic venit in teſtimonium*, non voce tantum, ſed etiam ſanguine. Chirographis, ſanguine ſuo, in pellibus corporum ſuorum, deſcriptis, veritati fidei adteſtantur. O ſubſcribendi teſtandique genus authenticum!

Reliqui Sancti non martyres hoc ſunt Deo, quod boni ciues, Principi obedientes, & officioſè tributa pendentes; martyres, idem quod Nobiles, & fortes milites, ſanguine vitam aut iura ſui Regis defendentes.

At, ſi boni ciues cari Principi; Nobiles eidem ſunt in delitijs.

Etſi, poſtquam debellatum eſt, à Principe boni ciues impensè diliguntur; tamen nobiles, & milites fortes, & impenſiùs diliguntur, & liberaliter honorantur.

Donantur enim coronis, hi Muralibus, hi Naualibus &c. donantur rude, villis, arcibus, torquibus, auro, imperijs, Magiſtratibus, Libertate, Immunitate &c.

Ergò cæteris Diuis glorioſiores Martyres, & poſt huius vitæ certamen, ſpecialibus laureolis coronantur, vti & Doctores, & Virgines, imò & ſupra illos.

Flos Chriſtianæ nobilitatis ſunt martyres.

Diuus Cyprianus ſerm. de laude martyrij *Nam ſi-*
*ſonitum*

*feratur licet bono fidei cuſtodita iuſtitia, melioremque ſe inter omnium laudes virginitas immaculata cognoſcat: cedat tamen ſanguini, ſubmittatur cruori. illi elegerunt bonum, hi imitati ſunt Chriſtum.*

Titulis ſuis, quaſi nobilitatis inſigne, illud addi (*Ego vinctus in Domino*) tam cupiunt, quam Reges, & mundi Nobiles, *Ego Rex, ego Dux, &c.*

Pro modo charitatis, modus honoris &c.

Sed *maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*, pro Deo ſuo, quod faciunt martyres.

Ergò martyrum gloria, ſumma.

* *Deinde*; Fortitudo tanta, paucorum eſt; neque temporum omnium.

Nondum ipſius Petri ea erat tum cùm Chriſtum eiuraret ad vocem ancillæ triobolaris &c. cùm eidem Roma fugienti Chriſtus occurreret, ac diceret, *vado iterum pro te crucifigi &c.* Nondùm fuerat ſcil. virtute indutus armatusque ex alto.

Itaque, vt Torquati, vt Crucigeri, & rari illi Equites apud Reges; ſic ipſi martyres apud Deum, reliquis Diuis auguſtiores.

*Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.*

Et apud nos, quanta gloria martyrum eſt!

Oſſiculis ipſorum & puluiſculis etiam templa auguſtiſſima iam olim poni conſueuêre.

Vide Tertullianum tractatu ad Martyres.

* ij. *Vtilitas* { 1. *Martyrum ipſorum*; 2. *Cæterorum.*

* j. *Martyrum ipſorum. Sanguini* enim *martyrum patet cœlum; ſanguini martyrum gehenna cedit habitaculum*, ait Cyprianus ſer. de laude martyrij.

*Hos expertes doloris vniuerſi, Domini propitiatio coronat*, id eſt, martyres Purgatorio deinceps nullo purgantur. *Idem ibid.*

Vide & illud; *Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre.*

Tertullianus lib. ad Martyres, *Si aliqua amiſiſti vitæ gaudia, negotiatio eſt aliquid amittere, vt maiora lucreris.*

* ij. *Cæterorum*, quorum alios conſtantia ſua non rarò conuertunt, alios in fide ſua confirmant.

*Virtus eſt tanta martyrij, vt per illud credere etiam ille cogatur, qui te voluit occidere.* D. Cypr. ſup.

Plena exemplis noſtra martyrologia.

Quid? etiam eorum pœnæ nobis peccatoribus miſeris valdè ſuffragantur, qui ſæpè minùs habentes inuenimur; qui apud Deum tam multis nominibus ſoluendo non ſumus.

Soluere ſc. poſſimus decem milia talenta in rationibus noſtris inuenta? *Matth.* 18.

Itaque tàm multi olim auebant martyrio coronari.

Iis autem maximè vel ſic, vel aliter mori volupe eſt, à quibus crux Chriſti ſeriò in hac vita geſtatur, id eſt, quibus hæc vita duriuſculè agitur, victu, veſtitu, accubitu, habitaculo &c.

*Dulce mori miſeris*, ſeu neceſſitate, ſeu ſpiritali voluntate.

Ingredere deſerta, & ſpeluncas Hilarionum, Antoniorum, Arſeniorum, Paulorum &c. adi clauſtra Sanctorum Patrum & fratrum noſtrorum Capucinorum, id eſt, veriorum Franciſcanorum; ibi, ibi videas omnes (quòd duram Chriſti Crucem baiulandam, quòd arctam viam ſalutis decurrendam ſuſceperunt) auentes mortis, ac citæ mortis, quam vitæ longioris cupientiores, qui ſciant, mortem, optatam tantorum laborum metam.

Audires ex ipſis ſingulos dicentes;

*Æmula cur ceſſas finem properare Senectus?*

*Mors eſt iam requies; viuere pœna mihi.* Cornel. Gall. eleg. 1.

*Mortem miſericors ſæpè pro vita dedit.* Senec. Trag.

*Mori lucrum*, maximè ob iuſtitiam, & defenſam veritatem.

*Hei mihi quàm longæ ſunt in amore moræ!* Sed

Sed Baptiſtæ vita quid niſi Crux longa, & grauis? quidniſi perpetua Pænitentia? cui victus, locuſtæ, mella ſylueſtria, pauxillum aquæ? cui veſtitus, toga pellicea? cui accubitus, nuda humus? cui domus, antrum abſtruſiſſimum?

Ergò, etſi ſe Baptiſta à vinclis Herodis, quà quà via tueri potuerit, iure noluit, vt cui ſic mori lucrum, vt cui dies iſte captiuitatis creditus honoratior illo, quo *miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ex Phariſæis ad ipſum, vt interrogarent eum, tu quis es?* Ioann. 1

Quis rectè effugere tentet, quod totis votis optet.

* 6. *Studium praeundi* etiam hoc Conſtantiæ exemplo. Magnus animus non magna tantùm, ſed in magnis etiam primas adfectat: non imprimis concurrere vult dumtaxat ad brauium aut palmarium, ſed percurrere, ſed omnes anteuertere.

Sed *inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Matth. 11.

Ergò meritò debuit primatum Martyrum Euangelicorum, non poteſtatiuum illum quidem, ſed ordinatiuum adfectare, id eſt, primus ſub Euangelio, pati.

O virum verè ſeipſo ſemper maiorem!

Si ſic rerum bonarum & Virtutum imitatores duntaxat omnes commendant, qua laude præitores atq; inuentores ipſos proſequamur?

An non Cicero (*Illæ omnium doctrinarum inuentrices Athenæ*) dixit, maiore ipſarum gloria, quàm doctæ aut doctrinarum cultrices Athenæ? *Cic. de Orat.*

Pictores, Sculptores, Scalptores, cùr operibus è ſua officina exituris tanto ſtudio adſcribunt, vel Sadelerus vel Vierixius, vel Surhonius Montenſis, aut quiuis alius *inuentor?* aut *inuenit, & ſculpſit, & excudit*; nó verò ſimpliciter *fecit*, aut Apelles faciebat, niſi palmarium laudis maius ab inuentione prima ſperent, quàm a pictura aut ſculptura ex imitatione?

Apol-

*Ouid. lib. Metam.*

Apollo quanta cum pompa apud Poëtam dixit, *Inuentum medicina meum eſt*? Scriptura de *Tubal-Cain* loquens, addit, velut honoris cauſa, *qui fuit malleator in cuncta opera æris & ferri*, id eſt, fabrilis ac ferrariæ artis autor fuit. *Geneſ.* 4.

De *Iubal* quoque addit; *qui fuit pater canentium cithara & organo*, id eſt Muſicæ inuentor *ibidem*

Et de *Iabel*; *qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque paſtorum*, id eſt, autor primus, in tabernaculis, ad greges commodiùs paſcendos, habitandi. *Ibid.*

Adeò eſt laudabilius, rem quamcumque inueniſſe, vt res pleraſque, à primis ipſarum inuentoribus, poſteritas honoris cauſa nominârit, vt carmina, hoc à Sappho Sapphicum, illud à Phalcuco Phalcucium &c.

In moribus ergò bonis quoque aut virtutibus, ſi minorum imitator laudabilis; multò laudatiores qui primi poſteris exemplo præluxerunt aut præierunt.

Vt primogenitorum in prolibus, primitiarum in frugibus; ſic coryphæorum in laudatis moribus honos vbique præcipuus.

Tribus Iuda idcircò regia facta, & cæteris vndecim prælata, quòd *cùm Deus diuiſiſſet mare rubrum in diuiſiones*, horrerentque tribus reliquæ nouum illud iter ingredi, ipſa tribus Iuda audacter præiens, cæteris ſubſequendi fecit audaciam.

*Breu. Rom. in laudibus de Beata ad Benedictus.*

B. Virgo Deipara hoc quotidiè à Catholica, laude ſanè ſua maxima, audit elogium: *Sola ſine exemplo placuiſti Domino noſtro Ieſu Chriſto &c.* vel quia ſine pari, *& ſola* omninò *gaudia matris habet cum virginitatis honore*; vel, vt opinor, maximè, quia prima *è cælo accerſiuit, quod imitaretur in terris* (vt loquitur Ambroſius) id eſt, prima in terris voto concepto de viro nunquam cognoſcendo, cæpit viuere vitam Angelorum, qui *nec nubunt, neque nubuntur.*

Et quanta quoque cum laude dicit ſcriptura, de Enos filio Seth, *Iſte cœpit inuocare nomen Domini*, id eſt, vel reſtituere collapſam iam tùm ſenſim maiorum religio-

religionem; vel ritum aliquem nouum colendi Dei laudabilem inſtituere, vt poſtea Benedicti, Franciſci &c?

Quàm facit ad gloriam Abrahæ, ita dici, *Pater fidei noſtræ Abraham*, quòd primus in Chaldæis credidit Deo vni, contemta Deorum popularium pluralitate; primus, ad ignes vſque pro fide Dei vnius militarit &c?

Glorioſum quidem cuilibet audire, *In via Dei ambulaſti*, aut filius es Abrahæ, non modò origine, ſed fidei quoque morumque imitatione; at glorioſius multò, ſi quis illud audiat, *Notas mihi feciſti vias vitæ*, cùm me verbo, exemploque primus docuiſti fidem, miſericordiam, iuſtitiam, caſtitatem, martyrium pro veritate &c. quibus quaſi itineribus & gradibus peruenitur ad vitam beatorum. Pſal.

Si Alpes a ſe aliquandò traiectas quidam in laudibus ſuis numerant (quod nos quoq; cum multis poſſemus:) quantò laudabiliores vel Argonautæ, qui primi dicuntur traieciſſe, vel ipſe Annibal, qui *montem rupit aceto* ignique (vndè & Dux luſcus factus dictuſque eſt) ac per Alpes ſibi, ſuis, & nobis ſtrauit viam?

Si tanta neotericorum martyrum in Eccleſia Catholica eſt gloria, quanta quotidiè cernitur, auditur, legitur; quanta illius qui ſine exemplo paſſus, alijs iꝑe conſtanter patiendi exemplar fuit?

*Vide S. Vincentium ſer. de S. Antonio in fine, vbi laudat primos boni autores.*

Qui neſcit, quantum in præitione ad bonum ſit laudis, diſcat vel ex contrario, id eſt ex vituperio eorum, qui adinuentionibus ſuis peſſimis, peccandi autores poſteris fuerunt, ac duces. Deus bone! quanto maius eſt præcurſorum ad malum, quam ſectatorum, vituperium!

Lamech quàm malè audit, ab exemplo illo peſſimo, quo multis ad bigamiam præiuit!

Beli Regis Aſſyriorum nomini toties noua infamię nota inuritur, aut fœda Camarina mouetur, quoties iſta veteris Idolatriæ ab ipſo cęptæ monſtroſa nomina

mina Baal, Baalim, Belial, Beelzebud, & ſi qua huiuſmodi a Belo deriuata, vel leguntur, vel audiuntur?

*Lib. Reg.* Hieroboamus toties dedecore nouo in ſacris literis adficitur, quoties repetitur iſtud; *Hieroboam, qui peccare fecit Iſraël,* qui ſc. primus, conflatis vitulis aureis, decem tribus Iſraël ſeduxerit, altare contra altare erexerit.

Notanter dictum à Petro, de Iuda, *qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum.* Act.

De Hereſiarchis eadem omninò ſententia.

Ergò, ſi Idolatriæ duces, & aliorum ſcelerum inuentores, iure habentur ſectatoribus ſuis infamiores; profectò haberi oportet etiam præcurſores, ad virtutem quamcunque, glorioſiores imitatoribus ipſis ſuis.

Baptiſta ergò noſter, vt hic quoq; præcurſor eſſet, ac viæ præmonſtrator, quæ nullius adhuc fuerat temerata veſtigio, ſed nota facta ſolo adtereretur plurimorum; noluit neque ad aſylum vllum, neque ad miraculum, neque ad præſidium quodcumque recurrere; ſed, cum eſſet iunior, & ætatis vegetæ, libenter omnibus futuris martyribus, imò & ipſi martyrum capiti Chriſto præcucurrit, & per gladium prior venit ad monumentum, non modò brauium commune martyrum comprehenſurus, ſed & inſuper primi conſtantiæ in tormentis, pro Iuſtitia & veritate, exempli ſpeciale honorarium, & coronam, tot gemmarum acceſſione illuſtrandam, quot eius deinde exemplo fortiter pro Chriſto eſſent occubituri.

Primitiæ, primitiæ, apud Deum hominesque ſemper in honore.

*Delectant* maximè *gregalia quoq; poma, ſi proueniunt maturius.* *Senec. li. 1. de benef. c. 12.*

Hercules, expugnato, temporibus Laomedontis, Ilio, Heſionem Telamoni vxorem dedit, quòd murum primus conſcendiſſet.

Gothefridus Bulionæus, à pari cauſa, Ieroſolymorum Rex creatus omnium primus. O quis mihi det,

vt

vt aperiatur iterum terra, & Gothefridos germinet nobis, aut ſimiles aliquot Saluatores!

Primatibus inuaſoribus nauium, vrbium, vallorũ &c. coronæ nauales, murales, caſtrenſes, olim apud Romanos decretæ, & datæ.

B. Stephanus protomartyr, in Catholica, quàm illuſtris; *qui in numero martyrum* pro Chriſto (ſed poſt Chriſtum tamen paſſum) *inuentus eſt primus, qui mortem, quam Saluator noſter dignatus eſt pro nobis pati, primus reddidit Saluatori!* Breu. Rom. in reſp. 8. off. de S. Steph.

Stephano autem Iohannes illuſtrior, qui non (vt ille) Chriſto tantum reddidit mutuum, ſed prior ſanguinem ſuum velut mutuum credidit, à Chriſto hoſtimentum, ſanguinem pro ſanguine mòx recepturus.

Reddentis mutuo acceptum gratia pænè nulla, quia debuit; Commodatis autem & mutuum dantis, permaxima.

*Iucundus homo qui miſeretur, & commodat.* pſal.

Quantum redditori creditor; tantum eſt Baptiſta Stephano, cæteriſque deinde a paſſo Chriſto martyribus, præferendus.

Diuus Gregorius Nazianzenus oratione vigeſima in Machabæos. *Qui antè Chriſti paſſionem ſubiere martyrium, quid poſt Chriſtum, in perſequutione eiuſque pro nobis obitæ mortis imitatione, facturi fuiſſent? Quorum enim nullo propoſito exemplo talis tantaque virtus fuit, an non ij exemplum illud intuentes fortiùs in certamen deſcendiſſent?*

Baptiſta non ſatis putauit, ſi Chriſti glorioſa tantum anteuerteret, nunc verba, vt *Pœnitentiam agite &c.* nùnc facta, vt Baptiſmum, baptiſmo &c. voluit etiam triſtia eius & ignominioſa anticipare, ac prior ſubire, vt odia pro Veritate, Captiuitatem, Vincula, ac necem ipſam, vt eſſet vndequaque dignus Chriſto Præcurſor, & vndequaque nomini ſuo Præcurſoris reſponderet.

Ac fortè, non Præcurſor tantum Chriſti eſſe debu-it, ſed omnium quoque ad omnia bona Chriſtiano-rum, vt diceret; ego poſteris mea virtute præluxi. Ego vox, ego fax, ego lux, ego dux &c.

*Ipſe præibit in ſpiritu & virtute Eliæ.*

His de cauſis omninò ſe contra vim Herodis tueri Baptiſta noluit. De cauſis, inquam

*Nàm impetu quodam & inſtinctu procurrere ad mor-tem, commune cum multis: deliberare verò, & cauſſas e-ius expendere, vtq; ſuaſerit ratio; vitæ mortiſq; conſilium vel ſuſcipere, vel ponere, ingentis eſt animi.* Plin. Secund. lib. 1. ep. 22.

A magnis magnifica, magnificeque omnia.

De Iohanne autem iſto eſt, *Hic erit magnus &c.*

## II.

*Iohanni non Carcerem, non Mortem (maximè tali cauſa) moleſtam fuiſſe.*

Multò verò minùs carcer, quam mors, Baptiſtam perterruit.

Carcerem contemnit Iohannes tùm quia
1. *Nec ſic tacet;*
2. *Adjuuenit ſimilibus;*
3. *Adiutorium putat ad bonum;*
4. *Vacare vni ſibi ſum poteſt;*
5. *Videre acerbiſſima quæque non cogi-tur.*

★ 1. *Nec ſic tacet.* Fama enim capti vinctique Bapti-ſtæ, tanti ſcilicet viri, longè lateque tranſlata, admi-rationem multis pariet; admiratio, cauſæ inquiſitio-nem; inquiſitio, ſcientiam; ſcientia cauſæ (ob repræ-henſa ſc. liberè Herodis adulteria, & reliqua eius ſce-lera) externam Herodi infamiam; cæteris eiuſmodi peccatorum fugam &c.

Quædam quibuſdam melius fuit non vindicáſſe
*Cauſa patrocinio non bona, peior erit.*

Ioannes etiam, qui *ventris abſtruſo recubans cubili*
*Senſerat Rege thalamo manentem*, & exultans in ve-ro matris ſuæ, iam ad Mariæ Chriſtiferæ, & vt ſic nuc dicam, Ciborij animati aduentum, Chriſtum Salua-

torem,

torem, in Mariæ adhuc viſceribus latentem, latens, & ipſe publicabat, indicabat, ſalutabat; Idem in carcere quoque, quaſi quodam ventre terræ Matris omnium abſtruſiſſimo latens videbit, ſciet quantum ſatis ſpiritu prophetiæ, flagellabit conuincetque adulteria atque inceſtus tuos (ô Rex: *audiet* etiam *in vinculis opera Chriſti*, horumque occaſione Chriſti fidem diſcipulis ſuis inſtillabit.

*Verbum Dei non eſt alligatum:*

Nihil agis (ô Rex) ſi hoc agis his vinculis, vt omninò nihil agat Iohannes. Vincitur quidem, ſed non vincitur.

*Ne ſic quidem Iohannem ceſsâſſe arguere* refert Maſſæus lib. 8. chronic. pag. 95.

Echo eſt, *vox eſt clamantis in deſerto*, è cauernis, ex lapide.

Saxa carceris ipſius, quidquid dicet Iohannes, reboabunt. *Lapis ad lapidem clamabit.*

*Vox iſta Domini in virtute*, etiam ſcrobi altiſſimè infoſſa, vt illa quondam tonſoris, de Midæ auribus aſininis, arundinem generabit; loquacem atque indicem adulteriorum tuorum.

Etiam *lucerna* iſta *in tenebris lucet.*

* *Adſueuit ſimilibus.* Fruſtra includis, vt adfligas; Iohannes enim carceri iam pridem ſponte adſuetus, vt cui hactenùs domus antra fuerunt, cui lectus terra; ceruical ſaxum; zona funiculus, imò lorum è pelle cameli, vinclis tuis nihilo mollius; cibus, locuſta & mel ſylueſtre; potus, aqua fontis argentea.

Vt claudas illum breuibus Gyaris; vt *panem arctũ, & aquam breuem* illi conſtituas, & humi ſic cœnatũ dormire cogas; nihil nouum aut ſolito grauius illum cogis pati; imò ad aliquid forſitã ſolito mitius trahis. Panem enim (opinor) addis, quo nunquam antè vti ſolebat; & tectum, quo nunquam à tot iam annis receptus fuit.

*Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea*, iure inquiat pſal. 87.

Illi iàm pridem *oppidum* & libertas *carcer*; *ſolitudo*, *paradiſus*. D. Hierony. ep. ad Ruſticum monch.

Illi dudum vrbes & recta omnia, pro clauſtris.

Nil niſi ſolitudines hactenùs Baptiſta captauit, nihil metuens, ideircò nimius miſanthropos aut Lycanthropos adpellari, dùm ſic magis Philotheus eſſe poſſet. Illud dici maluit, quam iſtud non eſſe.

* 3. *Adiutorium* putat ad bonum. Maleficium quod putas, beneficium Iohanni eſt.

Ita vouet, ita deſiderat, vt tu facis; & inſuper votis ſuis per malitiam tuam fruens, ſibi merita in gazaphylacio Dei theſaurizat.

*Vincula ipſius alligatura ſanitatis.* Eccl. 6.

Eccles. 4. *De carcere cateniſque egreditur ad regnum* cœli, vti Ioſeph olim ad regnum Ægypti.

A carceribus tuis, ad metam brauiumque recta illi via.

Ante Dioſcoridem ſciuit Baptiſta, flores capparis, ſi clauſi colliguntur, aptos eſſe medicinæ; dilatatos autem, ineptos; & monachos ferè atque eremitas hoc ſibi atque alijs vtiliores, quò arctiùs clauſi popu-lis minùs patent, vt contra ferè deteriores, quò communiores.

Vt *hortus concluſus* florulentior; *fons ſignatus* illimior atq; limpidior; crocus cælatus fragrantior; ſic & monachus &c.

Oculi, aures, lingua Iohannis incluſa, à quot certaminibus ac tentationibus (quæ alioqui liberis accidunt) deinceps abſoluentur!

*Mors intrat per feneſtras.* Hierem. 9.

Pleni rimarum omnes ſumus ac feneſtrarum.

*Solitarijs* (inquit Magnus ille Antonius) *cum ſolo corde ſuo luctamen eſt.*

Itaque clauſtra & monaſteria valdè ſalutariter iam olim inuenta.

Sæpiuſculè in cella ſoli videmus, ſentimus, quæ D. Paulus in Cœlo in raptu ſuo.

Quod mulieris viduæ tùnc oleum neſcio quomo-

do

do ſubcreſcendo multiplicatum eſt, quum domus ſuæ portas clauſiſſet, quid indicat, niſi oleum gratiæ Dei ſolitariis nobis augeri? 4. Regum 3.

Iſaiæ trigeſimoquinto. *Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium; Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli & Saron, ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.*

Tertullianus pulchrè commoda enumerat incarceratorum ita ſanctos martyres captiuos adloquendo; *Ipſam interim conuerſationem ſeculi & carceris comparemus, ſi non plus in carcere ſpiritus acquirit, quàm caro amittit; imò & quæ iuſta ſunt, caro non amittit, per curam Eccleſiæ, & agapen fratrum: & inſuper quæ ſemper vtilia fidei, ſpiritus adipiſcitur. Non vides alienos Deos, non imaginibus eorum incurris, non ſolennes Nationum dies ipſa commixtione participas, non nidoribus ſpurcis verberaris, non clamoribus ſpectaculorum, atrocitate, vel furore, vel impudicitia celebrantium cæderis: non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt: vacas à ſcandalis, à tentationibus, à recordationibus malis, iam & à perſequutione. Hoc præſtat carcer Chriſtiano, quod eremus prophetis; Ipſe Dominus in ſeceſſu frequentius agebat, vt liberius oraret, vt ſeculo cederet. Gloriam deniq; ſuam diſcipulis in ſolitudine demonſtrauit. Auferamus carceris nomen, ſeceſſum vocemus. Etſi corpus includitur, etſi caro detinetur, omnia ſpiritui patent. Vagare ſpiritu, ſpatiare ſpiritu, & non ſtadia opaca aut porticus longas proponens tibi, ſed illam viam quæ ad Deum ducit. Quoties enim ſpiritu deambulaueris, toties in carcere non eris. Nihil crus ſentit in neruo, quum animus in cœlo eſt.* Tertull. lib. ad Martyres.

Hæc & ſimilia animo repræſentata Baptiſtam fortem faciebant.

Potuerit ſcilicet aliquandò Thomas Morus homo ſimilis nobis, ab Henrico VIII. captus, dùm Magiſtratu boniſq; omnibus exutus in carcere viueret dicere, ac ſæpè quidem, *Vniuerſum mundum, in quē homines ex paradiſo eiecti ob peccatum deturbantur, nihil*

*aliud eſſe quàm carcerem, ex quo omnes ad cauſſam dicendam, ſuis ſinguli diebus euocarentur. Quod autem ſuus carcer aliorum principum carcere minor fuiſſet, id ſi beneficij loco habere, Deoq; acceptum ferre, cum è malis pluribus minimum ſit ſemper eligendum:* Iohannes verò iſte Triſmegiſtus, cæteriſque hominibus, imò prophetis homo altior, ab Herode incluſus non potuerit idipſum ſenſiſſe? *Sanderus lib.* 1. *de ſchiſmate Angl. pag.* 132.

* 4. *Vacare* vni ſibi tùm poteſt. Iohannes hactenùs ſibi ac Reip. diuiſus, & quaſi centipartitus, hos docendo, hos corripiendo, hos baptizando &c. nùnc in carcere à te clauſus, vti in Moſæolo ſuo Philoſophus, in Oratorio ſuo monachus, totus ſibi vacabit ac Deo. Totus iam ſui iuris erit, qui alieni hactenùs, & tam multorum, fuit.

Amici, quam ſunt dulces & non intellecti fures multi ac precioſi temporis!

Et ſenſus corporis qui vt ſpecierum ad animũ ſunt portitores, ſic ſæpe animi ſunt raptores & perturbatores, carcere recollecti, quam facient Iohannem multa ac diuina contemplantem!

Nota *ſuo ſponte*

Democritum philoſophum aiunt *luminibus oculorum ſuo ſponte ſe priuâſſe: quia exiſtimaret cogitationes commentationeſq; animi ſui, in contemplandis naturæ rationibus, vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris, & oculorum impedimentis liberâſſet.* A. Gell. lib. 10. noct. c. 17.

* 5. *Videre acerbiſſima quæq;* non cogitur. Saltem oculis eius ingeritis tua adulteria (ò Rex) videnda nõ obtrudentur; non tyrannides tuæ tàm inſolentes, auribus eius tàm frequenter occinentur. Vita tua Iohanni etiam grauis ad videndum.

Heraclitum ferunt ſibi oculum ſaltem vnum expunxiſſe, ne tyrannidem in populum videre cogeretur.

*Democritus Abderites Phyſicus philoſophus, clypeum*
*Conſtituit contra exortum Hyperionis, oculos*
*Effodere vt poſſet ſplendore æreo: ita radijs*

*Solis, aciem effodit luminis, malis benè*
*Eſſe ne videret ciuibus: ſic ego*
*Fulgenti ſplendore in pecuniam volo*
*Lucificare exitium ætati meæ*

*Nein re bona videam eſſe nequam filium*, ait parcus quidam pater, ſumtus plurimos adoleſcentis filij in propinationibus deplorans, apud Laberium Poëtam in Mimo, quem inſcripſit rectiorem. *Ex Gell. libr.* 10. *noct. Att. c.* 17.

Pars enim ſanè magna fœlicitatis ac pacis humanæ eſt, quędam ignorare.

Iuſtinus martyr ep. ad Zenam & Serenum; *Qui vult fœliciter viuere, nec videre multa, nec audire ſtudeat.*

Alphonſus Aragonum Rex aiebat *Matrimonium ita demum tranquille citraq; querimonias exigi poſſe, ſi maritus ſurdus fiat, vxor cæca.* Eraſ. li. 8. Apopht.

Vulgare illud eſt: *Quod nō videt oculus, cor non dolet.*

Satius nihil, omninò nihil, videre, quam inter cætera, & cum cæteris bonis iiſque paucis plurima quoque grauiſſimaque mala, tyrannides, libidines inuitiſſime intueri.

Ergò pax Baptiſtæ erit in Cella, vt in Cœlo; in baratro tuo non minùs, quam olim in antro ſuo, nihil ſc. ſcelerum tuorum viſuro, nihil audituro. Non erit in aula? at carebit mala.

In caula malit, quam in aula tua;

Gaudebit forſitan Iohannes minùs, nihil videns, nihil audiens, videndus ipſe nulli, nulli audiendus; ſed certè minùs & dolebit.

Vt carcer ad egreſſum illi latè pateat, egredi nolit, imò clauſurus ſit tantæ tuæ horrore luxuriæ.

Nam inquit: antè carcerem quid *vidi*, niſi *præuaricantes, & tabeſcebam, quia eloquia Dei non cuſtodierunt?*

Deindè; nec tacendo de ſceleribus tuis, imperia Dei ſoluet iuſſus loqui; nec de ipſis loquendo, humanam deinceps lædet Maieſtatem. Vel enim tùnc ſordium tuarum neſcientia, vel corripiendi tui, propter

tui abſentiam, eius diſtantiam, impotentia, Baptiſtæ ſilentium pleniſſimè abſoluent.

Sciendum enim omninò, & quidem exactiſſimè, de quibus è ſuggeſtu ad Reges, contra Reges, eſt adfirmandum.

Erras, Rex, ſi putas Baptiſtam adflictari {
1. *Solitudine,*
2. *Tenebris,*
3. *Pedore,*
4. *Pudore & dedecore.*

* j. *Solitudine*; Homini tamdiu aſſueto inter ſolas feras viuere, in vaſta ſolitudine, poſſit moleſta eſſe ſolitudo?

Vſus effecit, vt illi *oppidum carcer, ſolitudo ſit paradiſus.*

Quid? etiam ſolus ibi non eſt, qui nunquam minùs ſolus, quam cùm ſolus.

*Publium Scipionem, eum qui primus Africanus adpellatus ſit, dicere ſolitum ſcripſit Cato, qui fuit eius ferè æqualis, nunquam ſe minùs otioſum eſſe, quàm cum otioſus, nec minùs ſolum, quàm cum ſolus eſſet. Magnifica verò vox, & magno viro ac Sapiente digna: quæ declarat, illum & in otio de negotijs cogitare, & in ſolitudine ſecum loqui ſolitum, vt neq; ceſſaret vmquam, & interdum colloquio alterius non egeret: ita duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, Otium & Solitudo.* Cic. lib. 3. off.

Non erit ſolus Ioannes nec in carcere tuo, qui bonas comites habet aſſiduas ſibi, bonas cogitationes.

Cogitationes, inquam, bonas, etiam illas, quæ de benè acta antè vita ſunt, quæ bonos in aduerſis maximè recreant, vt contra Improbos, rebus etiam maximè ſecundis, maximè cruciat ſcelerum ſuorum recordatio.

Cogitationes; de prœmio, & corona Iuſtitiæ ſibi in cælo repoſita.

Cogitationes; ſi quo modo vel ipſus, vel per ſuos, poſſit Augeæ illud ſtabulum, Curiam inquam ipſam ſuam ſordidiſſimam, repurgare, Herodiadem, cum fi-

lia,

lia, ſtercora illa Curiæ eijciendo, & ad Philippum ſuum amandando. *Omnis enim mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via &c.* Eccli 9.

Cogitationes; cui ſuos diſcipulos mòx futuros orphanos relinquat, quomodò ex eorum animis hæreſim de Chriſto eximat.

*Reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* pſal.

Solus non eſt, cuius *conuerſatio in Cœlis eſt* cũ Deo, cum Angelis socijs ſuis, vt quorum vitam vixit in terris.

*Corpore tenebatur in carcere, anima in cœlo,* ait autor op. imp. homil. 27. in Matth.

Mente, parte ſui meliore, extra carcerem tuum eſt, intra Cœlum obambulat.

*Gratia Dijs, animo, quò libet, ire licet.* Ouid. libr. Triſt.

*Omnia poſſideat, non poſſidet æthera Minos.* Idem li. Metam.

Dedali tales, qualis Baptiſta fuit, vias alaſq; inueniunt, quibus è carceribus tyrannorum, in cœlum cũ volunt, euolent, tantiſperque interquieſcant.

Pſalm. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt,* Hieronymus vertit, *tribulationes cor meum ſurſum ferre fecerunt.*

Vt *multiplicatæ aquæ* diluuij *eleuauerunt arcam in ſublime à terra*; ſic aduerſa hæc mentes adtollunt electorum. *Geneſ.*

Vt herbæ quædam, & palmæ ipſæ, & Nuces, plus calcantur, plus grauantur, plus læduntur, plus adſurgunt; ſic electi, ſic fortes viri omnes.

Vt *vires fax inclinata reſumit*; ſic electi, cùm deprimuntur, eleuantur.

Solus non eſt, in cuius carcerem ſæpè Angeli diuinitùs immittuntur.

Ad Danielem in lacu leonum Angelus deſtinatus conſolator.

Ad iuuenes in fornace venit quartus ſimilis filio hominis.

Petro inter duos milites, & quatuor quaterniones militum catenato Angelus quoque ſuus adſtitit. *Act.* 12.

S. Seruatius Epiſcopus primùm Tungrenſis, tandem Traiectenſis, ab Attila Hunnorum Rege (qui quingentis armatorum milibus Imperium occidentale inuaſerat) in Italia captus eſt & nocte conſtrictus loris? ſed ei admoti vigiles audierunt, Dei Angelos familiariter adflictum conſolari. *F. Iohan. Placentinus in Catalogo Antiſtitum Traiectenſium in Seruatio.*

Quibus ſimilia ſexcenta paſſim reperias.

A Iohanne, à cognata ſua virginitate, Angeli Dei procul abeſſe non poſſunt.

Similia ſimilibus adgregantur. Aues concolores ſimul volant. *prou.*

Solus non eſt, quo cum Deus, perpetuus adflictorum comes. *Nobiſcum Deus, Nobiſcum Deus.*

*Cùm ipſo ſum in tribulatione.* pſal. 90.

*Venditum iuſtum non dereliquit:* Deſcenditq; cum illo *in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.* Sap. 10. de Ioſepho.

Tribus illis adoleſcentibus in fornacem Babylonicam proiectis adfuit (vt iam aiebam) *quartus ſimilis filio hominis.* Daniel.

*Cùm ſerò eſſet factum, & fores eſſent clauſæ, ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum,* quos velut carcere clauſos etiam tenebat tyrannus peſſimus *metus Iudæorum.* Ioan. 20.

Quarta tandem vigilia noctis adfuit Ieſus ſuis in mari laborantibus in remigando. *Marc.* 6.

Facilius Deo noſtro *per medios ire ſatellites & perrumpere per ſaxa, potiùs ictu fulmineo,* ſeu imbre aureo ſeu niueo, ſeu infando quouis modo ad ſuos, quam Ioui illi Ethnicorum fabuloſo ad ſuas, ad *incluſam Danaen ſeu turri ahenea,* ſeu talamo ex ære ſubterraneo; *Horat lib.* 3. *Carm. ode* 16. *Pauſanias Corinth. Homer. Iliad.* ξ. *Sophocles in Antigone.*

Non frequens viſitet Dominus Ieſus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti Baptiſtas ſuos, & quidē proſe

inde-

incluſos in carcerem ab Herode, qui viſitandorum aliorum, etiam ob delicta ſua, captiuorum ita autor eſt, vt eius operis incurioſis tandem ſit cum ſtomacho dicturus, *In carcere fui, & non viſitaſtis me*, & ignibus æternis vindicaturus; curioſis & obſeruatoribus, *Venite benedicti Patris mei &c.* Matth. 25.

Ergò nil Baptiſtæ grauis carceris tui ſolitudo (ô Rex) Eiuſmodi viris, eiuſmodi ſolitudo, Paradiſus.

* 2. *Tenebris.* Lynceis oculis, ſeptemplicem carceris parietem penetrantibus, lumen incircumſcriptum intuetur.

*Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde.* pſal.

*Et lux in tenebris lucet.* Ioan. 1.

*Vbicunque filij Iſraël, ibi lux.* Exod.

*Lumen refulſit in habitaculo carceris* Petri, etiam ſub Herode illo, tuæ non minus nequitiæ, quam nominis, & partis regni hærede, captiui. *Act.*

Quid, quòd eiuſmodi Homines digni conſortio ſermonis Dei cornutam & Solis inſtar radioſam faciem gerunt, vt quondam Moyſes, in quem intendere filij Iſraël, non, niſi velo interiecto, poterant? In lumine Dei, lumen vident.

*Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* pſal. 4.

Tales viri, talia & tanta mundi lumina, carcerem ſuum ipſi colluſtrant.

Baptiſta, maximè, vtpotè ipſe *lucerna ardens & lucens.*

Ex augiæ cuiuſpiam (vel Solis, vel Phorbantis filij) oculis aiunt aliqui, radios tanquam ſolares emicuiſſe; nos de Dei, ac veri Solis Chriſti filijs, & de Baptiſta ipſo, non tale aliquid meritò ſentire poſſimus?

Syderum neſcio quid & ſolare ex oculis Baptiſtæ, in carcere promicabit.

Quid? Parietes ipſi carceris tenebroſi, ignē, lapidibus inter ſe colliſis, dùm præ gaudio de tanti hoſpitis ad ſe aduentu, exultant, potiùs excutiant, quàm tam ſanctis captiuis lux ſit defutura.

In carbunculos potiùs, *quorum fulgor nec nocte vincitur, adeò vt flammas ad oculos vibrent*, lateres ipſi & ſaxa carceris tui omnia conuertentur, quàm Baptiſtæ deſit lux ſua.

Tertullianus libr. ad martyres. *Carcer habet tenebras, ſed lumen eſtis ipſi. Habet vincula, ſed vos ſoluti eſtis Deo.*

Idem ibidem. *Nihil intereſt, vbi ſitis in ſeculo, qui extra ſeculum eſtis.*

* 3. *Pedore. Triſte illic expirat, ſed vos odor eſtis ſuauitatis*, ait Tertullianus lib. ad martyres.

Pedorem carceris tui habet Baptiſta pro *aromatibus myrrhæ & thuris*. Eiuſmodi lucri odor bonus Baptiſtæ eſt.

Nudam humum, imò fortè lutum recreando laſſato corpuſculo, pro *lectulo florido*, & roſis violiſque per ſerica ſtragula conſperſo habet.

Non ſic in centris ſuis res omnes acquieſcũt, vt Baptiſta in antris tuis.

*Panem arctum, aquam breuem* quibus reficitur, pro cibo regio habet, imò pro nectare atque ambroſia, cantatiſſimo illo victu Deorum.

Panis doloris, illi ſapit manna & panem illum Angelorum.

Non cum famoſiſſima illa Solis menſa inediam ſuam commutarit.

His gradibus ſcit Baptiſta recta aſcendi in cælum;

His coloribus, ſimiles fieri filio Dei probos omnes intelligit.

*Quos præſciuit, prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui*; id eſt, quos in altari templi ſui cæleſtis decreuit aliquandò ſtatuendos, voluit non aliter pictos, non aliter fictos, quam fuerit filius ſuus; id eſt vult etiam illos cum Chriſto fortia agere & pati. *Rom.* 8.

Configurandos corpori claritatis eius, vult infirmitatibus eius etiam configurari.

*Non ſunt condignæ paſſiones ad futuram gloriam &c.*

Pro ludicris habet ludibria tua; tormenta omnia, pro fomentis.

* 4. *Pudore & Dedecore*. At non vincula pudorem faciunt, ſed cauſa, vti nec martyrem facit pœna, ſed cauſa.

Vincula colli ſui habet pro torquibus; manicas ſuas, pro armillis, pro dextrariolis vermiculatis argento; pedicas, pro purpureis ſubligaculis, pro ipſis illis, quibus Tyriæ virgines ſolent altè ſuras vincire, cothurnis. Non ſic *laudatas extollit auis Iunonia pennas*, vt catenas ſuas Baptiſta.

Si fortè ad quempiam è carcere ſcribat, ſubſcribat ſic magna oſtentatione, *Ego vinctus in Domino*; aut ſic; *Vinctus Ieſu Chriſti &c.*

*Numquid mare ſum ego aut cetus, quia circumdediſti me carcere?* Iob. 7.

Illis vnis dedecoroſum vinciri, includi &c. qui hæc, vt fures, vt homicidæ, patiuntur.

*Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcit. Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.* 1. Petri 4.

Si quid doluit de carcere Baptiſta; doluit { 1. *Tibi*; 2. *Populo*.

* 1. *Tibi*; ſic peccatis peccata addenti.

Tibi, ſic ſemper magis ac magis infami futuro.

*Nam ſi hoc à te in viridi ligno in arido quid fiet?*

Quid facias ei qui dederit damnum aut malum?

Si ſic Iohannem quemlibet, id eſt quemcumq; virũ bonum & veracem magis noſti, quam vendacem blãditiarum atque adulationũ, vinculis carcereque excipis, vbi tibi ſit vincolorũ ſatis, ſat carcerũ & ergaſtulorum;

rum, impios coërcendos, quæ probis quibuſque torquendis malè occupantur?

Neceſſe eſt, ſub te triumphent impij, qui propter carcerum hinc plenitudinem tam viuunt ſecuri.

Perditis hominibus includendis vbi ſic locus, bonis ſanctiſque ſic carcerem tuum occupantibus?

* 2. *Populo*, cui Solem, & fontem publicum ſalutis videris inuidere.

Adhùc ſcit Iohannes ſe populo neceſſarium, nec recuſat laborem.

Importuniſſ. Eclypſin Solis, in ipſo adhùc meridie, per totam Iudæam, capto Baptiſta, inuidia publici boni, diceris adduxiſſe.

Cæterum egeris vt libet, ſemper dicet Baptiſta, quod vna illa Belidum Hypermneſtra, ad ſuum Linum, de ſuo patre, qui illam carceri tradiderat, quod, cum cęteris 49 ſororibus, maritum ipſa vna ſuum non occidiſſet;

*Clauſa domo teneor, grauibuſquè coërcita vinclis;*
*Eſt mihi ſupplicij cauſa, fuiſſe piam.*
*Non tamen vt dicant morientia,* Pœnitet, ora
*Efficiet* (pater ſc.) *non eſt, quam piget eſſe piam.* Ouid. in epp. Heroid.

Vt teneas, vt vincias, vt occidas Baptiſtam, numquam de ore illius extorquebis vt recantet ſuum NON LICET TIBI &c. quod dixit, dixit, hoc ipſum etiam media iam morte repetiturus, & ſanguine ſuo firmaturus.

Nulli cedo Terminus.

# ECHO

# CONCIONIS XXIX.

THEMA. *Et volens eum occidere, timuit populum: quia ſicut Prophetam eum habebant.* Matth. 14.

Facta repetitione vſitata, ſic propoſitum;

Dicendum hodie mihi
1. *De varijs Timoribus, & qui ex ijs Chriſtiane, qui moraliter, qui Politicè, ſalutares;*
2. *Quo timore Herodes timuerit;*
3. *Qua arte confieri poſſit, ut Rex neminem timeat.* AVE.

## I.

*De varijs Timoribus, & qui ex ijs Chriſtianè, qui moraliter, qui Politicè ſalutares.*

Vt nullum omninò animal eſt adeò forte, regium, aut crudele, vt timore omni vacet; ſic nec hominum quiſquam adeò eſt temerarius, quem nullus timor ab viliis auſis & cœptis vnquam retardet, non ſi Robertus ſit (quem aniles fabulæ Diabolum finxere, atque imperterritum) non ſi neſcio quis Rodomontus. **Nullum animal impauidum.**

Elephante quid fortius, cuius dorſo turres ligneæ, vt mari naues, & palatia quernea, comportantur? Illi tamen & draco terreſtris, & Rhinoceros terrorem creant. *Plinius l. 8. c. 11. 12 & 20.*

*Leone* quid magis regium, qui, *ad nullius pauet occurſum?* cuius vel rugitus animantibus omnibus incutit formidinem? Attamen & hunc adeò terribilem quadrupedum regem ferunt, galli Gallinacei criſta cantuque terreri; item ignibus, & rotarum gementium ſtridoribus.

Serpentibus quid homini nocentius aut terribilius, qui noſtris nunc corporibus (vt olim animis, cùm ſcilicet Eua decepta eſt) inſidiatur? attamen & *baſiliſcum ipſi fugiunt, alios olfactu necantem, qui hominem vel ſi aſpiciat tantum dicitur interimere.* Plinius. l. 29. c. 4.

Denique

Denique iam olim *terror noſter ſuper cuncta anima-lia*. Genei.

Similiter omninò nobis hominibus accidit. *Qui terret*, idem *& trepidat*.

Iacob: 3. Vt enim *omnis natura beſtiarum*, *& volucrum*, *& ſerpentium*, *& cæterorum domantur*, *& domita ſunt à natura humana*, quę fręnis, quæ lupatis, quæ capiſtris &c. ſic aliquid ſemper in vita eſt, quod hominem quālibet fortuna magnum, ſternacem, audacem, Rolandum aut Rhodomontum, atque imperioſum &c. domet, atque in ordinem cogat.

Varia timoris obiecta.

Timet enim omnis homo, vel
- 1. *Deum*;
- 2. *Homines Iudices*;
- 3 *Mala pœnæ*;
- 4. *Mala culpæ*;
- 5. *Infamiam*;
- 6. *Conſcientiæ flagellum*; quarum rerum reſpectus varius, variè timores denominat.

Timet enim aliquis pænas, vt ſunt ab hominibus, vel Iudicibus legitimis, vel à populo tumultuante aut furente; item; vt ſunt à conſcientia intùs occulto verbere flagellante, vel vt ſunt à vitijs naturæ vites frangentibus, vt ſunt podagræ, chiragræ, mentagræ ab ebrietatibus, libidinibus &c. nullo tamen reſpectu in Deum? Timorem humanum ego illum adpellabo.

Timet alias culpæ pænas, infamiā ex libidinibus, feritatibus, crudelitatibus &c. hominū dicteria, *monſtrari digito* turpiter, *& dicier hic eſt?* Timorem ego illum mundanum nuncupabo, qui etiam pudor poſſit adpellari.

Timet verò culpam, quia culpa eſt, & neſcio quid oculis rationis deforme? ego philoſophicum, & moraliter bonorum virorum timorem iſtum dixero.

*Oderunt & Stoici peccare boni pulcræ virtutis amore.*

Oderūt & Stoici peccare, nō infamiæ, nō pœnę, nō Deorū metu, ſed mero deformitatis peccati horrore.

*Ipſum annulum Gygis* (quo, inuiſibilis viſibiliſq; fiebat, cùm volebat, qui illum geſtabat) *ſi habeat ſapiens, nihil*

*nihil plus ſibi licere putet peccare, quam ſi non haberet; honeſta enim bonis viris, non honeſta quæruntur... Nõ etiã ſi nemo ſciturus, nemo ne ſuſpicaturus quidẽ ſit, cũ aliquid diuitiarũ, potẽtiæ, dominationis, libidinis cauſa feceris, ſi id Dis hominibusq́; futurũ ſit ſẽp ignotũ.* Cic. l. 3. off.

*A. Gell lib. noct. Att.* refert, hanc Philoſophi cuiuſdam, nomine Secundi, fuiſſe philoſophiam.

Iſagoge illa non mala, ſed quid niſi Iſagoge?

Timet vero aliquis Deum? Iam ille altiùs humanis extulit caput.

Sed, vt variè Deum timere contingit; ità contingit timorem timore eſſe altiorem perfectioremq́ue.

Timet aliquis Deum, & ad ipſum adducitur, vel timore pœnæ, conſiderans ſcilicet Deum, vt Iudicem ſeueriſſimum? tum huic timor ſeruilis eſt. Timor ſeruilis, quis.

Timet alius Deum, timendoque illi magis magiſque adiungitur, timore culpæ, ſpectans Deũ dumtaxat vt Patrem optimum mellitiſſimumq́ue? Illi ineſt timor filialis. Quis filialis.

Timet aliquis Deum, vt Patrem ſimul & Iudicem, vt beneficum & vltorem, iamq́ue ipſum amat, tum liberalitate eius allectus, tùm ne datis exuatur, & vt ſperata datis maiora adipiſcatur? Illi timor ineſt initialis, quẽ cõcupiſcẽtię, mercenariorũ & libertorũ etiã dicere poſſis, quos ſportula magis, q̃ amor deuincit.

Igitur timores multi, & multi ex ipſis valdè boni, qui à peccato abſtrahunt, etſi non omnes æquè perfecti; malus verò etiam quidam timor, qui ſcilicet ad peccatum trahit. Quis initialis.

Timore. n. aliquo pœnæ Petr⁹ ter Dominũ negauit.

Timore ſuppliciorum Antiochi, Iudæi multi à legibus auitis ad Idolatriam iuſſam defecerunt &c.

Igitur timores iſtos noto:
- 1. *Humanum*;
- 2. *Mundanum*;
- 3. *Philoſophicum*;
- 4. *Seruilem*;
- 5. *Filialem*;
- 6. *Initialem*, quatenus per ipſos vel à malo abſtrahimur, vel ad bonum inuitamur.

*1.Ho

*Timoris humani deſcriptio.*

★ 1. *Humanus* timor eſt quo Leges reformidamus, vel iudices, qui pęnas pęccantibus aut conſtituerunt, aut conſtituere poſſunt, quibus legirupas caſtigent, vel populos metuimus, qui iuſta aliquando ira commoti, non expectatis legibus, aut Prætoribus, magna ſceleroſos, fumanti adhuc & flagranti delicto, pœna vlciſcuntur, vt lapidatione, trucidatione, exautoratione &c. magna ſcilicet inordinatione, inordinatiſſima reordinantes.

Niſi *Tenedius* hic *homo* (vt eſt in prouerbio) timeretur, plena eſſent itinera, ac nemora, latrocinijs, vrbes homicidijs &c.

Niſi etiam aliquando furor popularis, & publica ira moræ impatiens, timeretur, non ſola Galilæa Herodem aleret, ſed pæne omnis prouincia & familia; nec eſſet ab Herodis intemperijs tutus, etiamſi qui Baptiſta ipſo eſſet innocentior.

*Cæde caperet humus, foribuſq; adfixa ſuperbis*
*Ora virum triſti penderent pallida tabo.* Virgil. 8. Æneid.

Vt Chryſoſtomus ad pop. Antiochenum late docuit, vtilem populis eſſe Principum timorem; ita, haud dubiè, Herodi vtilis nonnunquam timor populi. *Volens enim Ioh nnem occidere, timuit populum*, ait Euangelium; quaſi diceret occiſurum omnino fuiſſe, niſi populum timuiſſet. Vtilis igitur Herodi fuit, hic populi tui timor.

*Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem?* Cic. orat. pro Milone.

*Qui panet, cauet.*

*Mūdani.*

★ 2. *Mundanus*, quo timetur, ne qua infamia culpam conſequatur &c. Eumdem, pudorem & verecundiam vocant.

Et hunc timorem laude dignum, Reipublicæque vtilem putat Plato *dialogo de ſancto*.

O! niſi Mimos quoſda obſeruatores, obloquutores & detractionibus natos homines terra (Deo ſapientiſſimè ita permittente, vt potenter ex malis bona eliciat) aleret; quandoquidem ſæpe Tenedius homo feria-

feriatam geſtat machæram, quaadoque quia non aliud vult, quandoque quia non aliud poteſt, & oſtentat quidem gladium & vibrat, oſtentat laqueos, igneſque, & cætera vaſa mortis, ſed hoc tantum (vt pictus Hercules claua contorta ſemper minitans, numquã feriens:) & ſæpè manus habet venales; quæ non terra plena eſſet adulterijs? quis non *ſanguis ſanguinem tangeret?* &c.

Quoniam non nunc vt olim fur ſuſpenditur; lex Iulia de adulterijs ſenſim antiquatur; non nunc, vt olim ſub Moſe, virgines corruptæ lapidantur; non deinceps, vt olim ſub Romanis, Veſtales vel læſi vel dubij pudoris, viuæ infodiuntur &c. repleretur terra omnimodi libidine, furtum inundaret &c. niſi cum Herode & hic & illa timerent populum, & dicacis vulgi famam. *Vide Plut. de Veſtalium lapſarum pœnis, tom. 1. vit. in Numa.*

*Ponentes vulgi rumores ante ſalutem*. Ennius apud Cic. off.

Qui *dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*; etiam publicè idem, quod apud ſe & intra ſe, auderet; niſi timeret, vel a Iudicibus & Quæſitoribus paratos ignes; vel à populis iactandos lapides; vel publicum Athei nomen, & Diagoræi notam.

Quam multos Sacro intereſſe, ex aure Sacerdotis, ore, quaſi vitam & crimina ritè confitentes, pendere, myſticum cibum cum cęteris ſumere, proh dolor! certum eſt, profecto nihil eorum acturos, niſi vel Iudicis vel populi cenſuram reformidarent!

Senes illi, Suſannæ proci, quam parati ad malum, quod dicere tùm poſſent, *Nemo nos videt*; neque Iudex vindicaturus, neque ex popello quiſpiam ſubſannaturus?

Senec. libr 1. ep. 11. *Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis adſiſtat*, et ſi is imaginarius tantum, vel teſte Epicuro, qui ſaltem hic, rectè ſanè monuit *viuere, tamquam ſub alicuius boni viri ac ſemper præſentis oculis*, ait Seneca l. 3. ep. 6.

Timor hic maximè fæminas decet, quæ amiſſo pudore, numquam ſatis ſaluæ eſſe poſſunt; ſeruato, facilè

cilè & pudicitiam tuentur.

**Philoſophici;** * 3. *Philoſophicum*, & Stoicorum maximè, quo peccatum vitatur, ſolo deformitatis ipſius horrore. Imaginantur enim peccatum, vti *monſtrum horrendum ingens*, vti eſt reuera, ſed & odoris grauiſſimi; auribus inquam naribuſque non bardis, ſed ſpiritalibus & acutis.

Hic timor, dici poſſit etiam honeſti amor, ſanctiorque eſt prioribus illis duobus; & eorum, qui faciem iam honeſti pulcerrimam, vitij contra teterrimam, oculis internatibus diuinitus illuſtratis, vident, adeoque huius odio, amore illius inardeſcunt, vt à vitio ipſos non impunitas, non fama integra, ſed turpitudinis ipſius horror auocet, ad virtutem, nulla ſpes præmij, ſed ſpeciei ipſius amor trahat.

*Omnis qui viderit te, reſiliet à te*, de vitio dixeris; vti contra, *Omnis qui viderit te, deperdit te*, de Virtute.

Vt in fornice, vt in ſpelunca ſolis radijs maximè inacceſſa, vt etiam in arca, id eſt, loco maximè abſcondito tutoque peccare liceat, aut benè agere, nec *ſcitura ſit ſiniſtra*, ac ne ſubucula quidem, *quod facit dextera*; non peccabit tamen, quem hic timor affecit; & faciet bonum, quem hic amor honeſti, de turpitudine nudi vitij, Virtutiſque nudæ decore, conceptus, vulnerauit.

*Oderunt peccare boni virtutis amore.*

Sed ſic timent ſanè *pauci* admodum, *quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.* Virgil. 6. Æneid.

Cicero, magno quorumdam Chriſtianorum pudore, ità ſcribit; *Satis nobis (ſi modò in Philoſophia aliquid profecimus) perſuaſum eſſe debet, ſi omnes Deos homineſque calare poſſimus, nihil tamen auarè, nihil iniuſte, nihil libidinosè, nihil continenter eſſe faciendum. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui, cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit, eneumque equum (vt ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in la-*

*teribus*

*tribus fores eſſent: quibus apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata, anulumquè aureum in digito: quem vt detraxit, atque ipſe induit (erat autem regius paſtor) tùm in concilium paſtorum ſe recepit, ibi cum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat: idem rurſus videbatur, cum in locum anulum inuerterat. Itaque hac oportunitate anuli vſus, Reginæ ſtuprum intulit: eaque adiutrice Regem Dominum interemit, ſuſtulitquè quos obſtare arbitrabatur. Nec in his quiſquam eum facinoribus potuit videre: ſic repentè anuli beneficio Rex exortus eſt Lydiæ. Hunc igitur ipſum anulum ſi habeat Sapiens* (id eſt, ſi, vt vulgus loquitur, inuiſibilis cum velit, eſſe poſſit, & inuiſibiliter quidlibet patrare) *nihil plus ſibi licere putet peccare, quàm ſi non haberet. Honeſta enim bonis viris non occulta queruntur.* Cicero libr. 3. off.

Idem. *Hæc eſt vis huius annuli, & huius exempli. Si nemo ſciturus, nemo ne ſuſpicaturus quidem ſit, cum aliquid diuitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis cauſſa feceris, ſi id Dis hominibuſquè futurum ſit ſemper ignotum, ſiſne facturus? Negant id fieri poſſe, quamquam non poteſt id quidem. Sed quæro quod negant poſſe, id ſi poſſet, quidnam facerent?.... Tamquam tormenta quædam adhibemus, vt ſi reſponderent, ſe impunitate propoſita facturos, quod expediat, facinoroſos ſe eſſe fateantur: ſi negent; omnia turpia per ſeipſa fugienda eſſe concedant.* Ibidem.

Hoc timore, & inhoneſti horrore, qui ſe in officio continerent, multos olim Saturnia illa & aurea ſecula proferebant; an verò ferrea hæc degenerantis iamdiù mundi ætas, aliquem è multis milibus vnum ferat, dubito; ſi quem fert, eum ego pænè Phœnicem dixero, dignumque, qui ætatem Phœnicis, quingentos & amplius annos, hic viuat, publico exemplo.

O quam eſt hic timor ſuperioribus ſanctior! quam *non longè à regno Dei*! quam dignus Philoſophis, & quidem Stoicis, qui propemodum ſoli olim philoſophi iudicati, & moratiſſimi! quam optandus Chriſtianis conditus timore Dei!

Seruilis; * 4. *Seruilem*, quo cauetur à malo metu Dei quo modo vltoris.

D. Auguſtino in pſal. 127. ad 1. verſum, eſt, *cum per timorem gehennæ, continet ſe homo à peccato.*

Cum quis gehennam timet ſimpliciter, vt magnū cum primis malum, ſtudioque illius euadendi, auertit ſe a creaturis culpiſque, atque ad Deum conuertitur, &, licèt nondum eò prouectus eſt, vt odio peccati moueatur, & amore prẹmiorum; tamen, vt pœnam euadat planè conſtituit peccato valedicere; & culpam appretiatiuè maius putat malum, quam pœnam, licèt adhùc intenſiuè pœnam magis reformidet, Is, ſenſo meo, verè illo Dei timore, qui ſeruilis nuncupatur, adfectus eſt.

Adfectus planè vtilis, etſi Lutherus perperam cenſuit, omnem pœnarum Inferni timorem, non modo inutilem eſſe, ſed etiam cum letifera culpa coniunctam, facere hypocritas: eamque, quæ hinc naſcitur, pœnitentiam, nullo modo placere Deo, ſed hominem noui reatus crimine conuoluere. O os blaſphemum, & peſſulis omnibus obducendum!

Nam Leo X. hanc hæreſin, mox in cunabulis, & vix benè natam, damnauit, & Concilium Tridentinum aſſertoribus eius anathema dixit. *Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 8.*

Et contra ſtant Scripturæ.

Pſal. 110. *Initium ſapientiæ*, ſeu Charitatis, *timor Domini* etiam ſeruilis, vbi interlinearis, ſumta ex Caſſiodoro ibidem; *Metus iudicij, ianua eſt conuerſionis, & via ad Sapientiam.*

pſal. Quia *à iudicijs tuis timui, feci iudicium & iuſtitiam*. q. d. Niſi iudicia tua, & vltrices tuas manus timidaſſem; non tam ſanctè vitam inſtituiſſem.

Iſai. 26. *A timore tuo, Domine, concepimus, & quaſi parturriuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.*

Præcurſor gratiæ eſt timor ille, & *prædicans*, noſtri Baptiſtæ inſtar, *baptiſmum pœnitentiæ*, atque introducens.

Et profectò, niſi timor hic bonus eſſet, cur eius quaſi merito, Dauid, à Deo, tam ardenter caſtū timorem

rem poſceret, dicens; *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui?* q.d. Iam cœpi timere damnationem æternam, vt imperfectus; iam in primo perfectionis gradu conſiſto; itaque, vel illius iam intuitu, da miſero aliquid perfectius, timorem tuũ filialẽ, vel vt minimũ initialẽ. Laudabile hoc ipſum inſinuat, cuius quaſi gratia & merito, gratiæ flagitat incremẽtũ.

Nemo certè crimina ſua commemoret, cum poſcit beneficia.

Deindè; Ni bonus eſſet, non ad illum omnes idem propheta inuitaret, dicens; *Timeat Dominum omnis terra.* pſal.

Item; ſi malus eſt, cùr eſt Lex Moſaica tã plena pœnarum terroribus? cur eſt Orbilio, Beneuentano illo Grammatico in diſcipulos acerrimo, plagoſior?

Item; Cùr Chriſtus ipſe hortatur ſuos vel ſaltem *illum timere, qui cùm occiderit corpus, poteſt deinde & corpus & animam mittere in gehennam?*

Patres quoque refragantur.

Certè Clemens Alexandrinus multis probat, ſpiritum illum ſeruitutis in lege Moſaica, ſanctum vtilemque admodum fuiſſe, maximè quia quos non mouet perſuaſio, hos ſanat formido; eſtque metus iſte veræ ſapientiæ initium. *lib. 2. Strom.*

Tertullianus; *Timor*, inquit, *fundamentum eſt ſalutis: timendo cauebimus, cauendo ſalui erimus: qui ſolicitus eſt, is verè poterit eſſe ſecurus.* libr. de cultu fœminarum c. 2.

Cùr reliqui Patres tam frequentes tamque copioſi in timoris Dei inculcatione?

Cùr Scriptores tam multi de nouiſſimis, de finibus bonorum & malorum, vt horum horrore, ad mentem redeant peccatores?

Peccauerimus nos quoque, & rem malam plebeculæ obiecerimus, cum *Orbis Terrorem* edidimus?

Cùr verò etiam deplorantur, prolixéque vituperantur, qui ſic non timent?

Cùr peccatis multis quorundam recenſitis, ſubijcit velut propriam cauſam, *Non eſt timor Dei ante oculos*

 *los*

*los eorum*. pſal. 13. q. d. ſi quo modo Deum aliquem metuerent, vitam ſtudioſius moreſque componerent.

Cur Chriſtus peſſimum Iudicem deſcripturus, omni timore vacuum dixit; *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur*: Luc. 18.

Cur donis Dei Timor accenſetur? *Spiritus timoris Domini*, ait Iſaias.

Cur Diabolus hunc tato conatu ſtudet ex hominũ pectoribus expungere, atque extundere, ni credat illum cardinem rerum noſtrarum eſſe, & hanc velut belli ſedem, & Capitolium, quo non capto, capta ſub Brenno Roma capi non potuit?

Quomodò, ſi bonus non eſt, fructus tam bonos facit?

*Non* enim *poteſt arbor mala fructus bonos facere*. Mattheæi 7.

**Gehennæ timor quo proſit.**

Gehennę enim metus etiam ſeruilis:

1. *Perturbationes irrationales animo expellit, vti lupos baubatus moloſſorum;*
2. *Arcet efficaciter à peccato; transfixum hominem, & ad peccandum immobilem tenens; vnde illud, Confige timore tuo carnes meas &c.* Eccl 1. *Timor Domini expellit peccatum.*
3. *Virtutes intro, quaſi manu, leuiter ducit, vt filum rude, acus Mediolanenſis, aut ſeta;*
4. *Indroductas conſeruat. Ex Hoſpitibus, ciues facit, vel inuitas, vt cuſtos portæ difficilior.* Vide Chryſoſt. homil. 13. ad pop. Antioch.

Quod pondus deprimens in horologijs, quæ rotis perplexis conſtant, facit ad motum ipſorum irrequietum, & ad pulſum, id timor etiam gehennæ ad virtutem conſectandam.

Hinc famoſum illud, & in ore & calamo ſcriptorum omnium, *Memorare nouiſſima tua* tantiſper, dum metum hunc tibi fecerint; *& in æternum non peccabis*, id eſt,

id eſt, vel numquam horum reminiſcens, & metuens, peccabis; aut, ſi fortè peccaueris, non fuerit hoc in æternum; in peccato non perſtabis, mòx faciet metus iſtorum, vt territus exſurgas.

Taratantara iſtud angelicæ buccinæ, *Surgite mortui, venite ad iudicium*; & bombombus ille Dominici tympani, *Oſſa arida, audite verbum Domini?* auribus D. Hieronymi continenter perſonans, incredibile, quam illum, aduerſus luxuriæ vrgentis ſtimulos, defenderit, defenſurus & nos, atque in aluearia Sanctorum reuocaturus erroneos, vt apes æris tinnitus. *Plinius li.* 11.c.16.

Vmbra huius in bono conſeruationis ab hoc timore, in eo aliqua fuit, quod enumeratis Iſraëlitici populi manſionibus multis (quibus conuerſiones peccatorum, à perfidia, ad fidem; à mundi ſordibus, ad Chriſtum; a diſcordia, ad concordiam lineantur) tandem manſione tertiadecima, memoratur Iſraël ſtationem habuiſſe in *Thachath*, quod pauorem noſtri interpretantur; vt intelligatur, oportere quemcunque verum Iſraëlitam magis litera quam ſpiritu, etiam quum ſolidè Catholicus fuerit; cum, in Eccleſia perſtans, omnia cum Petro reliquerit, & Chriſtum ſequutus fuerit; cum gratiam miraculorum acceperit; tùm nihilominùs, in timore & tremore, ſalutem ſuam operari, *D. Hieronymi ſenſo, ep. ad Fabiolam de manſionibus.*

*Timor* (inquit) *virtutum cuſtos eſt, ſecuritas ad lapſum facilis.*

*Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.*

Qui non pauet, non cauet; qui non cauet, cadet.

*Qui contemnit minima, paulatim decidet.*

*Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua.* Eccli 27. — Filialis timoris deſcriptio;

* 5. *Filialem*, quo quis recedit à culpa, non ne culpa ſit peccanti in ruinam, ſed ne optimo parenti Deo diſpliceat, qui timor ex amore ac reuerentia, velut ex fonte, deriuatur.

*Caſtū Sanctumq;* quidam hunc adpellarunt; alij *Per-*

*fectum*, vt Baſilius homil.8.in pſal.32. & Nicetas comment.in Nazianzenum.

* *Filialem* inquam, quia filiorum ingenuorum eſt, non virgationum metu non peccare, ſed ne patrem pigeat genuiſſe, ne pater in filio minus ſibi cóplaceat.

* *Caſtum*, quia ſic anima timeat, vt pudica vxor, ne ſponſum contriſtes, ne triſtis diſcedat, ne minus tenerè ſe amet, aut ne ſe ab illa frigidiùs amari, ſuſpicetur.

*Res eſt ſoliciti plena timoris amor*, Penelopæus. Ouid.ep. Penelopes ad Vlyſſem.

Timentium enim maritos matronarum, hæc ſuum aliter, altera aliter timet ſuum.

Timet Lucretia virum ſuum Tarquinium Collatinum; virgo Maria, Ioſephum ſuum; timet & Clytemneſtra adultera, Agamēnonem ſuum; Ioſephi Domina, Putipharem; ſed priores illæ, ne à viris deſerantur; poſteriores, ne ab illis damnentur, cædantur &c.

*Vide Aug. apud Mag. ſēt. lib. 3. diſt. 34. §. H.*

Timet Ioſephum Maria, ne intactam à ſe grauidā miratus, velit *occultè dimittere eam*, nonne traducere, & lapidationi ſubijcere.

* *Perfectum*; quia altius iri non poteſt.

Timet ſeruiliter Deum imperfectus, ne in piſtrinū æternum, atque Infernum Dauum ſuum dedat; timet filialiter, & perfectè iuſtus (etſi Infernus fabula eſſet) ne ab intellectili illa paradiſo voluptatis, iucundaque fruitione mutui cum Deo amoris arceatus.

Timet minùs amari, & minùs amare videri.

**Item initialis;**

* 6. *Initialem*, quo à peccato reſilitur, duplici conſideratione Dei, tam quà optimus & beneficus pater eſt, qui offendi minimè mereatur, quam quà ſeuerus Iudex & vltor eſt, qui offenſas minimè lanea manu vleiſcatur, & ira verè plumbea perſequatur obſtinatos.

Compoſitus eſt hic timor, medius inter duos illos priores, gigniturque partim, ab effœto & vieto timore pœnæ, patim ab amore Dei infante, adhùc naſcente, & vrino.

Eſtque iam proficientium, vt ſeruilis incipientium, filialis autem vt dixi perfectorum.

Cæterum quicunque tandem timor, ianua aliqua

vel

vel antica vel poſtica, Virtutis eſt.

## II.

*Ecquo timore iſthic Herodes timuerit.*

Herodi autem huic noſtro timor aliquis nec præcipuus infuit certè; ſed nullus horum trium poſtremorum; Itaque nec is ex ſe poſitiuè illi ſalutaris, ſed ab accidenti, & negatiuè, quatenùs ſc. per ipſum minùs peccator conſtitutus eſt, quam ſi illo caruiſſet, vt is Iudex, *qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur.* Luc. 18.

**Quis timor Herodem in officio continuerit.**

Quis igitur, tandem Herodi timor? Humanus. Mundanuſque ſenſu meo.

*Timuit populum.* Tyranno ſi nulla lex, ſi nullus Deus, ſi non Cæſar; certè vel plebecula ſua terrori fuit. Adeò nemo ſine aliquo alicuius timore eſt vnquam (vt initiò dixi.)

*Timuit populum,* belluam multorum capitum, cuius formidine, ſæuire in Baptiſtam illi non licuit, quãtum libuit, *quia ſicut Prophetam eum habebant.*

*Timuit populum,* non Iudicem vllum, non Cæſarẽ, non Romanam Remp. a qua regnum aut tetrarchiam habebat. Vel neſciturum Cæſarem, & Romanos, tàm procul ſc. diſſitos ſperauit, vel facilè (vt ferè fit) Potentes cum Potente diſſimulaturos &c.

*Timuit populum,* non peccati, non parricidij tàm iniqui deformitatem, illo philoſophorum timore, quem mòx dicebamus, & laudabamus.

*Timuit populum,* non Conſcientiæ flagellum, ſe occulto verbere intùs dilaniaturum, quo vno *ſiculi non inuenère Tyranni*

*Maius tormentum,* non Grauitate, non Vicinitate, non Perpetuitate, non Importunitate &c.

**Conſcientiæ morſus ſuperat omnia tormẽta, j. Grauitate**

*j. *Non Grauitate. Non ſuſtinet anima peccatrix, nõ ſuſtinet Conſcientiæ tribunal.* D. Chryſ. hom. 50. ad Antioch.

*Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum* aiebat ille. pſal. 37.

*Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem; tota*

*die contriſtatus ingrediebar*. Ibid. vbi & alia multa.

*Anima mea turbata eſt valdè*. pſal.

*Ad meipſum anima mea conturbata eſt*. pſal. 41.

Toto capite ſpinis tandem coronantur, qui olim, peccando, ſe meris roſis coronare, roſas calcare, roſis indormire videbantur.

Non Ericius ipſe, tot ſpinis toto corpore operitur, non ſpinetum tot ſpinis horridum, quot peccator intùs aculeis lancinatur.

Animam impij dicas vel in culeo, vel in vaſe circumquaque clauis eminentibus transfixo agitari, rotari, circumuolui.

De illa eſſe poſſit illud; *Aedificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore*. Thren. 3.

Et; *tetendit Deus arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.*

*Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ*. ibid.

Non Caſſiano, pectus ſtilis diſcipulorum diſpungi; non Dionyſij Tyranni filiabus virginibus, aculeis ferreis, digitorum vngues fodicari (*heu cadit in quemquam tantum ſcelus!*) non martyri neſcio cui, melle perunctum corpus, ad Solem, apum aculeis adpetendum propinari; non Tityo illi fabuloſo, iecur immortale ac ſemper renaſcens, vulturi ſemper depaſcendum dari, tam graue, quàm ſunt graues Conſcientiæ malè ſibi conſciæ, irrequietæ illæ ſeu lancinationes, ſeu morſiones.

Furias plùs quàm Oreſtæas eſſe vel tandem peccator experitur, quas nænias ludoſq; nuper adpellabat.

Semper in equuleo diſtenditur, ſemper in culeo contrahitur, morſibus patens animantiū collegati.

*Veniunt impij in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducunt ipſos ex aduerſo iniquitates ipſorum*. Sap.

ij. Vicinitate, * ij. *Non Vicinitate. Statim in foribus tuis peccatum tuum* aderit. Geneſ. 4.

D. Chryſ. conc. 4. de Lazaro in Luc. c. 16. to. 2. *Quò perpetratur peccatum, & priuſquam perpetratur, & poſtquam eſt perpetratum, acerbus nobis imminet accuſator, maximè verò poſteaquam perpetratum fuerit. Nam in*

*perpe-*

*perpetrando ſcelere, quoniam voluptate ſumus ebrij, non perindè ſentimus.*

D. Auguſtinus...... *Iuſſiſti Domine, & ita eſt, vt omnis inordinatus animus ipſe ſibimet ipſi ſit pœna.*

* iij. *Non perpetuitate. Vermis eorum non morietur.* iij. Parpetuitate;

*Terrebit eos ſonitus folij volantis.* Leuit. 26.

*Et mota ad lunam trepidabit arundinis vmbram,* ſæpè & ſuam.

*Foris pugnæ, intus timor.* 2. Cor. 7.

Vndè & non rarò in membris tremor, in vultu pallor &c.

*Semper præſumit ſæua perturbata Conſcientia.*

*Quod meruerunt, ſemper expectant,* qui peccauêre.

*Omnis qui viderit me,* ait Cain *interficiet me.* Gen. 4.

* iiij. *Non Importunitate.* Obcurſat, obijcit, obprobrat, occinit, obſtrepit nolentibus, obtundit volentem nolentem, excitat, vel Epimenidis ſomno altiſſimè ſoporatos, infeſta Conſcientia. iiij. Importunitate.

Vt oculos claudat peccator, ne viderit terribiles viſu formas culparum, pœnarumque his debitarum; vt aures ſæpiat, aut cera obpleat, ne Conſcientiæ ſuæ improperia irrequieta, & cenſuras ſeueriſſimas audiat; vt ſtuporem adfectet, & quaſi mortem quærat, ne vllum ab interno tortore tormentum ſentiat; vt vt ſpem vultu inter epulas, inter nymphas, inter cantilenas cantu Sirenum dulciores ſimulet; nihil obtinet; *Virg. 4. Æneid.* ſemp *premit altũ corde dolorẽ.* Peruincit omnia victrix tortrixq; Conſciẽtia, & intùs omnia vaſtat, & pturbat.

Iſid. li. 2. de ſummo bono c. 26. *Omnia fugere poteſt homo, præter cor ſuum... Quamuis humana iudicia ſubterfugiat omnis qui mala agit; iudicium tamen conſcientiæ effugere non poteſt. Nam etſi alijs celat quod agit, ſibi tamen celare non poteſt, qui ſe nouit, malũ eſſe q̃ geſſit.*

Si premitur, non obprimitur veritas accuſantis Conſcientiæ.

*Traducunt ipſos ex aduerſo iniquitates ipſorum.*

*Vigilauit iugum iniquitatum mearum.... impoſitæ ſũt collo meo,* quaſi in tabula, vt legere, videre ac perpetuò meminiſſe illas cogar vel inuitus, dixerit meritò peccator quicunque.

O quam

O quam vellent cum Themiſtocle, aliquam obliuiſcendi artem à Simonide traditam eſſe. Pluris emerent, quam nos olim à Lamberto Scenckelio illam memoriæ. Quam vellent Nephentes illud Homericum obliuionem triſtitię adferens alicubi venale proſtare! Quanti emerint! *Plin.* 21. c. 21. *& lib.* 25. *c.* 2.

Tàm intoleranda deniquè ſunt remordentis Conſcientiæ mala, vt multos à nouis lapſibus retardarit ſola luctuum & cruciatuum illorum memoria, quos primi lapſus creauiſſent.

Demoſthenes certè aliquandò, à Laidis concubitu, nō magis pretij, quàm doloris conſequuturi (qualem olim forte fuiſſet expertus) magnitudine, videtur abſtinuiſſe, cum petenti mille drachmas, ſeu nummi Romani denarium decem milia, dixit, *Ego tanti pœnitere non emo*, q. d. non emo tot milibus denariûm grāde illud tormentum, quod mòx inſtat ab vltrice Conſcientia.

Herodes non hoc *timuit*, ſed *populum* dumtaxat; à turba, turbas ſc. timuit.

*Timuit*, ne oleum camino adderet; *timuit*, ne Baptiſtæ, prophetæ apud populum gratioſiſſimi, obtruncatione, veteribus ciuium cædibus, latrocinijs nobilium, populationibus ſociorum adiecta, velut auctario, patientiam populi nimiùm nimiumq; læſam verteret in furorem, in ſeque tandem armaret, vel ad eripiendum Baptiſtam innocentem, ſi plectendus produceretur; vel etiam ad ſe lapidandum, totamq; Curiam ad pænas extrahendam.

*Obruere iſta ſolet manifeſtos pœna nocentes,*
*Publica cùm lentam non capit ira moram.* Ouid. de Nuce.

Satis ſuperq; iam ſe ſuo populo, à nuperis offenſionibus, intelligebat odioſum.

Intelligebat, quod quidam è priſcis Sapientibus dixit, *odio publico nullum maius tormentum.*

Stipatus licet barbaro ſatellite, eoq; plurimo, Herodes, nihilominùs *timuit populum* ſuum. Quid ita? quoniam non erat quoq; circumſeptus optima Regū

cuſto-

cuſtodia, populi & ſubditorum beneuolentia, quā bene faciendo, a ſæuitia abſtinēdo, potuerat demeruiſſe.

Cautè & vulpinè; qui enim aliter poſſet vulpes illa? Ex Periandro enim forſitan didicerat; *Multis terribilis, caueto multos.* Auſonius. **Tyranni ſemper pauidi.**

Aut ex Publio Mimo; *Multos timere debet, quē multi timent.*

Aut ex quouis; *Quem metuit, timet, & quiſq; perire cupit.* Ouid.

*Qui terret, idem & trepidat.*

Ita eſt omninò (Auditores) ita eſt, *Qui terret, plus ipſe timet; ſors iſta Tyrannis*

*Conuenit, inuideant claris, forteſq; trucident,*
*Muniti gladijs viuant, ſeptiq; venenis,*
*Ancipites habeant arces, trepidiq; minentur.* Claud. 4 Conſ. Honorij.

*Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,*
*Times timentes: metus in auctorem redit.* Senec. in Oedipo act. 3. Terrorum viciſſitudo quædā eſt, nùnc populus tyrannum, nunc terret tyrannum populus.

Sciunt, vt *manus eorum contra omnes; ſic manus omnium contra eos,* veros ſc. Imahceles.

Sciunt enim illud, docente ipſos tàm Conſcientia, quam experientia: *Male imperando ſummum imperium amittitur.* Pub. Mimus.

Impreſſum altiſſimè pectoribus ipſorum eſt, quod *pueri ludentes, Rex eris, aiunt,*

*Si rectè facies.* Horat. lib. 1. ep. ep. 1.

*Qui legit intelligat, & qui habet aures audiendi audiat.*

*Timuit populum*, vt Tyrannus, atque Improbus.

Tales enim fere videas plus populum timere, quā Deum.

Humanus ergò hactenùs fuit ille Herodis timor.

* *Mundanus* verò etiam, opinor, fuit. *Timuit* enim *populum*, ſi non vim vi repulſurum, Baptiſtam erepturum, ad libertatem Reip. quaſi elato ſigno reſpecturum &c. ſaltem egregiè murmuraturum, & notis infamiæ pluribus ſe adfecturum &c. **Mundano timore etiam tactus Herodes.**

*Timuit*

*Timuit populum*, id eſt vulgi de ſe famam ſiniſtram; famæ ſc. bonæ adhùc ſolicitior, quam vitę ſuæ, quàm Dei, quàm Virtutis.

Non tam eſſe bonus, quàm videri voluit; aut non tàm eſſe peſſimus timuit, quàm palam haberi; homo hypocrita.

*Timuit populum* ne libellos famoſos ſpargeret; ne conderet popinarias & triuiales, de ſe, cantilenas, quas *in ſe pſallerent, qui bibebant vinum*. *Timuit*, ne Paſquinus aliquis lapideus, Romano ſimilis, neſcio quid ingenioſum, & vrens, non modò tota Galilæa, ſed toto, quà quà patet, orbe, ſpargendum ſommuret. Timuit è plauſtro iuſta conuitia &c.

Sic fortè Herodes ſecum; Ita: Faciam, occidã tandem iſtum aquæpotorem Baptiſtam, quia in me tam intempeſtiuè eſt maledicus &c. Non faciam, non occidam, quia ſanctus. Imò faciam, occidam, *propter Herodiadem* vxorem nouam, quæ ſic vult, iubet, imperat, cuius mihi, pro omni ratione, voluntas eſt. Nõ faciam, non occidam; quia populi magnus ille in Ioannem fauor, illum ſicut prophetam habentis, me territat. Quid enim tum populus aut facturus, aut dicturus? Faciam, occidam; quia denigrat niueam hactenùs famam meam &c. Non faciam, non occidam; ne vitam illi adimendo, furore populi, amittam & meam. Faciam, occidam, quia ſtigmata tam deformia & hæſura, inurit nomini meo; Non faciam, non occidã; ne dum ſic puto adulterij mei ab illo notati infamiã eluere, nouo parricidij luto, apud populum magis ſordeſcam, meq; æternum populo meo in officinis, in tonſtrinis, in medicinis, ſatyrizandum, & (vt ſic dicã) veſperizandum, propinem. Faciam, occidam; quia auellere vult à me Herodiadem animę dimidium meę, imò totam animulam meam &c. Non faciam, non occidam; ne per furorem populi Baptiſtæ huius ſiutoris importuni, perdam & regnum, & gloriam &c.

Ita Herodes noſter (opinor) animum in partes omnes verſabat, vt Baptiſtam occideret; viſum tamen optimum non occidere, non quia aut filialiter, aut mi-

tiali-

tialiter, aut vel ſeruiliter Deum timeret; aut philoſophicè peccati deformitatem perhorreſceret &c. ſed tantùm quia *timuit populum*, mundano timore ſolicitatus, vt populi fauori, non Herodi, Baptiſta, tùnc vitam debuerit. Benedictus populus!

Iam Herodes animo & voluntate, Iohannis erat parricida. Iam Iohannem in oculis Dei, qui animum non minùs, quàm manum vetat eſſe homicidam, in theatro mentis ſuæ trucidârat.

Satis enim ad peccati plenitudinem, voluiſſe, etſi damnoſius tamen atq; irreparabilius, perfeciſſe.

*Qui viderit mulierem, ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

Iam iamq; occidiſſet, ſeu clam, ſeu palam productum; ſed ne ſic, aut ſic faceret, *timuit populum.* Velle adiacebat, aberat perficiendi audacia.

Mundanus ergò timor etiam, pro lupato, Herodi hìc fuit.

Sic olim *quærebāt principes Sacerdotū & Scribæ, quomodo Ieſum interficerent; timebant verò plebem.* Luc. 22.

*Dicebant, non in die feſto* Paſchæ; *ne fortè tumultus fiat in populo*, cuius pars potior beneficijs à Chriſto varijs adiecta, & vitæ, doctrinæque eius ſanctiſſimæ teſtis oculata, non facilè illum patiatur occidi. *Matth.*

Benedictus populus, & populi timor, per quem vel tantiſper Chriſtus ſuperſtes fuit! **Timor populi obex mali.**

An non fortè etiam nunc, quòd plerique boni viri, conſtantiam Baptiſtæ æmulati, viuunt, & adhùc liberè loquuntur, aut fuſtuarium, ab Herode aliquo paſſi non ſunt, aut abſq; Synagogis, Stationibus, aut cathedris facti non ſunt, populis debent, quos Herodes tediuini timuerunt? Opinor.

Certè ſcio hominem ante annos nondum 14. quem inuidia deiecerat, cathedræ vnius iure exuerat, populi repoſcentis fauore, reſtitui debuiſſe.

*Timuit populum. Populum? Populum. Alium neminem. non ex Aulicis ſuis vllum; nullum omninò.

Aulicis nullis Tyrannus, niſi ſibi ſimilib⁹, & Tyrānionib⁹, vtebatur ſ. dignis patella operculis, & lectuca

labris

labris perſimili. Omnibus abundans, egebat vno, qui diceret veritatem.

Aulici Herodis omnes aut ad vitia eius conniuebāt, aut forte, quod ſceleratius eſt, etiam laudabant, ſcientes quòd nihil indocilius, &, vt ait Satyra, *nihil eſt violentius aure tyranni.*

*Malus eſt miniſter regij imperij pudor.* Senec. in Hipp.

Quales ferè Potentiorū Aulici.

Ne vnus forte, ex immenſo illo Aulicorum grege, fuit, qui vel verbulo amores furoremq; Herodis præcipitem ſufflaminaret; qui leniret; qui diceret, quod quonda Ionathas, ad Saulem patrem, Dauidi iniquè ſuccenſentem; *Ne pecces Rex in ſeruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valdè. Et poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſteum, & fecit Dominus ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli. vidiſti, & lætatus es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens Dauid, qui eſt abſq; culpa?* 1. Regum 19.

Non adfuit qui diceret Herodi, quod ille Soſia libertus Simoni hero ſuo; *Si illum obiurges,* [illegible] includas, occidas &c. *vitæ qui auxilium tulit,*

*Quid facias illi qui dederit damnum aut malum.* Terent. in Andr. act. 1. Scen. 1.

Scarabæus his melior, qui aquilam vulpi placare conatus eſt, vt eſt in fabulis Eraſm. in illud, *Scarabæus aquilam quærit in Chiliad.*

*Beati pacifici* tales, *quoniam filij Dei vocabuntur.* Matth.

Imò verò forſitan etiam inſtigatores, incentoreſq; Aulicos ſuos habuit Herodes, qui hæc aut his ſimilia dicerent. Quid? An non Regibus licet, quod libet? Regnantium non eſt licentia tam lata, quam lata potentia? An non quod Principi placuit, lex eſt; & ratio vltima, eius voluntas? Quid ſtolidus iſte, & in hoſpitalis Eremita; quid iſte Cucullatus Timon, & Lunaticus iſte miſanthropos, tùm impudenter atque obſtinaciter obgannit Maieſtati tuæ, in ſyluis, in agris, in Synagogis, in Curia, imò etiam iam in vinculis tuis! Tu, Domine mi Rex, hic nimis bonus, nimiumque ita

ira tua lenta eſt. Quorſum, illum tot iam menſes in carcere otioſum ali? Superfluant ſcilicet valdè mihi canini panes oporteat, vt eiuſmodi hoſpitem diutiùs, quam nocte vna, ſuſtentem in carcere. Si mihi regnum permittant homines, aut Regem vna horula creet fortuna; iam iam ille, imò pridem, blatero iſte cæſus ac truncus iaceret; iam pridem e palo, è furca, aut haſta, caput ſceleſti, in turri regia Macheruntis, ad Solem penderet. Si hic ſis, non aliter ſentias &c. *Si iudicas, cognoſce: ſi regnas, iube.* Senec. in Medea, act. 2.

Eiuſmodi enim incentoribus potiùs, quàm adfectuum moderatoribus, redundant Curiæ Tyrannorum.

Si quis fortè vnus iras ſufflaminat, vocetue ad clementiam; decem inuenias, qui inſtigent, magiſq; accendant.

*Fraus ſublimi regnat in Aula.* Senec. in Hippolyto.
*Vt nemo doceat fraudis & ſceleris viam; regnum docebit.* Idem in Thyeſte.

Quo ſtudioſius fuerit Regibus adcurandum, vt integerrimos quoſque, ad ſe, vndique in Curiam ſuam, quaſi in plantarium flores ſelectiſſimos, trahant, à quibus præcipites ad vindictam, aut malum aliud quodcunque, teneantur, quorumque, quaſi Pædagogorum, reuerentia, peccare vel in Deũ, vel in Remp. abſterreantur. **Regibus quæ cura neceſſaria**

Lampridius, in vita Seueri ad Conſtantinum, docet, *Aulicos debere eſſe Sanctos, venerabiles, conuenientes, religioſos, amantes Principis ſui: & qui de illo nec ipſi ridere, nec riſui eſſe vellent, qui nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam decuperent æſtimationem Principis ſui, ſed amarent.*

Quales nullos habuit Herodes; itaque nec illos *timuit*, *ſed populum.*

**Timuit populum*, adhùc cordi habentem Verbum Dei, pietatem, & pios Salutis publicæ curatores, quo nomine Baptiſta inprimis cenſebatur. **Populus Galilææ nondum peſſimus.**

*Timuit populum*, adhùc curæ habentem eam Iuſti-

tiæ partem, quæ, quum poteſt, reſiſtit iniuriæ. Alioqui, quid ad populum, ſeu Baptiſtam Herodes obtruncaret, ſeu non obtruncaret? *Timuit* autem, *quia ſicut prophetam eum habebant*, ideoque vt iuſtum, & Iuſtitiæ inſuper præconem, putabat ſubplauſo erupturos.

Populus ergò iſte adhùc bonus; certè illo melior, cui videns Herodes Agrippa, quia placeret, Iacobum fratrem Iohannis occiſum fuiſſe gladio; *adpoſuit, vt adprehenderet & Petrum, volens poſt Paſcha producere eum populo*, quaſi ſecundæ menſæ delicias. *Act.*

Vbi mihi vide, & nota, non infrequenter, de populorum aut Subditorum bonitate, aut malignitate, Regum æquitatem iniquitatemque pendere. Sequuntur ſcilicet & ipſi non rarò populorum propenſiones.

Herodes ille Iacobi occiſor, quia vidit Iudæos cædibus Chriſtianorum delectari, Petro quoque mortē machinatus eſt.

Herodes noſter, quia vidit populum ſummè ægrè laturum Baptiſtæ noſtri cædem, tantiſper abſtinuit. *Volens eum occidere, timuit populum.*

*Propter peccata populi*, aliquandò *regnare facit Deus hypocritas*, dignos ſeruis Dominos ſcilicet.

* *Timuit populum*, non benè quidem, aut animæ ſuæ ſalutariter, non tamen neq; Reip. neq; Iohanni, neq; ſibi inutiliter.

Etſi enim non cæpit hinc bonus eſſe, deſiſtit tamen peior eſſe.

**Baptiſta debitor vitæ populo.**

Quod ergò Iohannes adhùc viuit, Pietati ac Iuſtitiæ populi illius debet, quem Rex & humanè, & mundanè timuit, non vlli philoſophico timori, non Dei timori neque filiali, neque initiali, ſed neque ſeruili, non legum diuinarum reuerentiæ, non Conſcientiæ, à quibus nihil Herodes timuit, apud quem nihil Virgilianum illud valuit,

*At ſperate Deos memores fandi atq; nefandi*, Virgil. 1. Æneid.

Mallem Deum, quàm populum, timuiſſet; non tam

tam longè a regno Dei abfuiſſet.

Non tamen deſperatæ omninò ſalutis, qui ſaltem mundano adhuc timore *timuit populum*. Herodes hactenus nondum deſperatus, & cur.

Melior ſaltem Iudice illo, qui, Chriſto teſte, *neq; Deum timebat, neq; homines reuerebatur*, expers tam pudoris, quam timoris.

Melior illis, qui apud Oſeam, auſi dicere; *Ecce Deum non timemus, & Rex quid faciet nobis?* Oſee 10

Melior prudentiorque Ordonio illo II. Hiſpaniæ Rege, qui quatuor nobiliſſimos totius Caſtellę viros, per interpoſitam fidem circumuentos, in carcere necauit, vnde & Principum ſeditionem aduerſus ſe concitauit, qua & regno pulſus eſt, & magiſtratus conſtituti, qui totius regni negotia adminiſtrarent.

Politicè ſaltem vtile illi fuiſſet, cum Herode iſto populum timuiſſe.

Addo, & *qui ſine timore* iſto *eſt, non poterit iuſtificari:* Ille meliorum timorum & principium & fons.

Non omnium deploratiſſimus *adulter* ille eſt, *cuius adhuc oculus obſeruat caliginem*. Iob.

Non Suſannæ ſenes, quum adhuc dicunt, *Nemo nos videt*. Daniel.

Non meretrix quæuis, quæ adhuc, *dum malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius*, quæ ipſum corpus nulli datura, niſi in fornice & latebris. *Si non caſte, ſaltem cautè.*

Non quiſquis peccaturus, adhuc cum Herode timet populum, timet infamiam, nec adhuc dedidicit erubeſcere.

Salua res illius eſſe aliquandò poteſt, qui nondum pudorem cum pudicitia perdidit.

*j. *Hac enim*, velut quadam magni naufragij tabula, poterit aliquò enatare, vel ad timorem ſeruilem Dei, ſeque ſic tandem arguere; Stultuſne ego, qui, ſciente ac vidente Deo & Angelis, audeo, quod præſente homine, etiam forſitan infante non auderem? Deum igitur potiùs timeamus &c. Quò timor & pudor valeant.

*ij. *Illo metu* abſtinendo à malefactis, ſenſim dediſcet maleficare, ac forſitan tandem longo vſu Benefa-

ciendi materialiter, ad ſpontaneum boni amorem aſcendet.

*Paulatim voluptati ſunt, qui neceſſitate cœperunt.* Senec. lib. de prouident. c. 4.

Filia timoris Innocentia. Fit paulatim conſuetudo iuſtitiæ, eiuſque amor, hoc velut Ariadnæo filo, introducitur, quæ introducta mox *foras mittit timorem.*

*Quem* peccare, aut *peccaſſe pudet, penè eſt innocens.* * iij. *Minus malus* ſaltem fiet, tantoq; peccabit minus, ſola videlicet voluntate, non etiam opere.

Minus adulter eſt, cuius tantum adultera mens eſt, aut qui viſam mœchatur tantum in corde ſuo, quàm cuius etiam caro cum mente eſt adultera. Eſt affectus ex affectu, adfectu ſolo deterior.

Effectus enim ille, pręter offenſam Dei, etiam proximi damnum habet.

Affectus peccandi ſolitarius, fit veniabilis adfectu contrario, & mutatione voluntatis; Effectus, qui cũ proximi damno eſt, exigit inſuper & damni rependi-
* iiij. *Scandalum* quoq; aberit, quod ab affectu ſolo nullum eſt.

*De Timore ſeruili, & alijs donis omnipotentis Dei, profuerit legere Magiſtrum N. F. Stephanum Bruleferũ, quondam Pariſijs S. Theologiæ profeſſorem, Franciſcanum.*

## III.

*Qua arte confieri poſſit, vt Rex neminem timeat.*

Cæterum, ad Politicen Herodis regreſſi, dicimus, illum hîc ſalutariter populum timuiſſe, ſalutariter (inquam) & vitæ ſuæ, & famæ, & coronæ ſuæ, ſeu regno, hoc metu prouidendo; illoſque homines æui noſtri, exemplo ſuo reprehendere, qui populũ tam parũ timent, quàm vir fortis vmbram ſuã magno ſæpè malo ſuo, Superi fauenter faxint, vt nunquam maiore

**Rex qui poſsit fieri imperterritus.**

Mihi Ciceronis, hominis Politicè cumprimis doctiſſimi, placet ſententia, dicentis de ſe, *Si in alterutro ſit peccandum, malim videri nimis timidus, quàm parũ prudens.* Cic. orat. pro Marcello.

Timendus opportunè, & quantum ſatis, populus,

quamlibet potentibus, non minùs quam equus ſternax cuicunq; doctiſſimo ſeſſori; aut ipſum mare nautis etiam exercitatiſſimis.

Etiam Palinuro contigit maris tempeſtate perire.

**Nullius viriculæ contemnendæ.**

Statuam illam tàm ingentem, atq; ex tot metallis conflatam, Nabuchodonoſori aliquando in ſomnis viſum, quantulus lapis euertit? D*aniel.*

Nauigium ingens exiguus vix piſciculus remora remoratur.

*A cane non magno ſæpe tenetur aper.*

Sunt & equi ab apiculis nonnunquam occiſi. *Plin. lib.* 11. *c.* 18.

Nec aquila quidem à ſcarabæolo ſatis tuta, nõ vel in ſinu Iouis.

*Inimicum quamuis humilem docti eſt metuere.* Pub. Mimus.

Vt leonem mus extremo vitæ diſcrimine ſeruare aliquandò potuit; ſic poſſit idem eidem aliquandò vitam adimere.

*Non ſemper viator à latrone; nonnunquam etiam latro à viatore occiditur.* Cic. orat. pro Milone.

Nemo ſortis adeò proiectæ, qui non per occaſionem poſſit, & prodeſſe amicus, & nocere inimicus, vel potentiſſimo.

Ergò, ſi tanti eſt, tutè viuere, populum non timere; hùc vnicè profuerit, tantò magis Deum timere; Timorem, Timore meliore; vt clauum clauo fortiore, pellere.

Vt cuiuis è populo ſcitè dicitur, *Vis non timere Regem? benefac:* ſic cuiuis ex Regibus; Vis non timere populum? benefac, & time Deum. *Scuto circumdabit te Veritas eius, non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die; à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano &c.* pſal. 90.

*Cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.* pſal. 96.

*Immittit Angelus Domini in circuitu timentiũ eũ.* pſ.

*Turris* ahenea, & *fortiſſima nomen Domini;*

*Dominus mihi adiutor, non timebo q̃d faciat mihi hõ,*

aiebat vir ille timens Deum. *pſal.*

Et; *Non timebo milia populi circumdantis me.* pſal.

*Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.* pſalm. 17. quod diuinum præſidium, paullò antè, Innocentiæ ſuæ adſcripſit, dicens; *Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo.* Ibidem.

Nam contra, *quis reſtitit ei, & pacem habuit?* non modò cum ipſo, ſed cum creaturis ipſius vniuerſis? *Iob. 9.*

*Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.*

Nonne Dauid, mòx vt ab obedientia præceptorũ Dei, adultero parricidioque diſceſſit, vidit etiam filiorum ſuorum gladios in ſe conuerſos? 2. *Reg.*

Exemplum nullum illuſtrius, quam Protoparentis. Quamdiu benè vixit, ſubditus Deo, cui debuit, *terror eius ſuper cuncta animantia terræ &c.* ſubdita fuit & caro eius ſpiritui; admirabilis fuit iuſtitia originalis, & pax ſumma. Vt Deo reſtitit, cuncta dixiſſes in illum vnum coniuraſſe.

Domi quoque, apud ſe, intra ſe, bellum maximè inteſtinum habuit.

Cœpit Agar ancilla, Saræ Dominæ & rationis regnum adfectare, quà qua potuit.

Pax ordinatiſſima qualitatum elementarium corporis inter ſe decertârunt.

*Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis.* Ouid. 1. Metam.

Et vndè æuo noſtro tot ſeditiones, tot colliſiones &c.

Benefac inquam, quiſquis præes. Regem gere, non Tyrannum. Sic præſis, vt proſis. Amari malis, quam timeri; *vt ameris, amabilis eſto.* Ouid.

*Errat enim, ſi quis exiſtimat tutum eſſe ibi regem, vbi nihil à rege tutum eſt.* Senec. lib, 1. de Clement. c. 19.

Tam oderis crebra ſupplicia, quã boni medici crebra funera, aut certè cauteria.

*Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa tibi ſit.* Iuuen. ſat. 6.

Quidquid plus æquo futurum eſt, in partem humaniorem inclina.

*Illius demum magnitudo ſtabilis fundataq́; eſt, quem omnes tàm ſupra ſe eſſe, quam pro ſe ſciunt.* Senec. lib. 1. de clem. c. 3.

Nemo læditur niſi à ſeipſo. Timendus multis, multos timendos ipſe ſibi accerſit.

Cic. orat. pro Milone. *Magna vis eſt Conſcientiæ, Iudices, & magna in vtramq; partem: vt neq; timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint.*

Diogenes Cynicus neminem magis à timiditate liberum, & re vera animoſum eſſe dicebat, quam illum, qui nullius mali ſibi conſcius eſſet. *Stob. ſer.* 22.

Pythagoras quoque neminem tam audacem eſſe dicebat, quem mala conſcientia non faciat timidiſſimum. *Stob. ibid.*

*Conſcia mens vt cuiq; ſua eſt, ita concipit intra*
*Pectora, pro facto Spemq́; Metumq́; ſuo.* Ouid.

*Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna arbitror: neq; quemquam multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido redeat. Eam vitam bellum æternum & anceps gerere: quoniam neq; aduerſus, neq; ab tergo aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo aut metu agites.* Ex orat. ad C. Cæſ. de Repub. ordinanda apud Salluſt.

Seneca lib. 1. de Clementia c. 19. *Tantum neceſſe eſt timeat, quantum timeri voluit: & manus omnium obſeruet, & eo quoq; tempore quo non captatur, peti ſe iudicet, nullumq; momentum immune à metu habeat.*

Pauidum malum Tyrannis, & meticuloſa res, terror plurimorum.

Vt aquilis auium omnium hoſtibus timendæ aues omnes, & lupis ouilium turbatoribus, paſtores omnes formidandi; ſic tyrannis omnium vexatoribus timendi omnes, & ſinguli.

Vt præmium aquilarum, miluorum, luporum interfectoribus iure gentium decretum eſt, ſic olim ipſis Tyrannicidis: inter Chriſtianos tamẽ aliter amore Chriſti.

 Hinc

Hinc quidã de ſe; *Multa miſer timeo, quia feci multa proterue.*

Non timeat Iſmahel *homo ferus omnium* in ſe conuerti *manus, cuius manus contra omnes?*

Geneſ. 4.

Si Caini perpetuus deinceps fuit membrorum tremor, & vox meritum profitentis apud Deum, *Omnis qui viderit me, interficiet me*; forſitanque, nonmultò pòſt, illum aliquis occidiſſet, niſi *poſuiſſet Dominus in ipſo ſignum*, & velut ſimbolum præſidiarium, *vt non occideret eum omnis qui inueniſſet eum*, ab vnius duntaxat hominis cæde; quantus tremor timorque neceſſariò eſt futurus Tyranni, multorum ciuium ſanguine magis, quàm purpura ſua, rubentis, & Caligulæ inſtar omnium vnum eſſe ceruicem vouentis, vt ſimul ſemelque omnes interficiat?

Sub Gladio è ſeta pendère prandere Tyrãnos, Dionyſius ipſe, parabola facti, profeſſus eſt.

Nec illas ipſas manus, quibus ſe commiſerunt ſine metu adſpiciunt. Tutores ipſos ſuos timent.

Dionyſius certè eò formidinis progreſſus, vt cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi aduteret capillum, quin & tondere filias docuit, ferro tamen remoto, inſtituitque vt candentibus iuglandiũ putaminibus barbam amburerent.

Non omnia ab omnibus timere non poſſunt Herodes illi, quibus nihil vnquam nefas ſit nec in facinore, nec in libidine.

Securis viuere licebit Potentibus, cum impotentiùs potentia non abutentur.

*Securitas ſecuritate mutua paciſcenda eſt. Non opus eſt inſtruere in altum editas arces, nec in aſcenſum arduos colles emunire, nec latera montium abſcindere, multiplicibus ſe muris turribuſq́; ſepire. Saluum Regem in aperto clementia præſtabit. Vnum eſt inexpugnabile munimentum, amor ciuium.* Senec. lib. de Clement. c.19.

Securius hoc aſylum, quam *montes excelſi ceruis, aut petra refugium erinacijs.*

Timere poſſit Princeps bonus, qui viuit optantibus cunctis, cunctis vota pro illo nuncupantibus?

Timere

Timere poſſit, cuius valetudo ſi tantillùm auditur titubare, nulli ſpem facit, ſed metum vniuerſis?

Timere poſſit, pro cuius vnius ſalute & capite, capita ſua deuoueant vniuerſi?

Timere poſſit quo moriete ſis viſurus atratos non modò ſubditos omnes, ſed & ipſos Curię parietes; ſed terram ipſam quoque tremere, ſaxa diſcedere, Solem in meridie tenebreſcere &c? in rogum omnes certatim pænè ſe dare?

*Quantum luctum in hac vrbe Roma fuiſſe à noſtris patribus accepimus, cum P. Africano domi ſuæ quieſcenti illa nocturna vis eſſet illata, quis tum non gemuit? quis non arſit dolore? quem immortalem, ſi fieri poſſet, omnes eſſe cuperent?* Cic orat. pro Milone.

Vt Rhodi, vndè exulant aquilæ, tutiſſima ſit ſtatio ſcarabæis; & aſylum aquilis certum Olynthi, vndè, Iouis decreto, excluſi ſcarabæi; ſic Regibus arces ac ſtationes fidiſſimæ, Timor Dei, & Amor populi.

Sine his, non, etſi in nubibus, aut etiã in ſinu Iouis, nidificabit Herodes, vnquam eſt metu vacaturus.

Semper timeat populum cum Herode neceſſe eſt; quiſquis non timet Deum.

FINIS.

# INDEX RERVM MEMORABILIVM HOC opere contentarum.

ABrahami plures vxores 375
Abſalon cur patris ſui Dauidis vxores conſtuprarit 213
Abſalon nullo modo excuſatur 387
Abſalone plus Herodes peccauit 385. & ſeq.
Abſalonis cum concubinis ſui patris concubitus 374
Abſalonis factum nihil Herodi patrocinatur 385
Achabin Eliâ ſeuerior, inſtinctu Ieſabelis 247
Achillis conſiliarij, Phœnix & Chiron 95
Adami peccatum vt ſuperemus nos poſteri 347
Adriano Plinius ſecundus à conſilijs 95
Aduerſa toleranda fortiter. 70. ab Adulatore minus commodi, quam ab inimico 155
Adulatores obiter flagellati 453
Adulatores aulici corruptores principum 304
Adulter nullus apud priſcos Lacedæmones. 164. Et apud Chios. Ibid. Crebrior apud Chriſtianos 165
Adulter & adultera coniuges, quibus comparandi 194
Adulter æquè ac adultera ſubiacent decretis pœnis. 188. in Adulteros decretum Solonis. 171. per Adulteros non propagatur facilè proles 171
Adulterium quid, & quotuplex. 167. Quam graue ſit aliquando ex nobiliſſimi Sacramenti profanatione. Ibid.
Adulterium committitur violatione legis diuinæ, naturalis, ciuilis, Euangelicæ. 170. peccatorum variorum complicatione Ibid.
Adulterium militat contra fidem. 171. Contra prolem. 173 Contra Sacramentũ 177
Adulterio gratiã Sacramenti videtur impotentem facere 177. Et Chriſti diuortij 178
Adulterium viri par vxoris adulterio 185
Adulterium viri quatenus vxoris adulterio grauius 190
Adulterium viri quatenus leuius. 204. Reſpectu finium Matrimonij 205
Adulterij remedium. 192. Alteri coniugum ſemper præſens. Ibid. Ab altero frequenter abſens 193
Adulteria maritorum ac vxorum turpiora ſint 184
Æolus ventorum rex, vt ſibi filiæque vindicarit inceſtum 214

Æſopica

*Æſopica Cornicula* 809
*Aſſlictis non addenda afflictio* 622
*Ageſilai dictum* 370
*Agrippina inceſtu filij Neronis maculata* 235
*Alexander Magnus Ariſtotele vſus eſt præceptore* 95
*Alexandri Magni ſtatua à Lyſippo facta* 65
*Ambitio ſcientiæ peior, an potentiæ* 348
*Ambitionis incommoda* 349
*Amicitia Dei nulla vtilior* 715
*Amicitiæ potentiorum inſtabiles* 711
*Amicitiæ iuribus repugnantia* 709
*Amicitiarum peſtis* 705
*Amicitiarum diuortium ceſſante ſit vtilitate* 707
*Amicitias etiam confirmat arcanorū communicatio* 703
*Amnonis cum ſorore Thamar inceſtus* 227
*Amuleta in Herodis fauorem* 614
*Amyclas ſilentium perdidit* 155
*Anacharſidis & Pythagoræ ſilentium* 55
*Anaxarchus Alexandro adulatus* 304
*Angelus cuſtos Ioh. Baptiſtæ nō deſijt* 679
*Antigoni regis dictum, imponentis capiti ſuo diadema* 105
*Antimachus Clarius poëta, deſertus ab omnibus reliquis auditoribus, vnico fuit contentus Platone* 101
*Antonij conſiliarius Apollonius* 95
*Antonij Caracallæ inceſtus cū nouerca.* 303. *Et vtriuſque dictum* Ibid.
*Apollonia virginis Alexandrinæ pro Chriſto dentes excuſſi* 104
*Apollonius Antonij conſiliarius* 95
*Apologetica pro Clericis* 780
*De Aquilis notatu dignum* 69
*Areopagitarum in iudicando mos* 108
*Pro Aris & focis omnia ſuſtinenda fortiter* 833
*Ariſtidis iuſtitia quam Themiſtocli formidabilis* 81
*Ariſtonis ianuam frequentabat Cæſar* 95
*Ariſtoteles Alexandri Magni conſiliarius* 95
*Arrianæ virginis in D. Ambr. licentia punita* 828
*Aruntij cum filia inceſtus* 234
*Auaritia regum immenſa perſtringitur* 527
*Auditor ſis cuius, multum refert* 96
*Auditori & Doctori diſſimulādum aliquid inuicem* 467
*Auditores pauci, ſed illuſtres* 101.102
*in Auditores delicatos* 94
*in Auditores ignauos* 98
*in Auditores incorrectos* 102
*Aueſnarum ciuitas commendatur* 2

*Aueſnis*

*Aueſnis libenter concionabatur Boskierus, & quare* 1
*Auguſti conſiliarius Piſtus* 95
*Aula. vide, Curia.*
*Aulici cuiuſdam terribilis hiſtoria* 226
*Aulici quibus ſimiles* 685
*Aulicis concionatoribus quæ maximè neceſſaria* 519
*Auribus & linguæ quanto ſtudio prouidendum* 577
*Autor etiam in ſordida cur inuehatur* 166
*Autor ad Paulum V. Romæ* 398
*Autor fere communiorũ ſentẽtiarum ſectator* 618
*Autor quam principi & patriæ deuotus* 662
*Autoris ſcopus* 204
*Autoris Mæcenas quidam laudatus obiter* 451
*Autoris ſymbolum* 455
*Autoris liber, Monomachia* 575
*Autori concionandi prouincia cur iniucundior* 324
*ab Autore mutati ordinis ratiunculæ* 86
*ab Autore ſeruati ordinis ratio* 616

B.

*Baptiſmus ſubijcit omnes Romano pontifici* 786
*Baptiſta. Vide Ioh. Baptiſta.*
*Baptizandus olim ſua peccata confitebatur* 148
*Bauobrunus Hannoniæ moderator* 279
*Belgij principum laudatio nulla* [illegible]
*Beliſarij in Pontificem Romanum licentia punita* [illegible]
*Bellum, quatenus ars, pertinet ad concionatores. 500. [illegible] tenus ad iuſtitiam ſpectat, maximè* [illegible]
*Beſtiæ inceſtuum hoſtes* [illegible]
*Boni natura* [illegible]
*Boni amandi* [illegible]
*Boni durè viuunt* [illegible]
*Bonum eſſe, quam videri, magis optandum. 84. videntatum, quibus etiam non inutile.* Ibid.
*Boskierus libenter Aueſnis quare concionatus* 1
*Breuitatis comes obſcuritas.* 5. *Pauci capaces. Ibid. &* 6
*Breuitatis de magna re ſapiens auditor optandus* 6
*Byblidis cũ fratre inceſtus* 124

C.

*Cœleſtia optanda* 73
*Cæſar Ariſtonis ianuam frequentabat* 95
*Caini filiorum cum fratrijs inceſtus* 118
*Calamitates publicæ ex perſecutione ſacerdotum* 829
*Caligulæ Imperat. dictum* 303
*Calor magnus ex duobus frigidis* 434
*Caluinus Eccleſiæ Cathol. perduellis* 816
*Calumnijs patent omnia* 238
*Cambyſis Regis conſiliarij adulatores* 304

Cam-

*Canulus* inceſtus ſui autorem trucidauit 237
*Caponia* veſtalis inceſta 236
*Carne* deſinunt ſæpe ſpiritu cœpta 432
*Caroli V.* conſiliarius Gueuaræ, & Ludouicus Viues 95
*in caſtitate* latent etiam inſidiæ 431
*Caſtarum* mulierum etiam periculoſa conuerſatio 430
*Caſuum* conſcientiæ ſummus Doctor Iohann. Baptiſta 148
*Cathedræ* epitheta 490
*Cauſſa* efficiens ſimpliciter, aut per accidens. 734. Materialis, & finalis. 737. formalis. 738
*Cenſoris* intentio recta 596
*Cenſori* cuicunque neceſſaria maximè 556
*Charitas* regum ſubditorumq́; procurata 535
*Charitatis* ordo quis 412
*Charitatem* dirimit iniuſtitia 537
*Charitum* inter ſe complexus 1
*Chia* mulieres continentiſſimæ 164
*Chiron* & Phœnix, Achillis cõſiliarij 95
*Chriſtianorum* ſtudia præpoſtera 7
*Chriſtianorum* (proh dolor) adulteria crebra 165
*Chriſti* paſſio ſæpè commemoranda 74
*Chriſti* nuptiarũ ſimulacrũ 258
Chriſti cautio 491
Chriſti cum exteris nuptiæ 258
Chriſti & Mariæ virg. natalis celebratur 52
Cinyræ Cypriorum regis inceſtus cum filia, ſed ignorantis 235
Claudius Theodoſij conſiliarius 95
Clerici non niſi coacti, politica tractant 504
P. Clodius inceſtuum poſtulatus à Cicerone 235
Cognomines, ferè ſceleroſi æq; 13
Comitis Hannoniæ in Canonicos licentia punita 827
Communicatio multa ſecretorum periculoſa. 702. Tamen confirmat amicitias 703
Concionum interuerſiones à triplici cauſſa. 513. & ſeq.
Concionandi prouincia cur iniucundior autori 324
à Concionãdi officio tria deterrere poſſunt. 105. Labor improbus omnia diſcendi. 106. Odium veritatis. Ibid. Periculum anceps 107
Concionatoris potiſſima virtutes 108
Concionatoris ſanctitas optabilis, non verò neceſſaria 515
Concionatori & auditori diſſimulandum aliquid inuicem 467
Conciones canibus & moloſſis comparati. 109. Aculeati optimi. Ibid. Semper odioſi 110

*Concionatores optimi qui* 134
*Seueri & acres.* *Ibid.*
*Apto dicentes ordine* 135
*Concionatores veri & veraces quam neceſſarij.* 459. *Quam proſint Eccleſiæ. Ibid. A quibus repudiantur, illi quantū noceant* 460
*Concionatores Catholici habet ſcientiam politicorum.* 474. *Et Ius dicendi. Ibid. Et quomodo.* *Ibid.*
*Concionatores, regum conſiliarij.* 477. *Confeſſionarij, aut pædagogi* 478. *Sequeſtri & pacificatores.* *Ibid.*
*Concionatores Regi vacent ſtudioſius* 137
*Concionatores aliquando alia meditati, alia dicunt* 511
*Concionatores minus ſancti, etiam audiendi* 516
*Concionatores ſæpè enthuſiaſmum pati* 468
*Concionatores attingere politica, ſemper odioſum.* 469. *Tamen aliquando neceſſarium.* 470. *Alioqui lapides declamaturi.* *Ibid.*
*Concionatoribus vt plurimum ſanctitas ineſt.* 518. *Aulicis quæ maximè neceſſaria* 519
*in Concionatoribus requirunt aduerſarij ſcientiam politicorum.* 471. *Et Iuris tractādi* 472
*Concionatorum munus cur multi refugerint* 110
*Concionatorum munus eſt etiam Reges carpere.* 110. *Ex[illegible]plo Ioh. Baptiſtæ.* 111. *E[illegible]rum.* 113. 114. *Etiam [illegible] Scripturæ.* 114. *Congru[illegible] ac neceſſitate multipli[illegible] Quando maximè* [illegible]
*Concionatorum [illegible]* [illegible]
*Concionatorum curas [illegible] præcipuum de Politi[illegible]* [illegible]
*Concionatorum differentia [illegible] tuor* [illegible]
*Concionatorum & propheta[illegible]rum mittendorum [illegible]* 487
*Confitendi peccata [illegible] Iohannis baptiſmum* 146
*Coniugum cuſtodes [illegible]ores* 401
*Conniuendum in [illegible] transgreſſioni quatenus* 399
*Conſcientia ſæpè [illegible]* 74
*Conſcientia noſtra [illegible]da* 583
*Conſcientia perturbata [illegible]cio* [illegible]
*Conſiliarij adulatores* 104
*Conſilium Reipublicæ ſalutare* [illegible]
*Conſilia mulierum [illegible] cautè* 642
*Conſtantinus Magnus Imperator ſacerdotes quanti fecerit* 78[illegible]
*Conſtantinus Magnus Imperator dedidit ſe Romano Pontifici* 7[illegible]
*Conſtantini Magni donati[illegible]* [illegible]

eſt fictitia 795
Conſtantini donatio non fuit conditionalis 796
de Conſtantini Magni donatione conqueri non poſſunt Imperatores noſtri 796
Conſtantis Imperator. in Martinum pontificem licentia pœna 825
Cornicula Æſopica 809
Correctio ſui adhibenda 76
Correctio libenter ferenda 75
Correptio duplex 569
Correptionis ſapientia 89
in Correptionis actu adhibenda nonnunquam 604
à Correptione quã deſiſtendum 563
in Corripiendis potentibus vitanda tria. 117. & deinceps.
Corripiendorum publicè principum cur optanda præſentia 128
Craſſus auri cupidus 11
Cratippi tantum frequentabat Pompeius 95
Culpa dolenter facienda 71
Cura quam inſtabilis parumque fida 682. 684
Curæ aſſimilata Helena 718
Curiæ Romanæ epigramma 805
Curias principum frequentare cur etiam ſanctos deceat 142. 143. 145
Cyanippi cum Cyane filia inceſtus 228
Cynocephaleæ herba vis 107
Cyri conſiliarius Xenophon 95

D.

Darius Plotino vſus conſiliario 95. Et Heraclito. Ibid.
Dauidis peccatum 384
Dauidis vxores cur filius Abſalon conſtuprarit 213
Dauidis cum quibus mulieribus concubitus 374
Pro Dauide contra Herodem 382
Delationum ſeria cribratio 582
Demarati dictum 370
Detractionis auditor poteſt aliquando vacare culpa 154
ex Detractione multum boni 154
Detractionibꝰ denigrãtur multi probi 84
Detrahendum nemini 77
Deus quidquid non eſt, alicui ſubijcitur 347
Deus ſincerè timendus 70
Deus indurare & excæcare vt dicatur 732
Dei verbum audiendum. 71. 89
Dicendi libertatis quantus fructus 300
Digitus Ioh. Baptiſtæ vbi 47
Diluuij potiſſima cauſſa q̃ 228
Diogenis dictum 154
Dionyſius tyrannus auditor Platonis 102
Dionyſij conſiliarius Plato 95
Dionyſij filius de adulterio correptus, quid reſponderit 303
de Diſcipulis, locus Quintiliani 97
Diuorũ libertas in dicendo 496
Docere eſt officij, non ſãctitatis

*Doctori & auditori aliquid interdum diſſimulandum* 467
*Doctorem à Doctore diſcerne, prudentis eſt* 95
*Dodonis in S. Lambertum licentia punita* 826
*Draconis Athenienſium legiſlatoris decretum* 133
*Draconis pro fœminis lex* 278

E.

*Eccleſia corniculæ Æſopicæ comparata* 809
*Eccleſiæ aduocatus Imperator* 813
*Eccleſiaſtæ boni perplexitas* 772
*Eccleſiaſticum tribunal ſuperius laico* 783.788
*Echo clamantis, Ioh. Baptiſta* 49
*Effœminati perſtringuntur* 85
*Electionis reſpectu Dei, ſigna duo.* 70. *Reſpectu rerum diuinarum, quinque* 71
*Electionis reſpectu ſuipſius ſigna ſeptem* 74
*Electionis reſpectu proximi, ſigna ſex* 77
*Electionis in Herode nota* 79
*Electi vt à reprobis ſecernantur* 66.69
*Electorum & reproborum ſigna* 69.70
*Eliſabeth natura ſterilis,* 31. *Eius, vt pareret, natura medicata* Ibid.
*ab Eliſabetha Anglorum regina quantum perpeſſa ſit Eccleſia* 523
*Enthuſiaſmus frequens in concionatoribus* 48
*Epaminondæ conſiliarius fides*
*Epicurus contentus vnico ſtudiorum ſuorum conſorte*
*Epiſcoporum veterum ſacra egregia* 8
*Equus ſeipſum de inceſtu commiſſo vindicauit* 257
*Eraſiſtratus inſcenſor templi Dianæ* 13
*Eremitam tam multa tamque diſtincte ſciuiſſe, mirum.* 138. *vel ſpiritu prophetico.* 139. *vel aſpectu* 141
*Erratici portus malè fidus piſcatrice.* 509. *Alle ſtationes tutiores.* Ibid.
*Ethnici vindicarunt inceſtus flagitium* 255
*Euangelij prædicatio dicta Regnum Dei* 462
*Ezechielis offendiculum vt intelligendum* 750

F.

*Fabacus Seuero conſiliarius* 55
*Falſa veris, & mala bonis permixta.* 66. *Qui diſcernantur tamen* 68
*Fama, delicata res etiam ſanctiſſimorum* 414
*Fama proximi non lædenda* 489
*Familiaritas contemptum parit* 243
*Fidei vnitas procurata.* 534. ſeq. *regum* 659
*Filiorum ſeruitus maxima de* 264
*Filios patribus quid conciliet* 378

Fœm

*Finis ſeu intentio ſpecioſa* 379
*Fœminæ, ob paucas improbas, omnes malè audiunt.* 621. *A B. Paulo defenſæ* 622
*Fœminæ non minus virtuti ſtudent, quam viri* 623
*Fœminæ tam ad Dei imaginem factæ, quam viri.* 624. *Et æquè cum viris participes rationis. Ibid. Æquè fortes ac viri.* 625. *Forſitan viris quoque meliores. Ibid. plus humanitatis præ ſe ferẽtes.* 626. *Etiam magis religioſæ.* 627. *Viris minus procaces.* 630. *plurimæ bonæ, licet non apparentes. Ibid. Vitioſæ habẽt quo ſeſe excuſent* 632
*Fœminarum nullæ aut raræ in viros inſidiæ* 202
*Fœminarum victoriæ contra tẽtationes vnde* 204
*in Fœminas debacchari tã Deo contumelioſum, quam viris* 623
*Fœmineus ſexus vulgò malè audit.* 619. *Et apud philoſophos multos magnoſque. Ibid.*
*Fortibus qd in arduis dicat* 779
*D. Franciſcus vt aliquãdo carnis tentationes temperarit* 266
*D. Franciſci ſingularis erga ſacerdotes reuerentia.* 816 *fratrum quatuor de regno lis.* 14
*in Frigidis duobus calor magnus* (434

G.

*Gallei Baptiſta concionatore beati.* 452. *Stante pro ſe contra Regẽ, vbi oportuit. Ibid.*
*Gladÿ ab altari receptio* 800
*Græcorum exercitus afflictus ex ſacerdotis contemptu* 830
*Gratiarum agmen quantum in Ioh. Baptiſta, & circa ipſum.* 43. *& ſeq.*
*Grauitas rerum ponderanda* 587
*B. Gregorÿ ſtupenda quædam narratio* 226
*Gregorÿ Nazianz. ſententia* 800
*Gueuarra Caroli V. conſiliarius* 95

H.

*Helenæ raptus quam damnoſus* 249
*Helenæ aſſimilata curia* 718
*ſub Henrico II. Angliæ rege ſeditiones vnde* 829
*in Henricum II. Angliæ regem.* 748
*Henrici VIII. Angliæ regis inceſtæ cum filia nuptiæ* 227
*Henrici VIII. Angliæ regis in Clerum temeritas* 749
*Heraclÿ Imperatoris cum nepte inceſtus* 227
*Heraclitus Darÿ conſiliarius* 95
*Herodes Electorum ne fuerit initio, an reproborum* 79
*Herodes quanti Ioh. Baptiſtam fecerit.* 81. *Sanctum ſciuit* 82
*Herodes cur Ioh. Baptiſtam ſeruiliter timere potuerit* 87
*Herodes commendatur.* 90. *Sapientiæ ſtudioſus.* 91. *Ioh. Baptiſtæ*

*ptiſtæ ſermone nunquam de-laſſatus. Ibid. Quicquid ille, vel vbicunque diceret. Ibid. vel de quibuſcunque & quomodocunque* 92
*Herodes prudens* 95
*Herodes dignus magnis progreſſibus* 97
*Herodes ſolus à Baptiſta correptus* 180
*Herodes polygamiæ reprehenſus* 259
*Herodes etſi multis nominibus miſer, vna re tamen valde felix* 300
*Herodes plus peccauit Abſalone.* 385. *& ſeq.*
*Herodes maximè damnabilis.* 402
*Herodes incentor peccati.* 406. *Cur perſuaſibilior vis⁹.* 407. *De Baptiſta bene ſentiens. Ibid. Et ei benè cupiens.* 409 *Ei morigerus* 410
*Herodes peccauit bella creando.* 439. *Salomen fama & inſtitutione rectâ priuando. Ibid. populum ſcandalizãdo.* 440 *Vxorem periculis exponẽdo. Ibid. Sacerdotium vendendo, &c. Ibid. Populum vexando.* 442. *Tributis in alendas meretrices imperatis.* 442. *&c.*
*Herodes auditor verbi Dei.* 446. *patiens increpationum. Ibid.*
*Herodes Baptiſta concionatore felix.* 463. *Auditor patientiſſimus* 465
*Herodes in malo progreſſus* 728
*Herodes parricida.* 745. *Occiſor præceptoris ſui. Ibid. Et medici ſui* 746
*Herodes ſacrilegus* 747
*Herodis Etymon* 18. 19
*Herodis regis in Ioh. Baptiſtam obſeruantia.* 59. *Etiam ſæpè & acerbè correpti.* 60. *& ſeq.*
*Herodis regis inconceſſi amoris.* 61. *In Ioh. Baptiſtã veraan ficta obſeruantia?* Ibid.
*Herodis emendatio non parua.* 98
*Herodis factum an tuendum.* 373
*Herodis peccatum tranſcendens cætera.* 757.
*Herodis facinus dãnatum* 806
*Herodis in Iohan. Baptiſtam licentiæ pœna* 823
*Herodis & aliorum acta non paria* 382
*in Herodis fauorem æmulatio* 614
*Herodi nihil patrocinatur Abſalonis factum* 385
*Herodi nihil patrocinatur Oſæ factum* 389. 394
*in Herode electionis nota* 79
*Herodes Antipas, Tetrarcha dumtaxat.* 13. *Aſcalonitæ regis filius.* Ibid.
*Herodes Antipas, vulpes.* 15. 17. 18
*Herodis Antipæ impietas.* 15. 26. *Ex-*

16. Exilium 19
Herodes Atticus 11
Herodes Parthorum regis crudelitas 11.12
Herodes in ſacris literis tres, Aſcalonita, Antipas, Agrippa 12
Herodes & Herodiades multi hodie 8
Herodiani noſtro ſæculo 806
in Herodianos cenſura 747
Herodias cuius filia. 20. Aretæ regis 20. Ariſtobuli verius. Ibid. & 21. Nequiſſima, 21. Nomine ſuo digniſſima 22
Herodias Herodi valde diſſimilis. 100. Alienior à prædeſtinatorum numero, quam Herodes 101
Herodiadis peccatũ, qua adulterium, par fuit Herodis peccato. 179. Qua inceſtus, leuius. Ibid. Qua peccatum ſimpliciter 180
Herodias minus liberè fœdauit alienum thalamum 181
Herodias à patre bis coacta, Herodi adhæſit. 182. Maritum deſeruit, & Herodi nupſit. 182.183
Herodiadis cultus meretricius 141
Herodiadis cultus non magis regius, quam meretricius 420
Herodiadis libido nota 428
Herodiadis inſidiarum ſcopus. 665. Feritas 666.672
Herodiadis cruces duæ 673
Herodiadem domi habere, periculoſius eſt, quam foris eſſe 132
Herodiadem Herodes corrupit 181
Herodiadem cur non adijt Baptiſta 413
ab Herodiadem Baptiſta cur nullum verbum. 403. & ſeq.
Hoſtes militant etiam iuſtorũ præſidio 677
cum Hoſtibus hoſtiumquè ducibus vtiles nuptiæ 251
Hypocritæ multi 83

I.

Iacob patriarcha qua in re ſeueriſſimus, vir alioquin ingeny placidiſſimi 229
Iacob patriarcha quibus bonis filium Ruben ſpoliauit 230
in Ignauos auditores 98
Ignoſcendum delinquẽtibus in nos 78
Immoderati taxantur 612
Imperandi poteſtas circumſcripta 780
Imperator aduocatus Eccleſiæ 813
Imperatores & Reges à Romana ſede autorantur 788
Imperatores noſtri de Conſtantini donatione conqueri non poſſunt 796
Improbi molliter viuunt 560
Improbi proficiunt in malis, in bonis probi 722
Improbis non licet quidlibet 674

*Inaugurandorum Regum & Imperat. cæremoniæ* 798

*Inceſtuoſi nec hæredes, nec legatorum partcipes* 228

*Inceſtus dictus, vel ab incendio carnis: vel quaſi, Incaſtus.* 1. *non caſtus: vel à Ceſto, pudoris Veneriſque cingulo.* 215. *Quid ſignificet. Ibid. Vt definiatur.* 216. *vetitus apud omnes ferè gentes. Ibid. Interque non merè conſanguineos, & inter tantum affines. Ibid. &* 217. *Atrocior adulterio.* 217. *Permiſſus aliquando, & cur.* 218. 219. *Quam graue ſit peccatum, oſtenditur.* 221. 222. *Et quomodo punitus* 222

*Inceſtus cum affinibus prohibetur* 214

*Inceſtus vindicatus* 235

*Inceſtus proprijſſimè veſtalium* 235

*Inceſtus exempla varia* 2[illegible]7

*Inceſtus cum filiola ſuſceptæ cõmiſſi exemplum terribile* 226

*de Inceſtu Zeno philoſophus* 221

*ex Inceſtibus calamitates publicæ* 228

*Inceſtuum pœna publicæ* 235

*de Inceſtis leges ſancitæ cur.* 242 *& ſeq.*

*Inceſtorum exẽpla.* 222. *& ſeq.*

*Inconueniens ſummum* 636

*ab Inimico plus commodi, quã ab adulatore* 155

*Inimicos diligendum* 78

*Iniuſtitiæ origo* 338

*Innocenti patrocinandum* 84

*Intentos in omnia quos oportet eſſe* 579

*Iohannes quid ſignificet.* 41. *Ita dictus triplici de cauſſa Ioh. Baptiſta* 42

*Ioh. Baptiſta, magnus ex Prophetis oſtenditur* 26. 41

*Ioh. Baptiſta, Magnus cognomento.* 28. 29. *Etiam Chriſto teſte.* 29. *Et Geometrice. Ibid.*

*Ioh. Baptiſta laudum cataſtrophe eximius in prophetis.* 33. *In vniuerſis hominibus.* 34. *Dempto Chriſto, & B. Virg. Ibid. Et quibuſdã ferè ſub Euangelio diuis* 35

*Ioh. Baptiſta tribus de cauſſis dictus Iohannes.* 42. *Pandora dici quomodo poſſit* 43

*Ioh. Baptiſta, Echo clamantis* 49

*Ioh. Baptiſta potor aquæ, & nullius penè cibi.* 54. *Spelunca contentus ad habitandũ.* 55. *Totus pœnitẽtiam ſonat. Ibidem. pauciloquus. Ibid.*

*Iohannes Baptiſta legatione functus.* 56. *Miſſus à Deo.* 57 *Ob res multas & maximas. Ibid. Et ſine miraculis.* 58. *Ex qua legatione multum ſit paſſus incommodi.* 58. *Amore Dei & Reip. Ibid.*

*Ioh. Baptiſta ab odio Herodiadis adulteræ laudatus* 63


*Iohan-*

Iohannes Baptiſta felix concionator. 101. Auditore illuſtri & beneuolo, Herode. Ibid
Ioh. Baptiſta in Herodis curia verſatus quare 142
Ioh. Baptiſta ſummus caſuum conſcientiæ Doctor 148
Ioh Baptiſta corripuit Herodē ſolum 180
Ioh. Baptiſta cur ad Herodiadē nullum verbum. 403. & ſeq.
Iohan. Baptiſta caſtitatis ſuæ cuſtos 416
Ioh. Baptiſta eloquentiſſimus. 448. Prudentiſſimus in tractandis morbis. Ibid.
Ioh. Baptiſta non abuſus gratia & potentia ſua apud Herodem 453
Ioh. Baptiſta qua in re ſingularis 532
Ioh. Baptiſta qualis fuerit 543
Ioh. Baptiſta fortis & audax. 549. Quibus rebus fortis redditus 550
Iohannis nomen profanantes perſtringuntur 50
Ioh. Baptiſtæ aduerſitas 4
Ioh. Baptiſtæ amplitudo, ex amplitudine laudantis Chriſti. 32. A tempore, & laudum qualitate. Ibid. Laudū magna congerie. 33. prophetarū prædictione. Ibid.
Iohan. Baptiſtæ mox naſcituri prænuntiatio. 27. 28. 30. Digitus vbi 47
Ioh. Baptiſtæ repletio à Spiritu S. quam multa dicat 44
Ioh. Baptiſtæ magnitudo ex natiuitatis gaudio. 51. Ex variis 53
Ioh. Baptiſtæ natalem etiam barbari celebrant 53
Ioh. Baptiſtæ laudum sūma 64
Iohan. Baptiſtæ magnitudo. 65. In cælo ſingularis hierarchia Ibid.
Iohan. Baptiſtæ oratio breuis, quam neruoſa & fœcunda 130
Iohannis Baptiſtæ verba fœcūdiſſima 214
Iohannis Baptiſtæ ſedulitas 582
Ioh. Baptiſtæ, ſimiliumq; multa pericula. 654. Inſidiæ nōdum capto quæ. 655. Et periculoſiſſimæ 659
ex Ioh. Baptiſtæ captiuitate tria notatu digniſſima 690
Ioh. Baptiſtæ cædes damnoſa reipublicæ. 768. Et Herodi 771
Ioh. Baptiſtæ nomen diuinitus datum 41
Ioh. Baptiſtæ non defuit angelus cuſtos 678
Iohan. Baptiſtam quanti fecerit Herodes. 81. Sanctum ſciuit 82
Ioh. Baptiſtam cur ſeruiliter timere potuerit Herodes 87
Iohan. Baptiſtam eremitam tā multa tāq; diſtinctè ſciuiſſe, mirum. 138. & vnde? 139
ad Ioh. Baptiſtam legatio glorioſiſſima 59
in Iohan. Baptiſtam Herodis

*regis obſeruantia.* 59. *Etiam ab illo ſæpe & acerbè correpti.* 60. *& ſeq.*
*in Ioh. Baptiſtam Herodis vera an ficta obſeruantia?* 61. *Herodiadis odium. Ibid. & quidem capitale* 62
*circa Ioh. Baptiſtam mirabilis rerum inconſtantia* 681
*Iohanne Baptiſta multi feliciores, multi infeliciores etiã quare cenſeantur* 83
*Iohanne Baptiſta concionatore Galilæi beati.* 452. *Et Herodes* 463
*de Ioh. Baptiſta ſentiunt abiecte ſectarij* 56
*in Iohanne Baptiſta, & circa ipſum quantum agmen gratiarum* 43
*pro Ioh. Baptiſta mirabilis Dei prouidentia* 673
*pro Ioh. Baptiſta plebs excubuit* 679
*Irreuerentia ex parentum & liberorum commixtione* 243
*Iunonis fabuloſa crudelitas* 671
*Ius diuinum.* 362. *Moſaicum.* 363. *Chriſtianum, ſeu Euãgelium. Ibid. Quæ tria omnes æquè obligant. Ibid.*
*Ius humanum & Regium.* 365. *Supra quod ipſi reges ſunt. Ibid. Cui tamen eos expediat ſubeſſe.* 36/. *Quod à maioribus poſitum acceperunt* 368
*Ius Canonicum ſeu Eccleſiaſticum* 372
*Ius an tractandum in Eccleſiaſtica concione* 472
*Iure diuino naturali omnes æquè tenentur* 362
*Iuris acceptio pro impunitate.* 357. *Reſtrictio ad vnũ Saulem* 361
*in Iuris diuini transgreſſione quatenus conniuendum* 359
*Iuſtorum præſidio etiam hoſtes militant* 677

L.

*Lacedæmones olim ſummæ cõtinentiæ* 364
*Lacedæmoniorum fœminis duo mariti* 278
*Lauinia quanti belli dederit occaſionem* 249
*Laus aliunde ſumpta* 604
*in Legirupas principes vt procedendum* 371
*Liberorum educatio melior* 257
*Liberorum incertitudo vnde creſceret* 263
*Liberorum inter ſe diſcordia* 269
*Libertas dicendi in ſanctis* 496
*Libertas oris decora non cuiuſuis* 577
*Libertatis dicendi fructus* 300
*Libidines potentiorum in primis eluceſcunt* 362
*Licentia potentiorum impugnata.* 308. *& ſeq.* 323. *& ſeq.*
*Licẽtia in ſacerdotes quam periculoſa.* 817. *Punita* 818
*Licentia regiæ merces vt plurimum quæ* 344
*pro Licentia regum quæ militare videntur* 302

Licen-

Licentioſorum. quod præſidium 355. Impugnatum variè. Ib. & ſeq.
Linguæ & auribus quanto ſtudio prouidendum 577
Loth cum filiabus inceſtus 222
Ludouicus Viues conſiliarius Caroli V. 95
Lutum reſultat ex duobus mūdis 434
Lycurgi leges 401
Lyſides Epaminondæ conſiliarius 95
Lyſippi nobilis ſtatuarij ſtatua referens Alexandrum M. 65
Machiauellus aulicorum paracletus 304
Mæcenas quidam Autoris laudatus obiter 451
de Magnis tantum, quales 26
Mala bonis, & falſa veris permixta. 66. Alibi diſcretu facilia 68
Malorum principijs occurrendum 831
B. Mariæ Virg. naſcituræ prænuntiatio. 28. Eiuſdem, & Chriſti natalis celebratur 52
B. Mariæ Virg. vt pareret, noua virtus collata 31
Mariti adulteri maior in Sacramentum iniuria, quam vxoris adulteræ. 191. Quia maritus in Chriſtum peccat, vxor in Eccleſiam. Ibid. Et ille blaſphemat, hæc mentitur 192
Marito adultero, vxori datur adulterij occaſio. 193. Vnde ruina duplex 194
Maritorum Zelotypia in procos 268
Maritorum querelæ etiam de vnica vxore 271
Maritorū remorſus, de iniuſtitia ſua. 209. De vxoribus ad paria tractis. 210. Neceſſitate. Ibid Exemplo 211
Maritorum ne, an vxorum turpiora ſint adulteria 184
Matrimonium nobilitatur ab Inſtitutore, loco, tempore, fine, ordine, neceſſitate. 168. Significato, honore diuino 169
Matrimonium gradu prohibito contrahentes, arcentur à communione. 228. Et matrimonium tale celebrantes. Ibid.
Maximiani Epiſcopi Syracuſani narratio terribilis 226
Medeæ feritas 671
Medicorum officium 490
Medullina vt patris inceſtum ſit vlta 234. 235
Melchiſedek ſine patre & matre quid 802
Memoria cōcionatorū felix 506
Memoriæ firmitudo in concionatore deſideratur 473
Metellus Numidicus ad populum 271
Michaelis paphlagi, Imperat. Conſtantinopolitani cū Zoë fratria inceſtus 227
Militis in D. Thomam Cant. licen-

*licentia punita* 828
*Miniſterium noſtrum ne vituperetur* 583
*Miracula vt probentur vera* 68
*Mirãda ſoli qui geſſerunt, ſunt mirabiliores* 777
*Miſerendum miſerorum* 77
*Monitores acerbiores reprehenſi* 451
*Monomachia, liber autoris* 575
*in Morbis tractandis opus eſt maxima dexteritate* 449
*Mordacitatem pro libertate vſurpare* 576
*Moriendum libenter pro ſalute proximi* 78
*ante Mortem nemo ſatis tutus* 435
*Muliebris ſexus infirmior & indigentior.* 195. *Ex differentia potentiarum.* Ibid. *Rationis & voluntatis.* 196. *Imperij, & propenſionum, quæ ſunt ex appetitu perfectionis & finis.* 197. *pœnæ, & ſpei in præſidio.* 198. *Appetitæ prolis.* 199. *Tentationum, quas mulieres à viris patiuntur.* Ibid. & 200
*Mulier amans in aduerſos ferociſſima.* 669. *Degenerat ab humanitate ſua.* Ibid.
*Mulieres à viris audiendæ cautè.* 642. *viris ſubditæ.* Ibid. *à docendo prohibitæ,* 643. *Et à ſacerdotio* 644
*Mulieres à tentationibus non vinci difficillimũ.* 201. *Mulieres tamen haud vinci.* Ibid.
*in Mulieres & virgines contemptulas* 103. 104
*cum Mulieribus etiam caſtis periculoſa conuerſatio* 43[illegible]
*Mulierum tẽtationes.* 199. 200
*Mulierum acceſſus viris periculoſus* 42[illegible]
*Mulierum temerarij frequentatores reprehenſi* 42[illegible]
*Mulierum conſilia audienda cautè.* 640. *Ratio debilior* 642
*Mulierum experientia minor.* 645. *Eruditio negligentior.* Ibid. *affectus impotentes.* Ibid.
*à Mulierum colloquio & aſpectu cauendum* 424
*Muliercula cum filio inceſta cõfeſſio publica Romæ.* 223. *Et abſolutio per Sixtum V. Pontificem Max.* Ibid.
*ex Mundus duobus luminibus reſultat* 414
*Mycerinus Ægypti rex inceſtus cum filia* 224

N.

*Natalis Chriſti & B. Mariæ Virg. celebratur* 52
*Natalem celebrant non niſi magni, & qui loco ſunt & conditione cõmoda.* 52. *Vt Eccleſiæ & Reipublicæ primates.* Ib.
*Natalem Ioh. Baptiſtæ etiam barbari celebrant* 53
*Nauſimenis filius cum filia inceſtus* 222
*Neceſſitas excuſat multa.* 23[illegible]

Qua

Quæ ceſſante connubiorum laxitas reſtringitur 220
Nero maculatus inceſtu cũ matre & ſorore 235
Nicolaitæ gaudent vxorum cõmunione 263
Nicolaitæ perſtringuntur 401
D. Nicolaus Epiſc. quàm ſtudioſus caſtimoniæ in alijs cõſeruandæ 184
Nomẽ quatenus imponitur aut mutatur diuinitus 37
Exemplis multorum. Ibid. & ſeq. vſq; ad 40.
Nouercarum genius qualis 264
Diritas ſemper famoſa 265
Nuptiæ non contrahendæ cum quouis, aut quouis gradu, 241
Cum externis potiores 259
Nuptiæ inter hoſtes hoſtiumqúe Duces, pacificæ 251
Nuptias contrahentium duplex vtilitas 245

O.

Oculorum faſcinum mirabile 419
Ordinis ab autore mutati ratiuncula 86
Origenis error refutatus 64
Oris libertas decora non cuiusuis 579
Oſcula intempeſtiua 142
Oſeas propheta quam duxerit vxorem 377
Oſeæ factum nihil patrocinatur Herodi. 389. Vxor qualis 394
Oza quare percuſſus 819

P.

Pandoræ nomen vt conuenire poſſit Ioh. Baptiſtæ 43
Papyrius volucer quomodo filij cum ſorore ſit vltus inceſtum 234
Parentum curæ vt augentur. 265. Et pax minuitur 266
Paſſio Chriſti ſæpè commemoranda 74
Patres imperare liberis, quod ipſi non præſtent, eſt ridiculum 7
Patrum veterum cenſura 815
Patribus filios quid cõciliet 538
Patriarchæ de mulieribus excuſati 378
B. Paulus fœminas defendit. 622
B. Pauli ſeueritas qua in re 233
Peccant homines tripliciter 437 & ſeq.
Peccatum vnum, cauſſa alterius 734
Peccatum cætera tranſcendens 740. 757
Peccatum Adami vt ſuperemus nos poſteri 347
Peccati ſpecies variata 744
Peccati ſpectanda grauitas 755
Peccata potentiorum cenſentur grauiora peccatis cæterorum 157. In Deum magis retorquentur. Ibid. Grauioris cõtagij ſunt. 158. Et memoriæ diuturnioris. 159. fiuntq; magis publica. 160. Et cur ita publicentur 161
Peccata leuicula ex cauſis diſſimulan-

mulanda 588
Peccata confitendi mos ante Iohannis baptiſmum. 146. Et apud Catholicos olim 147
Peccatorum differentia 609
Penelopes coiugalis pudicitia, ex Vlyſſis mariti abſentis continentia 213
Pericula vitanda 436
Petrus Pauonius commendatur 7
Philautia laborent qui 143
Philippus, Herodiadis maritus, laudatur. 24. penè ſanctulus. Ib. Suo nomine digniſſimus Ib.
Philippus frater Herodis 150
Philippus II. Hiſp. Rex quanti ſacerdotes fecerit 785
Philippi Macedonis Alexandro filio nato lætitia 51
Philippi nomine multi clariſſimi 24
Phineus in filijs inceſtum vindicauit 235
Phœnix & Chiron, Achillis cōſiliarij 95
Piſtus Auguſti conſiliarius 95
Plato conſiliarius Dioniſij 95
Plato auditor Antimachi, ſolus inſtar omnium 101
Platonis auditor Dionyſius tyrannus 102
Plebecula pro Iohan. Bapt. excubuit 679
Plinius Titi conſiliarius 95
Plinius ſecundus à conſilijs Adriano 95
Plinij vox adulatoria 304
Plotinus Darij conſiliarius 95
Plutarchus Adriani conſiliarius 95
Polemo perditiſſimus adoleſcēs, ad bonam frugem ut rediret 95
Politica non tractantur à Cic. niſi coacto 504
Politica tractare, ea gerendo, aliud eſt, de ipſis vero dicendo ſcribendoue, aliud 500
Politicorum ſcientiam requirit in concionatoribus aduerſarij 471
Politicorum calumnia pro concionatoribus eſt 510
Politice, portus malè fidus errāti 509
Polygamia prohibita 282. 287
Polygamia vario iure vetita. 261. Aduerſatur bono liberorum. Ibid. Opibus, & Eruditioni Ibid.
Polygamia in muliere reprobatur. 273. Ob multa 274
Pompeius Cratippi ianuam frequentabat 95
Pompeij conſiliarius Plautus 95
Et Cratippus Ib.
Pontificis Romani temporalis poteſtas à Chriſto 784
Pontifici Romano ſubijcit omnes Baptiſmus 786
Potentes miſeri, & indigentes veritatis. 29[illegible]. Idque ſuo vitio. 293. Et vitio aulicorum 294. & ſeq.
Potentioribus interdum indulgenda quædam. 396. & ſeq. Exemplo quorundā 397. & ſeq.

Poten-

Potentiorum peccatis accidunt quinq; 157. 158. 159. 160
Potentiorum libidines inprimis elucescunt 162
Potentiorum licentia impugnata 308. & ſeq. 325. & ſeq.
Potentiorum inconſtantia ex varijs cauſſis 690
Potentiorum inſtabilis amicitia 711
Potentiam ambire vtrum peius an ſcientiam 348
Poteſtas imperandi circumſcripta 780
Præpoſiti Leodienſis in Abbate Leodienſem licentia diuinitus punita 826
Preſbyterorum nomen cur inditum ſacerdotibus 808
Primogenituræ iura quæ 230. 231
Principes antiqui domi foriſq; ſecum doctos habebant. 95
Principes omnia licere ſibi putāt 303. 304
Principes exleges parum ſecuri 315
Principes legibus carere non expedit ſubditis. 312. Inſolētes etiam nonnunquam ſub legibus 313
Principibus non licent omnia 308. & ſeq.
Principibus minus licet, quàm cæteris 321
In Principibus corripiendis tria videnda 117. & ſeq.
Principum antiquorum conſuetudo laudabilis 95
Principum publicè corripiendorum cur optanda præſentia 128
Principum curias frequentare cur etiam ſanctos deceat 142. 143. 145
Principum Regumquę licentia per ipſorum cædes affectata 316
Principum contemptus 337
Principijs malorum obſtandum 831
Priuilegium diuinum 379
Probi multi, ſed obſcuri. 83. Et qui detractionibus denigrantur 84
Probi in bonis perficiunt, improbi in malis 722
Progreſſus in malo quibus rebus aſſimilatus 729
Proles non propagatur facilè per adulteros. 173. aut certè debilis eſt. Ibid. Nec ritè inſtruitur 174. Nec ditatur. 176. Nec eſt bonæ famæ. Ibid. Sæpè exulat ſponte 176
Propheta quatenus dignior ſacerdote 760. & ſeq.
Prophetarum & concionatorū mittendorum finis par. 487
Proximi fama non lædenda 583
Pro proximi ſalute moriendum libenter 78
De proximo malè loqui an vni liceat, & alteri audire 152
Pyndari locus 5. 6
Pythagoræ & Anacharſidis ſilentium 55

Q. Quin-

Q.

*Quintiliani locus de diſcipulis* 97

R.

*Regiæ licentiæ merces vt plurimum quæ* 344

*Regiorũ negotiorũ natura* 702

*Regnare eſt officij, non ſanctitatis* 516

*Regnum Dei, prædicatio Euangelij* 462

*Regni tetrarchiæ quatuor* 14

*Regnis à ſacerdotum conſilijs bene eſt* 504

*Renuntiandum eſt omnibus* 70

*Reproborum & electorum ſigna* 69. 70

*A reprobis vt electi ſecernantur* 66. 69

*Rerũ grauitas ponderanda* 587

*Rerum hodie inuerſa ſcena* 809

*Reſp. vnius vel morbo ægra, vel ſanitate ſana.* 136. *Commodum accipit ex Regis inſtructione* 137

*Rex quiuis vt arguendus* 471

*Regis inſtructio publicum bonũ* 137

*Regi ſtudioſius vacent concionatores* 137

*Reges tres, conſanguinei & cognomines, æquè ſceleroſi* 13

*Reges omnia ſibi licere putant* 303. 304

*Reges exleges parum ſecuri* 315

*Reges Regumq́ filij monaſticen profeſſi* 477

*Reges & Imperatores à Romana ſede autorantur.* 788. *Et exautorantur.* 789. *Et excommunicantur.* 790. *vide Imperator*

*Reges exleges eſſe, non expedit ſubditis* 312

*In Reges legirupas vt procedendum* 311

*Regibus non omnia licent,* 308. *& ſeq.* 321

*Regibus licent pauciora, quam cæteris* 321

*Regibus ſubditos quid concilient* 319

*Regum filij* 699

*Regum filij philoſophos vt patres colebant* 95

*Regum conſiliarij concionatores* 477

*Regum auaritia perſtringitur* 527

*Regum & principum licentia per ipſorum cædes aſſectata* 316

*Regum & Imperatorum inaugurandorum cæremonia* 798

*Pro Regum licentia mittent quæ videntur* 302

*Ruben quam ſeuerè caſtigatus à patre* 229. 230

*Ruben miſericordia dignus.* 230. *Etiam miſerendi tempori.* ib. *Quibus bonis ex paterna maledictione priuatus, ob inceſtũ cum nouerca* ib.

S.

*Sacerdos quatenus dignior propheta* 718. *& ſeq.*

*Ex Sacerdotis contemptu, calamitas Græcorum affixit exercitum* 830

Sacerdotes quanti apud Philippum II. Regem Hiſp. 785. Et Conſt. Mag. Ibid.
Sacerdotes cur adpellati Preſbyteri 808
In Sacerdotes licentia quam periculoſa. 817. Punita 818
A Sacerdotum conſilijs bene eſt regnis 504
Ex Sacerdotum perſecutione calamitates publicæ 829
Sacerdotalis poteſtas antiquior regia 807
Sacerdotia vſurpando, regna amittuntur 821
Sacramentum militare 799
Sanctiſſima quæque debiliſſima 675
Salome, Herodiadis filia, peſſima 22.23. Indigna pulchro ſuo nomine 23. Philippi filia. Ibi.
Samſon ſtulto Dalilæ amore quæ perpeſſus 247
Samſonis naſcituri prænuntiatio 28
Sancti alicuius viri, tanquam præſentis, imaginatio quid valeat 82
Sanctitas locorum hominumq; quàm potens 80
Sanctitas in concionatore optabilis, non autem neceſſaria 515
Sanctitas ineſt vt plurimum concionatoribus 518
Sapiendum, vt pauci 776
Sapientia diuina guſtanda 73
Satanas autor omnium vitiorum 575
Saulis ius in populum 361
Scientia infuſa. 545. Caſuum conſcientiæ Ib.
Scientiam ambire, an potentiã, vtrum peius 348
Scripturæ ſiniſtra interpretatio. 633. ſenſus multiplex. Ib. Non magis mulierem, quàm virũ notans Ibi.
Secundus philoſophus inceſtus cum matre 222
Sentiendum de ſe humiliter 75
Seueri conſiliarius Fabacius 95
Smyrnæ (ſeu Myrrhæ) cum patre inceſtus 224 235
Solonis decretum contra mœchos 171
Spartani quondam admirabilis continentiæ 164
Speculationes cuiuſque propriæ 481
Spiritu cœpta ſapè carne deſinunt 432
Spurios à ſacris arcet Eccleſia, honoribus Reſp. 225
Suſanna adulterij falſo accuſata, vix à lapidatione per Danielem liberatur 189
Suſceptoris cuiuſdam, qui filiolam ſuſceptam, corruperat, hiſtoria terribilis 226
Symbolum Autoris 455

T.

Temporis opportunitas in reprehendendo 600
Temporum differentia excuſat 378
Themiſtoclis de ſe dictum 94
Themiſtocli quàm Ariſtidis iuſtitia

*ſtitia formidabilis* 81
*Theodoſij conſiliarius Claudi-
us* 95
*Theopompus legum obſeruan-
tiſſimus* 370
*Thracibus luctuoſa natalitia,
læta funera* 51
*Titi conſiliarius Plinius* 95
*Traiani Imperatoris dictum* 370
*Traiani conſiliarius Plutarch.* 95
*Tribunal Eccleſiaſticum laico
anguſtius* 783. 788
*Tributum diuinitati pariter
debitum.* 341. *Etiam ab A-
damo.* 342. *A filio Dei natu-
rali* 343
*Tyrannus vnde, & quis dica-
tur* 319

V.

*Valentiniani ſenioris lex* 279
*Valerius cum Valeria Tuſcula-
na filia inceſtus* 222
*Venereorum vſu nimio ratio læ-
ditur.* 245. *Inſania paratur* 246
*Verbum Dei audiendum.* 71. *Et
memoria retinendum. Ibid.
Idq; cum effectu* 72
*Veritatis quanta neceſſitas.* 456
*Maior quam Solis. Ibid. Et ſa-
lis.* 458. *Laus maxima. Ibid.*
*Veſtalium inceſtarum pœnæ* 235. 236
*In Virgines & mulieres comptu-
las* 103. 104
*Viri & mulieris in matrimonio
promiſſa paria.* 186. *Itaq; par
vtriuſq; peccatum, non ſtan-
do promiſſis* [illegible]
*Viris periculoſus mulierum ac-
ceſſus* [illegible]
*Virorum crebri lapſus, ideoque
turpioris* [illegible]
*Pro virtutibus amplecti vitia,
facile* 574
*Vitæ beatioris deſiderium* [illegible]
*Ad vitæ mutationē plurimum
valet, vitia reprehendentem
audire* 93
*Vitia reprehendentem audire
plurimum valet ad vitæ cor-
rectionem* 93
*Vitia pro virtutibus amplecti,
facile* 574
*Viuendum vt pauci* 77
*Vlyſſis peregrinantis continen-
tia diuinitus conſeruauit Pe-
nelopei vxoris pudicitiam* 213
*Voto circa quæ erretur* 139
*Vtilitate ceſſante fit amicitiarū
diſtortium* 797
*Vtilitatis priuatæ ſtudium* 704
*Vulpes, animal calidiſſimum* 15. 16
*Vulpinari, quid* Ibid.
*Vxor adultera in quo genere ma-
ritum plus lædat.* 205. *Ex quo
ipſe. Ibid. Quod ex ipſo* 206
*Minuens eius opes ac diſſipā-
nam. Ibid. Ac beneuolentiā
paternam. Ibid. heredem a-
lios fraudat, alios fures conſi-
tuit.* 208. *Vnde conſilij ſequi-
tur inopia, multaq; perplexi-
tas* 208. 209
*Vxores caſtæ præmia ſæpe dic-*

na

na ſint caſtitatis maritorum & contra 212
Vxorum ne, an maritorum ſint adulteria turpiora 184
Vxorum multitudo incertitudinis liberorum cauſſa 263
Vxorum inter ſe litigia. 267. De fœcunditate & ſterilitate Ib.
Vxorum inter ſe de liberis diſcordia 269
Vxorū zelotypia in pellices 268
Vxores notantur. 651. Sui contemptus autores. Ibid. Et ruina 653

X.

Xantippe Socratica moroſa 271
Xenocrates philoſophus vt Polemonem adoleſcentem perditiſſimum ad bonam frugem conduxerit. 92
Xenophon Cyri conſiliarius 95

Z.

Zelotypia vxorum in pellices. 268. Virorum in procos Ib.
Zeno philoſophus de inceſtu 221

CO
D
CON
D
AV
quic
Ierem.
Apud Io
A


Th
3308

